110f

SLIS
Shelf 33:02:07

MNR 1/2/02 KYT

$ 1250

7702

BARNABÆ BRISSONII,

REGII IN GALLIA CONSISTORII CONſiliarij, ampliſsimique ſenatus Pariſienſis, Præſidis,

LEXICON IVRIS:

ſiue

DE VERBORVM QVAE AD IVS pertinent ſignificatione libri XIX. Cum appendice prætermiſſarum quarundam vocum, & Parergωn libro ſingulari.

QVIBVS ACCESSERE HAC NOVISSIMA
EDITIONE EIVSDEM BRISSONII,

I, *Selectarum ex Iure ciuili Antiquitatum lib. 4.*
II, *Ad legem Iuliam de Adulteriis lib. 1.*
III, *De Solutionibus & Liberationibus lib. 3.*
IIII, *De Ritu Nuptiarum lib. 1.*
V. *De Iure Conubiorum lib. 1.*

ITEM FRANCISCI HOTOMANI IVRISCONSVLTI CLARISS.

I. De verbis Feudalibus Commentarius vtiliſſimus.
II, De legibus Romanis tam certi quam incerti nominis
III, De Iuriſconſultorum vitis, qui à Pomponio commemorantur
IIII, De magiſtratibus Romanorum
V, De Senatu Romano & inſignibus aliquot Senatuſconſultis
VI. De formulis & ſollemnibus pop. Rom. verbis.
} Tractatus.

PRÆTEREA STRICTISSIMA DOCTISS. OLDENDORPII
Narratio de tempore quo leges Romanorum introductæ, oppreſſæ, ac iterum reſtitutæ ſunt.

Opus ſelectiſſimum, longe abſolutiſſimum, & cùm in praxi, tum inprimis in theoria verſantibus cum maximè neceſſarium: ideoque nunc primum in hoc corpus redactum, digeſtum, & magna induſtria recognitum à

FRANCISCO MODIO I.C. BRVGENSI:

Qui MODIVS *adiunxit etiam Leges Regias & Decemuirales, tanquam fontes è quibus potiſſimum ius Ciuile manarit, collectas & digeſtas à Cl. V.* IVSTO LIPSIO.



15 87.

Francofurti apud Ioan. Wechelum, impenſis Sigiſmundi Feyrabendij, Henrici Thackquij, & Petri Viſcheri, ſociorum.

REVERENDIS,

AMPLISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS VIRIS; DOM. IACOBO CAMPIO, I.V.D. BONNENSIQVE DECANO,

ac Reuerendiſſimi Domini, & Illuſtriſſimi Principis, ERNESTI, Archiepiſcopi Colonienſis; Bauariæ, Weſtphaliæ, &c. Ducis, Vicecancellario;

ET

D. HIERONYMO BERCHEMIO, item vtriuſque Iuris Doctori, & Canonico Yprenſi,

FRANCISCVS MODIVS BRVG. S. D.

NISI amem amorem iſtum, aut pietatem potius (quando hic amoris verbum leuius quam pro re eſt) quæ in litteris vtriuſque veſtrum ita manifeſtè vbique ſe prodit, vt nihil pote magis; ſim mehercle non illa tantum, ſed hominum prope conſortio & luce ipſa indignus. Quæ enim in his de me ſolicitudo veſtra? quæ profecto non aliunde quam ab animo in me plus quam paterno proficiſcitur. Macti iſta fide erga amicos in quacumque fortuna, viri ampliſſimi; Macti vera virtute, & non noſtri ſæculi moribus. Ibit, ibit exempli cauſa in litteras conſpiratio illa veſtra in exprimendo ipſa vita priſcos illos, qualeſque audire & laudare magis quam æmulari ſolemus, antiquæ probitatis homines. Quæ enim non viuis officia, quæ non mortuis obſequia, quibuſcum modò tantillum vobis neceſſitudinis fuerit, præſtatis? Qua natos bono reipublicæ litterariæ beneuolentia amplexi eſtis,

— dum fata deuſque ſinebant, æquales meos, ſtudiorumque ſocios, aut potius magiſtros; Ianum vtrumque, Palmerium & Gulielmium? qua religione memoriam magno eiuſdem litterariæ malo inmature denatorum eorundem colitis? In me denique ipſum quot & quanta beneficia congeſſiſtis, etiam veſtris rebus creperis; imo afflictis, & perditis? Quo nunc ſtudio id agitis relictis rebus, qua cura in id omnibus corporis animique viribus incumbitis, vti meas res fluxas & incertas non tantum in pręſens conſtituatis, & firmis tibicinibus fulciatis, verum etiam in longitudinem ſtabiliatis? Et hæc ego pectora tam ſyncera, tam candida, tam mei denique amantia non redamem? non in ſinu, non in oculis aſſiduè & ore feram? Ego vero præſto vobis, viri ampliſſimi, quam debeo grati animi fidem: præſtaboque,

Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

Cuius rei volo argumentum vobis eſſe, & euidentiſſimum teſtimonium; quod in ſtatu vitæ eligendo & componendo, conſiliis potiſſimum veſtris obſecuturus ſum; etiam ſi multa animum meum in diuerſum trahunt: quod profectò numquã facerem, niſi veſtro in me affectui aliquanto etiam amplius quam ipſi mihi, quam eiuſdem animi mei ſentẽtiæ & iudicio tribuerem. Veniam igitur, veniam; & reddam me vobis amicis, reddam Principi noſtræ iuuentutis Illuſtriſſimo Comiti Carolo Egmondano; tam amicè præſertim, cum imperare alioqui pro ſuo in me iure poſſit, vocanti. Vnum quiddam me moratur, dum negotiũ, quod mihi intercedit cum laudatiſſimo & ſplendidiſſimo Ordine libero Equeſtri Germanici nominis, optatum finem accipiat. Quo facto, non iam accurram; ſed plane aduolabo ad vos. neque vlli mihi aut venti, aut remi ſatisfacient. Interea mitto vobis obſidem ita futurum ampliſſimum Briſſonium, & alia quædam aliorum; quæ ſcripta ſparſim alioqui impreſſa, & turpiter multis locis contaminata, his menſibus, qua per me, qua per alios, quorum mihi perſpecta fides & diligentia, in vnum quaſi corpus redegi, digeſſi, recognoui, emaculaui; plura additurus, niſi hæc ipſa nimia pene fuiſſent, propter inminentes auctumnales nundinas Francofurtenſes; ad quarum rationem, tamquam ad quandam cynoſuram, reſpicientes fere typographi hîc, rationes etiam componunt ſuas. Vos autem ampliſſimi & amiciſſimi viri, quidquid hoc eſt opellæ quod vobis do, dico, addico; non ex mole ſua, ſed ex amoris erga me veſtri magnitudine æſtimabitis; & ſaluebitis vterque diu. Datum Francofurti ad Mœnum ipſis Kal. VII bribus anni CIↃ. IↃ. LXXXVII.

LEGES

LEGES REGIÆ
ET
LEGES X̄.VIRALES
IVSTI LIPSII OPERA
STVDIOSE COLLECTÆ.

DE REGIIS LEGIBVS, ET QVI REGES QVAS TVLERVNT.

IVs omne Publicum aut Priuatum eſt. Publicum, Diuinum, aut Humanum. Diuinum, quod ad ſacra & ſacerdotes pertinet: Humanum, quod ad magiſtratus & publicam adminiſtrationem. Ex his Romulus rex Humanum præcipue: Numa, Diuinum conſtituit. Et publico quidem iuri pauca aut reges ceteri aut X̄. viri addiderunt. Supererat Priuatum; quod in Naturale, Gentium, & Ciuile tribuitur. Naturæ ius Romuli fere leges præferunt: Numa Gentium addidit. Romulus de educatione liberorum, de matrimoniis, de parētum iure ſanxit: Numa, de homicidiis, de bonæ fidei contractibus, de ſepultura, quædam tulit. Juris Ciuilis præcipuus auctor Seruius Tullius, qui auctore Dionyſio de Contractibus, & Iniuriis quinquaginta leges rogauit: item de fœnore, de nexis, ære alieno, & alia. quæ compluria in ſuas tabulas X̄. viri tranſtulerunt. Non aliena ab hac origine iuris Ariſtotelis diuiſio eſt Iuſtitiæ particularis in διανεμητικὴν ſiue Diſtributiuam, & ἀλλακτικὴν ſiue Commutatiuam. Priorem illam iuſtitiam Romulus maxime, & ex parte Numa: poſteriorem ceteri ſpectarunt. Romuli leges, quarum verba ipſa perierunt, ſententiæ ex antiquis præcipue Dionyſio colliguntur, ſic concipi poſſunt.

Deos patrios colunto: externas ſuperſtitiones aut fabulas ne admiſcento. I.

Ne quid inauſpicato publice gerunto. II.

Nocturna ſacrificia, priuilegiaque amouentor. III.

Rex ſacrorum præſes, legum cuſtos eſto: iudicia exerceto: belli imperium habeto. IIII.

Patres ſacerdotia & magiſtratus capiunto: plebeiis patroni ſunto. V.

Populi ſuffragia ſunto: magiſtratus creanto: leges ſciſcunto: pacem bellumque iubento. VI.

Mœnia ſancta exiſtimantor. VII.

Vxor Farreatione viro iuncta in ſacra & bona eius venito: ius deuortendi ne eſto. VIII.

IX. Si ſtuprum commiſit aliudve quid peccaſſit, maritus iudex & vindex eſto: deque eo cum cognatis cognoſcito.

X. Temetum mulier ne bibito.

XI. Quod natum erit, parentes tollunto: monſtroſos tamen partus ſe fraude exponi fas eſto.

XII. In liberos ſuprema patrum auctoritas eſto: venumdare, occidere liceto.

Verba ipſa legum.

XIII. SI PATER FILIOM TER VENVM DVIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO.

XIIII. SEI PVER PARENTEIS VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT, PVER DIVEIS PARENTVM SACER ESTO. SEI NVRVS, SACRA DIVEIS PARENTVM ESTO.

XV. PATRONVS SI CLIENTI FRAVDEM FAXIT, SACER ESTO.

XVI. DVVMVIRI PERDVELLIONEM IVDICENT: SI A DVVMVIRIS PROVOCARIT PROVOCATIONE CERTATO. SI VINCENT CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI SVSPENDITO: VERBERATO VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM.

Numæ Pompilij Leges.

Numa, ait Dionyſius, Romuli leges firmauit, nouas ipſe de ritibus & miniſtris ſacrorum adiunxit: Curiones, Flamines, Augures, Veſtales, Salios, Fetiales, Pontifices inſtituit. Legum aliquot verba hæc reperiuntur.

I. DIS EX IMPVTATA VITE NE LIBANTO.

II. VINO ROGVM NE RESPERGITO.

III. PISCEIS QVEI SQVAMOSI NON SVNT NEI POLLVCETO: SQVAMOSOS OMNEIS PRAETER SCARVM POLLVCETO.

IIII. QVOIVS AVSPICIO, CLASSE PROCINCTA, OPEIMA, SPOLIA CAPIVNTVR, IOVI FERETRIO BOVEM CAEDITO. QVEI CEPIT, AERIS DVCENTA DARIER OPORTETO.

SECVNDA SPOLIA, IN MARTIS ARAM IN CAMPO SOLITAVRILIA VTRA VOLVERIT CAEDITO.

TERTIA SPOLIA IANO QVIRINO AGNVM MAREM CAEDITO, CENTVM QVI CEPERIT AERE DATO.

V. QVI TERMINVM EXARASSIT, IPSVS ET BOVES SACREI SVNTO.

VI. SI QVIS HOMINEM LIBEROM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARICIDA ESTO: SI IMPRVDENS, TVM IN CONCIONE PRO CAPITE OCCISI ET NATIS EIVS ARIETEM OFFERTO.

VII. PELLEX ARAM IVNONIS NE TAGITO: SI TAGIT, IVNONI CRINIBVS DEMISSIS AGNVM FAEMINAM CAEDITO.

VIII. SEI HOMINEM FVLMIN IOVIS OCCISIT, NE SVPRA GENVA TOLLITO.

HOMO SI FVLMINE OCCISVS ESIT, EI IVSTA NVLLA FIERI OPORTETO.

Senſa

Senſa legum iſta.

Deis fruge & mola ſalſa ſupplicanto. IX.

In contractibus fides ſeruator: Fidei numen omnes metuunto. X.

Si filiusfamilias vxorem duxit, patri vendundi eius ne vltra ius eſto. XI.

Mulierem, ſi prægnas mortua fuat, niſi exciſo partu, ne humato: qui ſecus faxit, quaſi ſpem animantis peremerit ita eſto. XII.

Tulli Hoſtilij.

Nati trigemini, donicum puberes eſunt, de publico aluntor. I.

De X. virorum Legibus, quando & quomodo ſcriptæ.

Regiæ leges partim ſcriptæ, partim inſcriptæ aduſq; Tarquinij Superbi tempora valuerunt. Primus ille & Seruij leges omnes abrogauit, & priorum Regum pleraſq; contempſit, ad vim omnia referens & libidinem dominandi. Tarquinio vero pulſo, à Bruto & Valerio COSS. *reuocatas iterum Seruianas aliasq; leges Dionyſius adſirmat. Quaſdam & ipſi* COSS. *& poſtea Tribuni addiderunt tuendæ libertatis, vt ſunt Valeriæ, Sacratæ, Iciliæ leges. Sed hæ omnes ius publicum ſpectabant: & priuato iuri nulla facta acceſſio ante leges X. virales.* A. V. C. CCXCII. *promulgata à Tribunis lex Terẽtia eſt de Quinqueuiris vt Liuius, vel Decemuiris vt Dionyſius, Legũ Scrib. creandis, Eaq; lex plebi volenti fuit. Nam ad id tempus loco regum* COSS. *ius dicebant: Conſules autem ex patrib. erant. Itaq; in diſſenſu ordinũ, cum Patres occaſione iuris præcipue vterentur ad premendam plebem, nec plebeio contra patricium ius vllum æquum eſſet: omnib. concionibus iactata & flagitata lex Terentia eſt. Reſtitêre tamen ſeptẽ annos ipſos, patres. Fracti demum conceſſêre, miſſiq; legati in Græciam ad Solonis inclitas leges aliarumq; ciuitatum inſtituta moresq; noſcendos. addit Dionyſius etiam in Græcanicas Italiæ ciuitates. Biennium pluſminus legati abfuerunt. Reuerſi ſunt* A. V. CCCI. *Statimq; plebs peruicit vt Scribendarum legum initium fieret: patres tenuerunt vt X. viri è patriciis tantũ crearẽtur. Creati Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Poſtumius, omnes conſulares. Inierunt magiſtratum ſine prouocatione* A. V. CCCII. *fineq; anni propoſitæ decem tabulæ. Duæ reliquæ ſequenti anno additæ. In Græcis interpretandis vſi opera ſunt Hermodori Epheſii philoſophi. Tabulas vocare placuit exemplo Atheniẽſium qui Solonis leges dixerunt* Ἄξονας, *tabulis ligneis inciſas. quamuis iſtas æreas fuiſſe conſtet diſſentiente Pomponio. Perlatæ ſunt comitiis centuriatis, fixæ in foro ad Curiam Hoſtiliam. manſeruntq;, quamuis poſt varia incendia vrbis, vltra Septimij Seueri Imp. tempora. De diuiſione tabular. ex Fragmentis difficile iudicium eſt. Modo tamen & ordine ſcriptas fuiſſe non eſt dubium. Leges Regiæ & Solonis, decem primas tabulas occupaſſe videntur: duæ poſtremæ de ſacris fuerunt, easq; à Faliſcis petitas Seruius eſt auctor. Certe leges regiæ ex I. II. & III. tabula à Feſto citantur. Lex Romuli de vendendis filiis à Dionyſio in quarta ponitur. Fragmenta quæ ſuperſunt, hæc ſunt.*

IVSSVS POPVLI ET SVFFRAGIA SVNTO, QVODCVMQVE POSTREMVM POPVLVS IVSSIT, ID IVS RATVMQVE ESTO. I.

PRIVILEGIA NE IRROGANTO. II.

DE CAPITE CIVIS NISI PER MAXIMVM COMITIATVM NE FERVNTO. III.

FORTI SANATIQVE IDEM IVS ESTO. IIII.

V. Qui hoſtem concitauerit, quive ciuem hoſti tradiderit, quive cœtus nocturnos agitauerit, capital eſto.

VI. Sodalitates & collegia ſunto: aſt ne in publicas leges commodave peccanto.

VII. QVI FRVGES EXCANTASSIT, CERERI SACER ESTO.

VIII. QVI FRVGEM ARATRO QVÆSITAM PAVIT SECVITVE PVBES CERERI SACRATOR: IMPVBES PRÆTORIS ARBITRATV VERBERATOR, NOXAMVE DVPLIONEMVE PRÆSTATO.

IX. Si in alieno pecûs pauerit, actio eſto.

X. Qui iniuria arbores alienas ceciderit, in ſingulas XXV. æris luito.

XI. Arboris impendentis ramos XV. pedes a terra circumcidere ius eſto.

XII. PATERFAMILIAS VTI LEGASSIT SVPER PECVNIA TVTELAVE SVÆ REI, ITA IVS ESTO.

XIII. SI INTESTATVS MORITVR CVI SVVS HERES NEC ESCIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO: SI AGNATVS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HERCISCVNTO.

XIIII. SI FVRIOSVS ESSE INCIPIT, AGNATORVM GENTILIVMQVE IN EO PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO.

XV. HOMINEM MORTVVM IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO.

XVI. HOC PLVS NE FACITO: ROGVM ASCIA NE POLITO.

XVII. MVLIERES GENAS NE RADVNTO, NEVE LESSVM FVNERIS ERGO HABENTO.

XVIII. HOMINI MORTVO NE OSSA LEGITO, QVO POST FVNVS FACIAS NISI BELLI PEREGREVE MORTVO.

XIX. QVI CORONAM PARIT, IPSE PECVNIAVE EIVS, VIRTVTIS CAVSA ARDVITOR.

XX. NEVE AVRVM ADDITO.

XXI. QVOI AVRO DENTES VINCTI ESVNT, AST IM CVM OLLO SEPELIRE ET VRERE SE FRAVDE ESTO.

XXII. Seruilis vnctura tollitor, omnisque circumpotatio.

XXIII. Rogum buſtumve nouum, propius LX. pedes, alienas ædes ne adiicito.

XXIV. Forum buſtumve ne vſucapito.

XXV. SI IN IVS VOCET, ATQVE EAT.

XXVI. SI MORBVS EVITASVE VITIVM ESCIT, QVI IN IVS VOCASSIT, IVMENTVM DATO: SI VOLET ARCERAM, NE STERNITO.

XXVII. SIQVID HORVM FVIT VITIVM IVDICI, ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFEISVS ESTO.

XXVIII. SI VIS VOCATIONI FVAT, TESTAMINI: IGITVR EM CAPITO.

XXIX. SI CALVITVR PEDEMVE STRVIT, MANVM ENDOIACITO.

XXX. SIQVEI IN IVRE MANVM CONSERVNT, VTRIQVE SVPERSTITIBVS PRÆSENTIBVS VINDICIAS SVMVNTO.

XXXI. SI VINDICIAM FALSAM TVLIT, REI SIVE LITIS ARBITROS TRES DATO: EORVM ARBITRIIS FRVCTVS DVPLIONE DAMNVM DECIDITOR.

XXXII. REM VBEI PAGVNT, ORANTO. NEI PAGVNT, ANTE MERIDIEM

DIEM IN FORO AVT IN COMITIO CAVSAM CONIICIVNTO. POST MERIDIEM PRAESENTE AMBOBVS LITEM ADDICITO. SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO.

AERIS CONFESSI, REBVSQVE IVRE IVDICATIS TRIGINTA DIES IVSTI SVNTO: POSTIDEA MANVS ENDOIECTIO ESTO: IN IVS DVCITO: NEI IVDICATVM FACIT, AVT QVIPS ENDO IVRE EM VINDICIT, SECVM DVCITO, VINCITO AVT NERVO AVT COMPEDIBVS QVINDECIM PONDO, NE MINORE, AVT SI VOLET, MAIORE VINCITO. SI VOLET, SVO VIVITO, NI SVO VIVIT, QVI EM VINCTVM HABEBIT LIBRAS FARRIS ENDO DIES DATO. SI VOLET, PLVS DATO. XXXIII.

TERTIIS NVNDINIS PARTES SECANTO: SIPLVS MINVSVE SECVERINT, SE FRAVDE ESTO. XXXIIII.

ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS ESTO: PROLETARIO QVIVIS VOLET VINDEX ESTO. XXXV.

QVI SE SIERIT TESTARIER, LIBRIPENSVE FVERIT, NI TESTIMONIVM FARIATVR, IMPROBVS INTESTABILISQVE ESTO. XXXVI.

CVI TESTIMONIVM DEFVERIT, IS TERTIIS DIEBVS OB PORTVM OBVAGVLATVM ITO. XXXVII.

Qui falſum teſtimonium dixerit, ſaxo Tarpeio deiicitor. XXXVIII

Si iudex arbiterue ob rem iudicandam, pecuniam acceperit, Capital eſto. XXXIX.

Qui malum carmen incantaſſit, Cereri ſacer eſto. XL.

QVI INIVRIAM ALTERI FAXIT, XXV. AERIS POENAE SVNTO. XLI.

SI QVIS CARMEN OCCENTASSIT, ACTITASSIT, CONDIDISSIT, QVOD ALTERI FLAGITIVM FAXIT, CAPITAL ESTO. XLII.

SI MEMBRVM RVPSIT, NI CVM EO PACIT, TALIO ESTO. XLIII.

SI NOX FVRTVM FAXIT, ET IM ALIQVIPS OCCISIT, IVRE CAESVS ESTO. XLIIII.

Interdiu ſi ſe telo defenderit, iure cæſus eſto. XLV.

SI ADORAT FVRTO QVOD NEC MANIFESTVM ERIT, DVPLIONEM LVITO. XLVI.

Furta per lancem liciumque concepta, quaſi manifeſta vindicantor. XLVII.

De furto paciſci liceto. XLVIII.

TIGNOM IVNCTOM AEDIBVS, VINEAEQVE CONCAPES NE SOLVITO. XLIX.

FVRTIVAE REI AETERNA AVCTORITAS ESTO. L.

VSVS, AVCTORITAS FVNDI, BIENNIVM ESTO. LI.

ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO. LII.

QVI NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO. LIII.

Vindiciæ ſecundum libertatem dantor. LIIII.

Nequis vnciario fœnore plus exerceto. LV.

Patricij cum plebeiis connubia ne iungunto. LVI.

Via in porrectum VIII.P. in amfractum XVI.P. lata eſto. LVII.

In finibus intra V. pedes vſucapio ne eſto. LVIII.

FINIS.

V. C. NICOLAO PELLEVEO AMBIANENSI EPISCOPO, ET LIBELLORVM SVPPLICVM IN REGIA MAGISTRO B. BRISS. S.

ARS *omnis, vir clariſsime, verbis conſtat & rebus. Nam quæ cuique arti ſubiecta eſt materia quam tractet, propriis ac peculiaribus ſuis vocibus explicatur, citra quarum intelligentiam ad rerum cognitionem peruenire nullo modo poteſt. Quod, vt de cæteris artibus taceam, in noſtra præcipuè ſcientia perſpicuè verum eſt, quæ magna ex parte in verborum interpretatione conſumitur. Nec enim crebriores vel in ipſo vſu incidunt, quàm de clauſularum pactionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, comprehenſarum vi ac poteſtate quæſtiones. In quibus cùm mens loquentium in obſcuro ſit, ad proprium verborum officium recurrere, & quid quiſque ſenſerit, ex eorum quæ dixit ſenſu expiſcari eruereque compellimur. Sed & in legum, ſenatuſconſultorum, edictorum, conſtitutionum, cautionum, formularumque interpretatione Iureconſultorum olim verſatam induſtriam non eſt ignotum. Ea propter plurimum eos ſemper ſtudii ad verborum origines poteſtatesque explicandas adhibuiſſe, eaque laude à dicendi peritis ornatos legimus: quod quidem paucula quæ ad nos ex eorum ſcriptis fragmenta peruenerunt, abundè teſtantur. Ælium certè Gallum clariſsimum ſuæ ætatis Iureconſultum integros de verborum ad ius pertinentium ſignificatione Commentarios ſcribere non puduit, qui ſæpè à Feſto Pompeio aliiſque Grammaticis teſtes laudantur. Labeonem quoque Antiſtium Latinarum vocum origineſque rationeſque percalluiſſe, eaque maximè ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vſum accepimus. Libros quinetiam poſteriorum eius trigeſimum octauum, trigeſimum nonum, & quadrageſimum plenos fuiſſe id genus rerum ad enarrandam & illuſtrandam Latinam linguam conducentium. Citantur & à Gelllio libri Caii de origine vocabulorum. Quorum ego noſtrorum auctorum veſtigiis præclarum inſiſtere iudicans, facturum me operæ pretium putaui, ſi idem ipſum argumentum in quo laborarunt, nunc quoque retractarem, & verborum quæ ad ius pertinent origines ſignificationeſque accuratiſsimè exponerem. Quod ab aliis noſtro hoc ſeculo tentatum magis quàm perfectum, opus adgredi non dubitaui, nihil veritus ne tenuibus licet luminibus noſtris eorum ædificia quicquam obſtruerent. Nam cùm ſcriptoribus omnibus vnum idemque veritatis ex iis, quibus merſa iacet, tenebris, in apertum proferendæ ſtudium eſſe propoſitum debeat, non eſt quod eandem ſæpius incudem tundere cuiuſquam auctoritate deterreamur. Non eſt etiam quod alios nobiſcum in partem quandam & quaſi ſocietatem gloriæ venire indignemur. Non*

enim

enim vni omnia videre æquus ac benignus munerum ſuorum largitor Deus dedit, cui cùm acceptum ferre me par ſit quantulumcumque eſt quod in his libris præſtiti, nihil de eorum vtilitate, quæ & patet ipſa per ſe, nec magna commendatione eget, dicam, nec munus noſtrum verbis ornabo, quod licet aliis fructuoſum, tibi ipſi perpuſillum viſum iri ſat ſcio. Laboraſſe me quidem certè pro viribus liquidò deierabo vt obſcuriſſimarum vocum plerisq; incognitum ſenſum patefacerem, & quæcunque ex libris noſtris promi poſſunt, ſingularum ſignificationum exempla congererem, aliorumq́ue auctorum adſcitis teſtimoniis comprobarem, vt qui ſine odio & inuidia iudicabunt, agnoſcant οὐκ ἄνευ ἱδρῶτος *tantam ſignificationum copiam ac varietatem, tot librorum noſtrorum aliorumq́ue auctorum locis eſſe illuſtratam. Verumenimuerò à me in ea re non infeliciter Dei conceſſu ac munere exhauſtos & exantlatos labores eò faciliùs obliuione conteram, ſi vt eſt à me ad ineundam promouendamq́ue tuam gratiam adornatum munus hoc, ita à te accipiatur.* VALE.

B. BRISSONII I. C. DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER PRIMVS.

VERBORVM, quæ ad Ius pertinent, interpretationem à particula AB, ordiar, quæ obſeruatione dignam in aliquot orationibus ſignificationẽ habet: vt ecce, Ab aliquo poſſidere, itinere, actu, Ab aliquo vti, Ab aliquo aquam ducere, quæ ſæpe in edictis Prætorum, aliiſq; librorum noſtrorum locis occurrunt, non hoc ſignificant, quod prima fronte videri cui poſſit, ab aliquo poſſidendi, eundi, agendi, ducendi ius cauſamq; habere, vel etiam eius voluntate, cõceſſione, permiſſu poſſidere, vti, ducere: ſed potius alicuius poſſeſſionẽ tenere, per alicuius fundum ire, agere, ex eius prædio aquam ducere. Exempla ſunt in l. 1. ff. de aqua cottid. l. 1. ff. vti poſſidet. l. 1. ff. de riuis. l. 1. ff. de fonte. l. 1. ff. de itin. actuq; pri. Vi ergo a me poſſidet, qui me vi deiecit, mihiq; poſſeſſionem abſtulit. l. 1. §. ſi à me. ff. de vi & vi arm. l. 2. ff. vti poſſidet. l. 4. §. ſi tu me vi. ff. de vſucapio. Similique modo clam à me poſſidet, qui meam poſſeſſionem clam & furtiuè ingreſſus eſt. Ædificatum etiam ab aliquo habet (quo genere dicendi Afric. in l. 45. ff. de dam. infect. vſus eſt) qui in alicuius, licet non conſentientis, ſolo ædificium poſuit. Sic deniq; ab aliquo fundum pro hærede poſſidere, accipimus in l. 21. ff. de vſucapionibus.

Solent autem hac præpoſitione Latini gradus cognationũ promouere. Nam proaui paterni vel materni, patrem, matrem, Abauum, Abauiamq; appellant: ea voce (quod & Feſt. lib. 1. tradit) demonſtrantes, eos ab auo abeſſe, & illum aui auum, hanc auiam eſſe. Quib. nominibus etiam proauiæ paternæ vel maternæ patrem vel matrem deſignamus. l. 1. §. quarto. ff. de gradibus & adfin. Theophilus Latini ſermonis rationem ſecutus, ἀποπάππον καὶ ἀπομάμμην vocat. Similiter abaui paterni vel materni fratrem, ſororem, Abpatruum, Abamitam, abauiæ paternæ, maternæve fratrem, ſororem, Abauunculum, Abmaterteram dicimus. l. 3. ff. de gradibus & adfinibus. §. ſexto. Inſtit. de gradib. cognat. Paulus lib. 4. Sent. tit. 10. Quos & patruos, auunculoſq; maximos, amitas, materteraſque maximas, appellari traditur in l. vlt. §. auunculus maximus. ff. de gradib. Ex eodem fonte etiam deſcendunt Abnepos, Abneptis. Hi ſunt pronepotis, proneptis, filius, filia, nepotis, neptiſve nepos, neptis. l. 1. §. 4. l. vlt. §. Abnepos. ff. de gradib. & adfin. Græcè ἀπέγγονος, ἀπεγγόνη.

ABDICARE, familia abiicere, Nonius interpretatur. Quintilianus Abdicatum, familia alienatum dicit lib. 3. Inſtitut. cap. 8. Vnde abdicatio, liberorum abalienatio, Græcis ἀποκήρυξις dict. l. 6. C. de pat. poteſt. quæ ſcitè à quodam extremum patriæ poteſtatis fulmen appellatur. Extant quamplurima in Rhetorũ declamationibus exempla. Abdicare ſe tutela, ait Vlp. in Inſtit. tit. 11. eſt dicere nolle ſe tutorem eſſe: quo in ſignificato vtitur hoc verbo Cicero Epiſt. 1. libri 6. ad Attic. Abdicare ſe in l. penult. ff. de offic. præſid. dicitur præſes, qui ante diem munus ſuum deponit.

ABDICERE vindicias in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. abiudicare ſignificat. Cui opponitur in eodem loco, dicere vindicias. &, vt Liuius lib. 1. ab Vrb. cond. loquitur, dare. Porrò huic verbo etiam in augurali ſcientia locus erat. Abdixiſſe enim aues in auguriis dicebant, quæ triſtis & ſiniſtri euentus ſignificationem aliquam dederant: vt ex contrario Addixiſſe, vel Admiſiſſe, cùm lætum & proſperum aliquid portenderant. Quæ verba in Cicero. & Iulio Obſequente aliquotiens, in Liuio crebriùs inueniuntur. Ex quo Admiſſiuæ aues apud Feſtum lib. 1.

ABESSE, Abſens, Abſentia, variè pro re ſubiecta accipiuntur. Abeſt, qui non eſt eo loco, in quo loco petitur, dummodo extra continentia vrbis ſit. Vſque ad continentia enim

Abeſſe non videtur, niſi latitet. l. 73. in fin. l. 199. ff. de verb. ſignif. Ideo pręſens habetur qui in continentibus ædificiis hortiſque vrbi iunctis eſt. l. 5. l. 6. ff. de procuratoribus. In illis planè edicti de damno infect. verbis, *dum ei qui aberit, prius domum denunciari iubeam*, Vlpianus videri eum Abeſſe interpretatur, qui in iure non eſt. l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto. Similiter in S.C. Damaſiano, Abeſſe is intelligitur, qui à tribunali abeſt. l. 51. §. ſenatuſconſulto. ff. de fideicomm. libert. At cùm de ſtipulatione contrahenda agitur, præſentes accipiuntur, qui exaudire ſe poſſunt. l. 1. §. 1. de verbor. oblig. Cùm verò de vſucapione in qua alia inter præſentes, alia inter abſentes tempora ſeruantur, Abſens eſt, qui in eadem prouincia non eſt: Præſens contrà, qui in eadem prouincia habitat. l. vlt. C. de præſcript. long. temp. Inſtit. de vſucapio in princ. Abſens etiam habetur, qui etſi corpore præſens ſit, animo tamen abeſt. Poteſt enim quis corpore adeſſe, vt tamen mente abſit. l. 25. ff. de captiuis. Itaque furioſus abſentis loco eſt. l. 2. §. pen. ff. de iure codicil. l. 124. ff. de diuerſ. regul. l. 17. §. filiofamilias. ff. de iniur. Nec tamen ab eo conſtitutus procurator quaſi ab abſente datus intelligetur, cùm intellectu careat. l. 2. ff. de procurator. Pupillus etiam qui tutorem non habet, quod ad poſſeſſionem bonorum attinet, pro abſente habetur. l. 10. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eat. Sed nec tutor præſens fuiſſe videtur pupillo cõtrahente, ſi ſomno aut morbo occupatus tacuerit. l. 1. in fine. ff. de auctorit. tutor.

ABESSE non videtur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui à latronibus detinetur. l. 199. in fi. de verb. ſign. Et ideo in edicto, Ex quib. cauſ. maior. ab abſente ſeparatur, licet eodem loco habeatur in ſpecie. l. 6. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eat. l. vlt. ff. de reb. auctorit. iudic.

ABESSE Reipub. cauſa in l. Iulia & Papia, & in edicto, Ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur, accipimus eos, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt. l. 36. ff. ex quibus cauſ. maior. quique publici alicuius muneris, vel officij, cui præſunt, cauſa ab vrbe profecti, vtputa proconſules, præſides, procuratores Cæſaris, præfecti, legati, & eorum comites, in ærarium vel commentarium principis relati. l. 32. l. 35. l. 38. §. 1. ex quibus cauſ. maior. l. 41. §. 1. ff. de excuſation. tutorum. Miſſi item vt milites ducant vel reducant, vel malos homines compeſcant: milites quoque dum in caſtra eunt vel redeunt, & qui extra patriam ſuam publicæ vtilitatis cauſa proficiſcuntur, vel militum medici: & hi quoque, qui in vrbe militant, Reipub. cauſa abeſſe intelliguntur. l. 7. l. 35. ff. eod. Aliter atque de magiſtratibus qui Rom. Reip. operam dant ſtatuendum, & d. l. 7. & Conſtantin. libr. 1. Epit. tit. 3. docent. Enimuerò in capite ſeptimo legis Iuliæ de adulteriis, quo eorum demum abſentia excuſatur, qui in alia prouincia Reipub. cauſa abſunt, quàm in ea, in qua deferuntur, vrbani milites licet aliàs vice abſentium habeantur, Abeſſe tamen Reipub. cauſa non intelliguntur, & deferri, vt præſentes poſſunt. l. 15. §. 1. ff. de adulter. Aliàs etiam, tum demum milites Reipub. cauſa abeſſe intelliguntur, cùm in expeditione verſantur. Non item ſi in commeatu agunt. l. 1. ff. de re milit. Sed nec qui pro ciuitate legatione funguntur, Reipub. cauſa abeſſe dicuntur. l. 26. §. vlt. ff. ex quibus cauſ. maior. Publici enim appellatio ad Pop. Roman. propriè pertinet. Nauicularij verò, item negotiatores dum annonæ vrbis ſeruiunt, Reipub. cauſa abeſſe non malè dicuntur. l. 5. §. negotiatores. ff. de iure immunit. At qui libera legatione abeſt, non videtur Reipub. cauſa abeſſe, cùm non publici, ſed ſui commodi cauſa abſit. l. 14. ff. de legatio. Serui item Reipub. cauſa abeſſe non poſſunt. l. vltim. ff. de regul. iur. Sed nec qui appellationis perſequendæ cauſa peregrinantur, Reipublic. cauſa abſunt. l. 1. & 2. ff. eum qui appellauerit. Omninò enim Reipub. cauſa abeſſe hi demum intelliguntur, qui ob publicam cauſam abſunt, nõ qui in priuatum compendium peregrinantur, vt apparet ex l. penult. ff. de excuſat. tutor. Plenius in Senatuſconſultis circa fideicommiſſarias libertates factis, ex iuſta cauſa abeſſe definimus eos, qui non habent iniuſtam cauſam abſentiæ, cùm ſufficiat, quòd non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex iuſta cauſa abeſſe. Cæterùm non eſt neceſſe vt Reip. cauſa abſint. l. 1. l. 19. l. 20. l. 28. §. vlt. l. 29. l. 30. l. 36. ff. de fideicomm. libert. Quinetiam aliàs qui probabili quacunque ex cauſa, ſtudiorum putà, abſunt, iuſta ex cauſa abeſſe intelliguntur. l. 7. §. vlt. ff. de minorib. l. 28. ff. ex quibus cauſ. maior. Sunt & aliæ abſentiarum differentiæ, ſeu mauis, adiuncta, vt abeſſe bona fide. l. 30. ff. de noxal. l. 19. ff. de damn. infect. id eſt, ſine dolo malo & fraude. l. 1. & l. 4. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 4. C. de reſtitut. milit. cui opponitur, Dolo malo, vel fraudis cauſa, vel data opera abeſſe. l. 34. ff. de rebus auct. iud. l. 5. ff. ex quib. cauſ. maior.

Hæc de perſonis, nunc de rebus videamus. Abeſſe res videntur etiam hæ, quarum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideo ſi corruptæ redditæ ſunt vel transfiguratæ, videntur abeſſe, quoniam plerumque pluris eſt manuprecium & ars, quàm materia. l. 13. §. 1. l. 14. ff. de verb. ſignificat. Abeſt & ea res, quæ in rebus humanis non eſt. d. l. 13. in fi. Abeſt proculdubio ſeruus qui in fuga eſt: quanquam in l.

in l. Fabia de plagiariis aliud ſit abeſſe, aliud in fuga eſſe. l. 2. ff. ad leg. Fab. Abeſſe furto res dicuntur, quæ nobis ſubreptæ & ſubtractæ ſunt. l. 14. ff. de verbor. ſignification. l. 47. ff. de furt. Martialis: Sed lis eſt mihi de tribus capellis, Vicini queror has abeſſe furto. Quintilian. Declamation. 13. Age ſi mihi aluei furto abeſſent, vtrum nulla daretur actio? Sæpe legitur in id quod abeſt, actionem dari. quod qualem intellectum habeat, explicandum eſt. Abeſſe certè nobis videtur, non tantùm quod expendimus, ſed & id quo obligati ſumus. l. 29. ff. de negot. geſt. Abeſſe intelligitur pecunia fideiuſſori, etiamſi debitor ab eo creditori delegatus ſit, licet is ſoluendo non fuerit. l. 26. §. abeſſe. ff. manda. Item ſi fideiuſſori ab vxore creditrice doti data ſit pecunia, quam ex cauſa fideiuſſionis debebat, Abeſſe ei ea intelligitur, eò quòd onera matrimonij ſuſtineat. l. 47. ff. mandat. Non abeſt ex diuerſo ei qui nihil de ſuo impendit, deminuitve, l. 25. ff. de adminiſt. tutor. l. 14. quod met. cauſ. l. 4. §. ſiue autem. ff. de manumiſſ.

Abigei qui & Abactores à Paulo lib. 5. Senten. tit. 10. & ab Impp. in l. 8. C. de repud. & à Firmico lib. 6. Mathe. cap. 31. à Græcis verò ἀπελάται appellãtur, propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis, vel ſtabulis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigendiq; ſtudium, quaſi artem exercent, equos de gregibus vel boues de armentis abducentes. l. 1 §. 1. ff. de abigeis. Iuſtinian. Nouell. 22. ἢ ἕνα τῶν χαλουμένων ἀπελατῶν, οἷς δὴ φροντὶς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐφεδρεύειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι, καὶ ταῦτα μεθιστᾶν ἑτέρωθι. Moſchopulus in libello, qui inſcribitur τῶν ὀνομάτων Ἀττικῶν συλλογή Ἀγέλη (inquit) λέγεται ὅταν πολλὰ πρόβατα ὁμοῦ βόσκηται, ἢ πολλοὶ χοῖροι, ἢ βόες, ἢ τοιαῦτα, ἐφ' ὧν λέγεται ἀπελάτης. Ἀπελάτης γὰρ ὁ μετὰ ξίφους ἀπελαύνων ἀγέλην ζώων. Abigeos autem a furibus quantitate diſcerni traditum eſt. Nam qui ouem vnam, ſuem vnum ſubripuerit, vt fur coercetur, qui gregẽ, vt abigeus. l. 16. §. quantitas. ff. de pœnis. Idcirco Calliſtratus, oues ait pro numero abactorum, aut furem, aut abigeum facere. Nam qui decem oues, vel capras, vel porcos quinque aut quatuor, equum vnum, duas equas, totidemque boues abegerit, Abigeus eſt. dict. l. vltim. ff. de abigeis. Hinc Abigeatus crimen deſcendit, de quo in l. 2. ff. de abigeis. l. 5. §. qui deſertionis. ff. de re milit. quo olim nobilitatos Iberos fuiſſe, Seruius in 3. Georgic. ſcribit.

Abigere etiam partum venenis & medicamentis expellere & enecare ſignificat. Sic accipitur in l. 4. ff. de extraord. criminib. l. 8. ff. ad l. Corn. de ſicar. & l. 39. ff. de pœnis. & apud Ciceron. in Cluentiana, & Tranquillum in Domitiano cap. penult. cùm ait, Mox patre ac viro orbatam ardentiſſimè palamq; dilexit, vt etiam cauſa mortis extiterit coactæ conceptum à ſe abigere. Sulpitius Seuerus lib. 11. Sacra. hiſt. Fuit in ſermone hominum Priſcilliani ſtupro grauidam partum ſibi graminib. abegiſſe. Vnde abactum ventrem dixit Paulus lib. 4. Sent. tit. 9. Nec longè ab hac ſignificatione eſt, quod Imp. venenis viſcera hominis extinguere appellat in l. 3. C. de quæſt. Cuiuſmodi criminis à Iuuenale Sat. 6. & Minutio Felice (cuius liber pro octauo Arnobij hodie circumfertur) fit mentio.

Abivrare verbum iudiciarium eſt, & vt Seruius in 8. Æneid. ſcribit, rem creditam periurio negare ſignificat. Id quod Plauti verſu ex Prologo Rudentis comprobat:

Qui falſas lites falſis teſtimoniis
Petunt, quiq; in iure abiurant pecuniam.

Quanquam ille auctor pro Rudente μνημονικῷ ἁμαρτήματι Curculionem citet. Sic & Cicer. 1. Epiſt. ad Attic. Me ſponſorem appellat. Mihi tamen abiurare ſatius eſt, quàm dependere. Symmach. in Epiſt. Cui poſt venditionem Hiſpanienſis prędij ſui, partem proteruus emptor abiurat. Inde Abiuratio, rei creditæ abnegatio, interprete Iſidor. lib. 5. Etymol. cap. 26.

Abnvtivvm pro negatiuo & inficiali in l. 83. in princip. verſic. & qui ſpondet. ff. de verbor. obligatio. Quod verbum inuentu rarum eſt. vſum eo Caprum in lib. de Orthogr. reperio. Confeſſiua vox, ait, fit ex duplici voce abnutiua, vt, Non nolo. Feſtus etiam Abnuitionis vocem vſurpat. lib. 9. In, non ſemper abnuitionem ſignificat, ſed interdum etiam pro additamento ponitur. Sic enim hæc poſtrema verba lego, quibus ſignificat vocem, In, plerumque incrementum addere verbis quibus præponitur, vt ex his, quæ illic adfert, exemplis patet.

Aboleri accuſatio, Aboleri item nomẽ rei dicitur, cùm accuſatio crimenque perimitur, reiq; nomen de reis eximitur. l. 3. §. 1. ff. de accuſatio. l. 1. §. accuſaturus. in fine. ff. ad Turpillian. Sueton. in Auguſto cap. 32. Diuturnorum reorum, & ex quorũ ſordibus nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quiſquam repetere vellet, par periculum ſubiret. Plin. lib. 7. Epiſt. ad Macrin. Poliænus abolitę accuſationis cauſas expoſuit. Hinc abolitio, criminum extinctio, quæ delatoribus reiſq; datur. l. 34. §. 1. ff. de ritu nuptiar. l. 14. §. 1. ff. de bonis libert. l. 6. §. qui publici. ff. de decurionibus. l. 12. §. 1. ff. de accuſation. l. 39. §. duos. ff. de adulter. l. 15. ff. de iure fiſci. Ea autem duplex eſt, publica & priuata. l. 11. in fine ff. de accuſation. Publica abolitio, quæ & generalis dicitur in tit. de generali abolition. C. ea eſt, quæ publicè

fit,ob diem inſignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem proſperè geſtam, vel ob lætitiam aliquam,vel honorẽ domus diuinæ. l.7.l.8.l.9.l.12.ff. ad Senatuſconſ. Turpillian.l. 14.§.1.ff.de bon. liber. quam Conſtant. libr. 1. ἐγκλημάτων δημοσίαν ἀπόλυσιν appellat. Ea vel Senatuſconſulto,vel à principe dabatur. l.12. ff. ad S. C. Turpill. l.2.C.de gener.abol.quemadmodum à Conſtantin. ob natiuitatem Criſpini filij factum legimus. Priuata verò eſt,quę priuatim fit,accuſatore poſtulante ex eo quòd per errorem,temeritatem,vel calorem, facilitatémve ætatis ad accuſationem proſilierit. l. 10.ff.ad Turpillian.l.2.C.de abolitionibus. Poſtulanda autem erat ab ipſiſmet præſidibus. Item pro tribunali,non de plano,nec niſi cauſa cognita.l.1.§.abolitio.ff.ad Turpill. Fiebat & alio genere ex lege abolitio accuſatore mortuo,vel ex iuſta cauſa impedito,quo minus accuſare poſſet.l.10.ff.ad Turpillian.l.3. in fi.ff.de accuſat. Licebat porrò feriis finitis,quæ abolitionem induxerant,rem intra triginta dies vtiles repetere.

ABOMINOR. Veterib. infauſtum aliquid & mali ominis deprecantibus atq; auerſantibus in vſu fuit hæc locutio, Quod abominor. l.85.ff.de hæredibus inſtit.l.41.§.vlt.ff.de vulg. & pupill. l.88. §. filiam.ff.de legat.lib.2.l.4.C. de impub. & al. ſubſt. Qua etiam Plinius lib. 6. Epiſt. ad Tironẽ vſus eſt. Terentius in eandem ſententiam ait, Quod dij prohibeant.

ABORTVS,vel Abortum,vel abortio (his enim omnibus generibus hoc nomen variatur. l.30.§.quod dicitur.2.ff.de adquir. hæred. l. 38. §. qui abortionis. ff. de pœnis) fieri dicitur, cùm mulier antè tempus partum edit. l.1. §. ſed ſi incertum.ff.de vent. in poſſeſſ. mitt.

ABROGARE,Derogare,Exrogare,Obrogare diuerſam habent ſeparatamque in antiquorum auctorum libris ſignificationem. Cicero libr. 3. Epiſtol. ad Atticum. Octo noſtri Tribuni plebis caput poſuerunt hoc, Si quid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges plebiſve ſcita, hoc eſt, quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat. Abrogatur verò legi interprete Modeſtino, cum lex prorſus tollitur, Derogatur cùm pars detrahitur. l.102. ff. de verbor.ſignificat. Vlpian.in Inſtit. tit.1. Lex aut rogatur, id eſt, fertur, aut abrogatur,id eſt, prior lex tollitur, aut derogatur, id eſt, pars prima tollitur, aut ſubrogatur, id eſt, adiicitur aliquid primæ legi, aut obrogatur,id eſt, mutatur aliquid ex prima lege. Feſtus autem, Derogare ait eſſe detrahere, Exrogare ex lege vetere aliquid eximere per legem nouam, Obrogare, legis prioris infirmandæ cauſa legem aliam ferre. Quemadmodum apud Sueton. Claudius capiti Papiæ Popææ legis edicto obrogaſſe dicitur. Quintilian. Declamation. 264. Quotiens de iure populi agitur,apud Populum cui mutare, cui obrogare, cui ferre quas velit rogationes licet.

ABSCISSE in l.5.§.demonſtratur.ff.de iure immunit. idem valet quod Græcum ἀποτόμως. Igitur, non abſciſſe, id eſt, nõ certa & conſtãti definitione, nec ad vnguem. Vſurpat hoc verbum ſæpiſſime Valerius Max. pro ſeuerè, & rigidè, metaphora à rupib. & aliis locis præfractis ducta.

ABSOLVERE vulgò quidem ad iudiciales pronunciationes pertinet: ſed tamen etiam abſoluere creditorẽ pro pecunia ſoluta dimittere dixit Vlpian.in l.37.ff.de vſuris.

ABSTINERE propriè dicuntur ſui vel neceſſarij hæredes, vt extranei repudiare. l.3.§. ſcio.ff.de minorib.l.38.ff. de adquirend. hæred.l.86. in fine.ff.de hæred.inſtit.& aliàs perſæpe. Sed hæc differentia interdum confunditur.l.2.§.ſi bonorum.ff. ad Tertull.l.14.ff.de fideicomm. libert.l.7.§. ſed & ſi hæreditatem. ff.de minoribus. Dicitur autem ſe abſtinere filius.l.90.ff. de ſolution. & abſtineri pupillus. l. 44.ff.de pactis.l.vltim.ff. ſi quis cautio. l. 1. §. vlt.ff.vt in poſſeſſ.leg.l.4.C. arbitr. tut.l.79. ff. ad Trebell.& tutores pupillum abſtinere.l.18. ff.de tut.& rationib. diſtr.l.penult. ff. de auctorit.tutor.l.61.ff.de cond. indeb. l.15. §. vlt. & l. 17.ff.loca.l.pen.§.vlt.ff. de ritu nupt.

EX ABVNDANTI pro fruſtra & ſuperuacuo, Papiniano familiaris & propria locutio.l. 9.ff. de ſupell. leg.l. 20.ff. de manumiſſ. l.12. §. ſi quis fundum.ff.de inſtr. vel inſtrum.

ABVTI propriè eſt ad alium vſum re vti. quàm in quem ea comparata eſt. l.19. & l.34. §.1.ff.de vſufruct. Abuti etiam vtendo conſumere ſignificat. Non. Marcell. Abuſa, ait, dicuntur vtendo conſumpta. Plautus, vbi iſthęc quæ dedi antè? Abuſa ſunt. Et inde Abuſus conſumptionem per vſum ſignificat. l. 2. §. item ſi iurauero.ff. de iureiurand. Qua de cauſa ab vſu ſeparari ſolet, qui earum rerum eſt, quarum ſubſtantia poſt vſum ſalua manet: cùm abuſus contrà in iis ponatur, quæ vtendo abſumuntur ac pereunt. Cicero Topic. Non debet ea mulier, cui vir ſuorum bonorum vſumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis putare id ad ſe pertinere. Vſus enim non abuſus legatus eſt. Vbi Boëthius, Vtimur, ait, his, quæ nobis vtentibus permanent: his verò abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt. Itaque, quæ res in conſumptione ſunt, vſuque tolluntur vel minuuntur, eæ in abuſu conſiſtere ab Vlpian. dicuntur, in l.1.& l.5.§.1. & §.vltim.ff.de vſufructu earum rerum. Quo in numero ſunt, vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, pecunia etiam numerata, quę ipſo

vſu

vſu adſidua permutatione quodammodo extinguitur. §. conſtituitur. Inſtitut. de vſufruct. Planè in l.12.§.1.ff. de vſu & habit. Vſus & abuſus opponuntur alia ratione, quòd Vſus ad neceſſitatem referatur, Abuſus largiorem licentiam contineat. Abutitur enim qui perdit & dilapidat. l.15.§. conſuluit. ff. de petitio. hæred. Abuſiuè in l.69.§.1.ff. de legat. libr.3.l.15.§. verberaſſe. ff. de iniur. l.1.ff. ad municipal. l.15.ff. de verb. ſignific. quod Græcè dicitur καταχρηστικῶς, in l.58. ff. de verb. ſignific. & per abuſionem in l.16.§. fideiuſſor. ff. de fideiuſſorib. l.8. de ſuis & legit.

ACCEPTILATIO eadem forma dicitur, qua expenſilatio apud Gell. lib.14.cap.2. Eius definitio, vis, ſubſtantiaque tota à me lib.2. de ſolution. & liberatio. expoſita eſt. Dicitur autem creditor acceptum ferre, habere, facere: reus verò acceptum rogare, & accepto liberari. l.15.§. pen. l.9.ff. de præſcript. verb. l.2.§. non tantùm. ff. de hæred. vend. l.9.§. ſed quod prætor. ff. quod met. cauſ. Dicebatur & olim in acceptum ferri opus publicũ, cùm magiſtratus opus quod locatum erat, tanquam ex lege dicta factum probare ſe teſtabatur. l.7.§. illud quoq;. ff. ad l. Iul. reper. Cic.3. in Verr. Poſteaquàm reus factus eſt, primò negabat opus in acceptum referre poſſe.

ACCESSIO in obligatione eſt, quotiẽs aut perſona, aut res adiungitur. l.44.§. penult. ff. de obligat. & action. Ex quo fideiuſſores, adpromiſſores, ſponſores, & omnes, qui alienæ obligationi accedunt, Acceſſiones appellãtur. l.91.§. nunc videamus. ff. de verb. obligat. l.43.ff. de ſolut. l.32.& l.71.ff. de fideiuſſorib. & acceſſionis loco dare, eſt dare qui fideiubeat: vt acceſſionis loco promittere, pro alio fidem ſuã obligare. l.3.& l.34.ff. de fideiuſſoribus. vnde acceſſionis cauſa pro fideiuſſoria, in l.5.ff. eod. tit. At acceſſionis locum obtinere res, cum Iureconſulti dicunt, hoc ſignificant non principaliter eas per ſe conſiſtere, ſed aliis adplicari, adiungi, & accedere. l.3.ff. de pecul. legat. l.19.§. perueniamus. ff. de aur. & arg. leg.

Acceſſiones etiam appellantur fructus, partus, & omnis cauſa. l.2.ff. de in diem addict. l.50.ff. ad Trebellia. l.61.§. his etiam. ff. de furt. Rubr. de vſur. & fructib. & cauſa & omnibus acceſſionibus. In Ædilium verò edicto acceſſiones accipimus, quæcunque emptioni accedunt, & præter precium ab emptore erogantur. l.25.§. vlt. l.27.ff. de ædil. edict. l.35.§. ſed nec redhibitoriæ. ff. de negot. geſt. Poſſeſſionum etiam Acceſſiones dicuntur, quando auctorum & eorum, in quos ab his ius tranſit, poſſeſſiones coniunguntur. l. penult. ff. de diuerſ. & temporalibus. l.2.§. ſi à furioſo. ff. pro empto. Accedere denique dicitur poſſeſſio, quæ alij adiicitur. l.13.§.1. cum §§. ſequent. & l.14.ff. de adquiren. poſſeſſion. l.10.& l.16.ff. de vſucapion.

ACCIDERE, his verbis, Si quid filio meo acciderit, hoc ſignificatur, ſi filius deceſſerit. Licet enim accidat & viuis, hoc tamẽ ſermone vulgò mors denotatur. l.162. in fine. ff. de verb. ſign. l.25.ff. ad Trebell. Cicer. lib.2. de inuention. Cuius hæres non illo in teſtamento quiſquã ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet. Velleius Paterc. lib.2. M. Marcellus ſororis Auguſti Octauiæ filius, quẽ homines ita, ſi quid accidiſſet Cæſari ſucceſſorem potentiæ eius arbitrabantur. Idem aliàs. Adieciſſetque. Si quid huic accideret, quem in locum eius ſubſtitueret. Tranquill. in Auguſto, cap. vlt. Iulias filiam neptemque, ſi quid his accidiſſet, vetuit ſepulchro ſuo inferri. Seneca lib.2. Controuerſiarũ, Vir & vxor iurauerunt, vt ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur. Eadem eſt vis verborum, ſi quid contigerit. l.39.§. Seium. ff. de legat.3. vel, ſi quid humanum, humanitúſve acciderit, & cõtigerit. l.26.ff. depoſiti. l.30.§. Seia liberta. & §. vltim. ff. de adimend. legat. Inſtitut. de donation. §. mortis cauſa. Capitolin. in Clodio Alb. Marius dicit hunc animum Seuero primum fuiſſe, vt ſi quid ei cõtingeret, Peſcennium Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret. Spartian. in Hadrian. Multi ad Senatum cum voluiſſe orationem mittere petiturum, vt ſi quid ei eueniſſet, principem Rom. Reip. Senatus daret.

ACCIPERE & Capere propriè differunt. Nam Capere cùm effectu accipitur, Accipere, etſi quis non ſic accipit, vt habeat. l.7.ff. de verbor. ſignific. Proinde accepiſſe teſtamento, & eos Vlp. in l.1.§. dolo. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. dicit, qui tamen his, quæ ſibi relicta ſunt, careant. Sic in l.15.ff. de his quæ vt indign. acceptum codicillis Papinian. dicit, cuius tamen actio denegatur. Accepiſſe etiam fideicommiſſum in ſecundis tabulis, & ab altero ex hæredibus in l.11.§.1.& l.52.§. vltimo. ff. ad Trebellia. dicitur, cui fideicommiſſum in pupillaribus tabulis datur, & ab altero ex hæredibus per fideicommiſſum hæreditas relicta eſt. Accepiſſe quoque libertatem ſeruus dicitur, cui libertas in diem teſtamento adſcripta eſt. l.67.§. vltim. de legat.2. Ac ita accipere legatum libertatemque interpretandum eſt in l.13.ff. de condit. inſtit. l. vltim. ff. de vulg. & pup. l. penult. §. pater. ff. de caſtr. pecul. Pecuniam accepiſſe dicitur etiam, qui aliquid pro pecunia acceperit, vel obligatione, qua liberatus ſit, vel cui gratuita pecunia vtenda data ſit, aut minoris locata res venditáve. l.1.§. vlt. l.2.ff. de calumniatoribus. Quò referenda, vt ex inſcriptione apparet, eſt l.115.ff. de diuerſ. reg. iur. in qua hoc prætereà additur, non poſſe videri accepiſſe eum, qui ſtipulatus poſſit exce-

ptione ſubmoueri. Accipere iudicium, litem conteſtari ſignificat. Exemplorum ita pleni ſunt libri, vt putidæ ſit diligentię in his conquirendis laborare. Accipere etiam actionem, pro excipere, vel ſuſcipere, in l. vltim. ff. ſi vſusfruct. petat.

Accommodari dicitur, quod ab eo, cui propriè conuenit, cuiuſque gratia comparatum eſt, ad aliud transfertur. Itaque Accommodari dicitur, quod ex ſententia & mente legis per interpretationem tribuitur. l. 48. ff. de ritu nuptiar. l. 30. §. 1. in fin. ff. de fideicommiſſ. libert. Sic accommodari actiones vel exceptiones dicuntur, quæ ex bono & æquo dantur. l. 2. §. ſi quis tamen. in fine. ff. ſi quis cautio. l. vltim. ff. de transactio. l. 2. ff. vt legat. ſeu fideicomm. §. rurſus. in fine. & §. item ſi quis iurauerit. Inſtit. de actionibus. Et vt plurimum ad actiones vtiles, eaſq; quas Prætor ſupplendarum legitimarum cauſa dat, hoc verbum pertinet. l. 24. ff. de pignerat. action. l. 22. ff. de aqua & aquæ pluuiæ. l. 55. in fine. ff. de donationibus int. vir. l. 11. ff. de præſcript. verb. l. 31. §. ſi quid ita. ff. de ædilit. edict. l. 3. C. de donation bus quæ ſub modo. l. 7. C. de pactis conuent. l. 1. C. de inoffic. teſtament. Accommodare etiam ſignificat interponere, veluti nomen ſuum accommodare. l. 4. §. ſiue autem. ff de manumiſſ. l. 5. C. ſi quis alteri vel ſibi. Et fidem ſuam accommodare, in l. penultim. ff. ſi quid in fraud. patro. Et operam ſuam accommodare, in l. 3. ff. de obſequiis à parentibus. In fraudem itaq; fiſci vel legis fidem ſuam accommodare dicitur, qui tacitè in fidem ſuam recipit, clamq; & tacitè promittit ſe non capienti reſtituturum hæreditatem. l. 19. ff. de his quæ vt indig. l. 3. & l. penult. l. 40 in fin. ff. de iure fiſci.

Accvmbere aliud eſt quàm ſedere. Nam qui accumbit, neque ſtat, neque ſedet, neque ambulat, ſed medium quiddam facit. l. 124. ff. de verb. ſignif. Itaq; meritò Cicero lib. 1. de Natur. deor. accubationem & ſeſſionem ſeparat: ingreſſus, ait, curſus, accubatio, inclinatio, ſeſſio, comprehenſio, ad extremum etiam ſermo & oratio. Veteres autē accumbentes cœnabant, mulieribus exceptis, quas ſedere ſolitas accepimus. Valerius Max. lib. 2. cap. 1. fœminæ cum viris cubantibus cœnitabant. Iſidorus lib. 20. Etymolog. cap. 2. Apud veteres Romanos vſus non erat accumbendi: vnde & cōſidere dicebantur. Poſtea, vt Varro ait de vita populi Romani, viri diſcumbere cœperunt, mulieres ſedere: quia turpis viſus eſt in muliere accubitus.

Accvsare eſt iudiciis criminalibus publicis vel extraordinariis experiri, crimenque deferre. Inſtituta autē tum dicebatur accuſatio, Aſconio auctore, cùm interrogatus reus negauerat ſe crimen admiſiſſe: & delator ſubſcripſerat. In edicto porro Prætoris, quo bonis liberti patronus qui capitis eum accuſauerit, repellitur, Accuſaſſe intelligitur, qui nomen detulit, niſi abolitionem petierit, quiq; crimina obiecit, & cauſam perorari vſque ad ſententiam effecit. l. 10. in fine. ff. de iure patronatus. l. 14. §. accuſaſſe. ff. de bonis libert. Cæterùm, qui ante ſententiam quieuit, vel appellatione interpoſita deſiit, vel aduocationē dumtaxat accuſatori præſtitit, accuſaſſe non videtur. Accuſationum autem ſollemnia, de quibus in l. 18. ff. de accuſatio. & l. 11. §. quidam. ff. de adult. fit mentio, ponuntur in l. 3. ff. de accuſation.

Aceti appellatione non continetur Acetum, quod vini numero paterfamilias habuerit. l. 1. & l. 9. §. ſi acetum. ff. de tritico, vino. l. 2. in fin. ff. de option. legat. Embamma planè aceti nomine comprehenditur, dict. § ſi acetū. & l. 9. in fin. ff. de contrahend. emption. Acetum autem proculdubio legato cedet, ſiue eſui potuique ſit, ſiue extinguendi incendij cauſa paratum ſit. Cuius cauſa in ædibus olim id haberi ſolitum indicant l. 12. §. Acetum. ff. de inſtructo vel inſtrumento. & l. 7. §. penori. ff. de penu legat. Macrobius libro Saturn. 7. Quid aceto frigidius, quod culpatum vinum eſt? Solum enim hoc ex omnib. humoribus creſcentem flammam violenter extinguit: dum per frigus ſuum, calorem vincit elementi.

Acvisse & Coacuiſſe vinum dicitur, quod acetum factum eſt. l. 9. in fin. ff. de contrahen. empt. l. 85 ff. de legat. lib. 3. l. 1. in princ. ff. de pericul. & commo. Vnde Acor, vitium illud vini quod acuit. l. 4. §. penult. ff. de peric. & comm.

Adcrescere dicitur portio, quæ vel perſonæ, vel alteri parti accedit. tit. de vſufruct. adcreſcen. l. 33. §. vlt. ff. de vſufr. l. 67. ff. de adquirēd. hæred. l. 20. & l. 49. ff. de legat. 2. l. vnic. §. in his itaque. C. de cad. toll. & aliàs ſæpe. inde Ius adcreſcendi, quo portio deficiens alij qui partem agnouit, adquiritur. l. 1. in fin. l. 3. l. 8. l. penult. ff. de vſufr. adcreſcendo.

Adesse pro aduocationem præbere in l. 6. ff. de poſtulando. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraordinariis. l. 5. §. ſunt qui putant. ff. de his quę vt indignis. l. 19. §. 1. ff. de donationibus. l. 9. ff. de pœn. l. 7. ff. de iure fiſci. l. 2. C. de aduoc. diuerſ. iudic. quod Græci dicunt παρίςαϑαι. Plutarch. περὶ πολυφιλ. ὁ δὲ λέγων, ὃ παρίςην σοι δίκην ἔχοντι παρεςάμην γὰρ ἑτέρῳ φίλῳ. Sic apud Sueton. in Claudio. capit. 38. & apud Seneca. libro 5. de Beneficiis capit. 8. hoc verbum accipitur, & aliis multis locis, quos aliàs retuli. Dicuntur etiam adſiſtere, qui aduocationem præbent. l. 54. ff. de rei vindic. Adeſſe cauſæ ſuæ etiam litigantes dicuntur. l. 69. ff. de procur. l. 29. ff. de inoff. teſt.

Addi-

Addicere ſignificat aliquid alicui adiudicare. l.2.§.tutor.l.7.§. procurator.ff.pro emptore.l.15.§.ſi pignora.§. ſi poſt.de re iudicata. Fuit hoc olim ſolemne verbum Prætoris, quod faſtis diebus profari licebat, nefaſtis non licebat. Addici bona libertatum conſeruandarum cauſa dicuntur, quæ nemine ſucceſſore ab inteſtato exiſtente, cùm in ea cauſa eſſent, vt venire deberent, libertatum tuendarum gratia alicui addicebantur, qui idoneé creditoribus de ſolido, quod cuique deberetur, ſoluendo cauebat. tit. de eo cui libertatis cauſa bona add. in Inſtit.l. 2.& l. 4. ff. de fideicommiſſ.libert. Sic & poſſeſſionum addictionem apud Ciceronem 2.in Verr. accipe. Addicti etiam olim dicebantur, qui quod ſatisfacere non poterant creditoribus, quaſi in ſeruitutem adiudicabantur: quos & Nexos, vt in Liuio non ſemel notari poteſt, vocabant. Inter addictos autem & ſeruos quid intereſſet, à Quintilian. libr. 7. Inſtitut. orat. cap. 3. & ab eiuſdem patre vel auo (non enim liquet) Declamatione 311 exponitur. Erat & huius verbi in priuatis venditionibus vſus. Nam qui ſub ea lege venierat fundus, vt ſi intra certum tempus melior conditio adferretur, inemptus eſſet, in diem addictus dicebatur. l. 3. ff. ad leg. Falcid.l.9.ff.de aqua & aquæ pl.l. 41.ff. de rei vind. l. 11. §. ſi fundus. ff. quod vi aut clam. Lex ipſa venditionis, in diem addictio vocabatur: toto tit. de in diem addict.l.2.§.ſi in diem.ff.pro empto.l.vlt.ff.de iur.fiſc.quam ita concipi ſolitam conſtat, Ille fundus centum eſto tibi emptus, niſi ſi quis intra Cal. Iul. proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat.l.1.ff. de in diem addictio. l.3.ff.quibus mod.pign.

Addici dicebatur etiam Iudex arbiterve, qui ex formula à Prætore dabatur, vel ex conuentione litigatorum ſumebatur. l.39. l.46.& l.80.ff. de iudic. Et ita Addictus actioni arbitrariæ iudex, in l. 3 .in fine.ff.quo certo loco.& Addictus familiæ erciſcundæ iudicio arbiter, in l.3 c. ff. fam. erciſcun. & iudex addictus de hæreditate diuidenda, in l. 5 9.§. vlt.ff. ad Trebellian. Quo modo emendanda eſſe verba l. 7.& l.16.C.famil.erciſc. ex ſuperiorum locorum collatione cùm ſatis intelligerem, adhibitis manuſcriptis codicibus, qui Addictus, non vt vulgò legitur, Additus, ſcriptum habent, in ea ſententia magis ac magis ſum confirmatus. Ex quibus etiam deprehendi, in l.1. C.de recep. arbi. ſimile mendum eſſe: legendumq; eſſe, Arbitri ex compromiſſo iure perfecto addicti. Eſt & idem error in Inſtitutionibus, tit.de offic.iudic. in prin. vbi noxali iudicio aditus, pro Addictus, ſcriptum eſt. Atq; ita accipienda cenſeo illa legis Mamiliæ verba, Iudicis datio addictioq; eſto. Varro. lib. 5. de lingua Latina. Hinc illa, Indixit bellum, Indixit funus: pro, Dixit diē: Addixit iudicium. Nec verò dubito, quin Valerius Maximus lib. 8.cap.2.& lib.7.cap.2. addictus ſumpſerit, vbi nunc additus ſcriptum eſt. Sed hæc aliàs accuratius.

Adfines in agris ſunt vicini, qui confines agros poſſident.l.pen.ff.fi.regund. Quod Feſt.lib.1.notat. Adfines etiam ſunt viro vxoris cognati, & vxori cognati viri: dicti ab eo, quòd duæ cognationes, quæ diuerſæ ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: quorum nomina ferè hæc ſunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Nouerca, Priuignus: & alii vlteriores, quibus, Pro, præpoſitio ſolet accedere. l. 4. §. adfines. ff. de gradib.& adfi.l. 3.§.vlt.ff. de poſtul.l. 22. ff. de procuratorib.l.17.C.de nupt.§. adfinitatis. Inſtit. eod. tit. Adfinitatis itaque contrahendæ cauſa fit ex nuptiis: quanquam & ſponſalibus contrahatur.l.8.ff.de condict.cauſa da. Quinimò & ex ſeruilibus contuberniis contingit. l.14.§.1.in fine. ff.de ritu nuptia. Vnde adfinitatem non malè definiemus, Ciuile vinculum ex nuptiis ſponſalibúſve deſcendens: Quemadmodum ἀγχιστείαν Constantinus lib.4. Tit. 6.definit, οἰκειότης προσώπων ἐκ γάμων ἡμῖν συμμιχθέντων συγγενείας ἐκτός. Sed enim quam Constantinus & Theophilus ἀγχιστείαν, Pollux συγγένειαν vocat, vt ex ea definitione, quam libro 3. adfert, liquet. συγγένεια, ait, οὐ τῷ φύσει, νόμῳ δὲ προσγενόμενοι· οἷον γαμβρός, πενθερός, καὶ ὅσοι τὴν οἰκειότητα πρὸς ἡμᾶς ἐκ συνθήκης, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἔχουσι. Quod & ea, quæ apud eundē ſequuntur verba, perſpicuè declarant.

Adfirmatores appellantur, qui idoneos eſſe tutores in iure adfirmant: quos fideiuſſorum vicem ſuſtinere ait.l. 4. in fine. ff. de fideiuſſor.tuto. His ſimiles ſunt, quos vulgò Certificatores vocamus.

Adgnati auctore Caio ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione iuncti ſunt, quaſi à patre cognati: veluti frater eodem patre natus: fratris filius, nepóſve ex eo: item patruus, patrui filius, nepóſve ex eo. leg.7.ff.de legit. tutor. Quæ lex etſi ex Caii libro 1. Inſtitut. tranſcripta, inſcriptione id ipſum teſtante, dicatur: in eo tamen Inſtitution. Caii lib. qui hodie circumfertur, ſub tit. de inteſtator. hæreditatibus paulò aliis verbis Adgnati definiuntur eſſe per virilem ſexum defuncto proquinquitate coniuncti: Quales eſſe ibidem ait conſanguineos fratres, ſiue ex eadem matre, ſiue ex diuerſis genitos: Item patruum, id eſt, fratrem patris, & fratres patrueles, id eſt, de ſingulis germanis natos: Inter fœminas verò ſolam ſororem conſanguineam adgnatam. & germano ſuo defuncto ab inteſtato ei adgnationis iure ſuccede-

re: reliquas verò fœminas, hoc eſt, amitam patris ſororem, vel fratris filiam maſculis propinquis adgnationis iure non ſuccedere. Paulus Adgnatos definit, Cognatos per patrem ex eadem familia: & inter adgnatos & cognatos hoc intereſſe tradit, quod inter genus & ſpeciem. Nam qui eſt adgnatus, & cognatus eſt: non vtique autem qui cognatus eſt, & adgnatus eſt. alterum enim ciuile, alterum naturale nomen eſt. l. vlt. §. 1. ff. de gradib. & adfin. Quod etiam à Modeſtino traditur in l. pen. ff. vnde legit. qui ipſe adgnationem ciuilem eſſe cognationem ait, quæ per mares contingat. l. 4. §. cognationis. ff. de gradib. & adfin. Vlp. in l. 2. ff. de ſuis & legit. Adgnatos definit, cognatos virilis ſexus ab eodem ortos. Idem in Inſtitution. fragmentis, tit. 11. Adgnatos ait eſſe à patre cognatos, virilis ſexus, per virilē ſexum deſcendentes, eiuſdem familiæ.

Adgnati cùm de furioſis agitur, curatorum loco multotiens ponuntur. l. 12. ff. de cur. fur. l. 2. C. eo. ti. l. vlt. ff. de nouat. l. 3. ff. de tutel. l. 14. ff. de manumiſſio. l. 65. ff. de ſolutio. l. 10. ff. de alien. iud. mut.

Adgnaſci pro adgnatione iungi & adgnatũ fieri. l. 7. l. 1c. l. 23. ff. de adoptio. Propriè autem de filiis & ſuis hæredibus hoc verbum vſurpatur: Adgnaſci enim dicuntur filii, qui poſt teſtamentum naſcuntur & in poteſtatem noſtram ſubiguntur. l. 3. l. 6. §. 1. l. 13. §. de in iuſto rupto. l. 34. §. 1. de teſtam. milit. Separanturq; vt diuerſa, Adgnaſci & ſuccedere. l. 6. ff. de iniuſto rup. Adgnaſcitur namque qui ſuis naſcitur, quemque nemo natiuitatis vel adoptionis tempore antecedit: Succedit verò, qui ortus quidem ſui tempore ab alio pręuertitur, ſed poſtea eo de medio ſublato proximum locum ſubintrat. Et ita adgnationem ſui hæredis accipimus. l. 1. l. 8. & l. 13. ff. de iniuſto rupt. l. 43. ff. de vulg. & pup. l. pen. ff. de iure codicill. l. 1. C. de ord. cognitio. l. 1. C. de poſthum. Cic. de oratore lib. 1. Num quis ex teſtamẽto quod paterfamil. ante fecit, quàm ei filius natus eſt hęreditatem petit? nemo: quia conſtat adgnaſcendo rumpi teſtamentum. Adgnata etiam dicuntur, quæ ex mancipiis vel pecoribus naſcuntur, & gregi vel ſeruitio accedunt. l. 39. §. pater. & l. 41. §. ſorori. ff. de leg. 3. l. pen. ff. de oper. libert. l. 14. §. non ſolùm. ff. de furtis. l. 1. §. hæc actio. in fi. ff. ſi quis teſtamento liber. l. 29. §. 1. ff. de pignorib.

ADGNOSCERE periculum, ſumptus, onus, noſtris ſignificat, de periculo ſumptúque teneri, periculum præſtare, onus ſubire. l. 8. & l. 57. ff. de vſufruct. l. 54. ff. locati. leg. 13. ff. ad municip. l. 4. ff. qui pet. tutor. l. 2. §. ſi quid publici. ff. de hæredi. vend. Eodémque modo Adgnoſcere vſuras, cibariáque Iureconſulti dicunt. l. 33. ff. de petitio. hæred. l. 8. §. ſi vſuras. ff. de vſufruct. l. 2. §. penultim. ff. ad exhibend.

Adgnoſcere hæreditatem, bonorum poſſeſſionem, pro admittere & acceptare & conſtituere ad ſe pertinere, crebrò in Pand. legitur. Et adgnoſcere bona eodem ſenſu. in l. 4. §. eodem. cum §§. ſeq. ff. de fideicommiſſ. libert. & in l. 4. §. ſi fiſco. ff. ad Trebellianum. l. 50. §. pen. ff. de legat. lib. 1.

Adgnoſcere iudicium defuncti eſt amplecti & comprobare voluntatem. l. 8. §. ſi conditione. & l. 12. ff. de inofficioſ. teſt. Adgnoſcere autem, vt à querela inofficioſi repellatur, videtur qui qualequale iudicium defuncti comprobauit. l. vlt. ff. de inofficioſo. Itaque non tantùm qui in teſtamento adſcripſerit poſt mortem patris conſentire ſe, ſed & qui alias voluntatem probauerit: veluti ſi ex teſtamento legatum petenti aduocationem præbuerit, procurationémve ſuſceperit, vel quod ſibi ex teſtamento conditionis implendæ cauſa ab hærede vel legatario datum fuerit, ſciens ceperit, legatúmve ex teſtamento ſibi non adſcriptum petierit, adgnouiſſe erit exiſtimandus. l. 3. §. ſi conditioni. l. 12. l. penult. & l. vlt. §. eodem. in fin. Sed & ſi hæreditatem ab hæredibus ſcriptis euicerit, vel res ſingulas ſciens eos hęredes eſſe, aut conduxerit prædia: aliúdve quid ſimile fecerit, vel ſoluerit hæredi, vel ab alio ſibi legatam rem, quam ille ex teſtamento conſecutus erat, acceperit, videbitur agnouiſſe. l. 23. §. penult. l. pen. §. vlt. ff. eodem. Adgnouiſſe etiam debitor, ancillam ſuam pignori obligatam manumittere rogatus, defuncti creditoris voluntatem videtur, ſi ab hęrede conuentus vſus eſt exceptione, vel alias voluntatem ſuam oſtendit. l. 54. ff. de fideicomm. liber.

Adgnoſcere tutelam filio delatam pater videtur, ſiue geſſit, ſiue gerenti filio conſenſit, ſiue omninò tutelam attigit, non etiam ſi monuit ſolùm. l. 7. ff. de tutel.

Adgnoſci etiam liberi dicuntur, quos pro noſtris admittimus. tit. de liberis agnoſcend. Sueto. in Auguſto, cap. 65. Ex nepte Iulia, ait, poſt damnationem editum infantem adgnoſci aliq; vetuit.

ADGRESSVRA, impetum prædonum ac latronum ſignificat. l. 5. C. de pigner. actio. l. 12. C. de locato & cond. l. 4. ff. famil. erciſc. l. 3. §. ſi cùm omnes. ff. de ſenatuſc. Sila. l. 5. §. qui deiertionis. ff. de re milit. Nã & ipſi prædones, Adgreſſores vocantur. l. 3. §. non tantùm. ff. de incend. rui. l. 7. ff. ad l. Pomp. de parric. Vtitur adgreſſurę verbo Apul. lib. 7. de Aſino aur. Adgreſſum dicit Vlpian. in l. 17. §. ſi quis autem. ff. ad Trebellian.

ADIICERE interdum valet addere aliquid ad precium pluriſq; licitari. l. 7. ff. de in diem addict. Inde adiectiones pro incremẽtis & addi-

& additamentis precii, licitationibusq; quib. aliquid ad prius precium adiicitur. l. 4. l. 10. l. 11. §. pen. l. vlt. l. 15. ff. de in diem addictio. l. 26. ff. de minor. l. vlt. ff. de iure fiſc. l. 41. ff. de rei vindi. l. 1. de vendend. reb. ciuitat. lib. 11. Cod. Sic adiectiones admittere in l. 21. in fin. ff. ad municipal. quas vulgò dicimus Encheras recipere: Notauit Anto. Auguſt. lib. 2. Emend. cap. 3. Adiectus dicitur qui obligationi ſolutionis gratia adiicitur. l. 59. ff. de ſolutionib. veluti ſi ſibi aut Titio dari quis ſtipuletur: Nã Titii perſona in hoc tantùm comprehenditur, vt ei rectè ſoluatur. l. 56. §. qui ſibi. ff. de verb. oblig. Adiici etiam dicitur, qui alicui cohæres adiungitur. l. 7. ff. famil. erciſc. l. 89. ff. de hæredib. inſti. vnde adiectus hæres pro cohærede, in l. 7. & l. 32. ff. de vulg. & pup. l. 78. in fi. l. 85. ff. de hæred. inſtitut. in eundemq; ſenſum adiungendi & adhibendi verbis Iureconſulti vtuntur. l. 6. l. 85. & l. 14. in fi. ff. de iure codicill.

ADIRE hæreditatem, eſt amplecti hæreditatem, accedere ad hęreditatem, & vt Gręci dicunt, προσελθεῖν τῇ κληρονομίᾳ. Propriè autem Adire extranei dicuntur, quia aliâs hæredes non ſint, vt ſui immiſcere ſe. Ideoque hæc ſeparantur in l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſio. eat. l. 7. §. reſtitutus. ff. de minorib. Adit hæreditatem, qui verbis vel facto aliquo bona ſe mortui adprehendere, hæreditatemq; admittere teſtatur. Etiam ſubire hæreditatẽ dicit Paul. in l. 181. ff. de diuerſ. reg.

ADIVTOR tutelæ, quem ſolet Prętor permittere tutorib. conſtituere, qui non poſſunt ſufficere adminiſtrationi: ita tamen, vt cum periculo ſuo conſtituant. l. 13. §. vlt. ff. de tutel. Adiutores cornicul ariorum. l. vlt. ff. de iure immunit.

ADMINISTARE, pro, alii diſtribuere, & impartiri, & reſtituere. in l. 10. in fin. ff. de inofficioſo. l. 3. C. ad l. Falcid. Adminiſtratores ciuitatis. l. 12. C. de tranſactio. qui & curatores dicuntur.

ADMITTERE, vt notas ſignificationes omittam, miſſum in poſſeſſionem recipere ſignificat. l. 17. ff. de damno infect. l. 3. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſ. l. 12. §. miſſus. ff. vt in poſſ. legat.

Admittere etiam in equas aſinum dixit Vlpian. in l. 53. §. ſi quis aſinum. ff. de furt. vt & Varro apud Non. in verbo Æquimelium. Vnde Admiſſarii equi apud Columell. lib. 6. cap. 27. & Plin. lib. 28. cap. 15. Et Admiſſura apud eundem Plin. lib. 20. cap. 12.

Admittere bonorum poſſeſſionem pro adgnoſcere & accipere, in l. 7. C. de iure delib. & aliâs ſæpius.

ADMONERE, vt Non. Marc. notat, interdum idem valet quod Coërcere & caſtigare. Sic Virgil. lib. 10. Æneid. Telo admonere: ſic Columella lib. 2. cap. 1. Flagello admonere. Quomodo etiam legendum puto in Valerio Max. libr. 1. cap. 1. Vbi admoueretur, pro, admoneretur, quibuſdam in codicibus legitur. Sic & verbere moneri dixit Tacit. lib. 5. Annal. Quæ locutio à Græcis ducta eſt, qui in eandem ſententiam vtuntur verbo νουθετεῖν. Ariſtoph. in Veſp. κονδύλοις νουθετήσετε. Inde Admonitio fuſtium, in l. 7. ff. de pœnis. pro caſtigatione.

ADNEPOS, ADNEPTIS: Græci δισέγγονον, δισεγγόνην dicunt. Hi ſunt abnepotis, vel abneptis filius, filia: pronepotis vel proneptis nepos, neptis. l. 1 §. 5. & l. vlt. §. Adnepos. ff. de gradib. & adfin. Sic in inſcriptione antiqua, L. Aurelius Verus Antoninus Neruæ adnepos appellatur. A Nerua enim Traianum, à Traiano Hadrianum, ab Hadriano Antoninum Pium, à Pio Verum adoptatum, ex hiſtoriis notum eſt.

ADOPTIONIS nomen generale eſt: tam enim qui ſui iuris, quàm qui alienæ poteſtati ſubditi erant: tã qui rogatione lata, quàm qui magiſtratus auctoritate in liberorum ius locumq; adſciſcebantur, adoptari dicebantur: vt ex Ciceronis oratione pro domo ſua non vno loco demõſtratur. Generaliter verò Adoptionem definiemus legitimum actum naturam imitantem, quo liberos nobis quærimus, quam Græci εἰσποίησιν, Gotthi adfiliationem, qui eam barbaram Caio appinxerũt interpretationem, quæ hodie apud eundem lib. 1. Inſtitut. tit. 4. legitur. Adoptio autem in duas ſpecies diuiditur, quarum altera Adrogatio, altera Adoptio ſimiliter dicitur: eoq; modo fit, vt idem nomen & genus & ſui ipſius ſpecies ſit. l. 1. & 2. ff. de adoptio. Adoptio eorum eſt, qui in aliena poteſtate ſunt, & à patris naturalis in adoptiui familiam transferuntur. Eaq; apud Prætorem vel Proconſulem, vel quemlibet alium magiſtratum, apud quem legis actio eſſet, fiebat, parente naturali filium mancipante, eo quo Iuſtinianus in l. vltim. C. de adoption. perſtringit, ritu. Adrogatio verò eſt, cùm aliquis patrem non habens, in poteſtatem ſe adoptiui patris dabat. Et inde Adrogatio, ſecundum Caii opinionem, quæ in l. 2. ff. de adopt. & libr. 1. Inſtitut. tit. 5. conſcripta eſt, quod & ille qui adoptabat rogaretur, vtrùm illum quem adoptaturus erat, iuſtum ſibi filium eſſe vellet, & ille qui adoptabatur rogabatur, vtrùm id fieri pateretur. Gellius verò inde dictam Adrogationem lib. 5. noct. Attic. cap. 19. tradit, quòd non niſi rogatione ad populum lata fieret, in hæc verba: *Velitis iubeatis, Quirites, vti Valerius L. Titio tam iure legeq; filius ſiet, quàm ſi ex eo patre matreq; familias eius natus eſſet*, &c. Cui etymologię & illud Taciti fauet, quod eſt lib. 12. De adoptione Do-

mitii rogataq; lex eſt, qua in familiam Claudiam & nomen Neronis tranſiret. Conſtat planè apud populum Adrogationes olim factas non Gellii modò, ſed & Vlpiani teſtimonio in Inſtitut. tit. 8. Ratio verò adhibendi populi, quantum ex Cicerone colligo, illa fuit, quòd iure à maioribus prodito libertatem nemo ciuis amittere ſine populi auctoritate poterat: Verùm tranſlato populi in principem imperio, principali exinde auctoritate Adrogationes fieri cœpere. l. 2. ff. de adoptio. l. 6. C. eod. §. 1. Inſtitut. eo.

ADPLVMBATVM appellatur, quod plũbo vinctum & alii iunctum connexumq; eſt. l. 23. §. item quæcunque. ff. de rei vindic. l. 17. §. caſtella. ff. de acti. emp. l. 2. ff. de ſepul. viol. Contrarium huic verbum, Replumbatum legitur in l. 19. & l. 32. §. 1. ff. de auro, arg.

ADPROMITTENDI verbo Cic. in oratio. pro Roſc. Amer. vſus eſt. Vnde Adpromiſſores, qui pro alio fidẽ ſuam obſtringunt, ſeq; obligant. l. 5. §. ſatis acceptio. ff. de verb. oblig. l. 64. ff. ſolut. matrimonio. l. 43. ff. de ſolutionib. quaſi inſuper, & præter alium promittentes. Quam ſignificationem interdum habet præpoſitio, Ad, in compoſitione verborum. Feſtus Adpromiſſorem definit, qui quod ſuo nomine promiſit, id pro altero quoque promittit.

ADSCRIBERE ſibi in teſtamento, eſt ſua manu eiusve qui in poteſtate eſt aliquid in rẽ ſuam alieno in teſtamento ſcribere. tit. de his qui ſibi in teſt. adſcrib. l. 15. ff. ad l. Corn. de falſ.

Adſcriptum ſeruum pro adſignato dixit Paul. in l. 54. §. vlt. ff. locati. iuncta l. 32. ff. de pign. Adſcripti etiam Feſto auctore dicebantur, qui nomina in colonias dediſſent: quomodo Adſcriptos colonos interpretor apud Liuium lib. 4. Et ad eorum ſimilitudinem ab Impp. Adſcripticii appellantur coloniis addicti atque adſignati, ſic vt inde ſe mouere non poſſint, & poſſeſſionibus ipſis accedant, omniaq; bona dominis prædiorum adquirant. l. 6. l. 20. & l. 22. & l. vlt. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. 20. & l. 34. C. de epiſc. & cler. quorum conditio Adſcripticia dicitur. l. vlt. C. de tranſactio. l. 11. C. com. vtr. iud. Iuſtinianus adſcripticium ἐναπόγραφον vocat Nouel. Conſt. 22.

ADSERERE arbores in l. 7. §. vlt. ff. de vſufruct. Adſerere ſe in libertatem, pro vindicare, in l. 11. in fi. ff. de iniur. vt adſerere ſe in ingenuitatẽ, in l. 2. §. 1. ff. ſi ingen. eſſe dicet. Ouid. libr. 3. amor. Eleg. 10. *Scilicet adſerui iam me, fugiq; catenas.* Veteres autem liberali adſererẽ cauſa manu dicebant, cùm in libertatem iniuſta ſeruitute oppreſſos vindicabãt: quæ Comicis familiaris eſt locutio, eaq; Plaut. in Curculio. & Pœnulo, & Perſa non ſemel, & Terentius Adelphis vſi ſunt. Vnde autem ducta ſit hæc loquendi ratio non ſatis liquet. Varro certè lib. 5. de lingua Latin. ita explicat: Conſerere manum dicimur cum hoſte: ſic ex iure manu conſertum vocare: Hinc Adſerere manum in libertatem cùm prehendimus. Feſtus verò lib. 1. Adſerere manum admouere interpretatur, quòd ea quoque quæ in terram demittantur, Adſeri dicantur. Idem libr. 15. ex quorundam ſentẽtia, Sertorem dictum à prehendendo ſignificat, quia cùm is cuipiam adſerat manum, eius ex ſeruitute in libertatem educendi gratia, vocetur Adſertor: cùm tamen Verrio Flacco veriſimilimum videretur à iungendo ita dictum, quòd in libertatem eandem qua & ipſe fruitur, eum petat. Quod ipſi Feſto abſurdum videtur. Vt vt ſit, alienæ libertatis vindicem, Adſertorem appellari certiſſimum eſt. l. vlt. C. de adſertio. toll. & apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 1. & tit. 34. Et Martial. lib. 11. Epig. Quintilianum declamatio. 388. Sueton. in Iulio. Tertullia. libr. 1. aduerſ. Marcio. Donat. in Adelp. Terent. Vnde Adſertoriæ lites, quibus in libertatem quis ex ſeruitute ab alio vocabatur. l. vlt. C. de adſertio. toll. Et adſertio in ea Rubr. & apud Plin. lib. 10. Epiſtol. Sed enim commune hoc nomen fuiſſe tam à ſeruitute in libertatẽ, quàm à libertate in ſeruitutem trahentium notandum eſt, quod Priſcia. lib. vlt. adnotauit. Nam & Adſerere in ſeruitutem Liuius libr. 3. & Tranquill. in Tiber. cap. 2. dixere: Adſertoremq; idem Liuius eum qui in ſeruitutem petebat, vocat.

ADSESSORES ſunt, qui à magiſtratibus præſidibúsve in conſilium adhibentur, ab eo, quòd eis in iure reddendo adſiderent: vt apparet ex l. 1. l. vlt. ff. de off. aſſeſſor. l. 2. ff. quod quiſque iur. l. 9. §. ſed ex facto. ff. quod met. cauſ. l. 37. l. 38. ff. ex quibus cauſ. maior. l. vlt. C. de crim. ſacrileg. & apud Iul. Firmic. lib. 2. Matheſ. cap. 5. Qui & conſiliarii dicuntur, in l. penult. ff. de off. adſeſſ. & apud Sueto. in Tiber. cap. 33. Vnde Adſeſſura in l. vlt. ff. de proxenet. Et Adſeſſorium in l. 5. §. hac lege. ff. de iniur. & Adſeſſorum libri à Puteolano ſcripti. l. 13. ff. de pact.

ADSIGNARE, pro obſignare tabulas aut cum alio ſubſcribere, in l. 127. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. & l. 92. ff. de legat. lib. 1. l. 20. ff. de auct. tut. l. 1. C. de ſolut. & liber. debit. ciuit. Adſignatas res, anulo ſignatas accipere poſſumus in l. 1. §. vlt. ff. nautæ, caupo. Adſignare libertum eſt teſtificari cuius ex liberis libertum eum eſſe velit. l. 107. ff. de verb. ſign. l. vlt. ff. de oper. libert. l. 48. §. vlt. ff. de ritu nupt. l. 1. in fi. ff. de legit. tutorib. toto tit. de adſignãd. libert. & l. 22. §. qui liberti. ff. ad l. Corn. de falſ.

Adſignati agri vocabantur, qui veteranis ꝓ præmio adſignabantur, & inter eos centu-

riis

riis actis diuidebantur.l.15.§.1.ff. de rei vind. l.11.ff.de euictionib.& apud Cicero.Philipp. 5.ad fi.& Sicul. Flacc. in lib.de condic.agro. & Hygen.in lib.de limitib.conſtit.& Front.in lib.de agror.qualit.

ADVENTICIA dos dicitur, quæ à quouis alio quàm à patrẽ, qui in poteſtate habet, data eſt. Vlpia. in Inſtit.tit.6.l.5.§.ſi pater. ff. de iure dot.l.vnica.§.& vt plenius. C.de rei vxo. act.l.4.C.de collatio.

Aduenticium lucrum.l.41.ff.de diuerſ.reg. iur.l.4.in prin.ff.de manumiſſionib. Aduenticium in l.28.ff. de reb. auct. iud.poſſid. quod filio extrinſecus non per patrem obuenit.

ADVERSVS edictum vel legẽ feciſſe propriè dicitur, qui vetante lege vel edicto fecit l.102.ff.de diuerſ. reg.iur. l.vlt.ff.ne quid in loco publ. Qui item non facit quod facere debet, videtur facere aduerſus ea quæ non facit. l.121.ff.de reg.iur. Et ita aduerſus ſententiam arbitri fit, ſi ab eo, à quo arbiter peti vetuit, vel à fideiuſſore eius petat.l.32.ff.de recep.qui arb. & aduerſus dictum promiſſumve facere videntur, qui quod adſeuerant non præſtant. l.17.§.vlt.ff. de ædilic.edicto. Inde aduerſarius qui contra nos in iudicio ſtat, quem plerunq; diuerſam partem non noſtri duntaxat auctores, ſed & Quintilia.& Plinius appellant. Aduerſus præter notam ſignificationem, etiam Erga ſignificat, vt Feſtus lib.1.notat. Sic apud Terent. Andria, Id gratum fuiſſe aduerſum ſe habeo gratiam. Et apud Cic.lib.1.de nat.deor. pietas aduerſus deos. Sed & in l.3.ff. de appellatio.& in l.5.ff. de vſucapio. aduerſus id ſignificat quod vulgo dicimus, *pour le regard*. Idem etiam valet quod Secundùm, apud Vlpia. in Inſtitut.tit.20.& tit.28. Vbi Bonorum poſſeſſio aduerſus tabulas dicitur, quæ in iure noſtro ſecundùm tabulas appellatur.

ADVLESCENTES in libris noſtris, appellãtur minores viginti quinque annis puberes tutela liberati.l.42.l.penult. ff. de minorib.l.33.§.interpoſito.& l.40.§.aduleſcens.§.vlt.ff. de adminiſtratione tutor. Conſtantin. libr.1. Epit.tit.2. qui & adulti quandoque dicuntur. l.20.in fin. ff.de minoribus.l.43.§.is qui. ff.de procuratoribus.l.vlt.ff.de appellatio.l.1.§.in cauſis.ff.de adminiſtrat.tutor. Et iuuenes.l.25. §.1.l.27.§.1.l.28.§.precium.ff.de minoribus. Et ideò hi ab impuberib. pupilliſq; ſeparantur titul.rem pupill.vel aduleſcent.ſal.fo.l.7. ff.de ſuſpectis tutor.l.1.§.1.de contrar.tut.& vt actione.l.5.§.ſi actor.ff.de pecun.conſtituta.l.penult. ff.de appellationib. Cenſorin.autem in libr.de die natali, aduleſcentem à 14. anno ad 30. dici ſcribit ab eo, quòd ad id vſq; tempus aduleſcat.

ADVLTERARE, omne omninò quod ſincerum eſt, corrumpere ſignificat. Itaq; non tantùm mulierem adulterare, ſed & rationes & monetam adulterare in iure legimus.l.5.ff. ad l.Pomp.de parricid.l.1.in fin. ff. de ſeruo corrup. Inde adulteratores monetæ.l.16.§.vlt. ff.de pœnis. Adulterinæ ſtateræ.l.6.§.vltimo. ff.de extr. criminib. Adulterinum teſtamentum in l.6.ff. ad leg. Corn. de falſ. Adulterum Tryphonin.definit eum, qui alienã matremfam.corrumpit.l.225.ff.de verbor.ſignif. Adulterium enim in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum, compoſito nomine, vel, vt Feſt.lib.1.tradit, ex eo, quòd ad alterius torum accedatur. Stuprum verò in virginem vel viduam committitur. Sed his verbis l.Iulia, de adulteriis, promiſcuè vtebatur.l.101.ff.de verb.ſignif.l.6.§.1.l.34.ff.ad l.Iuliam, de adulteriis.

ADVOCATI, vt & Aſconius admonet, olim dicebantur quicunq; amico præſentiam ſuam commodabant. Ita Cicero pro Cæcinna aduocatos appellat eos, quos ad prædii poſſeſſionem adprehendendam, vt eorum præſidio ab aduerſarii iniuria tutus eſſet, Cæcinna ſecum duxerat. Vlpianus verò in l.1.§.aduocatos. ff. de extr. cogni. Aduocatos accipiendos ait omnes omninò qui agendis cauſis quoquo ſtudio operãtur, qui Aduocationem præbere dicuntur.l.vlt.ff.de inoff.teſt. Et aduocationem ſuſcipere.l.9.ad fi.ff.de offic.prę ſid. Aduocatione litem inſtruere. l.20.ff.ad l. Corn.de falſ. Aduocationibus interdicere.l.9. ff.de pœn.l.8.ff. de poſtul. Aduocationes infidæ.l.16.ff. de pœnis. Aduocationes poſtulare in l.23.§.vlt.ff. ex quib.cauſ.maior. Seneca in libello ioculari de morte Claudii: Tandem procedit Petronius vetus conuictor eius, & poſtulat aduocationem. Nam prætor poſtulantibus aduocatos dabat.l.1.ff.de poſtul.l.9.§. obſeruare. ff.de off.præſ. Ex quo iocus ille apud Cicer.lib.2. de orato.de quodam Siculo, cui cùm Prætor Scipio patronum cauſæ dediſſet hoſpitem ſuum hominem nobilem, ſed admodum ſtultum, Quæſo, inquit ille, Prætor, aduerſario meo da iſtum patronum: deinde mihi neminem dederis.

ÆDIFICII, item Ædium appellatio tam ad ruſticas quàm ad vrbanas habitationes pertinet.l.180.ff.de verbor.ſignif.l.41.§.ſed ſi quis ad opus. ff. de legatis.1. Secundum hoc in eo 12.tab. capite, quo de incendiariis agitur, & in interdicto de cloacis, Ædium appellatione omnes ſpecies ædificii contineri traditur.l.14.ff. de incendio, ruina.leg.1.in princip.§.deinde ait. ff. de cloacis. Sed & in interdicto Vti poſſidetis, verba prætoris, Vti eas ædes, ad omnes res ſoli, quæ poſſideri poſſunt interpretatione trahuntur.l.1.in princip. & §.vlt.ff. vti poſſidetis. In vſu tamen vrbana ædificia Ædes, ruſtica Villæ appellantur. l.

221.ff.de verb.ſig. Quanquã & in cenſu villas omnes Ædes appell. Varro lib.4.de lingua lat. ſcribit. Ædes autem duob. conſtãt, ſolo & ſuperficie.l.23.ff.de vſucapio.l.49.ff.de rei vind. l.39.ff. de legat. 2. Vnde qui fundum excepto ædificio legat, non de ſuperficie tantùm, ſed & de ſolo cogitaſſe intelligitur, ſine quo Ædificium ſtare non poteſt.l.81.§. qui fundum.ff. de legat.lib.1. Ædium ſunt, quæ perpetui vſus cauſa parata ſunt, licet quandoque tollantur. Stratura itaque loci alicuius ex tabulis facta, quę æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſt.l.242.§.1.ff. de verbor.ſig. Prothyrum quoq; quod in ædibus fieri ſolet, ædium eſt.l.pen. ff. de verb.ſig. vt & plumbum quod pro tegulis ponitur, aliter atque de eo dicendum ſit, quod hypæthri tegendi cauſa ponatur, vel ornatus ædium cauſa paratum ſit, non quò ædes perficiãtur.d.l.242. Ædibus diſtractis vel legatis ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium vel propter ædes habentur, perpetuiq; vſus cauſa in ædificiis ſunt. Qualia ſunt quæ enumerantur in l.15.§.vlt.l.14.l.15.l.17.in prin.& §. quæ tabulæ.& §.Labeo.cum ſeq.& l.18.ff.de actio. Ædium quoque habentur, ea omnia quæ iis connexa, iuncta, vincta, fixaq; ſunt. l.41.§.penult.ff.de legat.1.l.52.§.ſed ſi bibliothecam.ff.de legat. 3.l.59.ff.de rei vindicat.

Ædificare in edicto De mortuo inferẽdo, intelligitur non ſolùm qui nouum opus molitur, verùm is quoque qui vult reficere. l.1.§. penult.ff.de mortuo inferendo.

Ædiles duo initiò ex plebe conſtituti ſunt, qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat: vnde nomen habuiſſe eos apparet.l.2.§. iiſdem temporibus. ff.de orig. iuris. His deinde duo alii ex numero patrum additi ſunt, qui curules dicti ſunt: in cuius verbi etymologia non ſatis videtur cõuenire inter Varro. Feſtum Pomp.& alios. Varronis certè opinionem ſecutus eſt Theophilus in §. prætorum. Inſtitutionibus de iure natur. Poſtremò duos Cæſar Ædiles, qui frumẽto pręeſſent, adiecit, qui & à Cerere Cereales appellati ſunt, vt Dio libr. 42. & Pompo. in eadem l. 2. §. deinde Cornelius. ſcribunt. Ita ſex in vrbe ad extremum Ædiles fuẽre. Ædiles autem curules edicta proponebant.d.§. prætorum. Ex quibus vnum præcipuè veterum ſcriptis commendãtum habemus, quod de venditionibus morboſorum, vitioſorumq; mancipiorum animaliumque eſt: toto tit. de Ædilitio edicto. l.31. ff. de pactis. l. 32. ff. de euictio. Liuius & Cic.3.Officior.& Gellius lib.4.cap.2. meminere. Hinc Ædilitiæ actiones, quæ ex eo Ædilium edicto oriuntur: quales ſunt Redhibitoria, & Æſtimatoria quanti minoris, & actio quod aduerſus dictum promiſſumve ſit. tit. de Ædilitiis actionib.C.l.23.§.hæ actiones. l. 44.§. 1.& §. vlt.l.47.ff. de ædilitio edicto.l. 2. ff. de diuerſis tempor.l.31.§. ſi vir vxori. in fine.ff.de donat. inter vir. Ædilitiæ ſtipulationes quæ ad eandem cauſam pertinent. l. 5. §. prætoriæ.ff. de verbor. obligat.& exponit Theop.in tit.de diuiſion.ſtipulatio.

Erant & in municipiis Ædiles. l. 30. §.1.ff. locati.l.12.ff.de decurionibus: vt plenius lib.3. Select. Antiquit. comprobaui. Ædilitatem itaque Curiæ dignitatem appellat Imp. l. vlt. ſi ſeruus aut libert. ad decur. lib.10. C. Ædiles porrò Papinianus ἀστυνόμους in l.31.ff. de via publica: Dio verò vbique ἀγορανόμους vocat. Æditui ſunt, qui ædes tuentur, qui ædes ſacras curant, cuſtodiunt, & obſeruant.l.1.ff.de tutel.& vt Theophil. in §.1. Inſtit. eo.ait, οἱ ἱερεῖς οἵτινες τοὺς ναοὺς ἀσφαλίζονται. Sic in l.3. §. ſi tabulæ.ff.de tabul.exhib. hoc verbum accipe.

Ælia Sentia lex, ab Ælio Sentio Saturnino Auguſti temporibus lata, plura capita complectebatur, de quibus ab Vlpian. in Inſtit.tit.1.& Iuſtinia. Inſtitut.tit.quib.ex cauſis manumit.lic.& in l.15.ff. de iu. patro.l.7.& l. 8.& l.21.l.29.& l.vlt.ff. qui & à quibus. l.1.C. qui manumitt. non poſſ.l.57.& l.60.ff.de hæredib.inſtitu.agitur. Significabatur hęc lex his notis, A.S. quæ tamen malè interpretata in libris Notarum leguntur.

Aenvm, quod ſupra focum pendet, in quo aqua ad potandũ caleſit.l.18.§. aſinã. ff. de inſtruct.vel inſtr. Aënũ, in quo olea aqua calida lauatur, in l.19.§.illud.ff.loca. Aënum laterib. circũſtructũ in l.38.§.vlt.ff.de act.emp. craterẽ ſignif. quo aqua ex fiſtulis ducta excipitur.

Æqvvm & Bonum coniungi ſolent.l.1.l. penultima.ff. de iuſtit. & iure.l. 2. §.ſi quis tamen.ff.ſi quis cautionib.l. 32.ff. ſi certum petatur.& aliâs ferè ſemper. Significatur autem his verbis humanior & benignior iuris interpretatio, quę gręcè ἐπιείκεια dicitur. Nam plerunque ſi ad ſummam ſeueritatem ius exigas, iniquum fiet. Et hoc eſt quod veteres dicebãt, Ius ſummum ſummã iniuriam eſſe. Adhibendum eſt igitur æquitatis laxamentũ, quæ cùm in omnibus quidẽ, maximè tamen in iure ſpectanda eſt.l.90.ff.de diuerſ.regul. Vnde æqui & boni ars Ius ciuile definitur à Celſo. l. 1. ff. de iuſtitia & iure.& à Cicer. in Topic. Æquitas cõſtituta his qui eiuſdem ciuitatis ſunt. A quo & Seruius Sulpitius vel eo præcipuè nomine laudatur, quòd Ius ciuile nunquam ab æquitate ſeiunxerit. Denique æquitate poſtulante à legis verbis & à ſolennibus receditur.l. pen. ff. de in integrum reſtitut. Et in hoc genere perniciosé plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ errari idem Celſus ait l.91.§.ſequitur. ff.de verbor.oblig. Eſt autem duplex æquitas, naturalis

naturalis & ciuilis. Naturalis ex naturali ratione hominum mentibus inſita. Ciuilis verò ex ciuilibus præceptis æſtimanda eſt leg. 1. ff. de pact. l. 1. ff. ſi quis teſtam. lib. l. 19. ff. de captiu. & poſtl. l. 1. ff. de minoribus. l. 31. ff. de poſ. ff. de dolo.

Æris nomine omne nummorum ſiue aureorum ſiue argenteorum genus ſignificatur. l. 159. ff. de verb. ſignif. l. 5. §. ſed ſi dedi. ff. de tributor. l. 2. & l. 27. §. huius legis. ff. ad l. Aquil. l. 26. in fin. ff. de pignor. act. Quæ loquendi ratio inde fluxit, quòd veteres primùm æreis nummis nota pecudũ à Seruio Tullio ſignatis vſi ſunt, auctore Plin. lib. 18. cap. 3. & lib. 33. cap. 3. Inde æs alienum habere, vt Seneca libr. 5. de Benefic. 14. ſcribit, dicitur & qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſſum, quale apud Lacedæmoniis fuit, vel aliud quidlibet quod vſum numeratæ pecuniæ præſtet. Appellatur autem Æs alienum quod nos aliis debemus: Æs ſuum, quod alii nobis debent. l. 23. §. penult. ff. de verb. ſignific. Æris alieni loco in ineunda legis Falcidiæ ratione quænam habeantur, ex l. 36. & l. 39. ff. ad l. Falcid. petendum eſt.

Æroſam pecuniam in l. 101. §. 1. ff. de ſolutio. accipe cui plurimum æris admixtum eſt. Porrò pro aſſib. æs dixiſſe antiquos Varro lib. 8. de ling. Lat. admonet, atq; aſſem tenentem in mancipiis dixiſſe: Hoc ære æneaq; libra: & mille æris legatum: Quomodo apud Liui. lib. 1. & lib. 3. ab V. C. mille æris interpretari conueniens eſt.

Æstimatoria duplicem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio ſignificatur, quæ de æſtimato proponitur: veluti cùm res æſtimata vendenda data eſt: nam cum de nomine contracti negotii dubitetur, venditione an locatione aut mandatum ſit, dubitationis tollendæ gratia æſtimatoria præſcriptis verbis actio datur. l. 1. ff. de æſtimator. §. actionum. Inſti. de actionib. & ibi Theophilus. Interdum Æſtimatoria accipitur Quanto minoris actio, quæ intra annum ex Ædilium edicto datur. l. 18. & l. 43. §. aliquando. l. 44. §. vlt. & l. 48. §. non nocebit. ff. de ædilitio edict. Et hæc actio ſignificatur in l. 32. ff. de euictio. l. 31. §. ſi quis egerit. ff. de ædil. edict. l. 25. §. ff. de excep. rei iud.

Ætatum varii gradus conſtituuntur. Ætas infantis in l. 55. ff. de vſufr. in ſeptimum vſq; porrigitur, vt apparet ex l. 18. C. de iur. delib. l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſtr. tut. Ætas pupillaris vſq; ad 14 annum excurrit. l. 38. ff. de minoribus. l. 16. de iur. fiſc. l. 1. C. qui legit. perſ. ſtan. in iud. l. 1. C. de Carbo. & l. 3. C. de teſtam. tutel. l. penult. C. quando ex fac. tut. l. 16. C. de præd. minor. quam ſequitur ætas pubes. l. 41. §. pen. ff. de vulg. & pupill. l. 2. C. arbitr. tut. in eam incurrit prætextati ætas: cuius in l. 3. §. vlt. ff. de liber. exhib. & apud Gellium lib. 1. c. 23. fit mentio. Nam vſque ad 17 annum ingenui pueri prætexta induebantur, quã poſt id temporis toga virili mutabant. Puberem ætatem excipit iuſta ætas, quæ viceſimo quinto anno inchoatur. l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun. quæ & legitima appellatur, vt apparet ex l. vlt. C. de his qui veniam ætatis. & aliis locis, quos lib. 10. adſcribam. Appellatur & perfecta ætas. l. 33. ff. de minorib. l. 25. §. 1. ff. de probatio. l. 7. C. ſi aliena res pign. §. vlt. Inſtit. de Attilia. tut. l. 16. ff. de tutel. l. 4. & l. 8. ff. de legit. tutor. l. 9. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 22. C. ad Velleia. l. 2. §. penult. C. de iud. l. vlt. C. de his qui veni. vnde & minor ætas imperfecta vocatur. l. 2. C. de iur. & fac. ign. l. vlt. C. in quib. cauſis in integrum. Eadem & robuſta ætas dicitur in l. 15. §. lex Iulia. ff. de adulter. propterea quòd tunc virilis vigor completur. l. 1. in fi. ff. de minorib. item maior ætas in l. 23. ff. de minorib. Sed enim alia fit nõnunquam, ita ſuadente mente teſtantium, iuſtę legitimæq; ætatis interpretatio, vt exponitur in l. 50. in fi. ff. de legat. 3. Quinetiam iuſta ætas in l. 8. ff. de condictio. cauſa. da. pro pubere accipienda eſt, quę nuptiis iure contrahendis præfinita eſt. Suæ porrò ætatis fieri intelligimus eos, qui 25 annum attigerunt, ſi non contraria voluntas teſtatoris arguetur. l. 27. ff. de neg. geſt. d. l. 50. ff. de legat. 3.

Ætas infirma, puerorum, puellarũ, ſenioq; confectorum hominum. l. 122. ff. de legat. lib. 1. Dicitur & ędificiorum ętas. l. 60. ff. de legat. 1. l. 15. C de operib. pub. & ętas arborum apud Aggen. Vrb. & ętas vinorum apud Plinium & alios: & ætas temporis, quòd vulgò dicimus, *La ſaiſon du temps*, in l. 26. §. libertus. ff. de condict. indeb.

Ætatis venia impetrata dicitur, cùm à Principe ętatis gratia alicui fit, ad rerum ſuarũ adminiſtrationem conſequendam, tit. de his qui ven. ętat. impetr. l. 10 C. de appellatio. Cõſtantin. lib. 1. epi. tit. 12. poſtulationem huius veniæ ſic deſcribit: αἰτοῦνται βασιλέα ἀποδοθῆναι τὰς κυβερνήσεις αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ μόνοι τῶν ἰδίων πραγμάτων ποιεῖσθαι φροντίδα δυνάμενοι.

Affectus pro liberis, in l. 26. de decur. lib. 12. C. Theod. Capitolin. in M. Anton. Et Antoninus quidem non eſt ſatis motus defectione Caſſii, nec in eius affectus ſæuiit. Idem in Gordianis Affectus viuere dilexit: filium & nepotem vltra morem, filiam & neptem religioſè: Vulcat. Gallica. in Auidi. Caſſ. Nec tamen Antonius grauiter eſt iratus, nec in eius liberos aut affectus ſęuiit. Eodem modo in Clod. Alb. Ne aut ad ipſum Albinum, aut ad eius affectus perueniat. Rufinus in tranſlatione Ioſephi libr. 1. Antiq. Iud. cap. 12. Ipſe autem matre cum aliis, quos ex Maſſaide li-

berauerat, affectibus ſuis in Samariam tranſlata. Ex quibus locis apparet Affectus dici de liberis, vxoribus, parentibus. Donat. in 2. Æneid. de ſponſa hoc verbum vſurpauit.

AGER ruri locus eſt ſine ædificio. l. 211. ff. de verbor. ſignif. & vt alibi dicitur, locus ſine villa. l. 27. ff. eod. tit. vel ab agendo vt probat Varro, vel, vt alii ſentiunt à græco ἀγρός. Ager autem proprietatem loci ſignificat, vt Iauolen. tradit in l. 115. ff. de verbor. ſignific. Et vbi etiam Agrum eſſe ait, ſi ſpecies fundi ad vſum hominis comparatur. Agraria lex quæ de terminis motis à C. Iulio Cæſare lata eſt. l. 3. ff. de term. moto. Agrariæ viæ quæ in agris ſunt, vel in agros ducunt. l. 2. viarum. ff. ne quid in loco pub.

Verbum AGERE latiſſimè patet: tritiſſima ſignificatione, facere & gerere ſignificat, quanquam & ſubtilis quædam inter hæc verba differentia intercedit. Actum enim generaliter dicitur ſiue verbis vt ſtipulatione: ſiue re, vt numeratione pecuniæ quid agatur. Geſtum, rem ſine verbis geſtam demonſtrat. l. 19. ff. de verbor. ſignif. Inde hæc tria plerunq; in eadem oratione cumulantur. l. 2. ff. de cur. bon. dan. l. 1. ff. de offic. procur. Cæſ. l. 1. 1. ff. quod cuiusq; vniuerſit.

Agere etiã eſt iudicio experiri, iudicio perſequi. Cuius exempla quæ in ſingulis Pandectarum paginis occurrunt, afferre, miſeræ eſſet & obſcuræ, ne dicam ſtultæ diligentiæ. Agere autem videtur qui excipit. l. 1. ff. de exceptio. in exceptione enim quod ad probationem attinet, actoris partibus reus fungitur. l. 19. ff. de probationib. Nec tamen actionis nomine exceptio continetur. l. 8. in fi. ff. de verb. ſignif. Agere etiam videtur, qui damni infecti, vel legatorum ſibi ſatiſdari deſiderat. l. 20. ff. rem rat. hab. Actionum enim vicem prætoriæ ſtipulationes repræſentare actionumq́; inſtar obtinere dicuntur. l. 37. ff. de obligat. & actio. l. 10. §. 1. ff. de compenſationib. l. 1. §. cautionales. ff. de prætor. ſtip.

Actio ius eſt perſequendi in iudicio quod nobis debetur. l. 51. ff. de obligatio. & actio. & Inſtitutio. de actionib. in princip. Actionis autem verbum & generale eſt & ſpeciale. Generaliter actionis nomine, in rem, in perſonã actio, perſecutio, interdictum, præiudicium continetur. l. 37. ff. de obl. & actio. l. 178. §. actionis. ff. de verb. ſignif. Itaque interdicta actiones appellantur. l. 43. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 14. in prin. & §. vlt. ff. de aqua & aq. pl. l. 1. C. ſi per vim. l. 3. ff. de mort. infer. & apud Paul. lib. 5. Sententiarum tit. 6. Specialiter verò Actio in rem & in perſonam, actiones duntaxat complectitur. Itaque ab interdicto præiudicio ſtipulationibusq́; prætoriis ſeparatur. l. 35. §. non ſolum. & l. 39. ff. de procuratoribus. Interdum etiam huius verbi vis adſtringitur ad eam ſolum actionem quæ in perſonam eſt ſignificandam. l. 28. ff. de obligat. & actio. l. 178. §. actionis. ff. de verbor. ſignificat. Atque ita à petitione perſecutioneq́; ſeiungitur. l. 18. §. 1. ff. de acceptilationib. l. 23. ff. rat. rem hab. l. 2. ff. ad S. C. Velleia. l. 49. ff. de verbor. ſignif. l. 1. ff. ad Macedo. In rem autem actio eſt, per quam rem noſtram, vel nobis pignori oppoſitam, quæ ab alio poſſidetur, petimus, ſeruitutémve nobis debitam vindicamus. l. 25. ff. de obligat. & actio. l. 1. C. de quadr. præſcript. l. 5. § vlt. ff. ſi vſufr. pet. §. æquè. Inſtitu. de actio. In perſonam verò eſt qua cum eo agimus qui nobis obligatus eſt ad aliquid dandum vel faciendum. d. l. 25. Quæ & in rem & perſonam eſt actio, Mixta appellatur. Sunt & hæ Actionum differentiæ, Ciuiles, Prætoriæ, Rei perſecutoriæ, Pœnales, Directę, Vtiles, Contrariæ, Bonæ fidei, Stricti iuris: quæ ſuis ſingulatim locis exponentur.

Actio etiam accuſationem ſignificat. l. 15. §. ſi propter. ff. ad Turp. l. pen. ff. ſi ex nox. cau. ſic populares actiones dicimus quanquam criminis perſecutionem contineant. Itaque ſtellionatus, item l. Fabiæ. nec non de moribus, ingrati quoque & inofficioſi, & ſuſpecti modò actio, modò accuſatio dicitur. l. 1. & l. 3. ff. ſtellionat. l. 3. ff. de lib. hom. exhib. Paul. lib. 5. Sent. tit. 7. l. 5. ff. de pact. dot. l. 39. & l. 97. ff. ſol. matr. l. 1. l. 3. C. de libert. & eor. lib. l. 76. ff. de leg. 2. l. 6. §. vlt. ff. de inoffi. l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Turpillia. Actionem itaque falſi dicunt Impp. in l. 2. ad l. Corn. de falſ. in Cod. Th. vt & actionem perduellionis Cicero pro Milone. Agere etiam de falſo in l. 30. in fin. ff. de inoffi. teſt. & agere crimen pro exequi, in l. 3 ff. expil. hæredit. Et Agere reum, id eſt accuſare & poſtulare apud Valer. lib. 6. c. 3. & lib. 8. cap. 1. Actionem dicitur actor intendere, inſtituere, exercere, mouere, inferre, importare, perferre, dictare. Agere etiam actionem & Agere in iudicium noſtri in eodem ſenſu dicunt. l. 39. §. 1. ff. de procuratorib. l. 7. ad fin. ff. de hæred. petit. Quin & actionem agi & iudicium agi iidem dicunt. l. 5. ff. ſi vſusfr. pet. l. 5. §. idem ſcribit. ff. rei vindic. l. 23. ff. de præſcript. verb. l. 1. l. 20. §. familiæ. l. 40. l. 55. ff. famil. erciſc. l. 7. §. cùm de vſufructu. ff. commu. diuid. Reus actionem pati dicitur. l. vlt. in fin. ff. nautæ, caupo. & ſuſcipere, excipere. l. 22. l. 36. §. vlt. l. 52. ff. de iud. l. 3. §. quod in tutoribus. ff. de adm. tut. l. 20. §. penult. ff. de adquir. rer. & accipere. l. vlt. ſi vſusfruct. pet.

Prætor verò actionem dare dicitur. Quod nihil aliud eſt, quàm agendi poteſtatem facere. l. 3. in princip. D. de ſepul. viol. Nam quoties Prætor actionem ſe daturum pollicetur, non hoc ſic accipiendum eſt, quaſi ipſe ex

ſua

ſua iuriſdictione actionem tribuat, ſed quòd agendi facultatem concedat in iure aditus, iudicemq́; & formulam det: propterea quòd eius officio contineretur vel admittere datis iudicibus qui cognoſcerent, vel repellere agere volentes. l. 27. ff. de verb. oblig. Cic. lib. 2. Rhetoric. ad Herenn. Quare in iure plerunque verſantur: ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodammodo agendi poteſtas fit. Ideoq́; modò Prętor ſic loquitur, Actionem dabo, modò ſic, Iudicium dabo, vt in l. 1. ff. nautæ, caupo. l. 1, in princip. l. 5. §. Prætor. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. 1. in princip. ff. de vi & vi arm. l. 1. ff. de ſuperfici. l. 2. l. 4. ff. vi bon. rapt. Cic. pro Cæcinna in princ.

Actio petitionis. l. 1. ff. de rei vindic. Actio ſtipulationis in l. 77. §. pater. de legat. 2. Præterea Agere adminiſtrare ſignificat. l. vlt. ff. de inſtitor. ſic agere Remp. & tutelam. l. 5. §. illud. ff. de reb. eorum. l. 37. in fi. ff. de admin. tut. in l. 35. §. qui Reip. ff. ex quib. cauſ. maior. l. vlt. §. Titia. ff. de liberat. leg. Hinc rem agẽs pro negotiorum geſtore. l. vlt. ff. de inſtitoria. l. 4. l. 7. §. vlt. C. quod cum eo. l. 126. §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig. l. 3. C. de procur. l. 80. in fi. ff. de furt. Hinc actus pro adminiſtratione. l. 2. l. 17. ff. de negotiis geſtis. l. 19. ff. de adminiſtratione tut. l. 51. ff. de ſolutionib. l. 19. l. 41. §. Stichus. ff. de fideicõmiſſa. liber. l. 10. ff. de edendo. l. 13. ff. de liberat. legata. l. 12. §. Papinianus quoque. ff. de inſtru. vel inſtrum. l. 1. ff. de inſtitoria. l. 82. ff. de conditio. & demonſt.

Actum agere. l. 41. §. ab hæredibus. ff. de fideicomm. libert. quod & actũ gerere in l. 99. in fin. ff. de verb. ſignif. l. vlt. ff. de publican. l. vlt. ne quis liber inuit. lib. 11. Cod.

Actũ adminiſtrare. l. 1. §. ſi ſeruus, ff. ſi quis teſtamento lib. l. 41. §. codicillis. de legat. 3. l. 1. ne quis liber inuit. lib. 11. Cod.

Hinc Actores ſerui, quibus peculii adminiſtratio concedebatur, qui res dominorum procurabant, actúmque in familia adminiſtrabant. l. 8. ff. fam. erciſc. l. 40. §. Titius. ff. de ſtatu liber. l. 19. ff. de fideicommiſſ. libert. l. 40. in fin. ff. de adminiſtr. tut. l. 49. & l. 94. §. 1. ff. de ſolutionibus. l. 33. l. 39. §. codicillis. l. 89. l. 95. ff. de legatis 3. l. 37. l. 86. ff. de legat. 1. l. 12. §. idem reſpondit prædiis. ff. de inſt. vel inſtrumento. l. 17. §. ſed & ſi. ff. de adulteriis. l. 1. §. vlt. de ſeruo corrupto. l. 59. ff. de manumiſſ. teſt. l. 3. C. qui manum. non poſſ. Hi πραγματευταὶ dicũtur in l. 41. §. ſorore. ff. de fideicom. libert. A Theophilo verò in §. vlt. Inſtit. mandati & aliis διοικηταὶ appellantur. Similiter Actores rerum accipe in l. vlt. ff. de offic. præſid. & actores bonorum. l. 8. & l. 30. & l. 46. §. actores. ff. de iu. fi. & Actores prædiorum & fundorum. l. 16. C. de procuratorib. l. 11. C. de obliga. & actio. l. vlt. C. quod cum eo. l. vlt. C. ſi aliena res pign. l. 3. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de falſa mon. Nam in fundos mitti à dominis ſerui frugi ſolebant, qui cæteris imperarent, fundumq́; domino colerent. l. 32. ff. de pignor. l. 3. §. item videamus. ff. vti poſſid. Plin. libr. 3. Epiſt. ad Caluid. Ruf. poſſe, ait, vtraque prædia eadem opera, eodem viatico inuiſere ſub eodem procuratore, ac penè iiſdem actoribus habere. Actor publicus apud Tacit. lib. 2. Annal. quomodo & apud Plinium lib. 7. Epiſt. ad Canin. in vetuſtioribus codicibus ſcriptum erat, vbi nunc exactor legitur. Actores etiam liberi homines appellantur, per quos municipiorum ciuitatúmque res geruntur: quia collegiis, municipiis, curiis, aliiſq́; corporibus actionum mouendarum excipiendarúmve cauſa conſtituuntur. Qui & ſyndici l. 1. §. quibus. l. 6. §. pen. & vlt. l. vlt. quod cuiusque vniuerſit. l. 8. ff. de pollicitatio. l. 10. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. l. 27. ff. ad Trebell. in l. 74. ff. de procurator. l. 9. ff. rem rat. hab. l. 12. ff. vt in poſſ. leg. l. 12. ff. de damn. infect. l. 11. §. hoc iure. ff. de exceptio. rei iud. l. 3. §. à municipibus. ff. de bon. poſſ. Adminiſtrationem planè actus Reip. ſeruile officium fuiſſe patet ex l. 1. & 2. Ne quis liber inuit. lib. 11. C. Sunt & actores qui à tutoribus curatoribúsve, litium cauſa decreto prętoris conſtituuntur. §. vlt. Inſtitutionib. de curatorib. l. 33. §. vlt. de adminiſtratio. tut. l. 31. §. penult. de neg. geſt. l. 11. C. de procurator. l. 10. §. vlt. ff. de in ius vocando. l. vn. C. de actor. à tut. ſeu curat. dan. l. 6. ff. quando ex fac. tut. l. 9. ff. rem rat. hab. l. 10. C. de appellationib. l. 10. C. qui dare tutor. Conſtitui verò actores periculo tutorum ſolent, quoties aut diffuſa negotia ſunt, aut dignitate, ætate, valetudine, vel alia neceſſitate tutores diſtinentur. l. 24. ff. de adminiſt. tut. d. §. vlt. Eos ab agendo dictos probabilius eſt, quàm vt Theophilus tradit, quòd apud acta conſtituuntur. Agere etiam ſignificat ante ſe pellere. Et vt Feſtus lib. 1. & lib. 9. ait, minare: quod vt antiquum & latinum eſſe verbum credam, non tam Apuleii auctoritas quàm Næuii veteris poëtæ facit, ex quo idem Feſtus libr. 18. hæc verba citat: Sequimini, præminate. niſi aliquod mendum ſubeſt. Vt ad rem, ſic agi dicuntur animalia. l. 1. ff. de ſeruitut. ruſtic. l. 235. ff. de verb. ſignif. Sic ire agere. l. 9. ff. de ſeruitutibus. l. 2. §. item ſi in facto. l. 4. §. 1. ff. de verbor. oblig. Et agere l. pen. de aqua quotid. & aliàs ſæpè. Hinc Actus quem Iureconſulti definiunt ius eundi, agendi iumentum vel vehiculum. l. 1. de ſeruituti. ruſtic. Inſtitut. de ſeruitut. l. 1. ff. de adimendis leg. l. 81. §. qui fundum. ff. de leg. 1. l. 13. §. 1. ff. de acceptil. l. 58. ff. de verb. obligat. l. 5. ff. de ſeruitut. l. 17. ff. de ſtipul. ſeru. Ab itinere autem eo differt, quòd iter eſt, qua quis pedes vel eques commeare poteſt: Actus

verò vbi & armenta traiicere & vehiculum ducere liceat. l. 12. ff. de ſeruit. ruſtic. Actus ergo & ius eundi continet. Nam ire quoque per ſe is poteſt qui actum habet. l. 2. ff. quemadmodum ſeruit. amittantur. Hoc amplius & plauſtrum ducere & iumenta agere. l. 7. §. 1. de ſeruitut. ruſtic. Inter actum verò & viam illa differentia eſt, quod via iter quoque ex ipſo ſermone continet: Actui verò duntaxat iter ineſt. Item viæ latitudo lege definita eſt, Actus verò latitudo vel conuentione & pacto, vel per arbitrum definitur. Poſtremò actus intelligitur etiamſi vehiculum duci non poſſit, ſi modò iumentum agi poſſit: via verò abſque vtroque non intelligitur. l. 13. ff. de ſeruitut.

Actus etiam ſpacium eſt in agris. Seneca lib. 5. Epiſt. 38. Seminis modo ſpargenda ſunt, quod quamuis ſit exiguum cùm occupauit idoneum locum, vires ſuas explicat, & ex minimo in maximos actus diffunditur. Hunc trifariam diuidi Boëti. libr. 2. Geomet. auctor eſt, in minimum, in quadratum, in duplicatum. Actus minimus quatuor tantùm pedib. in latitudine, & centum viginti in longitudine protenditur: Quadratus ex omni latere centum viginti pedibus concluditur: Duplicatus ducentos quadraginta pedes explicat. Eandem diuiſionem Iſidorus lib. 15. c. 15. facit, cui per omnia cum Boëti. conuenit, niſi quòd malè Actus minimus ab eo, niſi in ſcriptura vitium eſt, longitudine centum quadraginta pedum definitur. Quod falſum eſſe, ne vni Boëti. fidem tribuamus, ex Varrone lib. 4. de ling. Latina intelligimus. Verba Varronis hæc ſunt: Sic qua agi actus, eius finis minimus conſtitutus in latitudinem pedes quatuor, fortaſſe ab eo quatuor, quòd ea quadrupes agitur: in longitudinem, pedes centum & viginti. Sed & Feſtus libr. 1. centum & viginti pedibus actum in Geometria circumſcribi ſignificat. Et alio loco latum eſſe quatuor pedes ſcribit. Sequitur apud Varronem: In quadratum actus, & in latum & in longum, vt eſſet centum & viginti. Quod ipſum de quadrato actu qui & latus appellatur, idem ipſe Varro libr. 1. de re ruſtic. cap. 10. & Plin. libr. 18. cap. 3. tradunt. Tertius eſt, Duplicatus, in cuius explicatione æquè lapſus Iſidorus videri poſſit, qui actum duplicatum iugerum facere ſcribit, quod longitudine 240 pedum, latitudine 120. conſtet. Nam & idem Varro duodecim decuriis actum finiri, & iugerum dictum iunctis duobus quadratis auctor eſt. Quod ſi ita eſt, duplicata quadrati actus latitudine & longitudine conſtituamus neceſſe eſt duplicatum Actum 240. pedes latum eſſe, & longum totidem. Sed hæc ratiocinatio ex Quintilian. libr. 1. cap. penult. refellitur, qui iugeri menſuram eſſe 240. longitudinis pedes ſcribit, dimidióque in latitudinem patere. Ab hoc actu Actuarii limites apud Hygē. libr. 1. de limitib. conſtit.

Agi etiam aqua dicitur, id eſt, duci. l. 1 §. incile. ff. de riuis. Agi ratis in l. 1. ff. vt in flumine public. Agere etiam tractare ſignificat. l. 3. §. ſi quis palàm. ff. de iure fiſc. dicimus Agitare in eadē ſignificatione: vnde agitatur, id eſt quæritur. l. 1. §. veteres. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 2. §. iactura de exercitoria. l. 17. ff. de reb. dub. l. 45. ff. de actionib. emp. l. 3. §. ſi quis palam. de iure fiſc. l. 41. §. ſi duobus. de leg. 1. l. 23. §. vlt. de recep. qui arb. Sic quæſtio agitari & ſpecies agitari. l. 12. ff. de dam. infect. l. 114. §. apud Marcellum. ff. de leg. 1. Agere menſuram. l. 5. ff. ſi menſor falſ. mod. Hygen. lib. 2. de limitib. cōſtit. Longitudinem autem quoties egeram, ego ita renunciabam, Iugera tot. Frontin. in lib. de agror. qualit. Eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur.

Actorum publicorum, quibus in iudicio geſta mandantur, fit mentio in l. 4. §. vlt. de fideiuſſ. tut. l. 45. §. ex his bonis. ff. de iure fiſc. l. 46. ff. de re iudic. l. 25. C. de pact. Ea à Theophilo ὑπομνήματα dicuntur in §. vlt. Inſtit. de curatorib. Inde apud Acta in l. 2. ff. de appellationib. l. 7. in fin. ff. de decurion. Hinc Actuarii, qui notis acta ſcribebant, oratorúmque actiones excipiebant. l. 33. ex quib. cauſ. maior. & apud Sueton. in Iulio cap. 55.

Aggeres qui vndæ opponuntur eius continendæ & coërcendæ cauſa. l. penult. §. pen. de extra ordin. criminib. l. 1. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de aqua & aquæ pl. l. 14. ff. de impenſ. in res dot. l. 1. §. caſum qui putent. ff. ne quid in flum. pub. de Nili aggerib. Cod. Aggerem etiam Iſidor. lib. 15. Etymol. cap. vlt. poſt Seruium in 12 Æneidos Virgil. viam coaceruatis lapidibus ſtratam ſignificare ſcribit, quam hiſtorici militarem viam dicunt. Ammia. Marcell. libr. 18. cùm ad ſecundum lapidem veniſſemus, liberali forma puerum in aggeris medio vidimus eiulantem.

Agitatores in Circenſibus ludis hi erant, qui bigas, trigas, quadrigáſve agitabant. l. 4. ff. de his qui not. infa. l. 43. in fine. ff. de act. empt. apud Suet. in Calig. cap. 5. & Manilium lib. 4. Aſtron. Aurigarii à Sue. appellantur in Nerone. cap. 5.

Agnorum appellatione continentur, qui minores anniculis ſunt. l. 58. l. 60. ff. de legat. 3. Certè quamdiu agnorum loco ſint, ex vſu cuiuſq; loci ſumendum rectè Marcianus definit. Nam in quibuſdam locis ouium numero eſſe videntur, cùm ad tonſuram venerint. l. 65. in fi. de leg. 3.

Agonothetæ dicuntur, qui certamen conſtituunt & deſignant, certaminibúſque præſi-

præſi-

præſident.l.vlt.§.maſtigophori.ff.de muneribus & honoribus.l.vlt.de expenſ. ludor. in C. Th. Tertullia. in lib.ad martyr. Bonum agonem ſubituri eſtis, in quo Agonothetes Deus viuus eſt. Spart.in Hadriano. Multa in Athenienſes contulit & pro Agonotheta reſedit. Herodem etiam Olympicis ludis Agonothetem factum Ioſipp. lib. 1. de bello Iud. cap. 16. memorat. Inde ἀγωνοθετεῖν καὶ προκαθίζεσθαι, in l.10.ff.de pollicit. hoc eſt, quod ludis præſidere dicitur in l.6.ff.de annu. leg. Solebant enim veteres aliquem ſibi conſtituere, qui certaminibus ludiſq; ſiue ſcenicis ſiue gladiatoriis præſideret: Idq; ad Principem in vrbe, aut, eo recuſante, ad magiſtratus delatum ex Suet. in Auguſto cap. 45. & in Caligula cap. 18. intelligimus. Verum, vt Suidas tradit, ἀγωνοθέτης propriè eſt ἐν τοῖς σκηνικοῖς, ἐν δὲ γυμνικοῖς ἀθλοθέτης. &, vt Nicander apud Heſychium ſentit, ἀθλοθέτης ὁ μόνα γυμνικὰ· ἀγωνοθέτης δὲ, ὁ τὰ μουσικὰ ἀκροάματα διατιθέμενος. vnde ἀγωνοθεσία ipſum conſtituendi deſignandiq; certaminis munus appellatur. l. 20. §. Neratius.ff.famil.erciſcun.l.19. de Decurio. in C. Th. Agonothetici fundi.l.vlt.de fundis patrimon.lib.11.C.

Ala exercitus.l.2.ff. de his qui not.infam. Alarum præfectus apud Paul. libr. 5. Senten. tit. 38. & apud Sueto. in Tiber. c. 30. Alas autem vt Gellius libr. 16. cap. 4. ſcribit, equitum ordines inde appellarunt, quòd circum legiones dextra ſiniſtraq; tanquam alæ in auium corporibus, locarentur. Sed & vt Veget. lib. 2. cap. 1. Equitum alæ, ait, dicuntur ab eo, quòd ad ſimilitudinem alarum ab vtraq; parte protegant acies. Sueto. in Claudio cap. 25. Equeſtrem militiā ita ordinauit, vt poſt cohortem, alam, poſt alam, tribunatum legionis daret. Alas etiam funditorum dixit Valer. lib. 2. c. 2.

Album, tabula erat dealbata, vel, vt Theoph. in §. pœnales. Inſtitutio. de actionib. ſcribit, albis literis notata, in qua Prætores edicta ſua, quò omnibus innoteſcerent, actioneſq; & interdicta proponebant. l. 2. §. eodem. ff. de orig. iur. l. 7. & l. 9. ff. de iuriſdictio. l. 1. C. de interdict. l. 1. §. eum quoque. ff. de edend. d. §. pœnales. Inſtit. de actionib. Et apud Paul. libr. 1. Sent. tit. 13. & libr. 5. tit. 24. Heſychius σανίδας λευκὰς vocat. De Prætoris albo accipienda ſunt hæc Senecæ Epiſt. 49. verba, Turpes infaméſque etiam ſedentibus ad album exceptiones. Vt & hæc Quintiliani lib. 12. cap. 3. Quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt. Quò reſpexiſſe credo Plaut. in Perſa, act. 1. Sc. 2. cùm ait, Si id fiat, næ iſti faxim nuſquam appareant, Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona. Nam in albo Prætor propoſitas perſcriptáſque habebat actiones, vt ex d. l. 1. C. de interd. liquet. Eodem referendum eſt quod Quintilia. Declamatio. 374. ſcribit, potètius eſſe quod in albo legitur quàm quod in teſtamento. Transfertur & ad alia Albi appellatio. Nam illa quoque tabula, in qua Decurionum nomina ſecundum cuiusque ordinem ſcribuntur, Album appellatur, tit. de albo ſcriben. l. 10. ff. de Decurio. l. vlt. §. camelaſia. ff. de muneribus & honor. Quibus in legibus loco ſuo pulſum hoc verbum, Pandectarum Florentinarum beneficio reſtitutum eſt. Huius etiam meminere l. 5. l. 9. & l. 67. de Decurio. lib. 10. C. Vocatur curiæ album in l. 45. C. eod. tit. & in Nouel. Conſtitut. 19. Eodemq; modo album ſenatorum dixit Tacit. libr. 4. quod Dio lib. 55. λεύκωμα τῶν βουλευόντων. Et album iudicum Tranquillus in Claudio c. 16. & in Domitiano cap. 8. & Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 7. Et album Citharœdorum idem Tranquillus in Nero cap. 20. Cicero quoque lib. 1. de Orato. Pontificem Maximum res omnes ſingulorum annorum mandatas literis extuliſſe in album propoſuiſſeq; tabulam domi. De quo etiam Liui. libro 1. ab vrb. cond. Omnia, quæ ad ſacra ceremoniáſque deorum pertinerent, ex commentariis Regis in album relata in publico proponere à Numa iuſſum ſcribit. Idem etiam libr. 9. Cnæum Flauium faſtos in albo circa forum propoſuiſſe refert.

Alea emi dicitur, cùm ipſum incertum rei vænit: veluti ſi iactum retis, vel panthera ab aucupe, vel miſſilium captum quis emat. l. 7. & l. 2. ff. de hæredit. vel act. vend. l. 8. ff. de contr. empt. l. 12. ff. de act. empt. Sic & in l. 5. ff. de naut. fœn. In aleæ ſpeciem cadere dicitur, quod ex fortuito euentu pendet. Alea autem pro ludo, in titu. de aleæ luſu. ff. & l. vlt. §. 1. ff. quar. rer. act. l. 19. ff. de probation. vnde Aleam ludere in l. 26. ff. de iniur. & apud Sueto. in Auguſto. c. 71.

Alienare, eſt dominium in aliū transferre. Itaque alienatum non videtur quod adhuc in bonis venditoris manet. l. 67. ff. de verbor. ſignific. Sic Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 10. Alienationem definit rei ſuæ iuriſque ſui in alium tranſlationem. Alienatione tamen prohibita plenius teſtantis voluntatem legiſq; mentem interpretamur, vt non tantùm venditiones, ſed & pignerationes, ſeruitutúmque ceſſiones prohibitæ intelligantur. l. vlt. C. de rebus alien. non alien. vt in l. Iulia. de fundo dotali. & in oratione Seueri, qua res eorum, qui ſub tutela curáve ſunt, ſine decreto alienari prohibentur, vt ſub titulis de fundo dot. ff. & C. & tit. de rebus eorum. ff. & de præd. minor. C. pleniſſimè explicatur. Quin & alienare dicitur, qui vſucapere patitur, quiq; non vtendo amiſit ſeruitutes. l. 28. ff. de verbor. ſignifi. Ac proinde Alienationis

verbum etiam vſucapionem continet. dict. l. 28. l. 3. ff. de fundo dotali. In edicto quo cauetur, ne qua alienatio mutandi iudicii cauſa fiat, Alienare intelligitur etiam qui alienam rem vendiderit. Sed hæredem inſtituendo vel legando ſi quis alienet, aut venditori ſuo redhibeat rem, edictum ceſſat: niſi propter hoc ipſum redhibuerit, aliàs non redhibiturus. l. 8. in fine. & l. 9. ff. de alienatio. iud. mut. Planè etiam ad poſſeſſionis tranſlationem edictum pertinet. l. 4. §. Pædius. ff. eod. titu. Sed qui duntaxat poſſeſſionem omittit, non alienat. l. 4. §. potes. ff. eo. tit. l. 162. ff. de diuerſ. reg. iur. Cùm verò alienari extra familiam teſtator fundum vetuit, Alienatio intelligitur, ſi extraneo hærede inſtituto deceſſerit. l. 69. §. fratre. ff. de legat. 2. vel extraneo is fundus legetur. l. 114. §. penult. ff. de legat. 1. Alienare vtique quod ad fraudandos creditores attinet, non intelligitur, qui occaſione adquirendi non vtitur. l. 6. ff. quæ in fraudem creditorum. l. 28. §. 1. ff. de verbor. ſignific. Alienatio enim eſt cùm patrimonium diminuitur, non cùm non acquiritur. Nec tamen pupillus, qui ſine decreto alienare non poteſt, delatam ſibi hæreditatem vel legatum ſine Prætoris auctoritate rectè repudiabit: quoniam ne ſpem quidem iuris deteriorem eo modo facere poteſt. l. 5. §. fundum. ff. de rebus eorum. Creditores certè fraudare non videtur, qui oblatum ſibi lucrum negligit, acquirendiq; occaſionem non amplectitur, quando quidem de patrimonio ſuo nihil deponat. l. 177. ff. de diu. reg. iur. Generaliter autem Alienatione interdicta voluntaria tantùm interdicta intelligitur, non etiam ea quæ cauſam iuris habet neceſſariam. l. 1. ff. de fundo dotali. l. 2. §. 1. ff. de reb. eorum. l. 13. & l. 14. ff. familiæ erciſc. l. 114. §. Diui. ff. de legat. 1. l. 69. §. prædium. ff. de leg. 2.

Alimentorvm appellatione cibaria, & veſtiarium, & habitatio continentur: quia ſine his ali corpus non poteſt: cætera quæ ad diſciplinam pertinent, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, non continentur. l. 6. & 7. l. 17. & l. vlt. ff. de aliment. lega. l. 8. §. qui tranſigit. ff. de tranſactio. Anguſtior verò eſt diariorum vel cibariorum appellatio: his enim legatis neq; habitatio, neq veſtiarium, neq; calcearium debetur, quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſerit. l. 21. ff. de alimēt. le. Nec enim diaria aliud quàm diurna cibaria ſonāt. Alimentarii eadem qua legatarii & donatarii ratione dicuntur, quibus alimenta relicta ſunt. l. 8. §. eam tranſactionem. ff. de tranſact. l. penult. §. 1. ad l. Falcid. vt Alimentariæ puellæ, apud Capitolinum in Anto. Pio, quibus alimenta de publico præſtabantur.

Allvvio, eſt incrementum latens, cùm quid paulatim, & vt Conſtantin. libr. 2. Epit. tit. 1. loquitur, κατὰ βραχὺ καὶ ἀνεπαισθήτως, à flumine fundo alieno adiicitur, vt intelligi non poſſit quantum quoque momento temporis adiicitur. §. præterea. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. 3. ſi aqua. ff. de aqua quotid. l. 24. §. ſi quid poſt. de leg. 1. Itaq; ab inundatione, qua vno impetu ager occupatur, Alluuio diuerſam cauſam habet. l. 23. quib. mod. vſusfr. amitt. Eam ita deſcribit poëticè Lucanus:

Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Porrò Alluuionem & Circumluuionem Cic. 1. de orat. ſeparat. De quo verbo nihil me aliud quicquam legere memini, præterquam apud Feſtum Pompeium lib. 3. qui circumluuionem ius eſſe prædiorum ſcribit.

Alternatio pro diſiunctione in l. 7. §. quod autem. ff. de iniur. l. 9. ff. de ſeruo corrup. Rerum & locorum alternatio. l. 2. §. Scæuola ff. quod certo loco alternata conditione. l. 8. §. ſi quis ſub iuriſiurandi. ff. de conditionib. inſtitut.

Altervm tantum, ſignificat aliud tantundem. l. 9. ff. de vſuris. l. 9. §. quod illicitæ. ff. de publicanis. l. 3. §. vlt. l. 42. in fine. l. 46. ff. de iure fiſc. l. 13. ff. de liberis & poſt. l. 27. ff. de adult. l. 15. §. pen. ff. ad municipalem. Tantum aliud, in l. 7. de iure fiſc. lib. 10. C.

Altivs tollendi ſeruitus quomodo accipienda ſit, ſumma interpretum diſſenſione certatur. Nam vnicuique naturalis libertatis iure altius ædes ſuas tollere licet: igitur ſeruitus talis conſtare non videtur: niſi ſi quis, poſtquam vicino ceſſerat, altius non tollendi ius à vicino impetret, vt ſibi altius tollere liceat, vel præſcriptam altitudinis formam excedere velit: quod niſi vicino concedente facere non poteſt. Quibus in caſibus talis ſeruitus conſiſtet. l. 1. & l. 21. de ſeruitutib. vrbanorum. l. 2. ff. de ſeruitut. ruſtic. §. prædiorum. Inſtit. de ſeruit. §. æque. Inſtit. de actionib. l. 20. l. 25. ff. de exceptio. rei iudicatæ.

Alytarches, vt in Etymologico exponitur, dicebatur ὁ τῆς ἐν τῷ ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων. Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους παρὰ τοῖς ἄλλοις καλουμένους, ἀλύτας καλοῦσι, καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα ἀλυτάρχην. Quod ego ex Luciano comprobare poſſum, qui in dialogo περὶ αἱρέσεων ita ſcribit: ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων, ὁ ἀλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς παρελθὼν, ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων. Alytarcharum autem fit mentio in l. vlt. de expenſ. ludor. in C. Th. l. 12. de iure fiſc. eo. l. 2. de cupr. lib. 10. C. vnde Alytarchia ad editionem ludorum pertinens munus in Syria prima ponitur in l. 1. C. de off. com. orient. bellè & feliciter Iac. Cuiac. emendauit.

AMA-

Amatorivm poculum in l.38.§.qui abortionis.ff.de pœn.l.3.§.1.ff.ad l. Cornel.de ſicar.Et apud Paul.lib.5.ſent.tit.23. Tranquillus Amatorium medicamentum appellat in Calig.cap.50. Amatorium nullo alio adiuncto vocant Quintil.lib.7.Inſtitutio.cap.3. & cap.8. & declamatione 385.& Plin.lib. 25.cap.vlt. & lib. 27.cap.8. Plutarch. in ſalubr. præcept. φίλτρα καὶ γοητείας vocat, vt & Cõſtantinus lib. vlt. Epit. vbi ita explicat: φίλτρα δέ εἰσι τὰ φιλίας καὶ ἀγάπης ποιητικά, δι' ὧν, ὥς φλυαροῦσι τινὲς, δύναταί τις ἑλκύειν τινὰ πρὸς τὸ ἀγαπᾷν αὐτόν. Horatius in Epodis modò amoris poculũ, modò deſiderij vocat. Cui cõtraria odij potio fingitur à Quintill. declamat. 14.

Ambitvs, vt Varro lib.4.de ling. Latin. ſcribit, iter eſt, quod circumeundo teritur: nã ambitus circuitus eſt. Atque ita appellatum in 12. tabulis ſpacium illud, quod inter vicinas ædes intercedere neceſſe erat, aliàs docuimus. Ab hoc ambitum honorum dicimus, quod Candidati circumire populum & prehenſare ſolerent: Cuius reprimendi cauſa lata lex Iulia eſt, de qua in tit. ad. l.Iul.de ambit. Ambitio etiam gratiam & fauorem ſignif.l.3.C. de execut. rei iud. Vnde Ambitioſa decreta per gratiam expreſſa tit. de ambitioſ. decret. Et Ambitioſè gratioſè eſt & fauorabiliter.l.65.§.cùm Prætor.ff.ad Trebellia.l.12.C.de tranſactionibus.Cic. lib.13. Epiſt. vt intelligeres me non vulgariter nec ambitioſè, ſed pro homine intimo ac mihi perneceſſario ſcribere. Et alia eiuſdem libri Epiſt. Faciamq; quod ſolent facere qui religioſè & ſine ambitione commendant: id eſt, ſine fauore.

Ambvlare aliud eſt quàm ire. Nam qui ſpacia facit & in ſua veſtigia reflectit, ambulat: It verò qui porrò & vlterius pergit. Quapropter in itineris definitione hæc verba ſeparantur.l.1.§.de ſeruit.ruſt. Ambulare etiam μεταφορικῶς de his quæ in iure conſiſtunt vſurpatur. Dicitur enim ambulare bonorũ poſſeſſio in l.2.§.vlt.ff.de bonor.poſſ.ſec.tab. Et Ambulare actio in l.7.§. iniuriarum. ff. de cap. diminutio. Et Ambulare poſſeſſio in l. 28.§. perinde.ff.de petit.hæred. Ambulare ſtipulatio in l. 25.§.ſi operas.ff.de vſufr. Ambulare emptio in l.15.ff.de minor. Simili modo Ambulatoria conditio in l. 34.ff.de ſtatu liber. quæ ſcilicet per multos ſucceſſores currit. Ambulatoria voluntas.l.4.ff. de adimendis legatis. quæ liberè mutari reuocarique poteſt. Ambulatoria poteſtas legis.l.10.ff. de fundo dotali. quæ nullo certo caſu conſiſtit, & in ſuſpenſo eſt: Eodemq; ſenſu Ambulatoria furti actio. l.vlt. C.de furt.

Amita patris ſoror appellatur. Caius.lib. 2.Inſtit.tit.8. Amita magna eſt aui paterni ſoror.l.1.§.quarto.& l.vlt. §.quarto.ff. de grad. & adfin.l.17.§.vlt.ff. de ritu nupt. Et Paul. lib. 4.Sent. tit.11. Amita maior eſt proaui ſoror, patris vel matris Amita magna: & vt Feſt. lib. 11.ſcribit, aui & auiæ amita, quæ & proamita appellatur.l.1.§. vlt.& l.vlt.§.ſeptimo.ff.de gradibus & adfinibus. Amita maxima abaui ſoror, patris vel matris amita maior.d.l. vlt.§. ſexto.quæ abamita dicitur in l.3.& in l.vlt.§. ſeptimo.eo.tit. Ataui verò ſoror proprio nomine caret.d.§.ſeptimo. Amitini Amitinæ, qui quæve ex fratre & ſorore propagantur. l.1.§. quarto.& l.vlt.§.eodem gradu.ff.de gradibus & adfinibus.l.5.C.commun.de ſucceſſionib. &, vt Nonius Marcellus definit, fratrum matris & fœminæ filij, vel vt Paul.lib.4.Sent.tit.11. Amitæ filius filia.

Amisisse rem videtur, qui aduerſus nullum eius perſequendæ actionem habet.l.14.in fi.ff.de verb.ſignif. Amittere rem non videntur, quibus ea propria non fuit.l.83.ff. de diuerſ.regul. Non eo tamen minus periculo eorum amitti poteſt. in damnis autem ex l. Aquilia æſtimandis amiſiſſe dicimur, quod aut cõſequi potuimus, aut erogare cogimur.l.33.ff. ad l. Aquiliam. In edicto vero vi bonorum raptorum Amiſſa dicuntur & ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa fortè vel fracta.l.4. §. loquitur.ff. vi bonorum raptorum. Alibi traditur amiſſum non intelligi quod alteri oblatum non ſit.l.20.ff. ex quib. cauſ. maio.

Amovere aliud eſt quàm rapere. Nam amoueri aliquid etiam ſine vi poteſt: Rapi autem ſine vi non poteſt.l.3.§. non ſolum. ff. de incend. rui. Cæterùm, Amouere, contrectare, & furto ſubtrahere ſubripereque eſt.l.2.ff. ad l.Corn. de falſ.l.3.§. ſi quis dolo malo. de tabul. exhib.l.27.& l.53. de furt. l.6. ff. de his quæ vt indig. l.27.§.conſtat.ff.de pecul. Et tamen leuius & mitius eſt amouendi quàm furandi verbum. Nam vt eleganter Conſtantinus lib. 1. Epit. tit.13. explicat, τὸ μὲν κλέπτειν, ἐπὶ ξένων καὶ ἀλλοτρίων καὶ καθὼς ἔξεστί τινι ἄτιμον κινεῖν ἀγαγεῖν, καὶ δεῖ κλέπτων ὁ τὰ τῶν ἀλλοτρίων προσιόντων ἀφαιρούμενος πράγματα, ὑφαιρούμενος δὲ, ὁ κλέπτων τὰ τῶν οἰκείων, ἤγουν ὁ τοῦ πατρὸς παῖς, τὰ τοῦ συζύγου γυνὴ, καὶ τὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἀδελφός. Igitur quod ſui hæredes, ſerui, vxores intercipiendi animo celauerint, interuerterint, conſumpſerint, eius rei non furtum feciſſe eos, ſed amouiſſe dicimus, leuitate vocabuli rei turpitudinem mitigantes.l.71 §. Prætor ait. cum ſeq. ff. de adquirend. hæred.l.59.§.1.ff.de manum.teſtam. l.4.C.eo.tit.l.41.in fi.ff.de liberali cauſa.l.7.§. donationes.ff. ſoluto matrimonio. l. pen. & l.vlt. ff. ſi is qui teſtam. lib.l.6.C. de compenſationibus. Hinc amotarum rerum actio inter coniuges, prodita earum rerum nomine quas diuortij conſilio alteruter ſurripuerit.

toto tit. Rer. amotar. l. 52. ff. de re iudicata. l. 9. in fi. ff. de iure dotium. Hæc autem actio condictionis furtiuæ vicem ſuſtinet, turpitudine & atrocitate facti verbi leuitate temperata.

Amphora, vinariũ vas. l. 206. ff. de verb. ſignif. l. 35. §. in his ff. de contrahend. empti. l. 83. §. ſacram. de verb. oblig. & aliis multis locis. Amphora autem, quemadmodum Columella lib. 10. cap. 12. ſcribit, duas vrnas, vt verò Voluſ. Metianus in lib. de aſſe, & Feſtus lib. 15. octo & quadraginta ſextarios capiebat: quam & Latini quadrantal iiſdem auctoribus appellarunt. Amphorarium vinum. l. vlt. ff. de vino, trit. quod in amphoras diffuſum eſt. l. 6. ff. de tritico, vino. ad differentiam doliaris, de quo nos aliàs.

Amplius non peti, cautio fuit veteribus vſitata. l. 2. ff. vt leg. nom. cau. l. 14. l. 15. l. 23. ff. rem rat. hab. l. 4. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 24. & l. 31. C. de tranſact. Cicer. lib. 1 epiſt. ad Atti. Is ſibi negat à procuratore quicquam ſcriptum eſſe, & miratur iſtam controuerſiam fuiſſe, quod ille recuſaret ſatiſdari Amplius ab te nõ peti. Idem lib. 13. Epiſt. ad Serui. Sulpit. Sed duo ſunt quæ te nominatim rogo. Primum, vt ſi quid ſatiſdandum erit, Amplius eo nomine non peti, cures vt ſatiſdetur fide mea. Stipulatio autem plerunque ita plenè concipiebatur, Non petiturum eum cuius de ea re actio, petitio, perſecutio eſſet, & ratum habituros omnes ad quos ea res pertineret. ff. l. 23. ff. rem rat. hab. Idem Cicero in lib. de clar. oratoribus. At verò tibi ego, Brute, non ſoluam niſi prius cauero Amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum. Verba autem hęc, Amplius non peti, ita accipimus, ſi iudicio petitum ſit: Si autem in ius vocauerit dumtaxat, & ſatis iudicio ſiſtendi cauſa acceperit, ſtipulatio non committitur. d. l. 15.

De vi vocis Amplius tractatur in l. 103. §. ſi ita ſcriptum, cum ſeq. ff. de legat. 1. Et in l. 54. ff. de legat. lib. 3. & l. 82. ff. de verb. ſignif. Exempla adſcribi poſſunt ex l. 77. ff. de conditio. & demonſtrat. l. 27. & l. 33 §. vlt. & l. 34. ff. de legat. lib. 3. Amplius pronunciabant prætores quæſitoréſve cum eo quod ſibi de cauſa non liqueret iudicium proferebant. Donat. ad illud Terentij Eunucho, Liquet mihi deierare: Liquet, ait, verbum eſt iuris, quo vtebantur iudices cùm Amplius pronunciabant grauitate cauſæ commoti. Inde ampliatam cauſam in Cicero. Valerio, Liuio, Seneca, aliiſq; auctoribus crebrò legimus.

Ampliſſimus ordo Senatus eſt. l. 2. §. 1. & l. 30. ff. ad Velleia. l. 10. C. eo. tit. l. 21. ff. de legat. lib. 3. l. 1. ff. de colluſio. deteg. l. 5. C. de excuſat. tut. l. 4. C. de interdicto mat. Itaq; ſenatuſconſulta, Ampliſſimi ordinis decreta, conſultaque vocãtur. l. 2. ff. de his quæ vt indign. l. 15. ex quibus cauſ. infa. l. 2. C. ad Macedonia. l. 4. C. de excuſati. tuto. l. 3. C. ad S. C. Velleia. l. 2. C. ſi quis ignor. rem minor. & apud Paul. lib. 4. Sent. tit. 14. Et hoc Ampliſſimorũ titulo Conſules honorantur. l. 50. ff. de conditio. & dem. l. 1. §. pen ff. de appellatio.

Ampliſſimam etiam poteſtatem, & Ampliſſimos iudices in Conſtitutionibus legimus. l. 29. C. de appell. l. 3. C. quando prouoc. non eſt nec. quo elogio præfecti prætorio ornantur in l. vlt. §. pen. C. de temporibus appellat.

Anfractus flexum viæ ſignificat, verbumq; erat 12. tabul. l. 8. de ſeruit. ruſtic. l. 6. in fi. ff. quemadmodum ſerui. amitt. Varro lib. 6. de lingua Latina. Anfractum eſt ab origine flexum duplici, dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo iubent leges viam in directo pedum octo eſſe, in Anfracto, 16. id eſt, in flexu.

Angarias appellant prouincialibus militibúſque impoſitam onerum vehendorum, baiulandorúmve neceſſitatem. l. 10. §. angariorum. l. 11. ff. de vacat. muner. l. 7. in princ. ff. de muneribus & honoribus. l. 2. C. de ſacr. eccleſ. l. 2. C. de epiſco. & cler. l. 2. de quibus muneribus lib. 10. & apud Vegetium lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 19. Nam vt Suidas definit, ἀγγαρείαν Græci vocant ἀνάγκην ἀκούσιον, καὶ ἐκ βίας γινομένην ὑπηρεσίαν. Hinc angariari naues, quæ onerum vehendorum neceſſitate adſtringuntur in l. penult. ff. de veteran.

Animus affectum, voluntatem, mentem, cogitationem poſſidendi ſignificat. l. 1. §. ſed furioſus. l. 3. §. Neratius. ff. de acquirend. poſſeſ. Animo itaq; poſſidet, qui affectum poſſidendi habet, quiq; ea mente & cogitatione eſt vt poſſidere velit. d. l. 3. in prin. §. Neratius. Animo poſſidere deſinit, qui affectionem & voluntatem poſſidendi dimittit. d. l. 3. §. in amittenda. Veluti ſi quis poſſeſſione excluſus timore conterritus accedere nolit, quod vim maiorem vereatur, quodque ſuſpicetur ſe repelli poſſe ab eo qui in poſſeſſione eſt. d. l. 3. §. ſi quis nunciet. & l. 7. & l. 25. §. vlt. ff. de acquirend. poſſeſſ. Itaque poſſeſſio facti & animi eſſe dicitur. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtament. libert. quia ſcilicet factum naturale deſiderat & animum poſſeſſoris. Neceſſe eſt enim ad acquirendam poſſeſſionem, eam animo & opinione domini apprehendi. Animum reuertendi deſiſſe habere animalia, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, intelligũtur, cùm conſuetudinem reuertendi dimiſerint. l. 5 §. in ius autem. ff. de acquir. rer. dom. l. 8. §. pen. ff. famil. erciſ.

Animoſè liceri in l. 29 in fi. ff. fam. erciſc. Animoſior emptor. l. 36. §. 1. ff. mandati.

Annonæ nomine res omnes quæ ad victum pertinent, complectimur. tit. ad l. Iul. de annona.

annona.l.1.&l.vlt.ff.de muneribus & honor. l.2.ff.de nundinis.l.vlt. ff. de appellationib. recipiend.l.8.ff.ad municipalem. Artior annona in l.17.ff.de compenſat.l.53. de iudic. & apud Sueton. in Tiberio. cap.8.& in Clau. cap. 18. Annonaria cauſa in l.46.§. vt debitoribus. de iure fiſc.

Annonas in conſtitutionibus accepimus τὰς σιτήσεις, quæ militarib. palatiniſq; officiis, ex eorum qui poſſeſſiones tenebant, collatione erogabantur. l.1. & toto tit. de annonis & tribut. lib.10.C.

Atq; eo modo annonas ciuiles accepimus in l.14.C.de ſacroſanct.eccleſ.l.vn.§. cùm autem.in fi.C.de rei vxor.actio.l.12.C.de hæred. inſtit.l.5.§.his illud.C.de ſecund.nuptiis.quę& panes ciuiles dicuntur, in l.vlt.§. præterea. C. de iure dot. & Nouel. 88. Et apud Iulia. Patricium tit. Quibus pœnis ſubiecti ſunt, qui rem immobilem venerabilis loci comparauerunt. Hinc annonaria collatio in l.1.C.de præſcript. 30.an. l. Annonarius titulus. l. pen. de fide inſtrum. lib.10.C. Ridiculus eſt autem Suidas dum annonas dictas tradit quaſi μετὰ τὰς νόνας διδομένας.

Annonaria præfectura. l.1. C. de off. præf. vrbi. quæ & Annonaria poteſtas dicitur, in l. 22. de piſtoribus in C.Th.

ANNOTARE, vel, vt in Pandect. Flor. ſcribitur, Adnotare, eſt notare requirendũ reum: quemadmodum apparet ex l.4.§. reus capitalis.ff.de re militari.& l.1.§.diuus.ff.de iure fiſc. l.1.& l.2.& l.4. in fin. ff. de requirend. vel abſen.l.1.C.eo.tit.l.6.ff.de cuſt.reor.l.2.C.ſi penden.appellat.mors interuener.l.6. C.de accuſatio. Hoc autem edictis propoſitis fiebat, quibus reus adeſſe iubebatur, vel literis ad magiſtratus loci in quo conſiſtebat reus miſſis, vt ei innoteſcere poſſet ſe eſſe requirendum adnotatum.l.1.§.1.& l.4.ff.de requirend. vel abſent. Interim verò bona obſignabantur: quæ intra annum recipiebat: poſt annum ſi neque reſpõderet, neq; haberet qui ſe defenderet, tunc in fiſcum bona cogebantur. l.vlt. ff. de requirend. vel abſentibus.

Adnotare alio ſenſu in l.1.ff.quando appellandum ſit Præſes dicitur, qui notat in tabulis ſibi videri quem deportandum, idque imperatori ſcribit.l.6.§.præſides.ff. de interdictis & relegatis. Plinius lib.10. Epiſt.ad Traianum: Fuerunt ſimilis amentiæ, quos quia Romani ciues erant, adnotaui in vrbem remittendos. Sueto.in Caligula cap.27. Cùm ad ſaginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotauit. Et ſic adnotatus in l.1.§.1. ff. nihil innou. appel. pend. dicitur is, quem deportandum præſes adnotauit, vel de quo deportando principi ſcripſit.

Adnotare inſulas in l.1.§.hi quib.ff.de legatis, lib.3. pro adſignare.

Annotatio quandoq; reſcriptum principis ſignificat propria eius manu ſubſcriptum, vt oſtendit Nouella Maior. de homicidio caſu fac. Sic in l.10.C.de ſacroſanct. eccleſ. l.1.C.ſi nupt. ex reſcripto pet.l.3.C.de præſcrip.30.annor.l.2.de quibus muneribus. lib.11. C.l.7. de omni agro deſer.eo.l.2.de bonis vacant.lib.10. C.l.vn.de his qui à principe vac.l.5.de itinerib. muniend.C.Theo. Et ita à reſcripto pragmaticaq; iuſſione annotatio ſeparatur.l.vn.C. de monopol.l.vlt.in fi.de petit.bono. ſubl. lib.10. C.l.vlt.de nauibus non excuſ.lib. 11. l.23. de decurionibus lib.10.

Annotatio aliàs breuem ſeu priuatam ſcripturam ſine teſtib. factam ſignificat, qua quis ſibi debitorem adſcribit.l.5.& l.7.C.de probationibus.l.vlt.C.de conueniendis fiſci debitor. lib.10.

ANNVS trecentis ſexaginta quinq; diebus conſtat ex Iulij conſtitutione.l.4.§. Stichus. ff. de ſtatu liber. Sueton.in Iulio cap.40. Annum autem in libris noſtris vtilem ferè accipimus, id eſt, ex his diebus conflatum, quibus experiundi poteſtas fuerit l. 14.§. poſt annum. ff. quod met.cau.l.1.ff.quando de pecul. actio.l. 19.ff.de minoribus.l.vlt.C. de temp. in integr. reſtit.l.1.ff.ſi quis teſtam. liber. §.rurſus. Inſtit. de actio. Quod & Gouean. notat. lib. 1. var. lectio.

Si cui legetur cùm 14. annorum erit, is capiet cùm 14. annos impleuerit. l.49.ff. de legat. 1. Hoc ſermone, *poſt annos*, biennium ſignificatur. l.17.in fi.ff.de manumiſ. teſta. ſi cui his verbis libertas relicta ſit, *duodecimo anno liber eſto*, in principio anni duodecimi liber erit. Duodecimus enim annus eſt, cùm quantumlibet ex duodecimo anno venerit aut præterierit: & qui duodecimo anno liber eſſe iubetur, omnibus duodecim anni partibus liber eſſe iubetur. l.41.ff.de man.teſt.

Anniculus amittitur, quod ad legis Iuliæ quæſtionem ob ius capiendi inter virum & vxorem, pertinuiſſe credo, qui extremo anni die moritur. l.132.ff.de verb. ſignif. id eſt, trecenteſimo ſexageſimo quinto die: quia annũ ciuiliter non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus. l.6.l.7.ff. de vſucap. l.pen. ff. de diuerſ. temp.

Annos etiam inchoatos plerunq; pro plenis accipimus, niſi aliter conceptio verborum vel loquentis voluntas ſuadeat. l.1.ff.de manumiſſio.l.5.ff.qui teſtam.fac. l.8.ff. de munerib. & honor. l.3.ff.de iu. immunit. l.74. in fi. ff. ad Trebellia.

Annuum appellatur quod alimentorum cauſa in ſingulos annos præſtatur. Et vt lexicon Latinogræcum ædis B. Germani definit

ἐνιαυσιαῖον σιτηρέσιον. l.22.ff. de pact. dotalibus. l.15.&l.29.§. pen. & vlt. ff. de donation. inter vir. l.6.§. penult. de pecul. leg. l.6. ff. de ceſſio. bonor. l.10.§.pen. & l.4. ff. de annu. leg. Plin. lib.10. Epiſt. ad Traia. Vt publici ſerui annua accipiunt. Seneca lib.1. de Clemen. Maſſiliæ parricidam continuit, & annuum illi præſtitit quantum præſtare integro ſolebat. Sueton. in Tiberio: Peculio conceſſo à patre præbitiſq; annuis fraudauit. Symmach. in Epiſt. Priſcianus frater meus ſenatu auctore ſalarij emolumenta cõſecutus: ſuper eius annuis dicitur orta dubitatio.

Annua, bima, trima die, hoc ſignificat, anno, biennio, triennio. His enim verbis præſtatio tribus penſionibus diuiditur. l.19.l.30.l.49. ff. de leg.1.l.3.§. Stichus. ff. de ſtatulib. l.3. ff. de annu. leg. l.54. ff. de conditio. & demonſtr. l. vn.§. cùm autem. C. de rei vxor. actio. l.8.§. ſi annua. ff. de pign. act. Ergo ſi 30. annua bima trima die ſint relicta, per ſingulos annos debebuntur, etiamſi non ſit adiectum, penſionib. l.3. ff. de annu. leg.

Annua die, id eſt anno in l.1. ff. de dote pręleg. Quadrima die, quarto anno. l.19. ff. de pactis dotalibus. Sic menſtrua die apud Tertull. in Apologet. cap.39.

Annua exceptio in l.1. in fi. ff. quando de pecu. act. qua dominus de peculio cõuentus poſt annum quàm ſeruus alienatus manumiſſúſve eſt, defenditur.

Annariæ leges, Feſto interprete, dicebãtur ab antiquis ex quib. præfiniebantur anni magiſtratuum capiendorum. Arnob. lib.2. aduerſus Gent. In poteſtatibus obeundis leges conſeruatis Annarias: in donis, in muneribus. Cincias. Eas Cicero Philipp.5. Annales vocat, & Feſti interpretationem perſpicuè comprobat. meminit & lib.2. de Orat.

Ansa ſcyphi. l.20. ff. de adquir. rer. dom. l.23.§. ſi quis rei. ff. de rei vendic. Macrob. lib.3. Saturn. cap.2. Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet?

Ante Kalẽdas ꝓximas dari qui ſtipulatur, nihil differt ab eo qui Kalẽdis ſtipulatur. l.13.l.56.§. qui ita ſtipulatur. ff. de verb. obligat.

Antestari, vetus duodecim tabularũ verbum. Significat autem in teſtimonium aliquem vocare, vocationiq; in ius teſtem adhibere. Plaut. in Perſa. Horat. lib.1. Sermo. ſat.9. Plinius lib.11. cap.45. Inde Anteſtati, qui teſtimonium vocantibus in ius præſtabant. Apud Caium lib.1. Inſtit. tit.6. Anteſtatus dicitur, qui emancipationi teſtimonij cauſa adhibetur. In Lexico B. Germani Pariſienſis Anteſtari ſcribitur vertiturq; μαρτυρήσασθαι.

Antecessores, Iuſtinianus in epiſtola Pandectis prępoſita iuris ac legum profeſſores appellat. Heſychius ἀντικήνσωρ ὁ τοὺς νόμους μαθηκώς. Huiuſmodi titulo Inſtitutionum Paraphraſtes Theophilus honoratur.

Ἀντανάκλασις repercuſſio, reflexus, reuerberatio, in l.17. ff. de ſeruit. vrb.

Ἀντίδωρον remuneratio, in l.25.§. conſuluit. ff. de petit. hæredit.

Ἀντίχρησις contrahitur, cùm ita pignori domus vel fundus opponitur, vt in vſuras creditor fructus percipiat, aut locando, aut ipſe percipiendo habitandoque. l.2.§.1. ff. de pignorib. l.33. ff. de pignor. actio. vt in ſpecie l.14. & l.17. C. de vſur. & vt in l.6. C. quod cum eo dicitur, cùm in vſurarum vicem creditori facultas habitandi conceditur.

Antiqvvm ius variè in libris noſtris exauditur: Nam ita interdum ius gentium vocatur, quod cum humano genere natura prodidit. l.1. ff. de adquiren. rer. domi.§. ſingulorum. Inſtit. de rer. diuiſ. Plerunq; etiam Antiquum ius dicitur quod ex l.12. tabularum deſcendit. l.24.§. tignum. ff. de rei vendi. quæ & antiqua lex appellatur in l.2.§.1. ff. de noxalib. l.1. C. de exceptio. & antiqua prudentia in l. pen. in fi. C. de conſtit. pec. & ius vetus in l.1. de pet. hæred. At in l.29.§. ſi eius qui. ff. de lib. & poſt. Antiquum ius accipere oportet quod ante l. Velleiam obtinuit in l.1.§. ſi nemo. & l.2.§. ſi mater. ff. ad Tertullia.

Antiquum ius eſt, quod S.C. Tertullianum præceſſit, in l.29. in fi. ff. de legat.2. ius Antiquum eſt, quod ante l. Iuliam & Papiam ſeruabatur: Quomodo etiam accipiendum eſt apud Vlpian. in Inſtit. tit.1. & tit.17. & tit.18. in l.42.§. vlt. ff. de donatio. cauſa mort. Ius antiquum eſt, quod Seueri conſtitutionem præceſſit, qua in donationibus cauſa mortis Falcidia inducta eſt, in l.1. in fi. ff. ſi quis à parẽt. manu. Antiquum ius querelam inofficioſi ſignificat.

Antiquum ius in l.18. C. de collationibus quod Anaſtaſianam conſtitutionem anteceſſit, qua noua forma emancipationis faciendæ introducta eſt, in l.1. C. vnde vir & vx. benè Iac. Cuiacius ius antiquum intelligendum putat, reſpectu conſtitutionis nouæ, de qua in l. vlt. de legit. hæred. in C.Th.

Antiquior pro charior, in l.19.§. transfugæ. verſic. filius quoque. ff. de captiu. & poſt.

Anvli quidam ſignandi cauſa habebantur, qui & ſignatorij appellãtur. l.74. ff. de verb. ſig. l.25.§. ornamenta. ff. de auro arg. de quibus in l.22.§. ſi ab ipſo. & §. ſi ſignum. ff. de teſtamentis. l.12. C. eo. tit. l.16.§.1. ff. de teſtam. milit. l.79.§. pater pluribus. ff. de legat.2. Alij ornatus cauſa habebantur. l.25.§. ornamenta. & l. penult. ff. de bon. damnator. Cæterùm Anulos aureos ſolis ingenuis ferre licuit: quemadmodum Iſidorus lib.20. Etymologiar. ſcribit. Proinde liberti, vt ingenuitatis munia

munia ſaluo patronorum iure conſequerentur, ius aureorum anulorum à principe impetrare ſolebant. l.10.§.patronum.ff.de in ius vocan. l.44.ff.de excuſationibus tutor. l.33.§.1.ff. de conditionib.& dem. l.42.ff. de adult. l.3.ff. de bonis libertor. l.11.ff.de S.C. Silaniano. Anulis autem aureis donati in Equeſtrem ordinem tranſcribebantur, vt ſubiecti auctorũ loci indicant. Aſin. Pollio lib.10. Epiſt. Ciceronis, Fecit, vt ipſe gloriari ſolet, eadem quæ C. Cæſar, ludis, quos Gadibus fecit. Herenniũ Gallum hiſtrionem ſummo ludorum die anulo aureo donatum in quartum decimum ſeſſum deduxit: tot enim fecerat ordines equeſtris loci. Tranquill. in Vitellio cap.12. Prouincia dein accepta manſit, ac primo imperij die anulis aureis donauit ſuper cœnam, cùm mane, rogantibus pro eo cunctis, deteſtatus eſſet ſeueriſſimè talem equeſtris ordinis maculam: Hoc ius à Modeſtino δίκαιον χρυσίων δακτυλίων appellatur in l.14.ff. de excuſationibus tutor.

APOCHA Græcum vocabulum eſt, & cautionem ſolutæ pecuniæ ſignificat, quæ à creditore debitori probandæ ſolutionis cauſa dari ſolet: ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν. Latini proprium nomen non habent: ideoq; vtuntur peregrino. l. vlt.§.Titius.ff.de condictio. indebiti. l.27.ff.de furt. l.47 §.tutela.ff. de adm. tut. l.9.ff. de acceptil. l.18. C.de fide inſtrument. Appellatur pecuniæ ſolutæ profeſſio in l.14.C. de ſolutionibus & aliàs cautio ſolutionis: plerunq; etiam ſecuritas ab Imperatoribus vocatur. l.35.§.vlt. C.de inofficio.teſtam. l.vlt.C. ſi certum petat. l.1.de apoch.pub.lib.10.C. Et ita ſecuritates accipiendas puto in Nouel. Valentiniani, tit.7. Quemadmodum autem Apocha ſolutionis probandæ cauſa datur, ita creditori quo ſe accepiſſe probet, præſcriptionis impediendæ cauſa Antapocha datur. l.18. C. de fide inſtrum.

APERIRE tabulas ille videtur, qui naturaliter aperit, ſiue ſignatæ ſint ſiue non ſint ligatæ, ſed tantùm naturaliter clauſæ. Et ita in edicto quo Prætor aperiri teſtamenti tabulas vetat ante quæſtionem de familia habitam, hoc verbum accipimus. l.3.§.quod ad cauſam. cum ſequentibus §§.ff.de S.C.Silania. Si in duobus exemplarib. ſcriptum ſit teſtamentum, alterutro patefacto apertæ ſunt tabulæ: ſed & ſi ſua natura patefactæ ſint, apertæ videbuntur. l.10.ff.quemadmodum teſt.aperiant. Quòd ſi quis teſtamentum fecerit & exemplum, exemplo aperto nondum apertum eſt teſtamentum. Aliter atque ſi authenticum patefactum ſit. l.vlt.ff.eodem. Sic Apertura tabularum in l.31.§.1.ff.de excuſationibus. l.3.§.vlt.ff. de hæredi. inſtituendis, l. vlt.ff. de mortis cauſa donationibus, l.21. l.31.ff. de conditio.& dem. l.58.§.teſtamento. de adminiſt.tut. Et Apertura codicillorum in l.86.§.1.ff.de legat.lib.1. l.vlt.§. vlt.de legat.lib.2.

Aperire parietem dicitur, qui feneſtras vel ianuas in eo facit. l.penult.& vlt.§.vlt.ff. de ſeruitut.vrbanorum præd. Aperire partem cœnaculi. l.27.ff. loca. Aperire refugia in l.13.§. ſed ſi ædium.de vſufr. Aperire puteum. l.26.ff. de dam. inf. Aperire ſulcum in l.29.ff. de ſeruitut.ruſt. Aperire viam, eſt ad veterem altitudinem latitudinemq; reſtituere. l.1.ff. de via publica.

APOSTOLI, libelli ſunt dimiſſorij, ſeu literæ, quæ ab eo à quo appellatum eſt, ad eũ, qui de appellatione cogniturus eſt, dantur, teſtandæ appellationis cauſa: qui & dimiſſoriæ literæ dicuntur, quòd per eas cauſa ad eum qui appellatus eſt, dimittitur. l.106.ff.de verb. ſign. l.vnica.ff.de libellis dimiſſor. l.9.ff. de iure fiſc. Paulus lib.5.ſent.tit.34. Dicuntur & libelli appellatorij in l.1.in fi.& l.5.§.vlt.ff.de appellatio. & à Caſſiodoro lib.4.hiſt. tripart. cap.34. de quibus & l.3.& l.7.& l.13.ff.de appellatio. accipiendæ ſunt. Ita porrò concipiebantur, vt haberent ſcriptum, & à quo dati eſſent, & cui, id eſt, qui appellaret, & aduerſus quem, & à qua ſententia.

APOTHECÆ, cellæ ſunt vinariæ in libris noſtris. l.11.§.qui vinum.ff.loca. l.21.§.ſed & ſi de naue.ff.de furt. l.30.§.pen. l.48.§. ſed ſi id petatur.ff.de legat.1. l.12.§.ſed ſi fundus.ff. de inſtr.vel inſtr. l.1.C.de verb.ſignific. Plinius lib.14.cap.4. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. Arnob.lib.7. Vinum omne omninò quod in cellis atque apothecis eſt conditum. Sunt & olei & librorum & aliarum rerum apothecæ. Columella lib.1. de re ruſtic. cap.6. l.5.§.ſi horrearius.ff. de his qui deiecerunt vel effud. l.12.§.inſtructo.ff. de inſtr. vel inſtr. leg.

APPARERE dicebantur magiſtratibus officiales, qui eis officij cauſa præſtò aderãt. Cic. in oratio.pro Cluent. Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni video, volunt? Seneca lib.2. controuerſiar. Non ſine cauſa ſacerdoti lictor apparet. Quadrigarius apud Gellium lib.2.cap.2. Quod poſteaquam lictor ille qui apparebat, citò intellexit Maximum Proconſulem deſcendere iuſſit. Liuius lib.9. Inuenio in quibuſdam annalibus cùm appareret Aedilibus, fieriq; ſe pro tribu Aedilem videret, neque eius accipi nomen quod ſcriptũ faceret, tabulam poſuiſſe. Feſt. lib.12. naualem ſcribam definit qui in naue apparebat. Seruius in 12. Æneid. ad illum verſum, Seuique in limine regis Apparent: id eſt, præſto ſunt, ait, ad obſequium. Vnde etiam apparitores conſtat eſſe nominatos: quorum in l.vlt.§.

vlt.ff.quod met.cau.& l.3.ff.de ſeru.fug.l.50.ff. de euict. & multoties in Codice fit mentio.

APPELLARE primùm eſt ab inferiore iudice ad ſuperiorem prouocare. Vnde appellatio, ſuperioris iudicis prouocatio eſt, quæ iniquitatis ſententiæ querelam continet. l.18.ff. de minoribus. Appellationem recipere vel admittere, quæ duo idem valent. l.6. ff. de appellatio. l.6.§. hi autem omnes. ff. de iniuſto rupto. l.58. in fi.ff. de adminiſtra. tut. hoc ſignificant quod nos vulgò deferre appellationi dicimus. Cui contrarium eſt repudiare vel reiicere appellationem. l.3.C. de appellat. Appellationis cauſas reddere, agere. tit. an per alium cauſæ app. reddi poſſ. l.vn.ff. ſi pend. appell. l.4. & l.5.§.1. l.7. & l.14. ff. de appell. Nos placitare cauſas appellationis. Proſequi appellationem & prouocationem exercere pro eodem dicuntur. l.2.§. & quidquid de iudic. l.3. in fi. ff. de appell. recip. ex appellatione cognoſci. Item pronunciari dicitur quod in cauſa appellationis cognoſcitur, pronunciatur. l.25.ff. pro ſoc. l.101.§.1. ff. de ſolutio. l.8. C. de loca. Sic ſententia ex appellatione dicta. l.19.§. idem Imperator. ff. de minoribus, & ad appellationem iudicatum. l.48.ff. de conditio. & demonſtr. Appellatio iniuſta pronunciatur, cùm dicitur malè & temerè, vel nō iuſtè appellatum. l.30.ff. de minoribus. l.24.ff. de appellatio. l.vlt.ff. de re iud. l.21. & l.58. in fi. ff. de admin. tut. l.11.§. cùm quidam. ff. ad l. Falcid. Appellationum tempora, id eſt, conſtituta ad appellandum tempora. l.1. cum ſuis §§. ff. quando appellandum ſit. l.5. in fi. & l.20. ff. de appellatio. l.5. in fi.ff. de appellatio. recip. Appellare etiam ſignificat iudicio conuenire & ad iudicem vocare. l.16. in fi.ff. de fideiuſſoribus. Valer. lib.4. cap.8. Neque de ſorte quenquam debitorum ſuorum, neque de vſura appellari à ſuis paſſus eſt. & lib.6. cap.2. Pro eo pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor. Columella narrat Sex. Alphium dicere ſolitum bona nomina non appellando fieri deteriora. Seneca lib.1. de Benefic. Nemo beneficia in Kalendario ſcribit, nec auarus exactor ad horam & diem debitorem appellat. Idem lib.2. cap.6. Si appello, ſi ad iudicem voco, incipit non beneficium eſſe, ſed creditum. Quintilian. lib.5. cap.11. Pauper eras, & tum maximè à creditoribus appellabaris.

Appellare præterea, blando ſermone pudicitiam attentare eſt. l.15. ff. de iniur. Valer. lib.6. cap.1. Cui Cominius Trib. pleb. diem apud populum dixit, quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Seneca lib.2. Controuerſiar. Ter illum appellauit de ſtupro, adiectis preciis. Quintilian. in declamat. pro mil. contra Tribun. Appellabis de ſtupro, vim adferes. Idem Inſtitut. lib.4. cap.1. vxor marito dixit appellatam ſe de ſtupro à Tribuno.

APPELLERE propriè nauigia dicuntur ad littus, ripam, portum. l.3.ff. de rer. diuiſ. dicimus. Sed & pecora ad aquam appellere. l.vn. in fi.ff. vt in flum. publ. l.1.§. Trebatius. ff. de aqua quotid. l.2. ff. de riuis. l.1.§. hoc autem interdictum. ff. de fonte. Ex quo pecoris ad aquam appulſus. l.1. ff. de ſeruit. ruſtic. l.14. in fi.ff. de aliment. leg. ff. pro ſeruitute pecoris ad aquam appellendi. l.4. & l.6. ff. de ſer. ruſt.

APRONIANVM SENATVSCONSVLTVM omnibus ciuitatibus quæ ſub imperio Populi Romani ſunt, reſtitui debere & poſſe fideicommiſſam hæreditatem iubet. l.26.ff. ad s.c. Tertull. & hoc intelligi in l.1.ff. libert. municip. Ab Aproniano Conſule nomen habet, qui Marci temporibus Conſulatum geſſit.

APVD Iulianum Marcellum ſcribere vel notare cùm legis, notas ſignificari accipe, quas is ad Iulianū ſcripſit. Cuius rei exempla, quia frequentia ſunt, non adfero. At cùm apud Alfenum, vel Melam Seruium ſcribere legis, referri Seruij ſententiam ſcito. l.65.§. item ſcriptum. ff. pro ſoc. l.77. in fi.ff. de verb. ſig. l.3.§. Seruius. ff. de pœn. leg. Nam plurima Seruij Sulpitij auditores quę ab eo auditione acceperant, in ſcriptis ſuis retulere. l.12. in prin. & §. ſed an inſtrumenti. ff. de inſtr. vel inſtr. l.22. ff. de negot. geſt. l.25.ff. de teſtam. l.1.§. ſed & apud. ff. de aq. & aqu. pl. l.7.ff. de dote releg. Apud & penes differunt. Apud aliquē eſt, quod ab eo qualitercunque tenetur. Penes eum eſt, quod quodammodo ab eo poſſidetur. l.63.ff. de verb. ſignif. Sed hæc differentia vt plurimum confunditur. l.1. & l.3.§. ſi penes. ff. de tabul. exhib. l.15.§. pen.ff. de precar. l.23. ad fi.ff. de vſucapionibus.

AQVÆ in iure ciuili hęc præcipua genera memorantur: Pluuia, Aeſtiua, Quotidiana, Diurna, Nocturna. Aqua pluuia eſt, quæ de cœlo cadit & imbre excreſcit. l.1.§.1. & toto tit. ff. de aq. & aqu. pluu. arc. Cicero in Topic. aquam imbri collectam definit quæ manu noceat. Imbribus autem conceptæ viua aqua opponitur in l.1.§. hoc interdictum. ff. de fonte. l.11.ff. quod vi aut clam. Aeſtiua eſt, quæ æſtate tantùm ducitur, licet & hyeme duci poſſit: Quæ plenius & latius explicantur in l.6.ff. de aqua quotid. & in l.1.§. æſtas. ff. ne quid in flu. pub. Quotidiana aqua eſt, qua quis quotidie vti poſſit, ſi velit, quæque duci aſſiduè poſſit, vel æſtiuo tempore, vel hyberno, & ſi aliquo temporis momento aliquando ducta non eſt. l.1.§. duo ſunt genera. cum §§. ſeq. & toto tit. de aqua quotidiana &

æſt. l.

æſt. l.15.ff.de ſeruitut.ruſtico. Sed etſi alternis horis vel vna hora quotidiè duci poſſit, Quotidiana ſeruitus dicitur. l.7.ff.quemadmodum ſeruit. amitt. Diurna aqua eſt, quæ interdiu ducitur: Nocturna quæ noctu tantùm. l.10.ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l.17.ff.de aq. & aq. plu.

Sunt & frigidæ & calidæ aquæ. l.1.§. idem Labeo ſcribit.ff.de aqua quotidiana. l.3.§.1.ff. de aq. & aqu. pluu. l.3.§.hoc interdictum.ff.de riuis. vbi aquæ calidæ riuos Hierapoli ciuitate Phrygiæ eſſe traditur: quod & Vitruuius lib.8. cap.3.teſtatur. Ad eundem modum, ait Hierapoli efferuet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum hortos & vineas foſſis ductis immittitur. Hanc vt puto ciuitatem Xiphilin. in Traiano intelligit, cùm Hierapoleos in Aſia mentionem facit.

Sunt & aquæ perennes quę perpetuò fluũt, & ab illis ſeparantur quæ areſcunt. l.1.§.loquitur.ff.de aqua quotidiana. Aquæ ſalientes, quę ex tubulis & fiſtulis erumpunt. l.79. in fi. ff. de verb.ſignif. l.12.§.fiſtulæ.ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l.2.ff.de ſupell. leg. Et apud Sueton. in Auguſto. Et ita ſalientes accipe in l.15. ff.de actio.empt. Saliebant verò aquæ, vel cantharis, vel roſtris perſonarum, vt apparet ex l. 41.§. item hoc prohibetur.ff.de legatis. lib.1. l. 17.§.caſtella.ff.de actio.empt.

Aquæ ductus ſeruitus ius eſt aquam ducendi per fundum alienum. l.1.ff.de ſerui.ruſt. l.10. ff. ſi ſeruit.vindic. l.vn.§.hoc interdictum.ff.de riuis. Ducitur verò aqua fiſtulis, riuo, tubulis, item per lapidem ſtratum, vt l.17.ff.de ſeruitutibus vrban. l.78.ff. de contrahen. empt. l.11.§. vlt.ff.comm.præd. l.38.§.vlt.ff.de actio. empt. l.17.§.1.ff.de aqu.plu. vt Vitruuius lib. 8.cap.7. & Pallad.lib.9.cap.11. ſcribunt. Vulgo autem fiſtulis aqua ducebatur: lapide verò ſtrato ita demum ſi conuenerat. Tollebatur verò & trahebatur aqua nonnunquam per rotas. l.40. in fin.ff.de contrahen.empt. l.2.ff. comm. præd. Diuidebatur aqua menſuris: digitis videlicet, vnciis & modulis. l.5.ff. de aqua quotid. l. 2. & l.3.de aquæ duc.C.Th.& apud Frontin. in lib. de aquæ ductibus. Aquarij ſulci in agris aquæ è liris educendę cauſa fiebant, qui ἕλικας Græcè appellantur. l.1.§.ſed & ſi quis arare. & l. 24. ff.de aqua & aqu.pluu. Columell. lib.2. cap.8. & Feſt.Pomp.lib.5.

Aquarij appellantur aquarum cuſtodes, quos Græci ὑδροφύλακας vocant. l.penult. de aquæ duct. lib.11.C. Et apud Frontin. in lib.de aqu. ductibus. Ita poſſunt Aquarij ſerui accipi in l.12.§.idem reſpondit.ff.de inſtruct. vel inſtrument. & apud Firmicum libr. 4. Mathe. cap.6.

Aquilices l.vlt.ff.de iure immunit. & apud Tertullian.lib.3.aduerſ.Marcio. ab aqua elicienda dicti, cuius inueniendæ rationem monſtrant. Non. Marc. Aquilex aquam colligens. Varro Quinquatribus. Tuſcus aquilex. vnde Aquilicia Feſta dicebantur, quibus Ioui pro aqua è cœlo elicienda ſacra faciebant, quorum Tertullian. in Apologet.cap. 40. meminit. A Græcis autem aquilices ὑδροσκόποι & ὑδροφάνται vocantur. Quorum Caſſianus lib.2. γεωπονικῶν meminit: vbi ad eorum artem pertinentia quædam aquæ inueniendæ argumenta traduntur, vt & à Plin. lib.26. cap.6. & Vitruuio lib.8.cap. Et Plutarcho in Pompeio & Caſſiodoro Epiſt. vlt. lib.3. Variarum. & Pallad.lib.9.cap.8.

Aquagium in l.3.§.penult. ff. de aqua quotid. l.15.ff. de ſeruit.ruſtic. quaſi aquæ agiuum, id eſt, ductus aquæ, vt Feſt.lib.1. interpretatur: aliàs aquæ iter vocatur. l.21.ff.de ſeruit.ruſtic. l. 19.§.iter.ff.comm.diuid. l.vlt. ff. de aqua quotid. l.40.§.in lege.ff.de contr.empt.

Aquæ controuerſia pro impetu aquæ. l.24. §.ſed & ſi controuerſia.ff. de damn. inf.

Aqua & igni interdicti in libris noſtris accipiendi ſunt deportati. l.1.§.ſi quibus.ff.de leg.3. l.vlt.ff.de legat. l.2.§.de pœn. l.3. ff. ad l. Iul. pecul. l.5.ff. de cap. min. l.59.§. ſi hæres. ff. de hæred. inſt. l.10.in fi.ff.ad l. Iul.de vi pub. l.13.ff.de bonor. poſſeſſ. l.29.§. & quid ſi tantum. ff. de lib.& poſt. l.24.C. de donat. inter vir. l.1. C. de repud.

Aquiminarium in l.19.§. ſi cui eſcarium. & l.21.§.vlt.ff.de auro arg. propter eſcam parari, & eſcario argento cedere traditur. Legimus & Aquiminalia, in l.3.ff.de ſup.leg. Et apud Paul. lib.3.Sentent.tit.6.

AQVILIVS Gallus Iureconſultus, Ciceronis familiaris, à quo formula inuenta eſt inſtituendorum poſthumorum nepotum, quæ in l.29.ff.de lib.& poſt. exponitur. Ab eo & Aquiliana ſtipulatio, in quam omnes omninò obligationes, quacunque ex cauſa proficiſcentes, nouandi cauſa deducuntur, vt ſic in verborum obligationem tranſlatæ, acceptilatione perimi poſſint: Cuius verba referuntur in l.18.§.1. ff. de acceptil. §. præterea. Inſtit. quibus mod.tollit.oblig. Meminit l.3. l.4. l.15.& l.32.& l.46.C. de tranſactio. l.2. l.4. & l. 5. l.9.§.qui per fallaciam. l.15. ff.eod.tit. l.39. ff. de dolo.

Aquilia lex plebiſcitum eſt de damno iniuria dato. l.1.& toto tit.ff.ad leg. Aquil.

ARBITER iudicem datum addictumq́ue à Prætore plerunque ſignificat. l.24. ff. depoſ. cõiuncta cum l.7.ff.de neg.geſt. l.1. ff. de pact. dot. l.6.C.de rebus credit. l.2. C. de ſent. & interloc. l.5.C. de diſtr. pigno. A iudice tamen ſeparatur, in l.7.ff.ad l. Iul. repet. l.15. ff. de re iud.§.omnium. Inſtitut. de actionibus. Et apud Gell. lib. 20.cap.1. Quin hoc controuerſum

fuiſſe apud veteres Conſultos Cic. in Murenia. ſcribit, iudicem an arbitrum dici oporteret: Quorum verborum illa ex eodem Cicer. pro Roſc. Comœdo differentia colligi poteſt, quòd qui bonæ fidei iudiciis, vel arbitrariis dabatur, Arbiter: qui ſtrictis, iudex dicebatur. Quod Feſti interpretatio comprobat, qui arbitrum inde dici ait, quòd totus rei habeat facultatem & arbitrium. Nam in arbitriis cùm & hoc actionum natura, & clauſulæ Ex bona fide, vel Quantum æquius melius ſit dari, verba indulgerent, ſolutius æquitatem ſequi permittebatur: contra quàm in ſtrictis iudiciis, quibus addictus iudex in anguſtiſſimam formulam à qua diſcedere vel latum vnguem nō poterat, concludebatur. Hoc diſcrimē Senec. lib. 3. de benefic. cap. 7. perſpicuè declarat: Quæcunq; ait, in cognitionem cadunt, comprehendi poſſunt, & non dare infinitam licentiam iudici. Ideò melior videtur conditio cauſæ, ſi ad iudicem quàm ad arbitrum mittatur: quia illum formula includit, & certos, quos nō excedit, terminos ponit: hunc libera & nullis adſtricta vinculis religio: & detrahere aliquid poteſt, & adiicere, & ſententiam ſuam, non prout lex & iuſtitia ſuadet, ſed prout humanitas & miſericordia impulit regere: hæc ille. Inde obſeruare poſſumus, Arbitros in his potiſſimum iudiciis nominari, quæ ex bona fide deſcendūt. Veluti, Arbiter familię erciſcundę. l.1. ff. de collat. dot. l.20. l.44. §. vſumfructum. l. 47. l. 52. §. arbiter. ff. familiæ erciſcundæ. l.5. l. 15. l.17. C. eo. tit. l.2. C. de inoff. dom. & apud Cicero. pro Cæcinna. Qui & Arbiter diuidendæ hæreditatis appellatur in l.18. C. fam. erciſc. l. 78 ff. de hæred. inſt. l.11. & l. vlt. ff. de diſtract. pig. l.13. C. de probatio. Et Arbiter diuidendis bonis datus. l. 3. C. comm. diuid. Et arbiter diuiſionis in l. 26. §.1. ff. de pact. dot. l. 79. §. pater plurib. ff. de leg. lib. 2. & l.8. C. de collat.

Arbiter communi diuidundo. l. 31. ff. de vſufruct. leg. l. 4. ff. de ſerui. leg. l.6. §. ſi fundus. l. 26. ff. comm. diuid. l.3. §.1. ff. de oper. noui nunc. Et apud Paul. lib.1. Sent. tit. 18. & Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 25.

Arbiter pro ſocio l.38. ff. pro ſoc. & apud Cicer. pro Quint. & pro Roſc. Com.

Arbiter tutelæ. l. vlt. §. vlt. ff. de appellat. l. vlt. ff. rem pup. ſal. fo. tit. C. arbit. tut.

Arbiter dotis recuperandæ. l. 48. ff. de ſolution. & arbiter qui de dote cognoſcit. l. 1. ff. de pact. dot. Quò referenda ſunt hæc Tertulliani verba lib. 2. ad vxor. Suſtinent quarum dotes obiectione nominis mercedem ſilentij faciant, ſcilicet apud arbitrum ſpiculatorem litigaturi. Nam olim rei vxoriæ actio bonæ fidei iudiciis adnumerabatur. §. fuerat. Inſtit. de actio. l. 8. ff. de cap. min. Cic. 3. Offic.

Arbiter aquæ pluuiæ arcendæ. l. 24. ff. de aqua & aqu. pluu. Et apud Cicero. Topic. in loco à coniugatis.

Arbiter actionis quod metus cauſa. l. 14. §. hoc autem. ff. quod met. cauſ. Datur & in his cauſis Arbiter, quæ arbitratu viri boni æſtimandæ ac definiendæ ſunt. l. 12. ff. de leg. lib. 3. Veluti ad determinandam viam latitudinumque actus, vel itineris ſtatuendam. l. 13. §. ſi totus. & §. latitudo. ff. de ſeruitut. ruſtic. Item ſi inter vicinos de altitudine ędificiorum ſit controuerſia. l. 11. in fi. ff. de ſeruitut. vrban. Ad fideiuſſores item probandos. l. 9. ff. qui ſatiſd. cogn. l. vlt. ff. à quibus appellat. non lic. l. 7. §. non ſolùm. ff. de minori. quos fideiuſſorum vires æſtimare Imp. ait. in l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

Arbiter quoque Falcidiæ, ad ineundam bonorum quantitatem, cùm legi Falcidiæ locus eſſe dicebatur. l. 12. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. cùm lex. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l. 2. C. de vſur. legat. Arbiter & à Prætore de rationibus excutiendis inter hæredem & ſeruum redditur computationis ineundæ, rationumque examinandarum & diſpungendarum cauſa. l. 5. in fi. ff. de manumiſſion. l. 37. ff. de fideicom. lib. l. 1. §. ſi ſeruus. ff. ſi quis teſtam. lib. l. 53. ff. de iudic. l. penult. ff. de lib. cauſ. l. 50. ff. de cond. & demon. Nihil aliud autem ſignificat quàm virum bonum à Prætore electum, cuius arbitrio rationes computentur. l. 47. §. ſi Sticho. ff. de fideicomm. libert.

Arbiter & de alimentis patroni datur arbitraturus, quantum ſit in facultatibus. l. 5. §. vlt. ff. de lib. adgn. Nec non inter fructuarium & dominum de refectione ædium, & vt ſarta tecta habeantur, Arbiter datur. l. 7. §. quoniam igitur. ff. de vſufruct. Arbitrum dat Prætor, cuius interuentu tribuantur merces. l. 7. ff. de tributor. Sed & cùm magiſtratus in poſſeſſionem fideicommiſſi ſeruandi ventriſve cauſa miſerunt, Arbitrum dant, ad definiendum quantum diminui oporteat, diſtrahendaque ea quæ mora deteriota futura ſunt. l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſeſſ. l. 27. ff. de rebus auct. iudic. Præterea ad executionem iudicati, Arbiter datur. l. 15. §. ſi ſuper. cum aliis §§. ff. de re iudic. l. vlt. ff. de iudic. vt & ad reſtituendum fideicommiſſum. l. pen. ff. de confeſſ. Quinetiam in reuocatoria actione arbiter interuenit. l. 8. ff. quæ in fraud. credit. Poſtremò & in controuerſia finium de modo agrorum Arbiter, vel ex conuentione litigatorum, vel Prætoris datione ſumebatur. l. 7. ff. fin. regund. l. 48. ff. de recep. qui arbitr. Terent. Heautont. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus: Me cepere arbitrum. Cic. lib. 1. Officio. Nec noſter quidam probandus, ſi verum eſt Q. Fabium Labeonem, ſeu quem alium (nihil enim præter auditum habeo) Arbitrum Nolanis & Neapolitanis

politanis de finib. à Senatu datum. Idem lib. 1. de legib. Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex 12: tres arbitri fines regemus, & in Topic. Si in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines agrorum magis eſſe videntur quàm vrbis, finibus regendis arbitrũ adigere non poſſis. Vbi Boëti. Arbitros finium regundorum ait eſſe, qui finalia litigia diſcernunt, vt cùm eſt orta de finibus contentio, eorum dirimatur arbitrio. Sueton. etiam in Otho. cap. 4. Cuidam, ait, de parte finium cum vicino litiganti adhibitus Arbiter totum agrum redemit. Inde eleganter Tertullian. in lib. de Pallio, amnem finium Arbitrum dixit, qui agros diſterminat.

Quemadmodum autem Arbitri & iudices, ita Arbitria & iudicia differunt, vt Cicer. pro Roſc. Com. exponit. Arbitria enim ea iudicia dicuntur, quę in bonum & æquum concipi, & ex bona fide reddi ſolebant. Sic Arbitrium familiæ erciſcundæ l. 47. ff. famil. erciſc. l. 17. C. eod. tit.

Arbitrium communi diuidundo. l. 11. §. 1. ff. de aqu. & aqu. plu. Vitr. lib. 2. cap. 8. Itaq; cùm arbitria communium parietum ſumuntur, nõ æſtimant eos quanti facti ſunt.

Arbitrium pro ſocio. Cic. pro Quintio. Qua in re ita diligens erat, quaſi hi qui magna fide ſocietatem gererent, Arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent. Idem pro Roſc. Com. Quæ cùm ita ſint, cur non ad arbitriũ pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quæro.

Arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ. l. 23. §. vlt. ff. de aq. & aqu. plu. Arbitrium rei vxoriæ apud Cicer. 3. Officio. Sic & in l. 2. C. de vſur. legat. Arbitrij verbum accipitur.

Arbitrium etiam officium arbitri, circa ea quæ in iudicio verſantur formulaq; minimè continentur, ſignificat. l. 31. §. culpam. ff. de ędili. ed. l. 24. §. penult. & vlt. ff. ſol. mat. l. 80. in fi. ff. de furt. l. 3. & l. 8. & l. vlt. ff. quod cer. lo. l. 1. ff. de vſur. l. 38. §. 1. ff. de actio. empt. l. 14. §. quatenus. ff. quod met. cauſ. l. 9. ff. de dol. Sic in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. per arbitrium, ait Vlpian. ſibi hæc actione commiſſum iudex exceptiones æſtimat. Hinc Arbitrariæ actiones. l. 3. §. in his. de vſur. l. 1. C. vbi conueniat. qui certo loco, id eſt, vt Iuſtinian. interpretatur, ex arbitrio pendentes. §. præterea. Inſtit. de actio. & vt Gaius, quæ in arbitrium iudicis referuntur. l. 3. ff. quod cer. lo. In his enim arbitrio iudicis committitur, quemadmodum auctori res, vel reſtituatur vel ſoluatur, vel exhibeatur. Idque fiebat propter formulæ verba, Neque ea res arbitrio iudicis reſtituatur, dedatur, exhibeatur, quibus arbitrium iudici commiſſum intelligebatur.

Arbitraria autem ex ſtipulatu actio fit, cùm alio, quàm in quę ſibi dari quis ſtipulatus fuerat, loco agitur. l. 2. l. 4. §. 1. l. 7. & l. vlt. ff. quod cer. loc. Tum enim arbitrio iudicis tanti lis æſtimatur, quãti, vel actoris, vel rei interſit eam pecuniam loco conſtituto ſolui: pleniſſimumque hic eſt officium iudicis, quod quantitati contractus non ſubſeruit, ſed vel augere, vel minuere condemnationem, propter loci vtilitatem, poteſt, cùm eius æſtimationis tota ratio arbitrio eius committatur. l. 2. §. vltim. l. 8. ff. quod cert. loc. Sic & Actio quod met. cauſ. Arbitraria appellatur l. 14. §. hæc autem. ff. quod met. cauſ. d. §. præterea, quòd arbitrio iudicis, qui ex ea actione cognoſcit, reſtitutio comprehenditur. Is enim rei reſtituendæ facultatem vſq; ad ſententiam reo tribuit. Quod niſi reſtitutio fiat in quadruplum, condemnatio ſequitur. Et generaliter quæcunq; alia ſtricta iudicia ita redduntur, vt rei reſtitutio, deductio, exhibitio, officio iudicis committatur, ea arbitraria dicuntur. l. 9. ff. de dol. d. §. præterea & ibi Theophil. Adigere arbitrum veteres dicebant, pro agere ad arbitrum, id eſt, cogere ad arbitrum ſumendum. Cicer. 3. Officior. Arbitrum illum adegit quicquid ſibi dare facere oporteret ex fide bona. Idem Topic. finib. regundis arbitrum adigere dixit. Et pro Roſc. Comœdo, arbitrum pro ſocio adigere. Arbitri etiam dicuntur, qui ex compromiſſo adeuntur. l. 76. ff. pro ſoc. quorum arbitrio metu pœnæ ſtatur, toto titulo de recept. & qui arbitr. recept. ff. & tit. de arbitr. C. Compromiſſarij iudices appellantur in l. penult. ff. de iudic. & à Paulo lib. 5. Sentent. tit. 5. vt lib. 3. plenius dicam. Græci hos αἱρετοὺς δικαστὰς dicunt. Conſtantinus lib. 1. tit. 4. αἱρετὸς, δικαστὴς ἐστὶν ὁ δικαστοῦ τάξιν ἀναδεξάμενος, καὶ ἐπαγγειλάμενος ψήφῳ τεμεῖν τὸ φιλονεικούμενον.

Dicuntur & Recepti, ab eo, quòd arbitrium recipiant. tit. de recept. & qui arbitr. ff. vel, vt Iuſtinian. ait, quia ex recepto, hoc eſt, ex compromiſſo cauſas dirimendas ſuſcipiunt. l. 12. C. de iudic.

Sunt & arbitri electi, qui ex iudicis iuſſu, executore negocij imminente, à litigatoribus eliguntur. l. penult. C. de pact. l. penult. & l. vlt. C. de arbitr. l. vlt. §. vlt. & apud quem in integr. reſtit.

Eſt etiam Arbitrorum aliud genus, in quorum arbitratum quid confertur. l. 76. & l. 77. ff. pro ſoc.

Arbiterium in Pandect. Flor. in l. 9. ff. qui ſatiſd. cog. l. 3. §. 1. l. 7. l. 16. l. 19. §. dicere. & l. 21. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de recep. & qui arbit. recep.

Arbitrium recipere. l. 3. §. 1. & ait Prætor. & l. 9. §. ſi quis iudex, & aliàs paſſim in tit. ff. de recep. & qui arbitr. recep. quod & ſuſcipere arbitrium dicunt. l. 4. & l. 13. §. pen. ff. eod. tit. & compromiſſi arbitrium recipere, in l. 21. §. Papinianus eod. titul. Recepiſſe autem arbi-

trium videtur, qui iudicis partes ſuſcepit, ſinemq́; ſe ſua ſententia controuerſiis impoſiturum pollicitus eſt. l. 13. §. pen. eod. tit.

Arbitrium etiam arbitratum ſignificat. Sedenim arbitrium aliud eſt liberum & ſolutum, quod in mera voluntate poſitum eſt, & arbitrium plenum voluntatis dicitur. l. 7. §. 1. ff. de reb. dub. l. 2. §. quanquam. ff. de legat. lib. 2. l. 28. ff. de adoption. & hoc ſignificatur his verbis, Si volueris, ſi libuerit. Aliud eſt arbitrium viri boni, quod his verbis exprimi intelligitur, Si arbitratus fueris, ſi iuſtum putaueris, ſi comprobaueris, ſi tibi videbitur, ἐὰν δοκιμάσῃς. l. 75. ff. de leg. lib. 3. l. 41. §. ſoror. & l. 46. ff. de fideicomm. libert. l. 3. ff. de ann. leg.

Vbicunq́; autem in arbitrium, ſiue iudicis, ſiue alterius quid confertur, pro arbitrio viri boni hoc habendum, & quaſi viro bono commiſſum accipiendum eſt. l. 17. §. Prætor ait. ff. de iniur. l. 30. ff. de oper. lib. l. 6. ff. pro ſoc. l. 1. ff. de leg. lib. 2. l. 43. de legat. lib. 3. l. 69. §. gener. ff. de iure dot. l. 3. C. de dot. promiſſ. Idq́; in conditionibus bonæ fidei iudiciis adſcriptis maximè locum habet. l. 22. §. vlt. ff. de diuerſ. regul. iur. l. 77. & l. 78. ff. pro ſoc. Ita quod operum faciendorum lege comprehendi ſolebat, vt arbitrio alicuius opus fieret adprobaretúrve, ad boni viri arbitratum referebatur. l. 24. ff. loca. Eadem eſt vis verbi arbitratus. l. 51. ff. ſol. matr. l. 16. §. vlt. & l. pen. ff. de vſufruct. l. 16. §. ait Prætor. ff. de procurator. Verba autem hæc, Arbitratu illius fieri (quæ plerunque conuentionibus adiiciebantur. l. 43. ff. de verb. oblig. l. vltim. C. de contrahend. empti.) ius ſignificant & in ſeruum non cadunt. l. 68. ff. de verb. ſignif.

Arbitratu boni viri vſurum fruiturum ſe fructuarius, vt adſolet, cauens hoc ſignificat non deteriorem ſe cauſam vſusfructus facturum: cæteraq́; facturum, quæ in re ſua faceret. Denique ita vſurum quemadmodum bonus paterfam. vti debet. l. 1. §. rectè. ff. vſufr. quemadm. cauſ. l. 6. in fi. ff. de vſu. & hab.

Arborvm appellatione & in 12. tab. & in Prætoriis edictis vites, hederæ, arundines, ſalicta continentur. l. 3. ff. arb. furt. cæſ. l. 1. §. arboris. ff. de arboribus cæd. Stirps quoq́; oleę arbor rectè dicitur. d. l. 3. §. vlt.

Arbores frugiferæ, in l. 13. §. fructuarius. ff. de vſufr. & fructiferæ apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 20. Sunt enim & non frugiferæ, veluti cupreſſi. l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. Arbores pomiferæ. l. 45. §. pen. ff. de iur. fiſci. Arbores terminales apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 22. quæ pro terminis & finibus obſeruantur, quales olim habebantur Arbores antemiſſæ & peregrinæ, quæ & finales appellantur. vide Sicul. Flacc. Hygen. & alios auctores de limitibus.

Arbor pro malo nauis in l. 3. & l. 6. ff. de leg. Rhod. & apud Paul. lib. 2. Sent. tit. 7. quæ ſignificatio & in Lexico B. Germani his verbis adnotata eſt: Arbor nauis ἱςὸς πλοίου. Iſid. lib. 19. Etymolog. cap. 2. Malus, eſt arbor nauis, qua vela ſuſtinentur.

Arcere aquam, eſt curare, ne influat. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqu. & aqu. plu. Feſt. lib. 1. Arcere, ait, eſt continere. Vnde arcus in ædificiis dictus, qui ſeipſum continet. Cicer. Topic. Si in vrbe fines non reguntur, nec in vrbe aqua arceatur. Cuius interpres Boëti. Arcet, ait, aquam, qui eam per ſua ſpacia meare non patitur. Idem Cic. in Murena: Ille tenet & ſcit, vt hoſtium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Coercere verò aquam Vlpian. ad edictum Prætoris interpretatur, continere ſic ne diffluat neu dilabatur. l. vnic. §. penult. ff. de fonte.

Archia ſunt tabularia publica, & vt Suidas exponit, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, καὶ χαρτοφυλάκια. In his publica inſtrumenta deponuntur & adſeruantur. l. 9. §. nonnunquam. ff. de pœn. vt & Iuſtinianus Nouel. Conſtit. 15. ſignificat his verbis, ὥστε ἐν ταῖς πόλεσιν οἴκημά τι δημόσιον ἀφορισθῆναι, καθ' ὃ προσῆκον ἐστὶ τοὺς ἐκδίκους τὰ ὑπομνήματα ἀποτίθεσθαι, προβαλλομένου τινὸς κατὰ χώραν, ὃς τὴν τούτων ἕξει φυλακὴν, ὥστε ἀδιάφθορα μένειν αὐτὰ, καὶ ταχεῖαν εὑρίσκεσθαι παρὰ τῶν ἐπιζητούντων, καὶ εἶναί τι παρ' αὐτοῖς ἀρχεῖον. Inde archeotæ cuſtodes archiorum. l. vlt. §. hi quoque. ff. de muneribus & honor. Admonet autem hic locus, vt Vopiſci verba emendemus, quæ ſunt apud eum auctorem in Taciti vita. Sic vulgo ſcripta ſunt, Librum per annos ſingulos decies ſcribi publicitus in Euicis archiis, vbi Ciuicis archiis legendum credo, vt ciuitatum tabularia ſignificentur.

Archiatri, in l. 6. l. 9. l. 10. de profeſſ. & medic. lib. 10. C. & apud Firmicum lib. 3. Mathe. cap. 8. & Caſſiod. lib. Var.

Archimandritæ, in l. 4. C. de ſumma Trinit. qui cœnobiis præerant, eademque forma, Archigerontes & Archiepiſcopi. l. 6. & l. 14. C. de epiſ. aud. l. 14. de ſacr. Eccl. C. & Archimimus, in l. 25. ff. de oper. libert. & apud Suet. in Veſpaſ. & Archigubernus, in l. 46. ff. ad Trebell.

Arcvs, Nonio Marcel. interprete, omnis ſuſpenſus fornix dicitur. Arcus autem ducendæ aquæ cauſa olim fiebant, vt oſtendit l. 2. ff. de aqu. & aqu. plu. Plin. lib. 10. Epiſt. Ipſe perueni ad fontem puriſſimum, ex quo videtur aqua debere perduci, ſicut initio tentatum erat, arcuato opere, ne tantum ad plana ciuitatis & humilia perueniat. Manent adhuc pauciſſimi arcus. Frontinus quoq́; lib. 1. de aquæ ductib. vrbis Romæ, aquas per multa paſſuum milia arcuato opere duci tradit.

Arciſinius

Arcifinius ager, vt Front. in lib. de agror. qualit. ſcribit, nulla menſura, continetur: ſic enim eſt ab arcendis hoſtibus, auctore Varrone appellatus. Quare & occupatorius ager dicitur, eò quòd in tempore occupatus eſt à victore populo, territis exinde fugatiſque hoſtibus. Quod & Sic. Flacc. tradit, qui occupatorius Arcifinales vocat, & arcendo vicinos hanc appellationem finxiſſe quenque tradit, dum non tantum terræ occuparet, quantum colere poſſet, ſed quantum ſpe colendi reſeruaret. Iſidorus verò aliam huius verbi notationẽ profert lib. 15. Etymol. cap. 13.

Area in vrbe dicitur locus ſine ædificio. l. 211. ff. de verb. ſignif. Varro lib. 4. de lingua Latina, Vbi frumenta ſecta terantur & areſcant, Areæ: Propter horum ſimilitudinem loca in vrbe pura areæ. Ac plerunque hoc verbum ſic à Conſultis accipitur, vt ſignificet ſolum cui ædes imponuntur, & quod depoſitis ædibus manet: vnde ædificij pars eſſe Area ſtatuitur. l. 20. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitut. vrb. l. 98. §. arearum. ff. de ſolutionibus. l. 21. ff. de pigno. act. l. 44. §. ſi areæ. ff. de legat. lib. 1. l. 34. §. vltim. l. 71. ff. de vſufru. l. 79. §. vlt. ff. de legat. lib. 3.

Sed & aream, vt Feſt. lib. 1. indicat, appellabant, in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendebat: quomodo accepimus in l. 2. & l. 20. §. ſi ſeruitus. & §. qui in area. ff. de ſeru. vrb. In ruſticis verò prædiis area locus erat terendis frugibus leguminibuſq; exprimẽdis aptus. l. 14. §. vlt. l. 15. §. teſtator. ff. de alim. leg. l. vlt. §. vlt. C. de ſeruitutibus.

Arescvsa in iure ciuili ancillæ nomen eſt. l. 15. & l. 16. ff. de ſtatu hom. l. 43. & l. 45. §. vlt. de actio. empt. l. 1. §. vlt. ff. de condit. & demon. l. 38. §. duobus. ff. de leg. lib. 3.

Arethuſa ſcribitur in l. 75. §. illud. ff. de verb. oblig. & l. 3. §. pen. ff. de ſtatu lib. l. 1. ff. de oper. ſeruor. l. 25. §. vlt. ff. quand. dies legator.

Argenti aurive appellatione tam factum quàm infectum continetur. l. 78. §. illud. ff. de legat. lib. 3. Proinde cùm aurum, vel argentum legatur, & vaſa aurea argenteaque & omne omninò ſiue factum ſiue infectum argentum, non tamen ſignatam pecuniam legato contineri placet. l. 19. in princ. & §. vlt. l. 27. §. 1. ff. de aur. arg. Nec enim illa Ciceronis in Topic. ratiocinatio probanda eſt, qua argento omni legato non poſſe pecuniam numeratam, quæ argenti nomen retinet, nõ contineri concludit. Factum porro argentum Q. Mutius definiebat, Vas argenteum videri eſſe. Vlpian. rectè ita definiri poſſe ait, quod neq; in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis ſit. l. 28. in princip. & §. vlt. ff. de aur. arg. Itaque à ſignato factum ſeparatur. Seneca lib. 1. de benefic. cap. 11. Libentius donabo argentum factum quàm ſignatum. Argentum autem factum Iſidor. lib. 16. cap. 17. definit, quod eſt in vaſis & ſignis. Proinde argento auroque facto & gemmas aureis anulis incluſas, & cymbia argentea cruſtis aureis illigata, & aurea emblemata quæ in lapidibus, abſidibuſq; argenteis ſint, & replumbari poſſint, adnumerari, ſi ea argenti numero teſtator habuit. Paul. ſcribit in l. 32. ff. de aur. arg. facto. Denique auro vel argento id continetur, ex quo auro vel argento aliquid effectum eſt, ſiue id ſuæ, ſiue alterius vſionis cauſa paratum eſt. d. l. 27. §. cui legatum. & quod non in ſupellectilis nomen cadat. l. 19. §. argento. Facti autem auri complures ſunt ſpecies, prout & variis vſibus ſubſeruit. Eſt argentum eſcarium, potorium, viatorium, balneare. Eſcario argento legato, quod & eſcale appellatur in l. 8. ff. de ſupell. leg. id debetur, quod ad epulandum teſtator in miniſterio habuit, id eſt, ad eſum & potum. d. l. 19. §. ſi cui eſcarium. Omnia itaque vaſa propter eſcam parata, quę non cocinatorij inſtrumenti ſint, legato cedẽt. ſed & ea in quibus & potabat & edebat teſtator, continebuntur. l. 32. §. quidam. eo. tit. In argento potorio non id tantùm eſt in quo bibi poſſit, ſed & quod ad præparationem bibendi comparatum eſt. l. 21. ff. de aur. arg. Viatorium verò argentum & balneare dicimus, quo in itinere & in balneo quis vti conſueuit. l. vltim. in princ. & §. 1. eo. tit.

Infecti argenti appellatio, ait Vlpian. rudem materiam continet, id eſt, non factam. l. 19. §. infecti. eo. infectum enim argentum eſt rude & in opera nulla coniectum argentum, quemadmodum Arnob. lib. 6. aduerſ. gent. loquitur, & in maſſa argentea conſtitutum, vt in l. vlt. C. depoſ. & l. 19. ff. de furt. Hoc & graue aliàs appellatur, vt Seru. in 6. Æneid. & Iſidor. lib. 16. cap. 17. ſcribunt. Cæterùm & factum argentum, ſi fractum vel colliſum ſit, infecto continetur. Nam factum argentum id videtur, quo commodè vti poſſimus. l. 27. §. cui aurum. ff. eod. tit. Eſt & aliud argenti genus quod ſignatum appellatur: quod ſcilicet aliqua forma eſt expreſſum, veluti Philippi & numiſmata. l. 27. §. cui legatum. ff. de auro argent. Quæ tria genera Liuius lib. 34. ita perſpicuè cumulat, Secundo die, ait, aurum argentumque factum infectumque & ſignatum: Infecti argenti fuit pondo decem & octo millia: Facti vaſa multa omnis generis: Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. Argenti planè appellatione ſuppellex argentea non venit, niſi argenti numero à teſtatore habita eſt. l. 19. §. idem Celſus. & §. argento. eo. Itaque argentum accipimus id omne quod ita ex argento eſt, vt ne-

que ſupellectilis inſtrumento cedat, neque proprio alicui & ſpeciali generi adſcribi poſſit: quod vulgo bufetum appellamus. Sic in l. 4. ff. de leg. lib. 1. l. 2. ff. de legat. lib. 2. l. 22. ff. de manumiſſ. teſt. l. 1. l. 3. §. 1. & §. vlt. de ſupellect. leg. Argentum menſale vocat Vopiſcus in Claudio.

Argentum puſulatum in l. 31. ff. loca. vt in P. Florent. ſcriptum eſt. Nam apud Tranquill. in Nero. & Martial. lib. 7. Epigr. puſtulatum ſcribitur.

ARGENTARII ſeu argentariæ menſæ exercitores, menſularij erant in foro ſtantes, ibique tabernas & menſas ſuas poſitas habentes, apud quos fænebres pecuniæ deponebantur, quas per parteis erogabant & collocabant: quarum probatio ſcriptura codicibuſque eorum continebatur. l. 4. l. 9. §. pen. ff. de eden. l. 50. ff. de adm. tut. l. 23. ff. de liber. leg. l. 15. §. ſed & ſi pecunia. ff. de re iud. Hi vtiles ſe omnibus contractibus exhibebant: nam & mutuas pecunias dabant, & fideiubebant pro aliis & conſtituebant. κέρμα etiam ἀντὶ ἀργύρου ἤλλασσον, quemadmodũ Iuſtini. in Nou. 4. ad fi. & Nou. 137. & Suidas comprobant. Per eas etiã venditiones fiebant. l. 18. ff. de petit. hæred. l. 88. ff. de ſolutionibus & auctiones: quod & ex Senecæ declamat. præfatio. & Quintil. lib. 11. cap. 1. colligi poteſt. Singulorum autem rationes argentarij conficiebant, omniaque quæ apud ſe gerebantur, in codices accuratè referebant, quos idcirco edere poſtulantibus cogebantur. l. 4. & l. 6. & l. 9. §. 1. & l. 10 ff. de eden. Quod & apud Græcos fieri ſolitum Demoſth. in orat. πρὸς Τιμόθεον indicat. οἱ γὰρ τραπεζῖται, ait, εἰώθασιν ὑπομνήματα γράφεσθαι, ὧν τε διδόασι χρημάτων, καὶ εἰς ὅ,τι, καὶ ὧν ἄν τις τιθῆται, ἵν᾽ ᾖ αὐτοῖς γνώριμα τά τε ληφθέντα καὶ τὰ τεθέντα πρὸς τοὺς λογισμούς. Idem in orat. πρὸς Κάλλιππον paulò poſt initium ſcribit. Argentarij porrò à Iuſtiniano ἀργυροπράται vocantur. Nouel. 137. vt & à Suida in verbo ἀργυραμοιβός, & in verbo κολλεκτάριος: & Argenti diſtractores in l. vlt. C. de pignorib. l. pen. ad fi. de conſtit. pecun. l. vn. negot. ne milit. lib. 12. & à Iuliano Patricio in Nouell. de fideiuſſori. Et argenti venditores. l. 12. de cohort. lib. 12. C. ab eo quòd ſpecies auri atq; argenti gemmaſque venderent, vt ex ſuperioribus locis liquet.

Argentarius Coactor in l. 40. §. vlt. ff. de ſtatu lib. & Argentariæ coactiones apud Tranquillum in Veſpaſiano cap. 1. Argentariæ officium. l. penult. ff. de eden. Argentariæ ſocietas. l. 52. §. cùm duo. ff. pro ſocio. Inde Argentariam facere, exercere, adminiſtrare. l. 4. ff. de edend. l. 19. §. 1. ff. de iud. Plinius in lib. de viris illuſtribus, Idem primò dubitauit honores peteret, an argentariam faceret.

ARGVERE, reum poſtulare, indicare, conuincere ſignificat. l. 197. ff. de verb. ſignif. l. 37. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. ff. de s. c. Silan. l. 24. §. vltim. ff. de liber. cauſ. l. 8. ff. de præſ. ver. l. 2. ff. de l. Iul. repet. inde iocus Plautinus in Pſeudolo. Ecquid argutus eſt. CH. malorum facinorum ſæpiſſimè. Luditur in verbo argutus quod & acutum hominem, & conuictum facinorum, vt Priſcianus libr. 10. interpretatur, ſignificare poteſt. Sic & Arguere teſtamentum de inofficioſo. l. penult. §. ſi hæres. ff. de inoffic. teſt. & arguere teſtamentum falſum. l. 18. ff. de accuſatio. accuſare eſt.

ARMA, quod ad interdictum de vi armata pertinet, ſunt omnia tela, hoc eſt fuſtes, & lapides, non ſolùm gladij, haſtæ, frameæ, id eſt, romphææ. l. 3. §. arma. ff. de vi & vi armata. Cic. pro Cæcin. in interpretatione verborum interdicti de vi armata, Armatos quos iure appellare poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique. Quid igitur ſi glebis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem præcipitem de fundo egeris. & quæ ſequuntur. Caius etiam, Armorum, inquit, appellatio non vtique ſcuta & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes & lapides. l. 41. ff. de verbor. ſignificat. Sed & in l. Iul. de vi publica, armatos intelligere debemus, non vtique eos qui tela habuerunt, ſed etiam quid aliud quod nocere poteſt. l. 9. ff. ad l. Iul. de vi publ. Porrò romphæarum verbum quo Vlpian. in d. l. 3. vtitur, à Gellio lib. 10. cap. 25. exponitur. Armorum quædam parteis enumerantur in l. 14. §. vltim. ff. de re milit. vbi & Armorum cuſtodis fit mentio, vt & in l. vltim. ff. de iure immuni. Armari quoque nauis dicitur, quæ armamentis neceſſariis inſtruitur. l. 34. ff. de rebus auct. iud. l. 5. ff. qui pot. in pig. Et contrà exarmare nauis dicitur, quæ armamentis ſuis ſpoliatur. l. 2. §. 1. ff. de l. Rhod.

ARMARIA in l. 3. ff. de ſup. leg. l. 3. §. effracturæ. ff. de officio Præt. in l. 19. §. proinde. ff. de iudic.

Armamenta in l. 3. ff. de ſup. leg. l. 3. §. 1. ff. de rei vendic. l. 6. ff. de lege Rhod.

Armento legato boues non etiam greges ouium & caprarum continentur. l. 81. §. vlt. ff. de leg. lib. 3. Boues enim armentorum magis quàm iumentorum nomine appellantur. l. 89. ff. de verb. ſignif.

ARRA dicitur, quod emptionis nomine datur, vt euidentius probari poſſit conueniſſe de precio. l. 35. ff. de contrah. emptio. l. 6. & l. vlt. ff. de l. commiſſ. l. 2. §. is qui vina. ff. de act. emp. l. 5. §. item ſi inſtitor. ff. de inſtitor. l. 16. C. de fide inſtru. Inſtitutio. de empt. & vend. in prin. Dicitur autem Arra auctore Iſid. lib. 10. Etym. cap. vlt. à re pro qua datur: vel, quod aliis

aliis magis placet, à Græco verbo ἀῤῥαγὴς, quod firmum ſignificat. Veteres Arabonem dicebant, vt Varro lib. 4. de ling. Lat. notat, & Plauti Terentiique teſtimoniis comprobari poteſt. Nec verò in argumentum contractæ modò emptionis, ſed & ſponſaliorum Arræ dantur, quæ ſponſalitiæ appellabantur. l. 38. ff. de ritu nupt. l. 16. C. de epiſc. aud. l. vlt. Cod. de epiſc. & cler. l. 1. C. ſi nup. ex reſcript. pet. l. 3. C. de ſponſalib. Dantur autem à ſponſo ſponſæ, non contrà: quanquam in ea re Accurſ. hæret. Heſychius Μνῆστρ, ait, ὁ δὲς τοῦ γάμου ἀῤῥαβῶνα. Arræ nomine Anulum plerunque datum fuiſſe oſtendunt. dict. l. 2. §. is qui vina. & l. 5. §. item ſi inſtitor. ff. de inſtitor. Plin. lib. 33. cap. 1. Argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiam anulo exiliente: tracta ab eo tempore, quo nondum erat arra velocior.

Ars alia liberalis. l. 4. ff. de decret. ab ord. fac. Alia ludrica. Liberalia autem ſtudia quæ accipiantur docet l. 1. ff. de extraord. cognit. Artes ludicras Seneca lib. 13. Epiſto. interpretatur, quæ ad voluptatem oculorum aut aurium tendunt. Artem itaque ludicram ſaltatores, geſticulatores, mimi, pantomimi, hiſtriones, & alii id genus, non item athletæ deſignatoréſque facere intelliguntur. l. 1. 3. & 4. ff. de his qui not. infa. l. 14. ff. de pœn. l. 42. l. 44. ff. de ritu nupt. l. 4. ff. de accuſatio. Val. libr. 8. capit. 10. Conſtat Æſopum Roſciumq; ludicræ artis peritiſſimos, id eſt, geſticulatoriæ artis. Plaut. Aulular. Continuò meum cor artem cœpit facere ludicram, id eſt, exilire & palpitare ac moueri cœpit. Quintil. lib. 3. cap. 6. Qui autem ludicram exercuerit in 14. primis ordinibus ne ſedeat.

Arte fabrica peritum ſeruum dixit Paul. in l. 19. in fi. ff. de inſtr. vel inſtrum. pro fabricandi perito.

Artifices ſerui qui aliquod artificium callent. l. vlt. ff. de oper. ſer. l. 32. & l. 33. ff. de rei vend. l. 25. ff. de pignor. act. l. 3. §. 1. C. commu. de lega. l. vn. §. eunuchi. C. de comm. ſer. man. l. 12. §. idem reſpondit. ff. de inſtr. vel inſtr. Opponuntur his Mediaſtini in d. l. vlt. qui nullam certam artem exercent, ſed in mediis ædibus præſto & ad obſequia quæque parati ſtant.

Artificium porrò in ſeruis ab officio ſeparatur. l. 65. §. 1. ff. de legat. libr. 3, l. 24. ff. de man. teſt. l. 4. §. in ſeruis. ff. de cenſib. Sic operæ quæ in artificio ſunt, ab his quæ in officio ſunt diſtant. l. 26. §. libertus. ff. de cond. indeb.

Articulus non pro particula tantùm, id eſt, præpoſitione, cõiunctionéve, ſed & pro quolibet verbo ponitur. Sic verbum, Eſt, articulus vocatur in l. 34. §. item ſcribit. ff. de aur. arg. Articulus, Quiſquis in l. 29. ff. de hæredib. inſtit. Quinetiam pro clauſula & oratione ſumitur, vt in l. 27. §. qui ſuſpectam. ff. ad Trebellia. Articulus, Tum in l. 4. ff. de conditio. & demonſt.

Articulus pro eo quod vulgò dicimus pũctum, in l. 22. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matrimo. in l. 5. §. 1. ff. de præſcript. verb. l. 9. ff. de ſtatu hom.

Articuleiani Senatuſconſulti ſententia exponitur in l. 51. §. ſed & Articuleiano. ff. de fideicom. liber. Puto id Articuleio Pæto Conſule factum, qui cum Traiano vnà conſulatum geſſit.

As in duodecim vncias diuiditur. l. 13. § vl. ff. de hæredib. inſtit. Habent autem & hæ partes propria nomina, ab vncia vſque ad aſſem, puta hæc, Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, Deunx. As. l. 50. §. vlt. ff. de hæredib. inſtit. §. hæreditas. Inſtit. eod. tit. Vncia etiam in ſemunciam, & hæc in ſicilicum ſubdiuiditur. l. 8. §. ſi quis impuberi. ff. de inoffic. teſta. l. 21. §. filium. ff. de annu. leg. Et apud Plin. lib. 13. cap. 15. Inde autem ſicilicum, vt Feſt. lib. 17. ſcribit, quòd ſemunciam ſecet. Obiter autem hîc admonebo emendandos Frontini de Aquæductibus codices, in quibus perperam ſemiuncia pro ſemuncia ſcriptum eſt. Vncia & ſemis ſeſcuncia appellatur. l. 8. §. ſi quis impuberi. ff. de inoffi. teſt. l. 42. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & l. vlt. ff. de coniug. cum emancip. libr. 5. ff. de leg. præſtand. l. vlt. C. de liber. præterit.

Aſſis autem appellatione ſolida hæreditas venit: cuius rei exempla crebriora ſunt tritioráque, quàm vt adſcribi debeant. Martialis nobis verſus ſufficiet ex lib. 7. Epigr.

Hæredem Fabius Labienum ex aſſe relinquit.

Nec hæreditatem modò, & patrimonium, ſed & omne quodlibet ſolidum & integrum aſſis nomine eiuſq; partibus notabant. l. 76. ff. pro ſoc. Hinc precii beſſem dixit Vlpian. in l. 12. §. contrariò. ff. mandati. In aſſem ſatiſfacere, id eſt, in ſolidum. l. 1. ff. de ſeparatio. Ex aſſe poſſidere, aut pro parte, in l. penult. ff. qui ſatiſd. cog. In aſſem ſatiſdare. l. 5. §. ſi ex duobus. ff. vt in poſſ. leg. In aſſem vindicare. l. 40. in fin. ff. de leg. lib. 3. In aſſem vendere. l. 9. ff. quibus mod. pign. ſol. Ex aſſe debere. l. 1. §. ſi quis legatum. ff. vt legat. nom. cauſ. In aſſem impendium reddere, Plinius Epiſto. 15. libr. 1. Sic & in aſſem dari inſtituique actio dicitur. l. vlt. ff. de donatio. leg. 11. §. 1. ff. de interrogatio. in iu. fac. Ex aſſe etiam auferri hæreditas dicitur, quæ tota aufertur. l. 2. C. de his quæ vt indign. Fundum denique aſſis partibus veteres diuidebant, vt apparet ex l. 39. §. ſi à me beſſem. ff. de euictio. l. 8. ff. de rei vendicat. Vſuras etiam per aſſis partes diſtinguebant, vt aliâs docebimus.

Ascendentes Iureconſulti vocant parentes maioreſq; noſtros à quibus geniti &

procreati ſumus: vt contrà deſcendentes eos, qui ex nobis prognati ſunt. l. vlt. ff. de ritu nup. l. vlt. §. ſunt & ex lateribus. ff. de gradib. & adfi. Conſtantin. lib. 4. Epit. cap. 6.

Asparago, Vlpia. in l. 4. §. cùm autem. ff. de leg. Rhod. Si vicenûm, ait, merces duorũ fuerint, & alterius aſpargine decem eſſe cœperint, id eſt, περιχλύσματι, vt Lexicon B. Germani interpretatur.

Atavvs, eſt abaui vel abauię pater, proaui vel proauiæ auus, aui auiæq; ꝑauus, matris vel patris abauus. l. vlt. §. quinto gradu. ff. de gradib. & adfi. Atnepos atneptis, vel, vt in D. Flor. variè, Adnepos adneptis, hi ſunt abnepotis vel abneptis filius filia, pronepotis vel proneptis nepos neptis, nepotis vel neptis pronepos proneptis, filii vel filiæ abnepos abneptis. l. vlt. ff. de gradib. & adfi.

Athletæ, qui virtutis gratia palæſtra exercentur. l. 4. ff. de his qui not. infa. l. 6. §. Vlpianus. ff. de excuſ. tut. l. vlt. §. ſi fœnerator. ff. quod met. cauſ. l. 5. C. quæ res pign. & dict. §. Vlpianus. l. 11. ff. de re iudicata. l. 5. ff. de naut. fœnor.

Atinia lege cauebatur, vt ne res furtiua vſucaperetur, niſi in poteſtatem eius, cui ſubrepta eſſet, reuerſa fuiſſet. l. 4. §. quod autem. l. 33. ff. de vſucapio. l. 215. ff. de verb. ſignif. Plebiſcitum autem fuit Gellio auctore libr. 18. capit. 7.

Atrienses ſerui, qui atrium obſeruãt, & cuſtodiunt. l. 15. §. 1. de vſufr. l. 8. ff. de inſtr. vel inſtrum. l. 203. ff. de verbor. ſignif. & apud Cicer. 5. Parad. Qui & Atriarii in l. 1. §. caupones. ff. nautæ, caupo. In Lexico autem ædis B. Germani ita ſcriptum offendi, Atrienſis, διαιτάριος διαιτάρχης. Et in libr. de offic. Proconſ. hanc ſignificationem reperiri adnotatur.

Atilia lex iubebat mulieribus pupillisve non habentibus tutores, dari à Prætore & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellabant. Vlpian. in Inſtit. tit. 11. Iuſtinia. Inſtit. de Atilia tut.

Atrocem iniuriam, quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus. l. 2. & 3. ff. de feriis. l. 7. §. vlt. ff. de iniur. Atrox autem iniuria aut perſona, fit aut tempore, aut re ipſa. dict. l. 7. §. vlt. & l. 8. & l. 9. ff. de iniur. §. atrox. Inſtitut. eod. tit.

Avctorari, auctorem fieri, auctoritatemq; accommodare & interponere ſignificat. l. 4. ff. de auctor. tut. l. 9. ff. quod falſo tut. Auctorem autem fieri, hoc eſt, dicere probare ſe id quod agitur. l. 3. ff. de auct. tut. Nec enim præſentia corporis ſufficit ad auctoritatem, ſi tutor vel ſomno vel morbo oppreſſus taceat, vel inuitus retineatur. l. 1. §. vlt. cod. tit. nec multum intereſt abfuerit tutor cùm negotium contraheretur, an præſens ignorauerit quale eſſet quod contraheretur. l. 14. ff. eod. tit. Atque ita Prætorum tutorumq; auctoritatem accipimus tit. de auctorit. tut. ff. & l. 8. ff. de tranſactio.

Auctoratos Acron, in Saty. 7. lib. 2. Sermo. Horat. appellatos ab antiquis tradit, ꝗ ſe ludo vendiderãt: & Auctorationẽ, gladiatorũ venditionem. Itaq; in Lexico Latinogræco ædis B. Germani, Auctoratus definitur αὐθαίρετος εἰς ἆθλον ἑαυτὸν βάλλων καὶ μονόμαχος. Sic apud Quintilia. Declamatio. 302. quæ inſcribitur, Auctoratus ad ſepeliẽdum patrem, Quidam, ait, vt patrem ſepeliret auctorauit ſe. Liuius libr. 7. Eo verò pignore veluti auctoratum ſibi proditorem ratus eſt. Et inde auctoramentum gladiatorum à Sueto. dicitur in Tiber. & Quintil. Declamatio. 9.

Auctores dicũtur à quib. ius in nos tranſiit. l. 136. in fin. ff. de diuerſ. reg. ab augendo, quòd nos re auxerint. Itaque auctores plerunque venditores appellantur. l. 4. §. vlt. l. 52. §. vlt. ff. de actio. empt. l. 28. l. 51. l. 64. ff. de euictionibus. & l. 3. ff. de diuerſ. temp. l. 15. ff. de minoribus. l. 4. §. 1. de appellat. l. 198. §. pen. ff. de diuerſ. regu. iur. l. 1. in fine. ff. de fluminib. l. 21. ff. de liber. cauſ. l. vlt. ff. de adminiſt. rer. Et hi ſunt primi auctores. Secundi verò auctores dicebantur, qui pro euictione fideiubebant. l. 3. ff. de euictio. qui βεβαιωταὶ à Iuſtinia. vocantur, Nouel. 8. & venditionis confirmatores à Iuliano Patricio.

Auctorem laudare, id eſt, nominare. l. 6. §. ſi tibi iter. ff. de actio. empt. l. 2. C. de in lit. dan. tut. l. 63. §. 1. ff. de euictionibus. l. 7. C. eod. titu. Cic. 3. de Orato. Gell. libr. 2. cap. 6. Feſtus libr. 10. Ex quibus hoc verbum in formulis & actionibus ciuilibus vſitatum conſtat. Dicunt noſtri ſæpius auctori denunciare. Auctor ipſe defugere dicitur, vel auctoritatem defugere, cùm defenſionem cauſæ ſuſcipere recuſat, quod vulgò dicimus, *defaillir de garend.* l. 139. ff. de verbor. obligat. l. 39. in fin. ff. de euictioni. Terent. Eunucho, Nunquam defugiam auctoritatem. Plaut. Pœnulo, Si auctoritatem poſtea defugeris, vbi diſſolutus tu fies, ego pendeam.

Auctoritas pro iure dominii in 12. tab. Auctoritatem actionẽ pro euictione Venuleius interpretatur in leg. vltim. ff. de euictio. quam Græci βεβαιώσεως δίκην vocant, vt Pollux libro 8. ſcribit. Sic apud Paul. libr. 2. Sentent. tit. 17. Venditor ſi eius rei, quam vendiderit, dominus non ſit, auctoritatis manet obnoxius, & eod. tit. Res empta mancipatione, & venditione perfecta ſi euincatur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. Senec. libr. 4. Natur. Quæſtio. Ergo ſi mihi parum credis, Poſidonius tibi auctoritatem promittet. Hinc inſtrumenta Auctoritatis, quibus

bus origo rerum & probatio iuris noſtri continetur, quæ vulgò titulos acquiſitionum appellamus. l. vltim. ff. de pignor. act. Et apud Senecam libr. 4. Controuerſ. 22. controuer. quæ emptionis tabulæ primùm, eædem poſt auctoritatis tabellæ appellantur. Inſtrumenta ad probationem originis prædiorum appellat. l. 24. Cod. de fideicommiſſ. Tertullian. in libr. de præſcript. aduerſ. hæret. Habeo origines firmas ex ipſis auctoribus, quorum fuit res.

Auctores etiam pro prudentibus & conſultis Iuriſq; ciuilis præceptoribus ponuntur. l. 4. §. Labeo. ff. de doli except. l. 2. §. poſt originē. ff. de orig. iur. l. 1. §. vlt. ff. de vſufr. adcreſ. l. 13. C. de vſufr. Cic. lib. 1. de orat. Atque illum cùm diſſerendo par eſſe non poſſet, ad auctores cōfugiſſe, & id quod ipſe diceret, & in P. Mutii fratris ſui libris, & in Sext. Ælii Commentariis ſcriptum protuliſſe.

Dicuntur & Iuris auctores in l. 39. ff. de actio. empt. l. 32. ff. de vſur. l. 1. C. de verbor. ſignificat. l. 3. C. de repud. l. 15. Cod. de vſufr. Sic Gell. lib. 2. cap. 10. Seruius Sulpitius iuris ciuilis auctor. Et Agge. Vrbic. in comment. Front. Caſſius Longinus iuris auctor. Inde prudentibus Auctoritas tribuitur. leg. 24. ff. de hæred. inſtitu. l. 7. ff. de iuſt. & iu. l. 2. §. his legibus. & §. ita in ciuitate. ff. de origin. iur. & apud Cicero. Topic.

Auctoritas iuris. l. 4. §. curatores. ff. de in lit. iur. l. 20. ff. qui & à quib. l. 36. ff. de ſtatu lib.

Auctor ſeditionis in l. 3. §. item qui ſeditionis. ff. ad leg. Corn. de ſicar. l. 38. §. auctores. ff. de pœn.

Auctoritas etiam perſcribi dicebatur in Senatuſconſultis, cùm ob id quod Senatuſconſulto quis interceſſiſſet, eorum qui ſcribendo adfuerant, nomina cōſcribebantur, vt ex Cælii Epiſtolis, & ex ipſo Cicero. in prin. lib. 3. de orat. & Epiſtolis ad Lentulum apparet: quam verbi huius vim bene Dio his verbis reddidit lib. 55. ἐβουλεύοντο μὲν, καὶ ἡ γε γνώμη συνεγράφετο. οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ᾽ αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλημα αὐτῶν ᾖ.

Auctionalia in l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. inſtrumenta ſunt auctionis factæ. Auctionarias tabulas appellat Cicero in Catil. & Auctionales, Ambroſius lib. 2. Epiſt.

AVDITORIVM, locus in quo cauſę aguntur. l. 1. ff. an per al. cauſ. app. l. 1. in fine. ff. ne de ſtat. def. l. 4. C. de liber. cau.

Auditorium principis. l. 19. §. 1. & §. ſeq. ff. de minoribus. l. 22. ff. ad Trebellian. Hoc ſacrum conſiſtorium in recentioribus Impp. conſtitutionib. l. vlt. §. in his. C. de temp. appel. l. 35. C. de appellat.

Auditorium præfecti prætorio. l. 40. ff. ſi cert. pet. Auditorium magiſtratuum. l. pen. ff. de offi. adſ. l. 78. §. pen. ff. de iur. dot. Auditorium recipere. l. 41. in fi. ff. de recep. qui arb.

AVERTERE, amouere, & intercipere ſignificat. l. 1. §. præterea. ff. ſi quis teſt. lib. l. 3. §. ſed & ſi quis. ff. de crim. Stellio. Hinc Oneris auerſi actio, in l. 31. ff. locati. Tertullian. libr. 5. aduerſ. Marc. Si nullum omnino onus auertiſti vel adulteraſti. Sic Auertere mercem in l. 7. §. pen. ff. de tributor. act. Auertere peculium. l. 21. ff. de pecul.

Auerſione vænire dicitur, quod confusè & vniuerſaliter, ſiue precio in ſemel dicto, non in ſingulas res conſtituto vænit, vt Gaius loquitur in l. 35. §. in his. cum §. ſequen. ff. de contrahen. empt. vulgò id dicimus *en gros & en bloc*. Sic in l. 4. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. auerſione vnum væniſſe accipe, cùm omne quantumcunque fuit, vno precio vænit, non in ſingulas amphoras vel metretas, certo precio conſtituto. Sic & in l. 62. in fin. ff. de contrahen. empt. Auerſione locatum opus, id eſt, vno precio non in ſingulas operas, vt Iauolen. loquitur. l. 51. §. vltim. ff. loca. Vnde in l. 36. ff. eod. titu. Auerſione locatum opus ei opponitur, quod ita conductum eſt, vt in pedes menſuraſq; præſtetur. Auerſione locata inſula. l. 35. ff. loca. id eſt, vno precio tota, vt in l. 58. eodem titul. Hæc etiam aduerſa facit Paul. in l. vlt. §. vlt. ff. de lege Rhod. Auerſione nauem conductam, & pro numero impoſitarum amphorarum mercedem cōſtitutam. Eodem modo accipe & in l. 1. §. exercitorem. ff. de inſtitor.

AVIBVS legatis, & anſeres, & gallinæ, & phaſiani, & auiaria debentur. l. 66. ff. de legat. libr. 3.

AVGVSTA appellatur Auguſti vxor. l. 31. ff. de legibus. l. 58. & l. 59. ff. de leg. lib. 2. l. 6. in fin. ff. de iure fiſc. l. 6. §. vlt. ff. de pœn. l. 7. C. qui teſtament. l. 3. C. vbi ſenator. l. vlt. C. de quadr. præſcript.

Auguſtalis in l. 57. & l. 59. de decurio. lib. 10. C. pro Præfecto Auguſtali, de quo in titu. de offi. præf. Auguſt. lib. 1. Pandect.

Vox iſta AVT, interdum diſiunctiuæ, interdum ſubdiſiunctiuæ orationis eſt. l. 124. ff. de verbor. ſignific. De huius particulæ vi, vide l. 13. §. vtrum. ff. de reb. dub. & l. 53. ff. de verb. ſignif. & l. pen. C. de verbor. ſignif. His verbis, *Titio aut Mæuio vtri hæres volet, dato.* veluti duo rei credendi conſtituuntur. l. 6. ff. de legat. libr. 2. Cùm ita ſtipulamur, *mihi aut Titio dari*, Titii perſona in hoc adiecta intelligitur, vt ei ſolui poſſit. l. 56. §. qui ſibi. ff. de verborum obligat.

AVREVS, in l. 2. ff. in ius voc. vt eant. l. pen. ff. de in ius voc. l. 32. ff. de minorib. l. 7. ff. de iuriſdictio. om. iud. l. 8. §. vlt. cum l. ſequen. ff. de

inoffi.l.25.de Senatuſc.Silan.l.vnic.ff. ad l.Iul. amb.& aliàs ſæpè.

Aureum autem & ſolidum idem valere intelligimus ex collatione l. 5.§. Prætor ait. ff. de his qui deiecer.vel eff.cum §. item is cui.Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi del. & ex l. 47. ff. de man.teſt.cum l.8.in fi.& l.9.ff.de inoffic.teſta. & l.32.ff. de minorib.& l.2. C.de fideicomm. lib. Vterque vigintiquinque denarios ſeu centum ſeſtertios nummos valebat. Dio libr. 55. Χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω. Quem Dionis locum Zonaras Tomo II. referens, δύναται δὲ, ait, παρὰ ῥωμαίοις αἱ εἴκοσι καὶ πέντε δραχμαὶ, χρυσοῦν νόμισμα ἕν: παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησιν, εἴκοσι δραχμὰς, ὡς δίων φησὶ, τὸ χρυσοῦν ἀλλάττεται νόμισμα.

Avthenticvm, eſt quod vulgò originale dicimus.l.2.ff.de fide inſtr.l.vlt.ff.quemad. teſt. ap. & apud Paul. libr. 5. Sentent.titu. 14. Quod inde ducitur, deſcribitúrque, Exemplum ſeu Index Latinis, Barbaris copia appellatur. Sic authenticæ tabulæ in l. 4. ff. fam. erciſc.& authenticæ rationes in l. 8.ff.eo. titu. & authenticæ probatoriæ.l. penult. de diuerſ. offic.lib.12.C.

Avvncvlvs eſt frater matris.l.5. ff. vnde legit.l.vlt.§.tertio.ff.de gradib.& adf.§. tertio.Inſtit.de gradib.cogn.

Auunculus magnus eſt auiæ frater. Mihiq; is auunculus magnus eſt, qui patri meo vel matri meæ auunculus eſt.l.1. §. quarto. l.vlt.§. auunculus magnus.ff.de gradib.& adf.§.quarto. Inſtit. de gradib. cogn. Auunculus maior eſt proauiæ frater, patris vel matris auunculus magnus.d.l.vlt.§.auunculus maior. Maximus auunculus eſt abauiæ frater, patris vel matris auunculus maior.d.l.vlt.qui & Abauunculus. l.3.ff.de gradib.

Avxilia, appellabantur ex fœderatis amicisq; populis in exercitu conſcriptæ cohortes.l.2.§.exercitum.ff.de his qui not.infa. Sueto.in Tiber.cap.16. Per 15 legiones totidemq; auxiliorum copiam. Taci. lib.5. Legatus cum quatuor millibus legionariorum & delectis auxiliis miſſus. Poſſent & plurima alia huius ſignificationis teſtimonia ex hiſtoriis non neceſſariò congeri.

B. BRISSONII I. C. DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER SECVNDVS.

BABYLONICORVM quę equis inſternebantur, & Babylonicarum pellium fit mentio in l. 25. §. 1. ff. de auro arg. leg. l. vlt. ff. de publican.

Babulonicum in Lexico Latinogræco B. Germani Pariſienſis vertitur ψιλὴ πολύμιτος. Nam, vt Plin. lib. 8. c. 48. docet, colores diuerſos picturæ inſerere Babylon inſtituit.

BALANI, in l. 55. ff. de leg. lib. 3. & l. 167. ff. de verb. ſignif. Sic autem palmarum nuclei appellantur auctore Suida.

BALNEA & balneas, vt cæteri Latini auctores, ita & iureconſulti promiſcuè dicunt. l. 50. ff. ad leg. Aquil. l. 35. §. vlt. & l. 91. §. pen. ff. de leg. lib. 3. l. 17. in fi. ff. de inſtr. vel inſtr. l. 30. §. ædilis. ff. loca. Paul. lib. 5. Sent. tit. 3. Aliorum auctorũ exempla Nonius ſuppeditat. In Pan. Flo. ferè ſemper balineum ſcribitur. l. 3. in fin. ff. de off. præf. vig. l. 17. in fin. ff. de vſurfuct. l. 14. ff. de impenſ. in res dot. l. 58. in fin. ff. loca. l. vlt. §. 1. ff. de auro argen. l. 12. ff. quibus mod. vſusfr. amitt. l. 5. §. vlt. ff. commoda. Dixi ferè, propter l. 9. ff. qui potio. in pign. ha. & l. 55. §. lignis. de legat. lib. 3. A Græcis Thermæ appellantur. l. 1. §. 1. ff. de munerib. & honorib. l. 5. & 6. C. de aquęduc. lib. 11. Dicuntur & Balnearia l. 13. ff. de ſeruit. vrb. Et apud Senecam lib. 3. Natur. quæſtio. Idem in libr. de tranquill. vitę, Iam inter balnearia, ait, & Thermas Bibliotheca quoque, vt neceſſarium domus ornamentum expolitur.

Balnea autem vel publica erãt. l. 2. §. ſi quid in mari. ff. ne quid in loco pub. l. 13. §. pen. de iniur. Vel priuata. l. 17. in fin. ff. de vſufru. cum aliis ſuprà citatis. Interdum etiam à priuatis hominibus publicè præbebantur. d. l. 35. §. vlt. de leg. lib. 3.

Balneorum partes formamq; Vitru. lib. 5. c. 10. ita deſcribit. Aëna ſupra hypocauſtum tria ſunt componenda, vnum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: & ita collocanda, vti ex tepidario in caldarium quantum aquæ calidæ exierit, influat: de frigidario ad tepidarium ad eundem modum. Idem ſubiicit, Laconicum ſudationesq; tepidario cõiungendas. Plinius apertiùs ſingula lib. 5. Epiſt. ad Appollinar. exponit. Cuius rei & ex libris noſtris probatio peti poteſt. Tepidarii quidem certè meminit l. 19. ff. de ſeruit. vrb. Hypocauſti verò & ſphæriſterii, quod balneis adiungi ſolitum, Plinius quoque epiſtola iam allegata indicat, meminit l. 16. ff. manda. & diætarum hypocauſtarum. l. 55. §. lignis. ff. de leg. lib. 3. & fornacis ac fiſtularum. l. 58. §. vlt. ff. loca. & tubulorum. l. 13. ff. de ſeruit. vrb. Ex hypocauſto autem per tubulos cuniculosq; & fornaces vapor trahebatur. Inde balnearii vapores in l. 3. §. hoc interdictum. ff. de riuis. & in l. 8. §. vlt. ff. ſi ſer. vindic. De tubulis & fornacibus balneorum mentio habetur. in l. 13. ff. de ſeruit. vrb. & l. 58. in fi. ff. loca.

Balneator qui balnea præbet. l. 4. §. ait Prætor. ff. de his qui not. infa. l. 30. §. ædilis. ff. locati. Balneator etiã ſeruus, q balnei vſib. deſeruit. l. 17. in fi. ff. de inſtr. vel inſtr. l. 15. §. 1. ff. de vſufr.

Balneare argentum. l. vlt. §. 1. ff. de auro arg.

Balnearium inſtrumentum. l. 17. §. vlt. ff. de inſtru.

Balnearium furtum. l. vlt. ff. de furib. baln. qđ in balneo admiſſum eſt. Sic & fures balnearii tit. de furib. baln. & apud Tertull. in lib. de Idololat. Hos cur cæteris furib. acerbiùs veteres plecterẽt, exponit Ariſto. in Problemat.

Balliſtrarii in l. vltim. ff. de iure immunit. & βαλιςαρίων τάγμα in Nouel. 85. Ad exemplũ autem ſcripturæ Pandectarum in Lexico ædis B. Germani balliſtra ſcriptum eſt & vertitur σφενδόνη, μάγγανον.

BARBAROS, in Impp. Conſtitutionib. accipimus, quicunq; Rom. Imperio non parebant. l. 26. C. de epiſc. & cleric. Sic & in l. pe-

nult. in fine. ff. de bon. damnat. Inde barbaricum pro barbarorum ſolo. l. 2. C. de commer. Ammia. Marcel. libr. 18. Viſus in barbarico miles per Hortarii regna tranſibat intacta.

Barbaricarii vel Branbaricarii vocabantur qui argento, vel auro, vel ære caſſidas & bucculas tegebant, & deaurabant, vt apparet ex l. 1. de fabricenſ. in C. Theod. Sic accipe in l. 1. de excuſat. artif. lib. 10. C. & in Notitia. Quo loco de Comite ſacrarum largitionũ in partibus occidentis agit. Eſt hoc vocabulum corruptum in l. 1. de præpoſit. agent. in reb. lib. 12. C.

Basilica, in l. 83. §. ſacram. & l. 137. §. cùm quis. ff. de verbor. oblig. in §. vlt. Inſtit. de contrah. empt. Primam Romę baſilicam Cato extruxit, auctore Plinio de vir. illuſtrib. cap. 47. quæ Portia appellata eſt. Aliam Iulius Cæſar, quæ Iulia dicta. Cuius Plin. libr. 5. Epiſtol. Vet. & inſcriptio antiq. & Sueto. in Calig. meminere. Opimiæ etiam baſilicæ Varro lib. 4. de ling. Lat. meminit. Fuêre & aliæ Romæ baſilicæ, vt ex Victore, aliisq; conſtat: quas quòd à propoſito longius hic ſermo recedat, non enumero.

Bestiæ dicuntur, quæ natura feræ ſunt. l. 1. §. in beſtiis. ff. ſi quadrup. pauper. veluti vrſi, leones, pantheræ. l. 2. ff. ad l. Aquil. Vlpia. ad edictum Prætoris de poſtulando, Beſtias, inquit, accipere debem⁹ ex feritate magis, quàm ex animalis genere. l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. Elephantos planè & camelos, beſtiarum numero eſſe Vlpia. in Inſtit. tit. 19. tradit. Et re vera eorum natura fera eſt. Quia tamen collo dorsóve domantur, & iumentorum operam præſtant, ideò in l. Aquilia quadrupedum appellatione continentur. d. l. 2. ff. ad l. Aquil.

Ad beſtias damnari dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt beſtiis ſubiicerentur. l. 6. ff. ad leg. Iul. pecul. l. 8. in fin. ff. de teſtament. l. 25. §. ſi quis planè. ff. de acquir. hæred. l. 31. ff. de pœn. §. pœnæ. Inſtit. quibus mod. ius pat. pot. & apud Tertullian. libr. 1. ad Scapul. & Gellium lib. 5. c. 14. Hoc autem ſupplicium Prudentius ſic explicat:

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, legesq; iubent, venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſib. oblectent hilaram de funere plebem.

Inde ad beſtias dari in l. 12. ff. de pœn. l. 8. ff. ad l. Corn. de falſ. & l. 1. ff. de veteran. Dio ita damnatos τοὺς τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένους, dicit libr. 58. Et ad beſtias pronunciari apud Tertullia. in lib. de reſurrectio. carn. Cæterùm qui beſtiis obiiciebantur, ad ſtipitem alligabantur, vt ex Vopiſco in Aureliano, & ex paſſionibus Martyrum liquet.

Ad beſtias etiam dari dicebantur, qui citra damnationem cum beſtiis depugnandi cauſa in harenam intromittebantur. l. 11. §. 1. & §. vlt. ff. ad leg. Corn. de ſic. l. 4. ff. de accuſatio. l. 1. ff. de ædili. ed. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtibus. & hos beſtiarios Latini appellant: quo verbo Seneca vtitur lib. 2. de benefic. cap. 19. & Epiſt. 1. libr. 10. & Tertullian. in Apologet. cap. 42. Erãt etiam qui operas ſuas vt cum beſtiis pugnarent, locabant. l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertyllian.

Beneficium pro priuilegio alicui indulto. l. penult. ff. de conſtit. prin. l. 152. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 43. ff. de vulg. & pup. & l. 38. ff. ex quib. cauſ maior.

Beneficium interdum non pro merito & benefacto, ſed ſimpliciter pro facto, occaſione, imò etiam delicto. Sic res abeſſe beneficio furis dicitur in l. 46. ff. de furt. & damnum alicuius beneficio contigiſſe in l. 40. §. 1. ff. de dam. infect. id eſt, vt vulgò loquimur, *par ſon moyen*. Beneficio alterius pars acceſſiſſe dicitur in l. 7. in fine. ff. comm. diuid. quæ propter alteram acceſſit.

Βιοκωλυταὶ officiales quidam à vi prohibenda, vocabãtur, quorum mentio fit in Nouel. conſtit. 8. & Nouel. 145.

Bisextum, in l. 98. ff. de verb. ſignif. l. 3. §. minorem. ff. de minorib. diem ſignificat, qui quarto quoq; anno intercalatur. Iſido. libr. 6. cap. 17. Biſſextus eſt poſt 4 annos vnus dies adiectus: Creſcit enim per ſingulos mẽſes quarta pars aſſis. At vbi quarto anno aſſem compleuerit, biſſextilem annum facit.

Bombycinæ veſtis fit mentio in l. 25 §. 1. ff. de auro arg. le. & apud Paul. lib. 3. Sent. tit. 6. Iſidor. lib. 19. cap. 22. Bombycina veſtis à bombyce vermiculo, qui longiſſima ex ſe fila generat: quorum textura Bombycinum dicitur: conficiturq; in inſula Coo.

Bombyx autem quid, & quomodo inde ſericum texatur, vide apud Clementem lib. 2. Pædag. cap. 10. Meminit & Tertullia. aduerſ. Marcio. Seruius lib. 2. Georgic. Virgilii ad illum verſum,

Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres.

Apud Indos, ait, & Seres ſunt quidam in arboribus vermes, qui Bombyces appellantur, qui in aranearum morem fila tenuiſſima deducunt. Pollux lib. 7. Onomaſt. cap. 17. σκώληκές εἰσιν οἱ βόμβυκες, ἀφ' ὧν τὰ νήματα ἀνίενται ὥσπερ ὁ ἀράχνης. Idem Tertullia. lib. de Pallio, Prorſus haud latet bombycem (vermiculi genus eſt) quæ per aërem aliquando araneorum more ſcopis idoneus diſtendit, dehinc deuorat, mox ęquè reddere, perinde ſi necaueris animata iam ſtamine aluo. De hoc qui plura ſcire deſiderat, adeat Plin. lib. 11. c. 23.

Bonorum appellatione & prædia, & mancipia, & ſuppellex, & kalendarium continentur.

nentur.l.37.ff.de vſufr.leg. Sed enim bonorum appellatio aut naturalis eſt, aut ciuilis. Naturaliter ex eo bona dicuntur, quòd beent, id eſt, beatos faciant.l.49.ff.de verb.ſignif. Vnde & beatos Latini appellant diuites atque locupletes. Plaut.in Pœnulo, Bonam ego quã beatam eſſe primo dici mauolo. Seneca lib. 3. controuerſia. Inſolens malum eſt beata vxor, cùm immenſum pondus auri orba attulerit, cùm pecunia arcas noſtras onerauerit, quid aliud quàm beatę ſeruiemus? Idem lib.3.Epiſt. de Sabino diuite homine. Nunquam, ait, vidi hominem beatum indecentius. Secundũ hæc bona propriè dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quàm commodi habent.l.83.ff. de verb.ſignif. Proinde bona intelliguntur cuiuſque, quæ ſubducto ære alieno ſuperſunt.l.39. §.1.ff.de verb.ſignif.l.72.ff.de iure dot.l.2.§.1. ff. de collatio. bonor. Eaque ratione bona ab hæreditate ſeparantur.l.81.ff.de legat.3.l.16.§. 1.ff.ad Trebellia. Multumq; intereſt, hæreditatis, an bonorum vſusfructus legetur. Vſufructu enim bonorum legato, æs alienum ex omnibus reb. deducendum eſt.l.69.ff.ad l. Falcid.l.vlt.ff.de vſufr.leg. At hæreditatis appellatio etiam onera continet. Bonorũ etiam parte legata funeris impenſa manumiſſorumq; precium, aliter atq; ſi hæreditatis pars legata ſit, ex medio deducitur.l.8.§.vlt.cum.l.ſeq. ff. de leg. lib.2.l.104.§.vlt.ff.de legat.lib.1.

Aes denique alienum in bonis non eſt. Quod & ſignificat Quintil.in Declamat.273. Bona, inquiens, ſunt, vt opinor, ea, quæ detractis alienis deprehenſa ſunt. Finge alium creditorem fuiſſe eius, quem deprehendiſti. Non dubium eſt, quin quamuis ad te bona pertinerent adulteri, recepturus tamen ſuum creditor fuerit. Concludamus ergo naturaliter id bonorum cuiuſque eſſe intelligi, quod æri alieno ſupereſt.l.11.ff. de iure fiſci. Ciuiliter bona vniuerſitatem ſucceſſionis ſignificant, qua in ius demortui ſucceditur, ſuſcipiturque eius rei commodum & incommodum.l.3. ff. de bonor.poſſeſſ.l.14.§.vltim.ff.ad Trebellia. Vt cùm bonorum poſſeſſionem dicimus, idem hic valet bonorum appellatio quod & hæreditatis, iuſque ſucceſſionis non etiam ſingulas res demonſtrat.l.208.ff. de verbor. ſignif. Eſt enim iuris magis, quàm corporis poſſeſſio.l.3.§.1.ff. de bonor. poſſeſſ. Eaque de cauſa bonorum poſſeſſio iuris nomen eſſe dicitur ſicut & hæreditatis.l.119.ff.de verbor. ſignific.

Bonorum autem poſſeſſio, & poſſeſſio bonorum longè differunt. Poſſeſſionem tamen bonorum conuerſo verborum ordine dixit Macer in l.4.§.vltim.ff.de off.eius cui mand. nec hanc ſubtilem verborum ſtructuram obſeruauit Paul. in l.35.ff.de obligatio.& actio.

Bonorum autem poſſeſſio, quæ Conſtantino διακατοχὴ, à noſtris etiam ſimpliciter nonnunquam poſſeſſio appellatur.l.12.ff.de Carb. edic.l.77.§.Titio.ff.de legat.lib.2. & in Inſtit. Vlpian.tit.28.Ius eſſe definit perſequendi vel retinendi patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cùm moritur fuit.l.3.§. bonorum igitur.ff. de bonor. poſſeſſ. Bonorum verò poſſeſſio alia contra tabulas appellatur, quæ contra teſtamentum, contra lignum, contra voluntatem defuncti competit: qualis eſt quæ filio emancipato patronoq; præterito datur.l.6.§.1.ff.de bon.poſſeſſ.l.19.ff.de contr.tab. Hæc à Græcis Iureconſultis ἐναντίωσις κατὰ διαθήκης dicitur. Alia ſecundum tabulas, & ſecundum voluntatem, quam Prætor omnibus iure ſcriptis hæredibus pollicetur.§.ſunt autem.Inſtit.de bon. poſſeſſ.ff.l.6.§.1. Et hæ facto in ſcriptis teſtamento competunt: Aut ſi ſine ſcriptis teſtamentum conditum eſt, ſecundum nuncupationem, vel contra nuncupationem bonorum poſſeſſio datur.l.vltim.C. de bonor. poſſeſſ. ſec.tab.l.1.C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. liberti.l.vltim.C. de codicill. Aliæ etiam ab inteſtato ius habentibus legitimum vel etiam non habentibus propter capitis diminutionem dantur: quæ enumerantur in §.& primo.cum ſeq.§§. Inſtit. de bonor. poſſeſſ. & lib. 38.Pandectar.

Item Bonorum poſſeſſio quædam Edictalis.l.30.§.ff.de acquir.hæred.l.1.§.1.ff. ſi tabulæ teſt.null.ext. quæ edicto defertur. Quædam verò eſt quæ decreto petitur, quæ cognitionẽ pro tribunali, decretumq; deſiderat & expoſcit.l.2.§.dies.cum ſeq.ff.quis ordo in bonor. poſſeſſ.l.2.§.ſi quis ex liberis.ff.ad Tertyllian. quæ decretalis dicitur.l.1.§.decretalis.ff.de ſucceſſ.ed. Bonorum poſſeſſionẽ ordinariam in l.3.§.vlt.ff.de Carb.ed. Vnde liberi, aut aliam, quæ liberis datur, intellige, ad differentiam Carbonianæ, quæ extraordinaria eſt. Bonorum poſſeſſio litis ordinandæ gratia, quæ in hoc accipitur, vt inſtitui & ordinari iudiciũ de hæreditate poſſit.l.8.ff.de inoff.teſt. Sunt & bonorũ poſſeſſiones cum re & ſine re, de quibus Vlpian.in Inſtit.tit.28.

Bonorum emptor dicebatur, qui à creditoribus bona debitoris diſtrahentibus emerat, in quem omnes quæ venditionem bonorum paſſo, vel in eum competebant actiones transferebantur, vtilibuſq; agebat & conueniebatur, ceu honorarius ſucceſſor, actionib. Theophil.in tit.de ſucceſſionib.ſublat.quæ fiebant per bon.vend.

Nunc quæ res in bonis eſſe dicantur, videamus, eo antè præmiſſo, quòd aliud eſt in bonis eſſe, longè aliud Ex bonis. Nam in bonis id eſſe dicitur, quod dominij noſtri vel quaſi domini eſt: Ex bonis verò quicquid ex ſub-

ſtantia noſtra eſt, etiam ſi commodatum tantùm, vel depoſitum, vel pignoratum ſit. l. 2. §. in hac. ff. vi bon. rapt.

In bonis autem habere olim dicebantur, qui pleno iure, id eſt, ex iure Quiritium domini facti non erant: puta quibus neque mancipata res, neque in iure ceſſa, nec ſtatuto ad vſucapionem tempore ab his poſſeſſa erat, vt Vlpia. in Inſtitut. tit. 1. & tit. 19. & tit. 22. explicat: & Theophil. in Inſtitutio. tit. ex quibus cauſ. mãnumitt. lic. qui eleganter ficto vocabulo hos Bonitarios dominos appellat. Latiùs autem & generaliùs dicimus, In bonis eſſe, quod in patrimonio noſtro aliqua ratione eſt. l. 1. ff. de rer. diuiſ. l. 25. §. non ſolùm. ff. quæ in fraudem credit. Ita res per vim alienata in bonis eſſe dicitur eius, qui vim paſſus eſt. l. 9. §. licet. ff. quod met. cauſ. & ſeruus domino non defendente ductus, in bonis eius eſſe qui duxit. l. 2. §. vltim. ff. ſi ex nox. cauſa. In bonis etiam venditoris res vẽdita eſt, antequam ab eo emptori tradita ſit. l. 8. §. ſi debitor. ff. quibus modus pig. §. cùm autẽ. Inſtit. de emptio. & vend. In bonis autem noſtris computantur non ſolùm quæ dominij noſtri ſunt, ſed & quæ bona fide à nobis poſſidentur, vel ſuperficiaria ſunt. Aequè ſi quid in actionibus, perſecutionibus, petitionibuſque eſt, bonis adnumeratur. l. 49. ff. de verbor. ſignif. l. vltim. ff. de vſufr. leg. Princeps itaque bona concedendo, videtur obligationes concedere. l. 21. ff. de verbor. ſignif. Et actiones quidem ſiue legitimæ, ſiue honorariæ, ſiue ciuiles, ſiue pœnales, in bonis ponuntur: exceptis popularibus & iniuriarum actionibus, quæ, niſi demum lite conteſtata, in bonis eſſe non creduntur. l. 32. ff. ad l. Falcid. l. 28. ff. de iniur. l. 12. ff. de verb. ſignif. l. penult. ff. de popularib. actio. Lite planè cõteſtata, cùm & ad hæredes tranſmittantur, & propriè eius fiant, qui inſtituit, bonis adgregantur. Dos etiã in bonis mariti eſſe dicitur conſtante matrimonio. l. 21. §. idem reſpondit. ff. ad municipa. l. 7. §. ſi res. & l. 75. ff. de iure dot. Denique rem in bonis noſtris habere intelligimur, quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus. l. 82. ff. de adquir. rer. dom. Subſtitutio quæ nondũ competit, hæreditas item non adita, extra bona ſunt. l. 42. ff. de adquir. rer. dom. l. 63. ff. ad l. Falcid. In bonis etiam noſtris non eſt, quod euincitur. l. 151. ff. de diuerſ. reg. iur. Seruitutes nec in bonis ſunt, nec extra bona. l. 1. ff. de vſufruct. leg.

In edicto, quo in bonorum poſſeſſionem legatarios Prætor mittit, bonorum appellatione non eæ tantùm res quarum proprietas ad hæredes pertinet continentur, ſed & agri vectigales, & quæ pignori data ſunt, & quæ bona fide poſſidentur. l. 5. §. bonorum. ff. vt in poſſ. leg. Planè in his verbis prætoris, Si dolo malo eius qui liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini, ante aditam hæreditatem in bonis, quæ eius fuerunt, qui eum liberum eſſe iuſſerit, factum eſſe dicetur, quominus ex his bonis ad hęredem perueniet, plenius bonorum cauſam pro vtilitate omni accipimus, vt & pignoratæ res & commodatæ & alienę bona fide poſſeſſę comprehendantur. l. 1. in princ. & §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib.

In bonis etiam eſſe dicitur, qui in eorũ poſſeſſionem miſſus eſt. l. penul. ff. vt leg. nom. Sic & apud Cic. lib. 13. Epiſt. ad Atilium. Eius frater Catinæ nuper mortuus eſt: nullam omninò arbitramur de ea hæreditate cõtrouerſiam eum habiturum. Et eſt hodie in bonis, id eſt, bona tenet ac poſſidet.

BONVM ſignificat vtile: vnde bonum publicum pro vtilitate publica in l. 1. ff. de vſucapionibus. Bonum autem & æquum in libris noſtris coniungi ſolent. l. 1. & l. penult. ff. de iuſtit. & iure. l. 33. ff. de oblig. & actio. l. 65. §. quod ob rem. & l. 66. ff. de cond. indeb. l. 2. §. ſi quis tamen. in fi. ff. ſi quis cautionibus. l. 15. §. 1. ff. de minoribus. l. 32. ff. ſi cer. pet. & aliàs ſæpè. Sic, nec melius nec æquius in l. penult. §. vlt. ff. ſol. matr. l. 82. in fi. ff. de ſolutionibus. Ridiculi autem ſunt, qui bonum ab æquo ſeparant. Hæc enim indiuulſa in iure ciuili hærent, in quo quidquid vtile eſt, idem æquum habetur, propterea quòd ad ciuium vtilitatem omne ius referendum eſt, vt & ipſa iuris ciuilis à Cicero. in Topic. tradita definitio docet. Itaque Horat. vtilitatem iuſti & æqui matrem ſcitè appellauit.

Quò bonum eſt, pro quæ vtilitas eſt, Iureconſultis propria locutio. l. 13. in fi. ff. ad Velleia. l. 13. §. denique. ff. de vſufr. l. 3. §. ſi quis ex liberis. & l. 10. §. liberi. ff. de contr. tab. l. 93. ff. de ſolutionibus. Sic & Caſſianum illud tritiſſimum Cui bono, Priſcian. lib. vlt. interpretatur cuius gratia, cuius commodo, ad quod bonum: Refertur à Cicero. in Oratio. pro Milo. & in oratio. pro Roſc. Amer. & 2. in Anto. oratio.

Actiones quædã ex æquo & bono eſſe, oririq; dicuntur. l. 33. §. 1. ff. de oblig. & actio. l. 5. §. hęc autem act. ff. de his qui deiecer. l. 65. §. quod ob rem. & l. penult. ff. de condict. indeb. & in bonum & æquum cõceptæ. l. 8. ff. de cap. min. l. penult. ff. de ſepul. viol.

Bonus vir non tantùm iudex, ſed & quiuis alius vir iuſtus, æquus, innocens & prudens, conſideratuſq; paterf. accipiendus eſt. l. 3. §. tametſi. ff. de arbitr. l. penult. ff. vſufr. quẽad. cauſ. l. 16. in fi. ff. de vſu & habit. l. 47. §. ſi Sticho. de fideic. libert. l. 58. §. 1. ff. loca. l. vlt. C. de aliment. pup. præſt. l. 45. ff. de procuratorib. l. 5. §. 1. ff. vt legat. ſeu fideicom. Horat. lib. 1. Epiſt.

Vir

—Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges iuraq; ſeruat:
Quo multæ, magnæq; ſecantur iudice cauſæ,
Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

Quilibet itaque minimè aſtutus & fallax, ſed integræ vitæ & exiſtimationis, idoneuſque & diligens paterfam. vir bonus appellatur. pro eodemque, virum bonum & bonum patremfam. noſtri auctores dicunt. l. 9. §. ſed ſi lapidicinas. l. 17. §. vlt. & l. 19. §. ſed & ſi veſtimentorum. ff. de vſufr. l. 20. §. 1. ff. de oper. libert. l. 13. ff. de annu. leg. indicemq; viri boni & innocentis officio fungi debere dicunt. l. 4. ff. fam. erciſc. Vnde ad iudicem, id eſt, ad virum bonum, in l. 137. §. cùm ita. ff. de verb. oblig. Et ita arbitratus viri boni in libris noſtris intelligendus eſt, qui omnibus ferè ſtipulationib. comprehendi ſolebat. l. 17. & l. 12. ff. iudic. ſol. l. 21. §. ſiue autem. ff. de oper. noui nunc. l. 51. ff. ſol. matr. & l. 12. §. & cuius. ff. de dam. inf. & l. 4. C. de reſtitutio. milit. & aliàs vbicunque hoc verbum occurrit.

Bonæ fidei verbũ variè ſumitur. Interdum enim bonam fidem in animi ſciẽtia ponimus, cùm videlicet quis tam eam, quàm poſſidet, ſuam eſſe exiſtimat. Sic in l. 136. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 24. ff. de vſucapionibus & aliis innumerabilibus locis.

Itaq; bona fide poſſidere dicitur, qui ignorat rem alienam eſſe. l. 3. ff. ad l. Fab. de plagia. & è contrario mala fide poſſidet, qui conſcius ad ſe non pertinere poſſidet. Quod & Conſtantin. lib. 1. Epit. tit. 3. oſtendit: καλῇ πίστει, ait, κατέχει, τουτέστιν οὐκ εἰδὼς ὅτι ἀλλότριον τὸ πρᾶγμα, ἀλλ᾽ ἀπατώμενος, καὶ νομίζων δικαίως κατέχειν αὐτό. ἢ κακῇ πίστει, τουτέστιν ξένον εἶναι γινώσκων τὸ πρᾶγμα.

Generaliter autem, qui à quolibet rem emit, quam putat ipſius eſſe, bona fide emit: At qui ſine tutoris auctoritate à pupillo emit: vel eo auctore, quem ſcit tutorem non eſſe, non videtur bona fide emere. l. 27. ff. de contrah. emp. Aliter atq; ſi deceptus falſo tutore auctore emerit. l. 15. §. qui à pupillo. ff. de publicia. Bona fide planè emere non videtur, qui ſciens ab eo emit, quem Prætor vt ſuſpectum hæredem diminuere vetuit. l. 7. §. qui ſciens. ff. pro emptore. At qui à procuratore licet minoris diſtrahente, quàm res vendi potuiſſet, emit, mala fide emere non videtur, niſi fraudẽ participauerit. d. l. 7. §. penult. Qui contra denunciationem à domino factam emit, bona fide non emit. l. 17. C. de rei vend. In §. c. de petit. hæredit. Bonæ fidei poſſeſſor accipitur, qui ſe hæredem exiſtimans hæreditatem poſſedit: Malæ verò fidei poſſeſſoris, qui ſciens ad ſe nõ pertinere, poſſedit. Ex quo autem ſciuit quis ad ſe hæreditatem peti, ex eo tempore incepit malæ fidei poſſeſſor eſſe, ſiuè ei denunciatum eſt, ſiue ſine denunciatione reſciuit. l. 22. §. petitam. ff. de petit. hæred. Itaq; ſtatim poſt motam hæreditatis controuerſiam in mala fide poſſeſſor conſtituitur. Enimuerò bona fide poſſidet, qui auctore prætore vel iudice comparauit. l. 180. ff. de diuerſ. reg. l. 11. ff. de acquir. poſſ. Et, vt paucis complectar, bonæ fidei emptor eſſe videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe: aut eum, qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe. l. 110. ff. de verb. ſignif. Cæterũ bona fide non poſſidet, qui exiſtimat non licere ſibi per leges vſucapere. l. 32. §. 1. ff. de vſucapionibus. Sed nec bonę fidei poſſeſſor videtur, qui tacitum fideicommiſſum in fraudem legis ſuſcepit. l. 18. ff. de his quę vt indig. Ac ne ille quidem vel ante illatam controuerſiam bonæ fidei poſſeſſor habetur, qui inultã defuncti necem omiſerit. l. 1. C. de his quæ vt indig. niſi ſi deceptus ignorantia facti fuerit. l. 17. ff. eod. tit. Malæ fidei idem poſſeſſor eſt, qui ab hærede poſt motam controuerſiam quæſtionis illatæ non ignarus comparauit. l. 2. C. de petit. hær. Bonæ fidei certè poſſeſſor eſſe quis deſinit, ex quo cognouit rem alienam eſſe. l. 48. ff. de acquir. rer. dom. Omnes poſſeſſores poſt litem conteſtatam malæ fidei eſſe intelliguntur. l. 28. §. etiam. ff. de petitio. hæred. l. 45. ff. de rei vẽd. Eodem autem ſenſu quo poſſideri & emi res bona fide interpretati ſumus, etiam bona fide ſeruire nobis ſerui vel liberi homines dicuntur, quos alienos vel liberos ignoramus. l. 19. l. 33. ff. de acquirend. rerum dom. l. 19. ff. de pact. & aliàs ſæpè. Dicimus porrò & bonæ fidei emptorem, & bona fide emptorem, vt in l. 7. in fi. ff. de publicia. l. 8. ff. pro empto. l. 13. §. vlt. ff. de minoribus. l. 1. §. cùm prædium. ff. de pignoribus. l. 4. §. auctoris. ff. de doli except. Vt & bona fide poſſeſſorem. l. 9. §. ſed non vti. ff. de adquirend. rer. do. l. 2. C. ſi maior fact. alien. l. 18. ff. de petitio. hæred. l. 11. l. 12. l. 13. ff. de noxalibus & bona fide dominum in l. 12. in fi. ff. de liber. cauſ.

Bona fides aliàs contraria eſt fraudi, dolo, aſtutiis, malitiæ. l. 3. in fi. ff. pro ſoc. l. 58. ff. de diuerſ. reg. Itaque bona fide, eſt citra fraudem ſine dolo, ſine captione cuiuſquam. Eaque vt plurimum opponuntur inter ſe, Bona fide. & Dolo malo, vel Per fraudem. l. 35. ff. loca. l. 22. ff. de manu. teſt. l. 2. ff. de ſeparatio. l. 12. §. 1. ff. de liber. cauſa. l. 9. ff. quæ in fraud. credit. l. 27. ff. ad Velleia. Vnde in l. 68. ff. de contrah. empt. Proculus bonam fidem præſtare interpretatur, vt dolus malus abſit. Bona fide & non in fraudem alicuius. l. 34. ff. de procuratoribus. Bona fide, id eſt, citra calumniam, & non tergiuerſandi animo. l. 7. §. planè. ff. de petit. hæred. Ex bona fide rationes reddere,

ſine fallaci aliqua diſſimulatione. l.45.§. procurator.ff.de procuratoribus. Modeſtin.in l.6. §.vlt.ff. de excuſ. tut. μὴ συκοφαντίᾳ, ἀλλ' ἐκ καλῆς πίστεως.

Deniq; bonæ fidei contraria eſt mala fides. l.1.C.de reſcind.vendit. Idem valet quod dolus malus. l.1.C. de longi temp. præſcr. Hoc ſenſu bona fides in omnibus contractibus deſideratur. l.4.C.de oblig.& acti. Abeſſe enim ab omnibus contractib. fraus & dolus debet. Mala autem fide ſignificat aſtutè, callido conſilio, malitioſè, doloſè. Sic in l.5.§.vltim.ff. de auct. tut. non mala fide, ſed ſimpliciter: quo loci etiam non bona fide emere tutorem Vlp. ſcribit, qui rem pupilli per interpoſitam perſonam emit. Bonam fidem agnoſcere in l.9.§. ſicut.ff.de adm.tut. Bonam fidem præſtare. l. 18.ff. de neg. geſt.

Bona fides aliàs æquum & bonũ ſignificat. l.11.§.1.ff.de actio.empt. l.45.§.1.ff.loca. Hinc bonæ fidei iudicia ſeu cõtractus. l.5.ff. de in lit. iur. l.7.ff.quod cert.lo. l.3.§.in hac.ff.commod. l.36.ff.de pecul. l.3.§. in bonæ. l.32.§. in bonæ. ff.de vſur. l.57.ff.de oblig.& actio. l.22.ff.de donat. l.6.ff.quod cum eo. l.3.§.quia aſſidua.ff. de ędilit.ed. l.84.§.qui ſeruũ.& l.108.§.cùm quid. de leg.1. Et iudicia bona fide. l.vlt.ff.de fideiuſſorib.tut.quæ ſcilicet ex bona fide oriũtur atq; deſcendunt. l.57.ff.de contrahend.empt. l.2.ff. de procur. Paul.lib.2.Senten.tit.17. l.7.§.ſed & ſi non ignoramus.C.de rei vx.act. quę in æquũ & bonum concepta ſunt. l.8.ff. de cap. min. In his enim iudiciis alter alteri obligatur de eo, quod alterũ alteri ex bona fide, id eſt, ex æquo & bono præſtare oportet. l.2.& l.5.ff.de oblig. & actio. liberaq; poteſtas permittitur iudici ex bono & ęquo æſtimandi quantum actori præſtetur: cuius tantundem in illis iudiciis officiũ valet, quantũ in ſtipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. §.in bonę. Inſtit.de actionibus. l.7.ff.de neg.geſt. Hanc poteſtatẽ nanciſcebatur iudex, cũ in formula à Prætore additum erat, *ex fide bona, vel quantum æquius melius*, quod inſeri ſolitum formulis. Cicer.lib.3. Officior. declarat, cùm ſine lege vindicari dolum ait iudiciis, quibus ex fide bona agitur, reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellere, in arbitrio Rei vxoriæ, *melius æquius*, in fiducia, *vt inter bonos bene agier oportet*. Quorum poſtremorũ verborum etiã lib.7. Epiſt.ad Trebat. meminit. Plenius verò eodẽ loco illa refert, *vt inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione*. Idem in Orat.pro Roſc.Cõ. Arbitrum ita ſumi ſolitum in bonæ fidei iudiciis oſtendit, *quantum æquius & melius ſit dari*. Et in 3.Officior. *quod dare facere oporteret ex fide bona*, vt & Valer.lib.8. tit.2. indicat. Hac ratione bonæ fidei adiectione temperandam actionem dixit Vlpian. in l.12.ff. de dolo. Sic verbum ex bona fide in l.54.ff.loca.& l.51.ff. de ædilit.ed. l.31.in fi. ff. depoſ. l.1.ff. de æſtimat. accipiendum eſt. Sic & illud eiuſdem Cicero. lib.6.Epiſt. ad Attic. accipiendum eſt. Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν ex Q. Mutij P.F. edicto Aſiatico exceptionem, extra quam ſi ita negotium geſtum eſt, vt eo ſtari nõ oporteat ex fide bona. Proinde abeſſe à bonæ fidei iudiciis quàm maximus dolus malitiaque omnino debet, etiam ſi conuenerit, ne dolus præſtetur. Nam huiuſmodi conuentio bonæ fidei contraria eſt. l.24.ff.de diuerſ.reg. iur. Doli quoque exceptio præſtatioque & bona fides his iudiciis ineſt. l.21.ff.ſol.matrimonio. l.84.§. qui ſeruum. ff. de leg.lib.1. l. 125.in fi.ff. de diuerſ. reg. Sed & pacti exceptio his ineſt. l.3.ff. de reſcind. vendit. In his iudiciis ſemper ad æquum & bonum interpretatio redigitur. Non recipiunt itaque eam præſtationem, quæ contra bonos mores deſideratur. l.5.ff. de vſur. Sed nec conuentionem aliquam iniquam admittunt. l. 11.§.vltim.ff. de actio. emp. Bonæ fidei ratione fructus in his iudiciis præſtantur. l.21. ff. de hæred. vend. Quæ moris ſunt & conſuetudinis in his iudiciis veniunt. l.31.§. quia aſſidua. ff. de ædilit. ed. Conſenſu maximè hæc iudicia ſuſtinentur. l.117.ff.de diuerſ.reg. iur.

Bona fides legem contractus ſeruari expoſcit. l.13.ff.comm.præd. l.2.in fi.ff.de adm.rer. ad ciuit. Bona fides exigit, vt quod conuenit fiat. l.21.ff. loca. nec quicquam magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes actum eſt. l.11.ff. de actio.emp. Ex bona fide eſt eum, cum quo negotium geritur, non decipi. l.51.ff. de ædilit. ed. Contra bonam fidem eſt vſuras deſiderare temporis ante moram ab eo qui beneficium in re aliena ſuſcipienda præſtitit. l.24.in fi.ff.depoſ. Bona fides exigit, vt arbitriũ tale præſtetur, qualẽ viro bono conuenit. l.24.ff. loca. Fides bona non patitur, vt qui ſuũ negotium quaſi meum geſſit, me obliget. l.6.§.ſed ſi quis ita. ff. de neg. geſt.

Bonæ fidei non conuenit abnegare id, quod acceperis. l.11.ff. depoſ. Vt nec eo pacto ſtari, quod alteri captioſum ſit. l.7.ff. de reſcind. vend. Aduerſus bonam fidem mandatum eſt, ſi meretrici pecuniam credi mandes. l.12.§. ſi adoleſcens.ff.mandata. Bona deniq; fides quę in his contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat. l.31.ff.depoſ.

Bonæ fidei autẽ iudicia à Iuſtin. enumerantur in §.actiones. Inſtit.de actionibus. l.2.C. de rer.permut. l.vlt.C.de petit. hæred. quibus aduerſantur ſtricta iudicia, vel ſtricti iuris actiones.

Bona gratia diſſolui olim matrimonium dicebatur,

cebatur, quod nullius ex coniugibus culpa, & ſine animi ſui ira & offenſa, ſed vel conſenſu mutuo, vel iuſta aliqua & ratiõali ex cauſa ſoluebatur. l. 32. §. ſi diuortium. ff. de donat. int. vir. l. 14. ff. qui & à quibus vt eueniebat, cùm propter ſacerdotium, vel ſterilitatem, vel ſenectutem, aut valetudinem, aut militiam ſatis commodè retineri matrimonium non poterat: vel cùm marito capto ab hoſtibus, & quinquennio à tempore captiuitatis elapſo, mulier ad alias nuptias migrabat. His enim cauſis matrimonium bona fide diſſolui intelligebatur. l. 60. & l. 61. & l. 63. ff. de donat. int. vir. l. 6. ff. de diuort. Iuſtinian. Nouel. Conſtit. 22. διαλύονται δὲ ἐν ζωῇ συμβαλόντων γάμοι, οἱ μὲν κατὰ πρόφασιν εὔλογον, οἱ δὲ καὶ Bona gratia καλοῦνται. Idē Nouell. 117. χάριν εἰ Bona gratia, διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον. Iuſtinus ſimiliter Nouell. 2. τὸ μὲν παλαιὸν ἐξῆν ἀκινδύνως τοὺς τοιούτους ἀπ' ἀλλήλων χωρίζεσθαι κατὰ κοινὴν συγγνώμην τε καὶ συναίνεσιν τοῦτο πράττοντας, ὥστε νόμους κεῖσθαι πολλοὺς τοῦτο λέγοντάς τε καὶ διορίζοντας, καὶ Bona gratia τὴν οὕτω προϊοῦσαν γάμων λύσιν τῇ πατρίᾳ καλοῦσι φωνῇ.

Breves tabellæ exiguæ appellantur, in quibus & nomina debitorum, & priuata quæque negotia adnotantur. l. vlt. de conueniend. fiſc. debit. lib. 10. C. l. 1. de excuſat. artific. eo. lib. Cod. l. 1. de exactio. tribut. eod. l. 1. de apoch. publ. eo. l. penult. in fi. C. de cano. largitio. tit. eod. Lamptid. in Alex. Notarium, qui falſum cauſæ breuem in conſilio Imperatorio retuliſſet, &c.

Breuiariæ rationes in l. vlt. ff. de pecul. leg. Sueton. Breuiarium rationum dixit in Galba, cap. 12.

Buccellatum, genus panis bis cocti, l. 1. C. de erog. milit. ann. Ammia. Marcell. lib. 17. Frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum ita appellari ſcribit, quo milites paſci in caſtris ſolebant. Spartian. in Peſcennino. Idem piſtores ſequi expeditionem prohibuit, buccellato iubens milites & omnes contentos eſſe. Paulinus in Theraſ. in Epiſt. Auguſt. 36. De buccellato Chriſtianæ expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi miſimus.

Buccellarij in l. vlt. C. ad l. Iul. de vi publ. ſunt, vt Suid. interpretatur, οἱ Ἑλληνογαλάται. qui etiam Βουκελλαρίων χώραν, Γαλλογραικίαν eſſe ſcribit.

Buccinator in l. vlt. ff. de iure immunit. eſt, qui in exercitu buccina canit. Hunc claſſicum ceciniſſe Imperatore præſente, & cùm in militem capitaliter animaduertebatur, Vegetius lib. 2. cap. 22. ſcribit.

Bucculæ, buccarum tegmenta ſignificant. l. 1. ff. de fabricenſibus lib. 10. C. Th. Inde Buccularij, vel, vt in Pandect. Florentinis ſcribitur, Bucculatum ſtructores. l. vlt. ff. de iure immunit. In lexico ædis B. Germani Buccula vertitur παραγναθίς.

Burgi in l. 2. §. In Sardinia. C. de offic. præf. prætor. Afr. l. penult. de fund. rei priuat. lib. 10. C. Luitprandus lib. 3. de Reb. per Europ. geſt. cap. 12. de Burgundionib. agens. Et quoniam, ait, ipſi domorum congregationem, quę muro non clauditur, Burgum vocant, Burgundiones, quod eſt burgo expulſi, à Romanis appellati ſunt. Iſidor. lib. 9. cap. 4. Burgarij à Burgis dicti, quia crebra per limites conſtituta habitacula burgos dicunt. Vnde & Burgundionum genti inhęſit nomen, quos quondam ſubacta Germania Romani per caſtra diſpoſuerunt.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER TERTIVS.

CAdere cauſa, eſt litem, cauſam perdere l. 95. §. pen. ff. de ſolutionibus. l. 72. §. vltim. ff. de condit. & dem. Eodemque modo, Cadere formula, in veterum libris dicitur, qui non, vt oportuit, actionem inſtituit. Quintilian. lib. 5. cap. 8. In omnibus ferè cauſis, in quib. cecidiſſe quis formula dicitur, hæ ſunt quæſtiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere. Senec. Epiſt. 49. Quid enim aliud agitis, cùm eum quem interrogatis, ſcientes in fraudem impellitis, quàm vt formula cecidiſſe videatur? Quintilian. Declamatio. 350. Non ignoro eſſe frequentem huiuſmodi in iudiciis minoribus duntaxat contentionem, vt petitor excidiſſe formula, vt aliter quàm potuerit, agere dicatur. Sic enim ille locus emendandus eſt.

Cadere in caſum in l. penult. de delatoribus lib. 10. C. Hinc Caduca bona generaliter appellantur, quæ ex aliqua cauſa in fiſcum cadunt. l. 3. ff. de his, quæ in teſt. delent. l. 9. & l. 20. ff. de S. C. Silan. l. 2. in fi. ff. ſi quis aliqu. teſt. prohib. l. 30. de petitio. & l. vltim. dat. in C. Th. Vnde in Lexico Latinogræco ædis B. Germani Pariſienſis, Caducum definitur τὸ χηρεῦον εἰς τὸν φίσκον. Sic Caducæ hæreditates apud Cicero. 10. Oratio. in Anton. Iſidor. lib. 5. Etymolog. capit. 25. Caduca, ait, inde dicuntur, quia eis hæredes ceciderunt. Caduca etiam legata, quæ à legatariis ceciderant, dicebantur. Nam, vt Vlpian. in Inſtitut. tit. 17. ſcribit, Quod quis ſibi relictum ita vt iure ciuili capere poſſit, aliqua deinde ex cauſa non ceperit, propriè id Caducum appellatur, quia is videlicet ceciderit ab eo. Iuſtiniano interprete Caduca ea legata olim accipiebantur, quæ poſt mortem teſtatoris ante apertas teſtamenti tabulas mortuo legatario deficiebant: Quaſi caduca verò, aut in cauſa caduci erant ea, quæ viuis teſtatoribus deficiebant, vel quòd legatarij præmorerentur, vel quòd conditio ſub qua relicta eſſent, viuo adhuc teſtatore deficeret. l. vn. §. & cum triplici. C. de caduc. toll. §. Quintius autem. Epiſt. de confirmatio. Digeſtor. Addamus hîc & hæc ex relatione Symmachi apud Ambroſ. lib. 5. Epiſt. ſumpta verba: Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex, nullus caſus facit caducas? Eodemque modo caduca dos vocabatur, quæ illicito matrimonio contracto in fiſcum cogebatur. l. 38. §. penult. & l. 61. ff. de ritu nupt. Et apud Vlpian. in Inſtitutio. tit. 16. Inde caducaria lex Iulia dicitur, quæ caducorum ius introduxit, apud eundem Vlpian. in Inſtit. tit. 28.

Caduca glans, quæ ex arbore cecidit. l. 30. ff. de verb. ſignif. vt & caduca oliua apud Columell. lib. 12. cap. 49. At caduca aqua apud Frontin. lib. 2. de aquæductibus quæ vel ex lacu abundat, aut ex caſtellis effluit, aut ex manationibus fiſtularum.

Caduceos Græci cerycia dicũt. l. 8. ff. de rer. diuiſio. Vide Suidam in verbo κηρύκιον.

CÆLVM pro aëre Iureconſulti dicunt. l. 1. ff. de acquir. rer. domin. l. vlt. §. pen. ff. quod vi aut clam. l. 26. ff. de furt. l. 1. ff. de ſeruit. vrb. l. 17. § proinde. ff. de vſufr. l. 2. ff. pro ſuo. Seruius in illud Vergil. ex lib. 1. Georgic. Variũ cæli prædicere morem. Cęli, ait, id eſt, aëris. Lucretius, In hoc cælo qui dicitur aër. Cæleſtis aqua, quæ de cælo cadit. l. 1. §. 1. ff. de aqu. & aqu. pl. l. 28. ff. de ſeruit. vrb.

Cæleſtus Salinenſis in Africa ſummo honore cultus: cuius meminit Vlpian. in Inſtituti. tit. 22. Capitolin. in Pertinace. Deinde Proconſul Africæ factus eſt, in quo proconſulatu multas ſeditiones perpeſſus dicitur, vaticinationibus earum, quæ de templo Cæleſti emergunt. Idem in Macrino. Vates Cæleſtis apud Carthaginem, quæ repleta Deo ſolebat vera canere ſub Anton. Pio. &c. Saluia.

Maſſil. libr. 6. de vero Dei iudicio. Habent quippe intra muros patrios inteſtinum ſcelus Cæleſtem illum ſcilicet Afrorum dæmonium. Ex quibus duobus poſtremis locis adductus crediderim Cæleſtem potius quàm Cæleſtum eum appellatum, eumq́; Saturni patrem ſignificari, qui Cælius à Macrobio lib. 1. cap. 8. vocatur. Sed & Cæleſtis deæ Ammianus Marcell. lib. 22. meminit.

Cæsares omnes in vniuerſum Imperatores appellati ſunt. Hoc tamen nomen Imperatoribus deſignatis & futuris imperii ſucceſſoribus tribui ſolebat. Vnde ab Auguſto Cæſar interdum ſeparatur. l. 7. C. de malefic. & Mathem. Et apud Spartia. Capitolin. & Lamprid. & in inſcriptionibus legum Codicis ſæpè. ſic poteſt in l. 6. in fi. ff. de iure fiſc. Cæſaris nomen accipi.

Cæſarienſes & Cæſariani pro officialibus Cæſaris. l. 5. de conuenien. fiſci debit. lib. 10. & tit. de Cæſaria. in C. Th.

Calculus pro re pecuniaria & nummaria in l. 6. in fi. ff. de his qui not. infa. l. 29. ff. de dolo. Calculus verò pro computatione. in l. 11. §. ſi duos. ff. ad l. Falcid. l. 1. ff. quę ſentent. ſine appell. l. 5. §. ſi rogatur. ff. de donat. int. vir. l. 8. ff. de poſ. Vnde calculatores. l. 7. §. reſcriptũ. ff. de operis libert. l. 4. C. de profeſſoribus. l. 10. quos tabularios appellatos oſtendit. l. 1. §. ludi. ff. de extra. cog. διαψηφιστάς appellat Modeſtin. in l. 15. ff. de munerib. & hono. Martial. lib. 10. Epigr. Nec Calculator, nec notarius velox. Auguſtin. lib. 2. contra Academic. Quib. duob. repertis nata eſt illa librariorum & calculonum profeſſio velut quædam Grammaticæ infantia. vbi, niſi mendoſus eſt locus, calculones pro calculatoribus poſuit.

Calciarium eadem forma qua veſtiarium in l. 8. §. qui tranſigit. ff. de tranſactio. l. 21. ff. de alim. legat. Sueton. in Veſpaſia. cap. 8. Claſſiarios verò, qui ab Oſtia & Puteolis Romam pedibus per vicos commeant, petentes conſtitui aliquid ſibi calciarii nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, iuſſit poſt hæc excalciatos curſitare.

Calciatus in l. 3. §. vlt. ff. de offi. præf. vig.

Calcitrosus equus, calce petere, percutereq́; ſolitus. l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. Conſtantin. λακτιστὴν vertit poſt Theophil. Inſtitu. ſi quadrup. in prin.

Calendarum Martiarum, ex quibus olim vt plurimum locationes incipiebant, penſionesq́; inferebantur, fit mentio in l. 58. ff. de vſufru. l. 19. de exactionibus. in C. Theo. Conſtat autem eum diem feſtum mulieribus fuiſſe: eoq́; munera iis mitti ſolita, vt ex l. 31. §. ſi vir vxo. ff. de donat. inter vir. & vxor. colligitur. quod & Budæus notauit. Cui addo Martial. lib. 5. Epigramm. carmen, quo Martias Kalendas Saturnalia fœminarum appellat. Idem & Acron in odam octauam lib. 3. od. Horat. & Solinus cap. 2. ſignificant.

Calendarium, librum fœnebris pecuniæ creditæ ſignificat, in quo nomina ſcribebantur. l. penult. ff. ſi cert. petat. l. vlti. ff. de pecul. l. 88. ff. de legat. lib. 2. l. 6. ff. de inſtr. vel inſtrum. l. 39. §. negligentiæ. ff. de admi. tut. l. 3. Cod. de compenſ. l. 40. §. ſeruus. ff. de ſtatu lib. l. 23. de pecul. leg. Seneca lib. 13. Epiſt. Diuitem illum putas quia in omnibus prouinciis arat, quia magnus ei kalendarii liber voluitur. Hoc autem nomen ex eo deſcendit, quòd in kalendas veteres fœnerari ſolerent: Et ideò Kalendarum nomine libris ſuis præpoſito, quæ deinde nomina feciſſent ſubſcribere ſolebant. Vnde Martial. lib. 8. Epigr.

Superba denſis arca palleat nummis,
Centum explicentur paginæ kalendarum:

Ouid. lib. 2. de Remed. Amor.

Qui Puteal Ianumq́; timent, celeresq́; kalẽdas,
Torqueat hunc æris mutua ſumma ſui.

Vbi celeres kalendas vocat, quòd voto & deſiderio debitorum celerius redeant, & vſurarum incrementum adferant.

Hinc Kalendarium exercere. l. 33. §. 1. & l. 39. §. legauerat. ff. de leg. libr. 3. In Kalendarium conuerſa pecunia dicitur, quæ nominibus & fœnore occupata eſt. l. 39. §. negligentiæ. ff. de adm. tut. Kalendario deſtinatæ pecuniæ, id eſt, nominibus faciendis. l. 62. ff. de leg. lib. 3.

Calendarii curatio in l. vltim. ff. de munerib. & hono. Cęterùm cùm quis kalendarium alicui præſtari vult non nomina duntaxat debitorum, ſed & pecuniam, ſi qua ab his exacta eidem kalendario deſtinata fuerit. d. l. 62.

Caligati milites. l. 2. ff. de his qui not. infa. l. 9. ff. de cuſtod. reo. l. 6. §. exploratores. ff. de re milit. l. 21. Cod. de nupt. Iuſtinia. in Nou. Quibus mod. natur. eff. legit. Dixi lib. 2. Selectar. Antiquit.

Calor & irati animi impetum, & quemlibet efferueſcentem motum, inconſultámque mentis commotionem ſignificat. l. 3. ff. de diuort. l. 45. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 1. §. quæri poteſt. ff. ad Turpillia. l. 7. in fi. ff. ad l. Iul. repet. l. 9. ff. de publican. l. 2. C. de abolitio. l. 2. C. de reb. credit. l. 4. C. de auctor. præſtand. l. vlt. §. filiis. C. de bon. mat. l. 5. C. de iniur. l. 19. C. de inoffic. teſtam. l. 22. in fin. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Calumniari eſt falſa crimina intendere. l. 1. §. 1. ff. ad Turpillia. à verbo antiquo Caluor quod in 12. tab. ſcriptum erat, quod Caius morari & fruſtrari interpretatur. Et inde calumniatores appellatos ſcribit, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. l. 233. ff. de verb. ſignific. qui & calumnioſi

vocantur. l. 3. ff. ad Turpillia. Calumnioſum autem Paulus libr. 1. Sentent. tit. 5. definit, qui ſciens prudenſq; per fraudem alicui negocium comparat. Quo ſenſu in edicto de Calumniatoribus hoc verbum accipiendum eſt. Nec enim in criminalibus tantùm, ſed & in ciuilibus cauſis calumnia interuenit. Deniq; Calumniator eſt, qui nõ debitum petit. l. pen. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. & qui temere alicui controuerſiam mouet. l. 39. §. 1. ff. de liber. cauſ. Per Calumniam etiam petere dicitur, qui vexandi alicuius gratia petit. l. 46. ff. de petit. hæred. l. 29. §. penult. ff. de liber. cauſa. Per Calumniam in poſſeſſionem ventris nomine miſſa videtur, quæ ſciens prudenſque ſe prægnantem non eſſe, vel ex alio concepiſſe, voluit in poſſeſſionem venire. l. 1. §. per calumniam. ff. ſi mul. vent. nom. l. 15. & l. 16. ff. de his qui not. infa. l. 3. §. vnde Marcellus. ff. de iureiur. l. 12. ff. de mort. cauſ. don. l. 3. §. vlt. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ.

Per Calumniam vel calumnioſè ſatis petere, & per Calumniam deſiderare, vt cautio interponatur, dicitur, qui nullo iure & vexandi aduerſarii cauſa cautionem poſtulat. l. 3. §. 1. ff. vt in poſſeſſ. leg. l. 1. in fi. & l. 8. ff. de Præto. ſtipul. Calumniæq; actio olim reis abſolutis aduerſus improbos litigatores, & eos qui temerè petierant, dabatur, quæ eos decima parte litis multabat, vt Iuſtinian. & Theoph. ſcribunt in §. hæc autem. Inſtitu. de pœna tem. litig.

De Calumnia iurare. l. 13. §. qui damni. ff. de damn. infect. l. 3. C. quemad. teſta. aper. iurare non calumniæ cauſa, id eſt, vexandi aduerſarii poſtulare ſe vt ſatiſdetur. l. 7. ff. eodem tit. vt & in l. 15. in fin. ff. de rebus auct. iud. poſſid. & l. 15. ff. ad exhib. Sic iuſiurandum de calumnia. in l. 34. §. datur autem. ff. de iureiur. l. vlt. ff. de fideicommiſſ.

CALVISIANA actio appellatur, quæ patrono datur ad reuocanda ea, quæ in fraudem eius libertus alienauit. l. 16. §. idem ſcribit. ff. de petit. hæredit. l. 1. §. ſi pluribus. l. 2. & l. 3. §. ſi inteſtatus. & l. vlti. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 2. ff. ſi à parent. quis manum. l. 16. §. 1. ff. de iure patro.

CAMELASIA munus ciuile perſonale olim fuit camelorum publicè alendorum. l. 1. & l. vlt. §. camelaſia. ff. de munerib. & hono.

CANCELLI. l. 9. ff. quod vi aut clàm. l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de legat. lib. 1.

CANCELLARIVS in l. 3. & 5. C. de aſſeſſorib. & in inſcriptio. antiqua, quæ titulum edicti Aproniani præfert.

CANON in Imperatorum conſtitutionibus anniuerſariam penſitationem præſtationemque ſignificat. l. 1. de indicti. lib. 10. C. l. vn. de collat. donat. libr. 10. l. 3. Cod. quæ res vendi non poſſ. Canon delegationis & Aurarius Canon. l. 11. de excuſ. muner. lib. 10. C. Canon emphyteuticus. l. vlt. C. de iu. emphyt. Inde canonica illatio ordinaria functio dicitur.

CAPERE cum effectu accipitur. Capere enim dicitur, qui ſic accepit, vt habeat. Ideoq; non videtur quis capere quod eſt reſtituturus. l. 71. ff. de verbor. ſignif. l. 51. ff. de diuerſ. regul. iur. Quò pertinet l. 43. ff. de leg. lib. 2. l. 1. §. ſed ſi. l. 2. §. ſi fidem. ff. ſi quis aliquem teſt. prohibi. l. 8. §. ſed ei demum. ff. de inoffic. l. 4. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 57. ff. ad l. Falcid.

Cepiſſe planè videtur quis, quãuis alii adquiſiuit. l. 140. ff. de verbor. ſignif. Capere autem ex teſtamento vel capere legatum, hæreditatem, fideicommiſſum, eſt ſibi acquirere. l. 24. in fi. ff. de ædilit. ed. l. vlt. ff. de leg. 1. l. 10. ff. de his quæ vt indig. l. 62. ff. de hæredib. inſtit. l. 11. ff. de vulg. l. 7. de legat. lib. 2. Sic ſolidum capere non poſſe dicuntur, qui totius quod relinquitur capaces non ſunt. l. 72. & l. 78. ff. de hæredib. inſtit. l. 6. ff. de vulg. & pupill. Sic & in l. 27. ff. de probatio. l. 3. ff. de iure fiſc. Capiendi ius in l. 2. §. item diui fratres. ff. de iure fiſc. Et apud Iuuenal. Sat. Si Capiendi ius nullum vxori. Capere ex teſtamento nihil videtur, qui tantum erogat, quantum accepit. l. 122. in fin. ff. de leg. lib. 1.

Non videtur cepiſſe qui per exceptionem à petitione remouetur. leg. 13. ff. de diuerſ. reg. iur. In edicto de Calumniatorib. & aliàs quoque pecuniam cepiſſe videtur, qui obligatione liberatus eſt. l. 2. ff. de calumniatorib. Quò referenda eſt. l. 115. ff. de diuerſ. reg. iur. vt ex inſcriptione apparet. Eodem modo Paul. in l. 22. §. vlt. ff. ad l. Falcid. eum cui liberatio legata eſt, quamuis ſoluendo non eſſet, capere videri ait, eò quòd liberetur. Quinetiam, ſi donaturus mihi mortis cauſa debitorem ſuum creditori meo delegauerit, tantam pecuniam capere videbor, quanta à creditore fuero liberatus. l. 18. §. 1. ff. de donation. cauſ. mort.

Capere etiam vſu acquirere ſignificat. l. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. do. l. 21. & l. 23. ff. de vſucapio. l. 2. §. cùm Stichum. ff. pro empto. l. 12. ff. de damn. inf. Ita dominium capere in l. 15. §. Iulianus. ff. de dam. infect. Et in ſuum dominium capere in l. 5. ff. eod. tit. Ita tempore capere, & poſſeſſione capere Iureconſulti dicunt. l. 10. §. 1. l. 13. §. 1. ff. de vſucapio. l. 3. in fine. ff. de adq. poſſ. Hinc dominii Capio in l. 18. ff. de damno infecto, & vſucapio, id eſt, dominii acquiſitio per vſum ſeu poſſeſſionem. Et mortis cauſa capio, quo nomine ea liberalitas, quæ morte alicuius obuenit nec proprium nomen habet, ſignificatur. tit. de mort. cauſa donationibus & capionibus. Quicquid enim propter mortem alicuius capitur, mortis cauſa capi dicitur, exceptis his capiendi

figuris

figuris quæ proprio nomine appellantur. l. 8. & l. 18. & l. 21. & l. 31. ff. de mort. cau. don. l. 54. ff. de condit. & demonſt. Vſucapere ergò nihil eſt aliud, quàm vſu acquirere & vſu ſuum facere. l. 82. §. 1. ff. de legat. lib. 1. Dicitur & pignoris capio, ſed alio atque vſucapio, ſenſu. l. 15. §. ſi ſuper. ff. de rei iudic. Vlt. de diſtrahend. pignorib. in C. Th.

Capi interdum ſignificat fraudari & decipi. l. 21. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 3. §. ergo. l. 12. §. ex facto. & §. ſciendum. ff. de minoribus. Inde verba illa edicti prætorii, *Et ſi quid dolo malo captus fraudatusq́ eſt*. l. 36. ff. de pecul. l. 1. §. filiumfam. ff. depoſ. Cicer. 3. Officior. Nam quanti verba illa, *Vti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve ſim*. Non capitur, qui ius publicum ſequitur. l. 116. §. 1. ff. de diuerſ. reg. iur. Non capitur minor emendo rem ſibi pernecesſariam, licet mortalem. l. 11. §. ſciendum. ff. de minoribus. Inde Captio pro fraudatione, deceptione, damno, & fallacia accipitur. l. 1. ff. de in integ. reſt. l. 44. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. de minoribus. l. penult. in fine. de vacat. muner. l. 3. ff. de collat. bo. l. 22. §. ſicut. ff. manda. l. 14. in fine. ff. de probatio. l. 200. ff. de diuerſ. reg. l. 66. §. 1. ff. ad Trebellian. Et Captioſum fallax atque damnoſum. l. 41. ff. de vſucapio. 14. §. aliquando. ff. quod met. cauſa: vnde Captioſa & lucroſa contrariè referuntur in l. 6. §. ſi quid cum pupillo. ff. quæ in fraud. credit.

Capi etiam virgo veſtalis dicebatur, quę in ſacerdotium veſtalium legebatur. Vlpian. Inſtit. tit. 10. Gell. libr. 1. cap. 12. Ambroſius lib. 5. Epiſt. Vix ſeptem veſtales capiuntur puellæ.

Capi quoq; dicebatur arbiter, qui à litigatoribus ſumebatur. Plautus Truculento, Ibo domum ego: tecū bellator arbitrum æquum ceperim. Terent. Heautontimor. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Me cepere arbitrum.

Captus luminibus, id eſt, orbatus. l. vn. C. qui morbo ſe excuſ. l. prima. §. cæcum. ff. de poſtul.

CAPTARE aliquem à veteribus dicebantur, qui ſimulato obſequio munuſculisve eius ſuprema iudicia aucupabantur. Plinius libr. 2. Epiſto. Regulus, qui ſperaret aliquid ex nouis tabulis, quia nuper captare eum cœperat, medicos hortari, rogare, quoquomodo ſpiritum homini. Idem libr. 4. Epiſto. Mancipatum (ita vulgò ex moribus hominis loquebantur) fœda & inſolita parentibus indulgentiæ ſimulatione captabat. Martialis libr. 6. Epigram.

Scis te captari: ſcis hunc, qui captat, auarum,
Et ſcis quid captat, quid, Mariane, velit:
Tu tamen hunc tabulis hæredē ſtulte ſupremis
Scribis: & eſſe tuo vis, furioſe, loco.
Munera magna quidē miſit: ſed miſit in hamo.
Et piſcatorem piſcis amare poteſt?

Eodemq; ſenſu Captare teſtamentum Latini auctores dicunt. Seneca lib. 6. de benefic. An vt Arnutium & Aterium & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quæ deſignatores, & libidinarios vota? Quintili. Declamatio. vlt. Neque auia captare eius teſtamentum fas putauit, cui deſtinauerat ſuum. Plinius lib. 20. capit. 14. Et paulò ante Iulium Vindicem adſertorem illum à Nerone libertatis captatione teſtamenti ſic lenocinatum. Erant verò Romæ qui ſenes orbos ac locupletes obſequio demereri ſtudebant, vt ex eorum teſtamentis aliquid ferrent, quique etiam palàm conſignatis tabulis eos hæredes faciebant, quò ad eandem liberalitatem iamiam morituros prouocarent. Cuiuſmodi captatoria officia ridet Lucianus in Dialogis mortuorum his verbis, ἔδοξε δέ μοι, ait, καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκεῖνον καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσῃ καὶ τὰ αὐτὰ πράξῃ.

Captare etiam hæreditatem vel legatum noſtri dicunt. l. 1. ff. ſi quis aliquem teſt. proh. l. 25. C. de tranſactionibus. vnde Captatoriæ Inſtitutiones hæ nominantur, quæ alienæ liberalitatis exprimendæ eliciendæq; cauſa fiunt. l. 70. & l. 71. & l. 81. ff. de hæred. inſt. l. 64. ff. de legat. lib. 1. l. 11. Cod. de teſt. milit. quales ſunt hæ, *Qua ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte hæres eſto*. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.

Cæterùm Captatoriæ non ſunt eæ ſcripturæ, quæ affectionibus mutuis expreſſæ elicitæq; ſunt. d. l. 71. de hæred. inſtit. Vnde in Nouell. Valentinian. tit. 4. de Leonio & coniuge qui ſe teſtamento in eodem codice ſcripto viciſſim hæredes inſtituerant, ſic aiunt: Quoniam nec captatorium dici poteſt, cùm duorum fuerit ſimilis affectus & ſimplex religio teſtamenta condentium.

CAPVT primùm perſonā ſignificat. l. 35. ff. de leg. lib. 2. l. 3. in fin. & l. 7. §. iniuriarum. ff. de cap. min. l. penult. §. teſtamento. ff. de ſecun. tab. Sic accipitur in eo quòd vulgò dicimus, Noxam caput ſequi. l. 2. ff. ſi ex nox. cauſ. ag. l. 21. §. 1. ff. commod. l. 1. in fin. ff. de priuat. del. l. 18. ff. de furt. Inde tributum capitis, quod in ſingulas perſonas confertur. l. 3. & l. vlt. ff. de cenſib. l. 10. de agric. & cenſit. lib. 10. C. & Exactores pecuniæ pro capitibus. l. vlt. ff. de munerib. & hono.

Pro capite dare ſeruus dicitur, qui pro libertate dat. l. 51. §. vlti. ff. de pecul. l. 10. ff. pro empto. coniuncta l. 4. §. de illo. ff. de vſucapio. vel vt aliàs dicitur, ob pactionem libertatis. l. 9. ff. pro empto. Sic Plaut. compluries lo-

quitur, vt in Perſa, act. 1. ſcen. 1. Vt des mihi nummos ſexcentos, quos pro capite pendam: Idem Pſeudolo, act. 1. ſcen. 2. Tu autem, qui pro capite argentum mihi iamiamq; ſæpè numeras; Eaq; paciſci modò ſcis: ſed quæ pacta es, non ſcis ſoluere. Idem Pœnulo, act. 3. ſcen. 1. Cùm argentum pro capite debemus, noſtrum dedimus non tuum, liberos nos eſſe oportet. Et in Rudente, act. 3. ſcen. 2. Doctè atque aſtutè ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber ac me emittat manu. Seneca Epiſt. 1. lib. 11. Eripe te hac ſeruitute, quam extremæ quoque conditionis mancipia & in his ſordibus nata exuere conantur: peculium ſuum, quod comparauerãt capite fraudato pro capite numerant.

In caput alicuius interrogari, torqueri, teſtimonium dicere, pro in perſonam. l. 14. §. is demum. ff. de bon. libert. l. 1. §. ſeruum. cum tribus §§. ſeq. & l. 2. l. 3. l. 10. §. poteſt.

Et in capita diuidere, id eſt, in viriles: & vt Iuſtinia. Nouell. 118. interpretatur, κατὰ τὸν τῶν προσώπων ἀριθμόν: ſic videlicet, vt æquales partes quiſque ferat, & tot fiant partes, quot perſonæ ſunt. §. pen. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. §. hoc etiam. Inſtit. de legit. agn. ſucc. l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legit. Cui opponitur In Stirpes diuidere. l. pen. C. de legit. hæred. & apud Gaium lib. 2. Inſtitutio. tit. 8. & Paul. libr. 3. Sent. tit. 2. pro ſtirpibus non pro virilibus partionibus, vt in l. 2. C. de ſuis & legit.

Capita etiam gregis pro ſingulis corporibus. l. 1. §. vltim. l. 2. & l. 3. ff. de rei vendic. l. 76. & l. 77. ff. de vſufr. l. 13. ff. de pignorib. l. 10. §. ſi ſerui. ff. de iure dot.

Caput etiam ſtatum ſignificat. Sic capite minui dicuntur, qui ſtatum mutant. Nec enim aliud eſſe capitis minutionem, quàm mutationem ſtatus indicant. l. 2. ff. de in integ. reſtit. l. 1. ff. de cap. minut. & l. 9. §. vlt. ff. de minoribus, coniuncta cum §. maxima. Inſtitu. de capit. dim. Et Iuſtinia. Inſtitu. de cap. dim. & Paul. libr. 1. Sentent. titu. 7. Et Boëti. in Topic. Proinde ſeruus cùm manumittitur, capite non minuitur, quia ſeruus nullum ius ſtatúmque habet. l. 3. §. vltim. cum l. ſequen. ff. de cap. min. Tribus verò modis capitis minutio contigit. Aut enim libertatem ciuitatemq; ſimul amittimus. Et hæc eſt maxima ſeu magna capitis diminutio. Aut ciuitatem tantùm, libertate retenta, amittimus. Quæ capitis minutio media ſeu minor appellatur. Aut libertate & ciuitate ſalua, familia duntaxat mutatur, quæ minima capitis minutio eſt. l. vltim. ff. de cap. min. Inſtit. de cap. dim. l. penult. & vlt. C. de vſufru. Quamobrem triplex capitis minutio ab Auſonio inter triadas ponitur. Vnde Feſtus libr. 4. Diminutus capite appellabatur, qui ciuitate mutatus eſt, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus eſt, & qui in hoſtium poteſtatem venit, & cui aqua igniq; interdictum eſt. Sic Liuius libr. 22. Liberi atque incolumes deſiderate patriam: deſiderate dum patria eſt, dum ciues eius eſtis. Serò nunc deſideratis diminuti capite, abalienati iure ciuium.

Cæterùm magna capitis diminutione plerunque etiam mediam Iureconſulti comprehendunt. l. 1. §. ſi filius. ff. de ſuis & legit. l. 1. §. capitis. ff. ad Tertyllia. l. 1. ff. de vſufru. leg. Itaque & Boëtio Deportatio maxima Capitis minutio eſt, quæ aliis media eſt. Quinetiam duas tantum capitis minutiones ponit Vlpia. in l. 1. §. ſi filius. ff. de ſuis & legit. magnam & minorẽ.

A Capite Capitalis pœna appellatur, per quam è ciuitate caput eximitur vel morte, vel deportatione. Capitalis enim pœna eſt, quæ mortem vel amiſſionem ciuitatis continet. l. 103. ff. de verb. ſig. Capitalia quoque ea iudicia dicuntur, ex quibus pœna mors aut exilium eſt, hoc eſt, aquæ & ignis interdictio. l. 2. ff. de public. iud. l. 33. §. publicè. ff. de procurat. Et ſic in Edicto prætoris, quo rei capitalis damnatis bonorum poſſeſſio denegatur, Rei capitalis damnatus, Africano interprete, intelligitur is, cui pœna mors vel aquæ & ignis interdictio ſit, vel, vt Vlpian. ait, ex qua cauſa damnato vel mors vel etiam ciuitatis amiſſio, vel ſeruitus contingit. l. 13. ff. de bon. poſſeſſ. l. 2. ff. de pœn. Sic & in l. 4. ff. ſi quis cautio. & in ea parte edicti, qua à bonorum poſſeſſione liberti patronus repellitur qui eum capitis accuſauerit. Capitis accuſaſſe exiſtimatur is, qui tali iudicio appetit, cuius pœna aut vltimum ſupplicium habet, aut exilium, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. l. 14. §. is demum. ff. de bon. libert. l. 10. ff. de iure patro. Et ita in l. 33. §. penult. de fideicomm. libert. l. 10. §. ſi liberta. ff. de in ius voc. l. 5. §. ſi quis à liberti. ff. de liber. agno. & l. 22. ff. de his, quæ vt indig. l. vltim. ff. de bon. lib. hæc verba interpretanda ſunt. Capitis erga pœna eſt, beſtiis obiici, vel alias ſimiles pœnas pati, vel animaduerti. l. 11. §. vlt. ff. de pœn. Capitalem quoque fraudem admiſiſſe in edicto Ædilium Curulium accipimus eum, qui tale aliquid admiſerit, propter quod capite puniendus ſit. l. 1. & l. 23. §. excipitur. ff. de ædilit. edict. Eodemq; modo Capitalem ſententiam in l. 22. §. 1. ff. de leg. lib. 3. interpretor. Et ita iudicia capitis & famæ Cic. lib. 9. Epiſto. ad Pæt. ſeparantur. Latinè tamen loquentibus omnis cauſa exiſtimationis capitalis dicitur. l. 103. ff. de verbor. ſignificat. Vt ex oratio. Cicero. pro Quintio apparet. Et ita capitali crimine damnatum accipere poſſumus in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. qui eo crimine damnatus ſit, cuius pœna exiſtimationem minuit.

Capi-

Capital, facinus capitale & capitis pœna luendum ſignificat auctore Feſto. Sic in l.6. §.ſi quis commilitonem.ff.de re milit. & l.vlt. ff.de termino mo.

Capitales inimicitiæ ſunt,cùm quis ab aliquo capite diſſidet.l.13.ff. de procuratoribus. §.inimicitiæ.Inſtit.de excuſ.tutor.

Capitatio ſpecies tributi, cuius meminere l.vlt.§.pen.ff. de muneri.& hono. l.8.C.de ſacroſ.eccleſ.l.11.& l.16.C.de epiſc.& cler.l. vlt. de annon.& tribut. libr.10. C.l.2.de immuni. conce. in C. Theo. l. 1. de colon. fugitiu. eo. Hoc autem verbum dupliciter accipi animaduerti. Interdum enim capitis tributum ſignificat,vt in l. vn. de capitatio. ciu.lib.11.C. l.vn.de colon. Thracenſibus.l. ne ruſticani ad vllum obſeq. eo.lib. Quo etiam ſenſu capita dicta inuenio in panegyrico Flauienſiũ Cõſtãtino Imp. dicto. in quo ita eſt.Septem millia capitũ remiſiſti, quartam amplius partem noſtrorum cenſuum. Sequitur paulò pòſt: Certè & tum liberi parentes ſuos chariores habent & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum,quorum onera ſibi remiſſa lætãtur. Quæ verba perſpicuè probant collatum pro ſingulis perſonarum capitibus, id tributum fuiſſe, de cuius remiſſione Conſtantino gratias agunt. Quanquam ſi quis iugorum vel capitum releuationem illic intelligi magis probet, non valdè refragabor. Eodem enim ſenſu capita releuata Impp. dicunt in l. 6. de collatio. donat.in C.Theo.in qua,illam qua deegimus capitationem,humanam vocant.

Aliâs Capitatio annonariam pro menſura agrorum functionem, indictamq; poſſeſſionibus pro iugorum & capitum quibus coluntur,& arantur numero,collationem deſignat. l. 9.C. de actio.empt. l. 1. de imponen.lucrat. deſcriptio.in C. Theo. l. 4 de indulgent.debit.in eo.C.l.vltim.ſine cenſu vel reliq.eo.l.15. de anno.& tribut.in eo. C. l. vlt. de patrocin. vicor. eo. Saluianus Maſſil. lib. 5. de præſente Dei iudic. Vt cùm poſſeſſio ab his abſceſſerit, Capitatio non diſcedat. Huius verò appellationis ratio ea mihi reddi poſſe videtur,quòd iumenta Capita vocarentur, vt ex Ammia. Marcellino infrà comprobabo,quorum iugo vno quantum arari terræ poterat, id ſub iugationis appellatione in deſcriptionem veniebat,tributariæq; functioni ſubiiciebatur.Inde Capita & Iuga, Capitationem & Iugationem in eadem ratione tanquam parem vim habeant poni videas.l.9.de agricol. & cenſit.lib. 10.C.l. 6. de extraord. munerib. in C. Theo. l.11.de exactionibus.l.6.de collatio. dona. l. 1. & l.2.de protoſtaſ.in eo.C. Dicitur & iunctim Iugorum Capitatio in l. 1.de immunit. conceſſa. in C. Theo. & ζυγοκέφαλον à Iuſtinian. Nouell.17.Eam certè collationem pro numero iugorum, vel capitum, quæ quiſque poſſidebat, factam dilucidè oſtendit. l.vltim.C.de immunit.nem.conce.lib.10.

Capitulum etiam & Capitulariam appellant Impp.temonariam functionem,quam in ſordidis muneribus ponunt. l. 14.l.15.l.18. de extraord. munerib. in C. Theod. Ex quibus emendanda eſt l.12. de excuſationib muner. libr. 10. C. vbi vulgò Capitalis atque temonis neceſſitas,pro, Capituli atque temonis neceſſitas,legitur.

Hinc capitularii apud Symmachum in Epiſt.& vt probabile eſt cephalæotæ in l.vlt.de patrocin.vicor.in C.Theod.

Illud videndum, quæ ſit vis ac poteſtas eorum verborum, quæ in quibuſdam impreſſis libris ſubiiciuntur fini l.1.Cod. de offic.præf. præto. Afr. in hunc modum, Pro annonis & capitu Præfecti prætorio per totam Africam auri libras centum,& quæ ſequũtur. quę quia huic loco non conueniunt & prolixiora ſunt quàm vt huc adſcribi debeant,à me omittentur. Videndum item quis ſit ſenſus Rubricæ De annonis & capitu adminiſtrantium libr.1. C. & l.vn.eod.tit. cuius verba in veteribus codicib. ita vti retuli ſcripta ſunt. Equidem diu multumq; hæſitaui (fatendum eſt enim) quis eſſet huius verbi intellectus. Quod cùm mendoſum eſſe ſemper ſuſpicatus eſſem, ad extremum id ita eſſe cùm ex l. 6. de erogatio.milit. anno.lib.12.C.in qua annonas & capita milites & horreis conſequi Impp. conſtituunt, tum ex Nouellis Iuſtinia.intellexi: In quibus non ſemel ἀννόνας καὶ κάπιτα, ἀννονῶν καὶ καπίτων ſcriptum offendi: in Nouell.8. Nouell.24. & Nouell. 25. & Edicto 13. ex quibus, rectoribus prouinciarum in annonas & capita certam ſummam præſtitam apparet. Quo fit, vt in ſuperioribus locis credam legendum eſſe, Pro annonis & capitibus Præfecti prætorio, &c. & De annonis & capitibus adminiſtrantium: vt Annonarum nomine ea ſignificentur, quæ ipſis rectoribus pro victu ſuo, Capitum verò ea quæ pro pabulo iumentorum eis præſtabantur. Conſtat enim, fœnum & paleam, & quæ ad pabula neceſſaria erant, adminiſtrantib. præbita fuiſſe: Idque Treuellius Pollio in Claudio, & Vopiſcus in Aureliano indicant. Adiuuat noſtram ſententiam Marcellinus, qui libr. 21. ita ſcribit: Interrogatus ex arte quid haberet compendii, reſpondit vicenas annonas, totidemq; pabula iumentorum, quæ vocantur capita. Vnde Impp. in l.8.de erogatio.milit.anno.lib.12.Cod. fœnum militibus iuſtis capitibus præſtandum ſtatuunt. Sic mihi videor obſcuriſſimorum verborum ſignificationem in denſiſſimis tenebris, quibus nemo dum lucem aliquam

prætulit, diuino beneficio adſecutus. Nunc ad primam huius ſermonis originem tanquam ex diuerticulo in viam redeamus.

Caput etiam initiū & ſummam rerum ſignificat. Ita à capite rationem reddere, id eſt, ab ipſo actus geſti initio. l. 19. §. 1. ff. de negot. geſt. l. 10. §. 1. ff. de eden. Caput quoque originem primam aquæ vnde ea naſcitur & manat, ſignificat. Sic dicitur, Ex capite aqua duci. l. 16. ff. quemad. ſeruit. amitt. l. 9. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 1. §. hæc interdicta. ff. de aqua quotid. Vitruuius lib 7. cap. 1. Tum deprimendus eſt puteus in eo loco, & ſi erit caput aquæ inuentum, plures ſunt circa fodiendi. Sicut Flacc. in lib. de conditio. agror. Quidam ab origine, id eſt, à Capite, donec in mare defluant, finem poſſeſſionibus præſtant. Et in inſcriptione Romæ Tito Veſpaſiano poſita: Aquas à Diuo Veſpaſiano patre ſuo vrbi reſtitutas, cùm à capite aquarum, à ſolo vetuſtate dilapſa eſſent, noua forma reducendas ſua impenſa curauit. Plin. libr. 10. Epiſto. ad Traian. Sinopenſes aqua deficiuntur, quæ videtur bona & copioſa ab ſextodecimo miliario poſſe perduci. Eſt tamen ſtatim ab capite paulò amplius mille paſſibus locus ſuſpectus & mollis. Eſt & hoc verbum frequens in libr. 1. Frontini de Aquæductibus.

Poſtremò Caput, vſuris oppoſitum ſortem principalem ſignificat. l. vn. ad fin. de vſur. rei iudic. in C. Theo. & apud Liuium lib. 6. ab V. C. Ambroſ. capit. 5. de Tobia. Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exſoluis vſuram, Caput debes. Et capit. 12. Nummus datur, & fœnus appellatur: Sors dicitur, caput vocatur.

CAPSARII, qui mercede ſeruanda in balneis veſtimenta ſuſcipiunt. l. 3. §. vltim. ff. de offic. præf. vig. ab eo, opinor, quòd capſis ea includant. Capſarii etiam Capſarum opifices dicuntur in l. vltim. ff. de iure immunit. Capſarius quoque qui libros geſtat & portat in l. 13. ff. de manum. vind. à capſis librorum gratia comparatis. de quibus fit mentio in l. 3. ff. de ſupell. leg. Quo ſenſu & accipiendum eſſe cenſeo hoc verbum apud Sueto. in Neron. capit. 36. cùm ait: Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis vno prandio pariter necatos.

CARBONVM appellatione materia non continetur. Titiones quoque & alia ligna cocta ne fumum faciant, quæ veteres ἄκαπνα vocabant, carbonibus non adnumerantur, ſed proprium genus habent. l. 167. ff. de verb. ſignific. quæ excerpta eſt ex l. 53. in fine. ff. de legat. lib. 3.

Carbonis præbitio olim in ſordidis muneribus numerabatur. l. 15. & l. 18. de extraord. munerib. in C. Theo. ex quibus emendanda eſt. l. 13. de excuſat. mun. libr. 90. clauſula in hunc modum: Carbonis quoque, niſi eum quem moneta ſolenniter vel fabricatio ſecundum veterem morem poſcit armorum, ab huiuſmodi viris præbitio deſiſtat. l. 167. de verbor. ſignific quæ excerpta eſt ex l. 53. in fin. ff. de leg. lib. 3.

CARBONIANA bonorum poſſeſſio. l. 20. ff. de inoffi. teſt. l. 1. §. & generaliter. ff de vent. in poſſeſſ. mitt. l. 3. §. cauſæ. & §. vlti. ff. de Carbo. ed. l. 2. §. ſed ſi quis cùm ſtatus. ff. ad Tertyllia. l. 5. §. ſi quis contra. ff. de legat. præſt. Quæ ſcilicet ex Carboniano edicto datur, ex quo infantibus aut impuberibus, quibus controuerſia fit, an inter liberos ſint, cauſa cognita perinde bonorum poſſeſſio datur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet, & iudicium in tempus libertatis differtur. l. 1. ff de Carbo. ed. l. 3. §. penult. ff. de liber. adgn. Quod & Carbonianum decretum appellatur in l. 7. §. quotiens. cum ſeq. ff. de Carbo. ed. & in l. 2. ff. de vent. inſpic. Inde Carbonianus bonorum poſſeſſor, in l. 3. §. miſſum. ff. de Carb. ed. Nomen autem habet hoc edictum, ab auctore ſuo, vt & Saluianum interdictum, & Seruiana actio.

CARPENTARII in legionib. habebantur, vt ex l. vltim. ff. de iure immunit. & Veget. lib. 2. cap. 11. & l. vn. de excuſatio. artific. lib 10. C. colligitur. Vtitur & hoc verbo Vopiſ. in Aureliano & Iul. Firmic. lib. 2. cap. 10. Iſidor. libr. 19. Etymol. cap. 19. Carpentarius ſpeciale nomen eſt. Carpentum enim tantum facit.

CARRVCHA in l. 13. in fin. ff. de vſufruct. l. 17. §. penult. ff. commoda. l. 28. §. ſi ex decem. ff. de donat. int. vir. Et apud Paul. lib. 5. Senten. titu. 6.

Et Carrucha dormitoria in l. 13. ff. de auro arg. Vnde Carrucharius, id eſt, ciſiarius in l. 13. ff. locati. Et Carruchariæ mulæ in l. 38. §. quæſitum. ff. de ædilit. ed. Carruli in l. 52. §. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſoc.

CASTELLVM receptaculū aquę ſignificat. l. 1. §. ait Prætor. ff. de aqua quotid. Veteres diuidiculum appellabant, auctore Feſto libr. 4. quod inde erogationibus fiſtularum in ſuum quiſq; fundū aquam diuiſam duceret. Ideoq; Heſychius Κάστελλος, ait, ὄνομα τόπου ἄνω καὶ κάτω φέροντος καὶ μερίζοντος τὸ ὕδωρ. Ita caſtelli verbū accipiēdum in l. 78. ff. de contrah. emp. l. 17. §. caſtella. l. 38. § firmius. ff. de actio. empt. l. 19. ff. de ſeruit. ruſti. l. 2. ff. comm. præd. l. 41. §. itē hoc prohibetur. ff. de leg. 1. l. 3. de aquę duct. libr. 11. C & apud Vitruuium lib. 8. capit. 7. & Plinium lib. 31. cap. 6. & lib. 36. capit. 15. Et apud Frontin. in libr. de aquæductibus. Sæpius conceptacula appellat Conſtant. in l. 2. de aquæductib. libr. 15. C. Theo. Inde Caſtellanus in Antiq. inſcriptio. qui præerat caſtello. Aliter atque Caſtellanus miles intelligitur in

tur in l. 2. de fund. limitroph. lib. 10. C. & in cap. ad audientiam. de præſcriptio. in Epiſto. Gregor. Ex ſupraſcriptis autem Iureconſulto-rũ locis apparet Caſtella vt plurimùm plumbea fuiſſe.

Castigare tam fuſtibus quàm flagellis noſtri dicunt. l. 3. §. 1. & l. vlt. ff. de offi. præf. vig. l. 13. §. vltim. de iureiurand. ſed illa leuis, & modica, hæc atrox caſtigatio eſt. l. 23. §. 1. ff. de vſufr. l. 14. ff. de incend. rui.

Castrati dicuntur, quibus virilitas exciſa eſt, & genitalis pars execta, & vt Theoph. interpretatur, ἐφ' ὧν γέγονεν ἐκτομὴ τῶν γεννητικῶν μορίων. Sic in §. ſed & illud. Inſtitut. de adoptio. l. 6. de liber. & poſt. l. 39. §. vlt. ff. de iure dot. l. 14. in fine. ff. de man. vind. Solebant autem olim mangones pueros caſtrare, quo precioſiores fierent, vt apparet ex l. 26. §. ſed & ſi puerum. ff. ad l. Aquil. Quintili. pater in Declamatio. Mango iratus precium exciſa virilitate producet. Quintilia. libr. 5. Inſtit. cap. 12. Nõ alio medius fidius vitio dicentium, quàm quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum exciſa virilitate lenocinantur. Et paulò pòſt, Libidinem iuuet ipſum effœminati ſexus mendacium: nunquam tamen hic continget malis moribus regnum, vt ſi quæ fecerit preciſiora, fecerit & meliora. Preciſiores vtique caſtratos ſeruos cæteris fuiſſe indicat. l. 1. C. de com. ſer. man. Caſtratio tandem marium Senatuſconſultis & principum conſtitutionibus prohibita eſt. l. 4. §. vlti. & l. 6. ff. ad l. Corn. de ſicar. vt lib. 2. Antiquit. notaui.

Castrensis peculii, Caſtrenſiumque bonorum eſſe intelligitur quidquid in militia quæſitum, vel occaſione militiæ obuenit. Caſtrenſe peculium, ait Macer in l. 11. ff. de caſtren. pec. eſt, quod à parentibus vel cognatis in militia agenti donatum eſt, vel quod ipſe filiusfa. in militia adquiſiit, quod niſi militaret, adquiſiturus non fuiſſet. Paulus libr. 3. Sent. titu. 4. Caſtrenſe peculium definit quod in caſtris adquiritur, vel quod proficiſcenti ad militiam datur. Quod ſecundum diſtinctionem l. 4. C. fam. ercisc. accipiendum eſt. Hinc Caſtrenſe æs alienum, in caſtris contractum. ex qua cauſa Caſtrenſes creditores ſunt. l. 1. §. ſi filiusfa. ff. de ſeparatio. Huc addenda & ea ſunt, quæ in peculii diuiſionibus explicandis à me lib. 15. dicentur.

Caſtrenſis ſacri palatii ſub diſpoſitione ſua habebat pędagogia, miniſteriales quoque dominicos, & curam palatiorum. Appellabaturq; ſpectabilis vir. Meminit eius l. vn. qui à præbitio. tiro. in C. Theod. l. 38. de decurionibus eod.

Casus fortuiti ſunt, quibus humana infirmitas reſiſtere non poteſt. l. 36. ff. de iudic. l. 5. C. de pign. act. l. 37. §. 1. ff. de neg. geſt. l. 1. §. is quoque de obligat. & actio. l. 27. C. loca. quos nullum hominum conſilium præuidere poteſt. l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de adm. rer. ad ciuit. pert. quibus reſiſti & aduerſus quos caueri non poteſt. l. 18. ff. commod. l. 4. C. de pericul. tut. Fatum plerunque Iureconſulti appellant & damnum fatale, & fortunam, vt in l. 1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtr. conuen. Appellant & Caſum maiorem. l. 7. ff. de eden. & vim maiorem, vt lib. vltim. docebimus. in huiuſmodi caſibus numerantur mortes ſeruorum ſine dolo & culpa contingentes. Latronum, hoſtiúmve incurſus, piratarum inſidiæ, ruina, naufraugium, incendium, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent, vis aquarum, inſolita ventorum magnitudo, labes, effractura, adgreſſura, abigeatus. l. 24. ff. de diuerſ. reg. iur. §. item is. Inſtitut. quibus mod. re contr. ob. l. 1. §. is quoq; de oblig. & act. l. 5. §. C. de pignor. act. l. 10. §. Imperato. ff. de loca. l. 5. §. commodatum. & l. 18. ff. commod. l. 23. ff. de neg. geſt. l. 1. C. depoſ.

Catadromus in l. pen. ff. de actio. empto. funem extentum ex edito loco in inferiorem demiſſum ſignificat. Sueton. in Nerone capit. 11. Notiſſimus eques Roma. elephanto ſuperſedens, per catadromum decucurrit. Quod idem Xiphilinus ita extulit, καὶ ἐλέφας ἀνήχθη εἰς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. Huiuſmodi autem homines, qui per catadromum decurrebant, etiam funambulos Latini vocant.

Catoniana regula ita definit, quòd legatum, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet, inutile foret, id, quandocunque poſtea deceſſerit, non conualeſcere. l. 1. ff. de reg. Cato. l. 41. §. 1. ff. de leg. libr. 1. l. 13. ff. de opt. leg.

Appellatur Catoniana ſententia in l. 86. §. vlt. de condit. & dem.

Cavere eſt ſibi proſpicere & conſulere. l. 3. ff. de tranſactio. l. 53. §. 1. & ſeq. de act. empt. Itaque ſolennem hanc veterum pronunciationem fuiſſe Feſtus ſcribit, vt parum cauiſſe dicerent, quos capitis condemnabant. Inde Cautionales omnes ſtipulationes ſui natura eſſe dixit Vlpia. quòd id agatur interpoſita ſtipulatione, vt quis cautior & ſecurior ſit. l. 1. ff. de præt. ſtip. Hinc & Iureconſulti cauere dicuntur, cùm clientibus ſuis conſilium dant. Cic. lib. 7. Epiſt. ad Trebatium Iurecõſultum. Tu qui cæteris cauere didiciſti, in Britannia ne ab eſſedario decipiaris, caueto. Idem eod. lib. Sed vt te quoque aliquid de noſtris cautionibus admoneam. Idem Topic. Etenim cùm tu mihi meiſq; multa ſæpè cauiſſes. Ouid. lib. 1. de Arte amand.

Illo ſæpè loco capitur conſultus amore,

Quiq́ alijs cauit, non cauet ille ſibi.
Eoque & Plaut. in Epidico alludens, Hic, ait, poterit cauere rectè; iura qui & leges tenet. Inde Iureconſultus cautor formularum vocatur ab Antonio libr. 1. de orato. Cicero. Cauere etiam ſibi ab aliquo dicitur, qui ab eo cautionem extorquet. l. 6. ff. de ſeru. export. l. 44. §. vltim. ff. de damn. inf. Cic. in Bruto. At verò, inquam, tibi ego Brute non ſoluam, niſi priùs à te cauero ampliùs eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum. Et aliàs ſæpè. Caueri autem intelligitur ſiue perſonis ſiue rebus. l. 6. §. ſi damni. ff. comm. diuid. Quod veteres prædibus & prædiis cauere dicebant, Liuius lib. 22. *Si* quibus argentum in præſentia deeſſet, dandam ex ærario pecuniam mutuam prædibusq́; ac prædiis cauendum populo cenſerent. Cauere duplam in l. 31. §. quia adſidua. ff. de ædilit. ed.

Cauere alteri paciſcendo legem, dicendo, ſtipulando. l. 73. in fin. ff. de diuerſ. reg.

Cautionis appellatione nuda repromiſſio ſignificatur. l. 3. C. de verbor. ſignif. l. 49. ff. ſol. mat. l. 5. §. ſi codicem. ff. commod. l. 134. §. idem reſpondit. ff. de verbor. oblig. Hoc, niſi adiunctum verbum, vel rei conditio ac qualitas aliud poſtulet. Nam cùm dicitur Cauendũ idoneè vel rectè, vel ſatiſdato, vel cum ſatiſdatione, fideiuſſoribus vel pignoribus cauendum eſt. l. 1. §. caueri. & §. iubet. ff. de coll. bon. l. 35. §. defendere. ff. de procurator. l. 11. §. ſi hæres rogatus. ff. de legat. lib. 3. l. 31. ff. ad l. Falcid. l. 2. C. de vſur. legat. l. 11. ff. de rei vendic. l. 2. & l. 3. C. de magiſtr. conuen. Itaq́; in conſtitutione D. Marci, qua libertatum bona addici iubentur ei, qui idoneè creditoribus cauerit de ſolido cuique ſoluendo. l. 2. ff. de fideic. lib. Inſtit. de eo cui libert. cauſa bona add. in princ. Idoneè, ait Vlpia. eſt vtique ſatiſdato vel pignorib. datis. Sed etſi ei promittenti fides habita ſit ſine ſatiſdatione, idoneè cautum videbitur. l. 4. §. addici. ff. de fideic. lib.

Atque ita idoneam cautionem interpretabimur in l. 50. ff. de man. teſt. vt & in l. 4. §. 1. ff. de adm. rer. ad ciuit. & l. 1. §. penult. ff. quor. legat. proinde ſi mandato adiectum ſit, vt idonea cautio à debitore exigatur, non videbitur conditioni paritum, ſi neque fideiuſſor, neque pignora accepta ſint. l. 59. §. vlt. ff. manda.

Cautio quæ propter l. Falcidiam interponitur, fideiuſſorum habet præſtationem. l. 3. §. 1. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. Prætoriæ quoque cautionales ſtipulationes, perſonas deſiderant pro ſe interuenientium. l. 7. ff. de præt. ſtip.

Exprimitur etiam nonnunquam cautionis genus. Sic Cauere per fideiuſſores in l. 25. §. vlt. ff. de recept. qui arbitr. Cauere pignoribus l. vlt. §. ſi legatarius. ff. quo leg. Alioquin cautum intelligitur ſola repromiſſione abſq́; ſatiſdatione vel pignoribus. Sic cautum & ſatiſdatum, cautio & ſatiſdatio, ſæpiſſimè ſeparantur. l. 1. ff. de ripa mun. l. 5. & l. penult. ff. de petit. hæred. l. 57. ff. de rei vendi. Nuda cautio aduerſa fit ſatiſdationi in l. 2. §. ſed vtrum. ff. de iudic. & Cautionem nudam promiſſionem interpretatur. l. 63. §. id quod facere. ff. pro ſoc. Cui ſi iuriſiurandi religio acceſſerit, Iuratoria cautio appellatur. l. vn. C. vt omnes iud. l. pen. de dignitatibus. lib. 10. C. l. vlt. de principib. ag. in rebus. eod. l. pen. C. de teſtib. l. 12. de proxim. ſac. ſcrin. libr. 11. l. 1. §. ſuper peculio. C. de adſert. toll. Græcè ἐξωμοσία & διωμοσία in Nouell. l. 3. Conſtantinus lib. 1. epit. tit. 5. τὴν μεθ' ὅρκου παραίτησιν vocat.

Cautio moratoria in l. 5. §. vlt. ff. de cenſib. Cautio indemnitatis, quæ pro indemnitate præſtatur. l. 32. §. 1. de neg. geſt. Cautio fœneratitia. l. 11. C. de pact. dot. l. 25. C. de adm. tut.

Cautela pro Cautione legitur in l. 15. §. vlti. de procuratorib. l. 14. ff. depoſ. l. 21. ff. de iudic. l. 6. ff. de pign. act. Quod tamen verbum Triboniani magis quàm Iureconſultorum phraſim ſapit: & vereor, ne ab illo ſecundum ius poteſtatis ſuæ, eæ quibus id verbum comprehenditur, clauſulæ ſint inſertæ. Sic enim ille loquitur, vt apparet ex §. ſi verò aliqua. Inſtitu. de ſatiſdationib.

Cautionem exponere vel Cautelam. l. 43. §. vlt. ff. de adm. tut. l. vlt. §. 1. C. eod. tit. l. 2. de cõueniend. fiſci deb. lib. 10. C. §. ſin autem per procuratorẽ. Inſt. de ſatiſdat. l. vlt. C. de legat.

Cautionem cauere. l. 6. ff. rat. rem hab.

Cauere debitor etiam dicitur, qui ſe chirographo obligat. l. 5. §. ſi codicẽ. & l. 17. §. ſicut. ff. commod. l. 4. ff. quæ res pign. obl.

Cautio generaliter omnis ſcriptura appellatur, quæ cui proſpicitur ſiue obligationis ſiue liberationis probandæ cauſa emittatur pro chirographo in l. 40. ff. ſi cert. pet. l. pen. §. vlt. ff. ad l. Falcid. l. 27. ff. depoſ. l. 15. §. quod dicitur. & l. 20. ff. de pignoribus. l. 47. ff. de pact. l. 10. §. vlt. de eden.

Cautiones pro inſtrumentis & tabulis & ſyngraphis. l. 5. ff. fam. ercíſ. l. 82. in fi. ff. de furt. l. 47. §. vltim. ff. de pact. Cautionem exponere pro chirographum conſcribere, chirographo cauere. l. 25. §. vlt. ff. de probatio. l. 8. C. de non num. pec. & Cautionem interponere. l. 2. C. eod. tit. Cautio de epiſtola. l. 24. ff. de conſtit. pec. Dicitur nonnunquam planioris intelligentiæ cauſa Cautio creditæ pecuniæ. l. 41. ff. de minor. l. 29. ff. de oblig. & act.

Cautio dotalis. l. vlt. §. filiæ. de legat. lib. 2. Et Cautio pollicitationis. l. 9. §. ſed ex facto. ff. quod met. cau. & Cautio de ſoluendo interpoſita. l. 11. ff. de exceptio. Cautio depoſitionis.

nis.l.vlt.§.1.ff.vt legat.ſeu fideic.ſed & Cautio ſolutæ pecuniæ in l.2.C.qui accuſ.poſſ.pro apocha.Et cautiones ſoluti vectigalis.l.32.§.1.ff.de adminiſt.tut.

Cauere hoc amplius fideiubere ſignificat. l.17.ff.de in ius voc.l.47.§.Paul.ff.de adm.tut.

Cauere etiam creditor dicitur, qui de pignore ſibi proſpicit.l.18.§.penul.ff.de pignor. act.Item qui apocha emiſſa debitorem liberare ſe profitetur.l.89.ff.de ſolutio.

CAVPONES in tit. nautæ, caupo.ſtabul. accipiuntur, qui cauponam exercent, inſtitorésve eorum.l.1.§.caupones.ff.nautæ, caupo. Cauponam autem dictam à copiis, quòd illic & ad victum neceſſaria parentur, diſtrahanturq́;, Feſtus l.3.tradit.

CAVSA verbum eſt πολύσημον. Primùm enim negotium ſignificat & obligationem: & contractu latius patet.l.9.ff.ſi cert.pet.l.9.§.pupillus.ff.de auct.tut.l.15.ff.de acceptil.§.vnde in his cauſis. Inſtitu. de auct. tut. Nec ad contractus tantùm, ſed ad omnes obligationum ſpecies etiam ex delicto deſcendentes pertinet.l.11.ff.de verbor.ſignif.l.1.ff.de oblig.& actio.

Cauſa etiam litem ſignificat. Ita cauſa cadere, litem perdere eſt: &, vt Iuſtinia.interpretatur, rem amittere.§.ſi quis agens.Inſtit.de actionib.Paul.lib.1.Senten.tit.10. Et ſic cadere cauſa à debitore creditor dicitur, qui aduerſus eum expertus ſuccubuit.l.95.§.pen.ff.de ſolutio. Hinc cauſam agere, cauſas orare in l.2. de orig.iur. Et cauſam coniicere Afranius apud Nonium Marcel. cauſam coniicere apud te volo. Ambo adeſtis, profuturos arbitror. Gell. lib.5.cap.10. Et cùm ad iudices coniiciendæ conſiſtendæq́; cõtrouerſiæ gratia veniſſet. Ex quo cauſæ coniectio in l.1.ff.de reg.iur.

A lite tamen cauſa ſeparatur in l.16.C.de tranſactio.& l.1.C.de reb.credit.

Cauſam & rem pro eodem plerunque Iureconſulti vſurpant, vt in l.5.§.ſed ſi nulla cauſa ſubſit.ff.de pact.id eſt, ſi res non ſubſit.& in tit.de condict. cauſa da. ob cauſam & ob rem datum promiſcuè dicitur. Significat & Cauſa titulum debiti, actionis, dominii, poſſeſſionis. l.16.ff.de priuileg.cred.3.§.ex pluribus.de acquir.poſſeſſ. Sic lucratiuam, ſic oneroſam cauſam dicimus.

Præterea cauſa conditionem & ius cuiuſq; rei ſignificat.l.18.§.ſi fundus.ff.de pignor.act. & l.25.§.ſi fundus.ff.de ſeruit.ruſt. Sic cum ſua cauſa res transferri dicitur, id eſt, cum ſuo onere, vel quo iure, quaq́; conditione eſt.l.67. ff.de cont.empt.l.12.C.de diſtr.pig.l.vn.Cod. rem alien.gerentib. Cum ſua cauſa ſuiſque vitiis in l.13.§.1.de acq.poſſeſſ.l.1.§.qui autem. ff.de vi & vi arm. In eadem cauſa ſiſtit ſeruum, qui ad experiendum ius actoris non facit deterius.l.1.ff.ſi ex nox.cauſa ag.quiq; ita ſiſtit, vt perſecutio actori deteriore loco futura non ſit, quamuis fortè exactio poſſit eſſe difficilior. l.11.ff.ſi quis cautio. Huc pertinet.l.penult.& l.vlt.ff.ſi ex nox.cauſa ag.& l.12.ff.ſi quis cautio.& l.83.§.vlt.ff.de verb.oblig. Ita deiectum ab vſufructu in eandem cauſam reſtitui à Prętore Vlpian. interpretatur, in qua cauſa futurus eſſet, ſi deiectus non eſſet, vt ſi tempore finitus ſit, iterum conſtituatur.l.9.ff.de vi & vi arm.ex qua l.3.§.vltim.eod.tit.explicanda eſt. Verbum autem, Cauſa, plerunque vacat & nudæ elegantiæ cauſa ponitur. Sic Cauſa facti pro facto ipſo in l.12.ff.ex quibus cauſ.maior. l.10.ff.de tutoribus dat. Vt aliàs res facti eodem ſenſu.l.1.§.ſi vir vxori.ff.de acq.poſſeſſ. l.12.§.facti.ff.de captiu. Sic & Cauſa pignoris pro pignore in l.18.§.ſi fundus.ff.de pignoribus.l.4.ff.de ſeparatio.l.65.ff.de euictionibus. l.2.& Cauſa iuris ac voluntatis pro voluntate ipſa teſtatoris & iuris, vt ita dicam, diſpoſitione in l.77.§.fidei.ff.de legat.lib.2. Et Cauſa ordinis pro ordine ipſo in l.23.§.vlt.ff.de appellatio. Poſſeſſionis Cauſa pro poſſeſſione.l.1.C. per quas perſo. Cauſa teſtamenti pro teſtamento.l.1.§.hoc interdictum.ff.de tabul.exhi.coniuncta l.18.ff.de iure codicil.l.39.§.hæres.de admi.tutor. Cauſa dotis pro dote in l.1.ff.ſol.matr.l.1.ff.de iure dot. Cauſa pecuniæ in l.26.§.vlt.ff.depoſ. Cauſa proprietatis.l.30. §.tribus.ff.de acq.rer.do. Cauſa bonorum pro bonis in l.1.§.plenius.ff.ſi quis teſt.lib.l.70.ff. de leg.2.& l.52.§.vlt.ff.de verbor.obligat. Vbi tamen cauſa bonorum vtilitatem ſignificat, id eſt, vt habere liceat. Sic & Cauſa obligationũ in l.40.ff.ad S.C.Trebell.l.28.ff.de diuerſ.reg. iur.& cauſa vſusfructus.l.10.ff.vſufr.quemadmodum cau. Sic Cauſa condictionis in l.96. §.vlt.ff.de ſolutionibus. Et Cauſa nouationis. l.4.in fi.ff.de vſur. Cauſa edicti, pro edicto.l.5. ff.vnde lib. Cauſa legati.l.91.§.duobus.ff.de legat.1. Cauſa fideicommiſſi.l.3.§.nonnunquam.ff.de vſur. In totam cauſam obligationis ſpondere.l.54.ff.loca.l.91.§.nunc videamus.ff.de verbor.obligat.l.56.§.ſi nummos. ff.de fideiuſſoribus.l.5.C.de pact.int.empo. Quod dicitur, ſeruitutes omnes cauſas habere perpetuas debere.l.28.ff.de ſeruit.vrb.hunc ſenſum habet, ita conſtitutas eſſe ſeruitutes debere, vt his continenter vti liceat. Ideoque verbi gratia, perennem eſſe oportere eam aquam ex qua ductus ceditur.l.1.§.loquitur.ff. de aqua quotid.l.vn.§.hoc interdictum.ff.de fonte. Inſcitè enim faciunt, qui illam ſententiam ad vſum ſeruitutum referunt, qui perpetuus eſſe nequit, & intermiſſionem neceſſario deſiderat.

Cauſa quoq; pro omni commodo vtilitateq́; quæ ex re percipi poteſt, accipitur. tit. de

vſur.& fructib.& omni cauſa. Gaius in l.20.ff. de rei vendi. Nec enim ſufficit corpus ipſum reſtitui, ſed opus eſt vt & cauſa rei reſtituatur, id eſt, vt omne habeat petitor quod habiturus foret, ſi eo tempore, quo iudicium accipiebatur, reſtitutus illi homo fuiſſet. Paulus in l.31. ff. ſi cert. pet. vt poſt iudicium acceptum cauſa omnis reſtituenda ſit, id eſt, omne quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtandæ tempore ſolutus fuiſſet: Proinde à fructibus & vſuris cauſa ſeparatur, & partum & partus partum, & fœtus fœtum, & omnes extrinſecus accedentes vtilitates complectitur. Sic in l.17.§. Iulianus. ff. de rei vend. l.2. l.3.§. in his. l.8. & l.38. §. ſi actionem. cum ſeq. ff. de vſur. l.6. ff. ſi vſuſf. pet. l.9.§. pen. & vlt. ff. ad exhibend. l.1.§. hanc actionē. ff. depoſ. l.35. l. vlt.§. vlt. ff. de verb. ſign. l.12. ff. quod met. cauſ. l.8.§. ſi ſeruitute. ff. de precar. l.4. C. vnde vi.§. ſi ad exhibendum. Inſtit. de offic. iud.

CAVSARIA miſſio, quæ propter valetudinem laboribus militiæ ſoluit. l.3.§. miſſionum. ff. de his qui not. infa. vel, vt Macer definit, Cauſaria miſſio eſt, cùm quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. l.13.§. miſſionum. ff. de re milit. l.26. ff. de milit. teſt. l.1. C. de excuſ. veter. Vnde Cauſarii milites apud Liu. lib.7. Et apud Spartia. in Hadria. valetudinis ſcilicet cauſa miſſi. Veteres ſic loquebantur, Quib. morbus cauſa eſt, vt apud Cicero. lib.2. Rhet. ad Herenn. & apud Liuium ſæpè.

Cauſam conditionē, demonſtrationem, ipſa verborum conceptio diſtinguit. l.12. l.17. §. quod autem. ff. de conditio. & demonſt. & l.75.§.1. de legat. lib.1. l.2.§. vlt. ff. de donatio.

CEDERE Actiones, vel actionibus, Iureconſulti dicunt, id eſt, mandare & præſtare actiones. l.14.§. pen. de ſeruo corrup. l.3.§. idem Labeo. de in rem verſo. l.27.§.1. ff. de minorib. l.16.§. idem Iulianus. ff. de petit. hær. l.95.§. pen. de ſolutio. l.70. ff. de leg. lib.2. Hinc Ceſſio nominum in l.30. ff. de hæred. petit. Et ita fortè in l.19. in fi. ff. de pecul. legendum eſt.

Cedere bonis. l.19. ff. de arbitr. & tit. de ceſſio. bon.

Cedere foro. l.7.§. quoties. ff. depoſ. vulgo facere bācam ruptam. Hoc inde fluxit, quòd in foro poſitæ erant argentariorum & nummulariorum tabernæ, vt docui libr.2. Select. Antiquit.

Cedi incorporalia eodem quo corporalia tradi modo dicuntur. Ceduntur ergo ſeruitutes & iura. l.38. ff. de ſerui. vrb. l.3. l.10. l.11. l.14. ff. de ſeruit. ruſt. l.2.§. vlt. de aq. & aq. pl. l.23. ff. de liber. cauſa. l.63. ff. de vſufr. l.15. ff. comm. præ. l.10. ff. de euictio. l.66. ff. de iure dot.

Ceſſio ſeruitutum. l.11. & 22. ff. de ſeruit. ruſt. l.9. in fi. ff. de aq. pl.

Dicuntur & dari ſeruitutes. l.19. & l. vlt. ff. de ſeruit. ruſt. l.3. ff. de vſufr.

Ceſſio in iure apud Cicero. Topic. Et Vlpian. in Inſtit. tit.19. In iure quoque ceſſio, ait, communis alienatio eſt & mancipi rerum & nec mancipi, quæ fit per tres perſonas in iure cedentes, vindicantes, addicentes. Quod plenius Boëti. in Topic. Cicer. explicans, Ceſſionis ſolennitatem ex Caio hanc fuiſſe tradit. Apud magiſtratum populi Rom. vel apud prætorem vel præſidem prouinciæ is, cui res in iure cedebatur, eam tenens ita vindicabat. *Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio.* Deinde poſtquam hic vindicarat, Prætor interrogabat eum, qui cedebat, an contra vindicaret. Negante eo, aut tacente, tunc ei, qui vindicarat, rem addicebat.

Ceſſitia tutela olim dicebatur, quæ in iure ceſſa erat: & Ceſſicus tutor is, cui in iure ea ceſſa erat, vt idem Vlpia. in Inſt. tit.11. ſcribit.

Cedere diem ſignificat incipere deberi pecuniam. Aliudq́ue eſt ceſſiſſe, aliud veniſſe diem. Venit dies, cùm peti poteſt: ceſſit, cùm obligatio nata eſt, licet exactio in diem differatur. l.213. ff. de verbor. ſignif. l.58.§. qui poſt tempus. ff. ad Trebellian. & l.13. ff. iud. ſol. l.3. de ſolutio.

Cedere dies legatorum dicitur, ex quo ea debentur, & ad hæredem tranſmittuntur. tit. quando dies leg. ced. l.25. ff. de legat.1. Theophil. in §. ſi peculium. Inſtit. de legat. ita explicat, περιχωρεῖ δὲ τὰ λήγατα ἐπειδὰν κατεντεῦθεν εἰς ἡμᾶς, καταφορὰ δὲ ἐστιν ἡ τῆς ἀγωγῆς ἁρμοσις. ἁρμόζει δὲ ἐπὶ μὲν τῶν πύρων à morte teſtatoris, ἐπὶ δὲ τῶν αἱρετικῶν μετὰ τὴν ἔκβασιν τῆς αἱρέσεως.

Cedere operæ incipiunt poſtquam fuerūt indictæ. l.13.§. iudicium. ff. de oper. lib. Sic in l.23. & l.34. ff. eod. Quod de operis libertorum accipiendum eſt. Aliud enim eſt ſi operas quis ſtipuletur. l.24. ff. eod. tit.

Cedere etiam tempora dicūtur, id eſt, currere & computari. l.1. ff. de iur. & fac. ign. l.6. ff. de calumniato. l.4. ff. ad l. Iul. de adulter.

Ceſſim ire pro retro. l.52.§. in cliuo. ff. ad l. Aquil. Iuſtinus lib.2. Aut ſi hoc parum tritum extat, vos commiſſo prælio, ite ceſſim, inhibete remos.

CELLA vinaria vel olearia. l.10. in fi. ff. de vſu & habit. Cella penuaria. l.3.§. ſiue autem. ff. de penu leg.

CELLARARIVM Vlpia. in l.12.§. ſi in aliqua. ff. de inſtr. vel inſtr. interpretatur ſeruum ideò præpoſitum vt rationes ſaluæ ſint. Sic apud Paul. lib.3. Sent. tit. vlt.

Cellarius in l.24. ff. de manum. teſt.

Cellarium in l.41.§.1. ff. de leg. lib.3.

CEMENTA & aliâs CÆMENTA in Pandect. ſcribitur: vnde Cementicia fundamenta

in l.

in l.57.ff.locati. & Cementicius riuus in l.3.§.1.ff.de riuis.

CENOTAPHIVM, monumētum eſt memoriæ cauſa factum, in quod corpus illatum non eſt. l.6.in fin.l.42.ff.de religioſ.l.6.§.vlt.ff. de diuiſio. rer. Lamprid. in Alexand. Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepulchrum ampliſſimum meruit. Flauius Vopiſc. in Floriano: Horum ſtatuæ fuerunt Interamnæ duæ pedum tricenum ex marmore, quòd illic eorum cenotaphia conſtituta ſunt. Honorarium ſepulchrum videtur appellare Sueton. in Claudio. c.1. Suidas. κενοτάφια, ait, τινὰ ἦσαν ἐλιατόμθμα ὡς τινὸς νεκροῦ μὴ ἔχοντα νεκρόν. Xenoph. lib. 6. ἀναβάσεως κύρ. οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον ἐποίησαν αὐτοῖς μέγα. Virgilius inanem tumulum vocat. lib. 3. Æneid.

CENSERE, eſt conſtituere & præcipere. Vnde Senatus Cenſere dicitur. Inde etiam Cenſorum nomen tractum. l.111.ff.de verbo. ſignif. Varro lib. 2. de vita Popul. Rom. Vt eſt apud Noni. Itaque quod hos arbitros inſtituerunt Populi, Cenſores appellarũt. Idem enim valet Cenſere & arbitrari. Cenſeri etiam in precio haberi, auctoritate valere, in l.vlt. ff. de ſuis & legit. Item ἀναγράφεσθαι in l. 1.ff.de iuſtit.& iure. quemadmodum Theophil. interpretatur, à quo tamen aliqui diſſentiunt. Aliter in l.1.§.qui ex duob.ff.ad municip.

Cenſus perſonarum & bonorum deſcriptionem ſignificat. l.2.§.poſt deinde.ff.de orig. iur. Theophil. in §.vltim. Inſtitut. de libertinis, κένσος, ait, ἤγουν, ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ἐπὶ τὸ ἐν χωρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως, ἕκαστον εἰσφέρειν. Suidas etiam ita patria Romanorum lingua appellari ſcribit τὴν ἐξέτασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους. Ita Cenſus in l.11.ff.fi. reg. l.10.ff.de probat. l.64.ff.de acq.rer.do. Caſſiodor. lib.3. Variar. epiſto. penult. Auguſti ſiquidem temporibus orbis Roman. agris diuiſus cenſuq; deſcriptus eſt.

Cenſitionem dixit Spartia. in Peſcen. Nig.

Cenſus crimen in l.53.ff. de iudic. quod aliàs fraudati cenſus appellatur. l.1.C. de quæſtionibus. Hinc Cenſitores qui cenſum agunt. l.30.§.pen.ff.de acq.rer.do.l.4.§.1.ff. de cenſibus. l.1. de immunit. nem. conc. lib.10.C.

Cenſiti in Impp. conſtitutionibus, cenſibus adſcripti, vel cenſibus adnotati tit. de Agricol. & cenſit. libr.10.C.& l.20. C. de epiſc. & cleric.

Cenſuarii in l.7.C.de bon. proſcript. In codice verò Theodoſiano Caſarii ſcriptum eſt.

Cenſualis profeſſio in l.7.C.de donatio. de qua lib.1. Select. Antiquit dixi.

Cenſuales tabulæ, Cenſuales libri. l.4. de agric.& cenſit. lib.11.C.l.14.de anno.& trib. in C.Theod.

Cenſuales paginæ. l. vlt. fine cenſu vel reliq. in C.Theod.

Cenſuale officium. l.18.C. de teſtamen. Et Cenſualis apparitio. l.23.ff.eod.

Legatio ad Cenſus accipiendos. l. 1.ff. de munerib.& hono. Tacit. libr. 1. Interea Germanico per Gallias cenſus accipienti exceſſiſſe Auguſtum adfertur.

CENTENARII liberti. in l. Papia dicebãtur, qui centum milium ſeſtertiorum rem habebant. l.16.ff.de iure patr. Quod ad ſuorum temporum rationem Iuſtinian. accommodãs ad centum aureos redegit. §. poſtea. & §. ſed noſtra. Inſtit. de ſucceſſ. lib.

Centeſimæ vſuræ quæ ſint, libr. vlt. cùm ad vſuræ nomen ventum erit, exponam.

CENTIES in l.97.in fi.ff.de legat. libr.3.& l.88.ff. de verb. ſignif. Centies centena milia ſignificat, vt milies in l.4.§.1.de ſtatulib. Milies centena milia, quemadmodum Anton. Auguſt. lib. 2. Emẽdatio. cap. 6. notauit. Sic quod Martial. lib.5. Epigram. ait, de Apicio, cùm bis tricenties ventri dediſſet, ſupereſſecq; ſibi centies duntaxat cogitaret, venenum bibiſſe, hoc idem Dio lib.57. referens ait, διακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ei ſuperfuiſſe. Nam 25 myriades valent decies: quas ſi decies multiplicaris, habebis 250 myriades, pro eo quod Latini Centies vocant.

CETVMVIRALE iudicium pro querela inofficioſi teſtamenti & petitione hæreditatis. l.13.ff. de inoffic. l.30.ff. de liber. leg. l. vlt. C. de petit. hæredit. Apud Centumuiros enim actas hæreditatum & ruptorum reſciſſorũmque teſtamentorum cauſas aliàs oſtendemus: eoſque haſta poſita in foro iudicaſſe. Qua de cauſa haſtæ præfuiſſe dicuntur in l.2.§. deinde cùm placuiſſet. ff. de orig. iur. Eam verò haſtam, quam antea Quæſtura functi cogere conſueuerant, Auguſto auctore decemuiri cogere cœperunt, vt Sueton. in Auguſto cap. 36. auctor eſt.

CENTVRIA in agris primò à centum iugeribus dicta, quemadmodum Varro lib.4. de lingua Lat. ſcribit, pòſt duplicata retinuit nomen, vt Trib. multiplicatæ Romæ idem ſemper tenuere nomen. Itaque Centuriam in agris ſignificare ducenta iugera, in re militari verò centum homines benè Feſtus lib.4. ſcribit. Et ita Centurias interpretari poſſumus in l.10. de anno.& trib. in C.Th.

ΚΕΡΑΤΙΟΝ, in Nouel. Conſtitut. 59. & Leonis Conſtitut. 83. nummi genus quod ſex obolos ſeu folles valebat. Conſtantin. Harmenop. in legibus agrariis, παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερήσιον κεράτιον ἕν, ἤγουν φολλεις δώδεκα. In ponderibus cerátes oboli pars media eſt, habens ſiliquam & ſemis, auctore Iſidoro lib.16. cap.24.

Cernere hæreditatem. l. 1. de pat. pot. in C. Grego. frequens Ciceroni & aliis bonis auctoribus locutio. Lexicon B. Germani interpretatur προσέρχεσθαι τῇ κληρονομίᾳ. Vlpian. verò in Inſtitut. tit. 22. Cernere eſt verba cretionis dicere ad hunc modum, *Cum me Mæuius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo cernoq́;*. Varro lib. 7. de ling. Latin. illud Plauti interpretans, Hanc mihi amicam eſſe creui, id eſt conſtitui. Itaque hæres cùm conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur cernere: & cùm hoc fecerit, creuiſſe. At idem auctor libr. 5. de lingua Latin. Verbum cernito quod in teſtamentis adſcribi ſolebat, ſic interpretatur, Facito videant te hæredem eſſe. Itaque, ait, In Cretione iubent adhibere teſtes. Cretio autem, vt Vlpian. eo quo dixi loco, definit, erat certorum dierum ſpacium, quod dabatur hæredi inſtituto ad deliberandum, vtrùm expediret ei hæreditatem adire, néne. Iſidor. lib. 5. Etymol. capit. 24. Cretio ait, eſt certus numerus dierum, in quo inſtitutus hæres aut adit hæreditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum eſt illi vltra capiendæ hæreditatis ius. Cretio appellatur quaſi decretio: Cernere enim decernere & conſtituere ſignificat. Nam ita dicitur, *Ille hæres mihi eſto, cernitoq́; intra dies tot.* Sic accipito Cretionem in l. 17. C. de iure delib. & in titu. de Cretio. libr. 4. C. Theod. & in l. 1. & 2. de bonis maternis. in eod. Cod.

Certvm, quod ad certi condictionem attinet, eſt cuius ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur, qualis quantaq́; ſit, oſtenditur. l. 6. & l. 9. ff. de reb. credit.

In ſtipulationum verò tractatu, Certum accipitur quod ex ipſa pronunciatione, quid, quale, quantúmque ſit, apparet: veluti aurei decem, fundus Tuſculanus. l. 74. ff. de verborum ſignificat. Itaque hæ ſtipulationes, in quas huiuſmodi res deductæ ſunt, Certæ appellantur. contrà vbi nõ apparet quale quantúmque eſt in ſtipulatione, incerta eſt ſtipulatio. l. 75. eodem tit. Certum, in actione ſi certum petetur, pro certa pecunia numerata accipimus. De ea enim hæc actio comparata eſt. l. 1. ff. de condict. trit. l. 1. ff. de interrogat. in iur. fac. Inde actio certæ pecuniæ apud Senec. libr. 3. de benefic. capit. 7. & certa pecunia credita. Quintilian. libr. 4. capit. 2. Satis eſt dixiſſe, Certam pecuniam creditam peto ex ſtipulatione. Et alio eiuſdem capitis loco. Nam quid in pleriſque iudiciis priuatis de re certa credita, locato & conducto, interdictis habere loci poteſt? & libr. 8. capit. 3. Te non pudeat certam creditam pecuniam periodis poſtulare. Cicero pro Roſc. Com. Adnumeraſſe ſeſe negat, expenſum tuliſſe non dicit, quum tabulas non recitat: Reliquum eſt, vt ſtipulatum ſe dicat. Præterea enim quemadmodum certam pecuniam petere poſſit, non reperio. & in l. vltim. §. Lucius. ff. de condict. indeb. & l. 7. §. vltim. de contr. empt.

Certum autem eſt id demum, quod in oculos cadit, & demonſtrari cernique poteſt. Sic Certus locus, qui pro diuiſo poſſidetur, in l. 1. ff. de euictio. l. 6. ff. de ſeruitut. l. 4. ff. pro empt. l. 8. ff. de rei vendic. Et ita Certa pars & Pro indiuiſo opponuntur. d. l. 1. & l. 25. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. & l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſid. l. 35. ff. de ſeruit. vrb. Pars enim pro indiuiſo incerta eſt, cùm oculis demonſtrari non poſſit, nec certis regionibus deſcripta ſit, intellectuque & animo non diuiſione corporum ſecernatur. l. 5. ff. de ſtip. ſer. l. 66. §. 1. ff. de legat. libr. 2. l. 5. §. ſi duobus. ff. commod.

Aliter certam & incertam partem accipimus in eo quod dicitur, Incertam partem poſſideri non poſſe. l. 3. §. incertam. l. 26. ff. de acquir. poſſ. l. 32. §. vltim. ff. de vſucap. Nam incerta eſt, quæ quanta ſit ignoratur, verbi gratia, *Quicquid Titius poſſidet.* Itaque & pro indiuiſo pars certa dicetur, ſi de modo eius conſtet. dicta l. 26. Sic & in l. 76. §. 1. ff. de rei vendic. l. 11. §. ſi cùm eſſet. ff. de interrogat. in iur. fac.

Certus homo, veluti Stichus, Dama, Pamphilus, ad differẽtiam hominis in genere promiſſi legative incertus dicitur, qui l. 63. ff. de cond. ind. l. 63. §. quod verò. ff. de furt. l. 13. l. 47. §. vlt. de leg. lib. 1. l. 25. §. ſi incerto. ff. famil. erciſcund.

Certũ corpus paulo generalius quod ſpecie certa continetur. l. 10. ff. de acceptil. l. 10. ff. de auro arg. l. 1. §. non ſolùm. ff. ad l. Falcid.

Hoc modo & numerata pecunia, & res quæ pondere, numero, menſuraq́; conſtant, incerta ſunt corpora, niſi certo loci ambitu cõcludantur. Nam ſi quis vinum ſimpliciter, vel pondus argenti, nummóſve generaliter quis legauerit incertam rem legat, quoniã in nullo certo corpore, ſed in quantitate hæc conſiſtunt, quæ nullis certis finib. circumſcribitur. At ſi vinum quod in illa apotheca eſt, decem quę in arca ſunt, quis leget, vel promittat: tunc certum corpus intelligitur legatum vel promiſſum. l. 34. §. ſed ſi non corpus. l. 47. §. ſed ſi id petatur. l. 51. & l. 108. qui quinque. ff. de leg. lib. 1. l. 37. ff. de verb. oblig.

Certum ius & finitũ, quod deſcriptum eſt & legib. continetur. l. 2. in prin. & §. exactis. ff. de orig. iur. l. 2. ff. de iur. & fac. ign.

Certæ & ſolennes actiones certis formulis cõprehẽſæ & adſtrictę. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur.

iur. Sic certa verba, id eſt, vt ita dicam, formalia, &, vt Theophil. vertit, τυπικὰ in §. procurator. Inſtitut. de his per quos ag. poſſ. Certa verba pro ſolennibus & ſolitis dixit Cic. lib. 2. de Nat. deor.

Certus contractus, vt quidam interpretantur, accipitur, qui nomen habet: Incertus, qui in aliud nomen non tranſit. l. 9. ff. de reb. cred. l. 1. §. debitum. ff. de conſtit. pec. l. 18. ff. de acceptil.

Cessare pro fruſtrari & moram facere ſolutioni. l. antepen. ff. de leg. lib. 1. l. 41. §. 1. ff. de vſur. l. 15. ff. de alim. leg. l. 38. ff. de minor. Vlpia. ad interpretationem reſcripti Imp. Anto. quo in propria quoq; hæredis bona legatarij mitti iubentur, ſi poſt ſex menſes, quàm Prætor aditus eſt in ſolutione, ceſſatum fuerit. Ceſſatum non videri ait, ſi pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furioſus, vel adoleſcens cùm fruſtratio his perſonis indefenſis nocere non debeat. l. 5. §. Imperator. & §. ceſſatum. ff. vt in poſſ. leg.

Ceſſantium partes, id eſt, deficientium in l. 7. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. ſicut partem ceſſare dixit Iauolen. in l. 41. ff. de legat. lib. 2.

Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continẽtur, veluti ſi cui optio ſerui legata ſit, ceteri Sempronio illo non optante, omnes ad Semproniũ pertinent. l. 160. ff. de verb. ſignif. l. 17. ff. de optio. leg.

Vox Ceterum plerunq; abſurdi nota eſt & ſignificat, Alioquin. l. 8. §. 1. de minoribus. l. 5. §. 1. ff. de alienat. iud. mut. l. 15. §. poſteaquam. ff. de dam. inf. l. 12. §. 1. in fi. de pact. dot. l. 15. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. l. 17. §. ſi iuſſu. ff. de iniur. l. 63. §. hęc ita. ff. de furt. l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loco pub. l. 3. §. hoc autem. ff. de liber. exhib. l. 5. §. maximè. ff. de Carbo. ed. l. 32. in fi. ff. de recept. qui arbit. l. 49. ff. fam. erciſ. l. 5. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nunc. Sic & apud Tertullian. in lib. 2. aduerſ. Marcio. illo loco, Ceterùm non eſſet anima nec ſpiritus. Et lib. 2. ad vxor. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli viro. Cæterùm immundi eſſent filij veſtri. Hoc, ne leue videatur, Accurſiũ valdè torſit in interpretatione l. 5. ff. iud. ſol. quæ huius vocis vi percepta non obſcurum ſenſum habet. Contra etiam Alioquin pro Ceterùm ponitur in l. 91. ff. de legat. 3. l. 1. C. de pact. conuent. l. 42. ff. de acq. hæred. Notauit Gouean. lib. 1. Var. lect. cap. 1.

Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur & ad deleticiam. l. 4. ff. de bon. poſſeſſ. ſec. tab. Chartis autem legatis neque libri iam facti, neque cœpti ſcribi, neque membranæ, neque cæterę ad ſcribendum materiæ debentur. l. 52. §. quod tamen. & l. 76. ff. de legat. lib. 3.

Chartæ epiſtolares, Chartę ad ratiunculam vel ad logarium paratæ. l. 3. §. vlt. de penu leg. Alias chartarum differẽtias Plinius lib. 13. cap. 12. exequitur, & Iſidor. lib. 6. Etymolog. cap. 10. Hinc Chartularij, quos de cohortalib. officiis largitionales titulos retractaſſe ait. l. 3. de can. largitio. lib. 10. C. Iuſtini. Nouella. 8. Chartularios tres τῶ διὰ χαυβακλείῳ τοῖς συμβόλοις ὑπηρετουμένους ponit.

Chartiaticum in l. penult. ff. de bon. damn. & apud Zonaram Tomo 3. puto eſſe quod pro charta officialibus prębebatur. Nam miniſtris magiſtratuum chartas præſtitas ex Frontino lib. 2. de Aquæductibus intelligimus.

Chasma, hiatum terræ ſignificat, quo agri nonnunquam abſorbentur. l. 47. §. vlt. ff. de leg. lib. 1. l. 4. §. 1. ff. de cenſibus. l. 10. ff. de peric. & commo. l. 11. §. ſi locupleti. ff. de minoribus. Seneca certè lib. 1. Natur. Quæſtion. Chaſma vocat cùm aliquod cœli ſpacium deſedit, & flammam dehiſcens velut in abdito oſtentat. Ideò Seruius in 9. Æneid. Chaſma interpretatur direptionem & cœli receſſum.

Chirographum priuatam ſcripturam manu cuiuſque ſubſcriptam ſubnotatamq; ſignificat. l. penult. ff. qui teſtam. fac. hoc & ἰδιόχειρον appellatur in l. 11. C. qui potio. in pign. Inde Chirographarij creditores, qui ſolo chirographo nituntur ad differentiam hypothecariorum. l. penult. de rebus auct. iud. l. 4. & l. 6. C. eo. tit. l. 10. C. qui potio. in pign. Et tit. etiam Chirographar. credit. C. Et apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 28. Et Chirographarius debitor in l. 7. C. de nouationibus & Chirographaria pecunia. rubr. etiam ob chirographar. pecun. C. & chirographaria inſtrumenta. l. vltim. C. ſi cert. pet. Porrò ſi Chirographa legentur vel veneant, non ipſæ tabulæ ſiue corpus, ſed debitum & nomen, actioneſque quarum probatio tabulis continetur, legari intelliguntur. l. 44. §. eum qui. ff. de legat. lib. 1. l. 59. ff. de leg. lib. 3.

Chorus l. 34. ff. de ædil. ed. l. 79. ff. de leg. lib. 3.

Chomata aggeres ſunt, qui aquam cõtinent. l. penult. §. in Ægypto. ff. de extr. crim.

Cibariorum appellatione neq; veſtitus, neq; habitatio, comprehenditur, ſed ſolus cibus. l. 21. ff. de alim. leg. Vnde veſtiaria & cibaria ſeparantur ſemper. l. 4. l. 6. l. 12. l. 13. ff. de alim. leg. diariisq; legatis veſtiarium contineri negatur.

Cilicia in l. 17. §. quæ tabulæ. ff. de act. emp. Et apud Cic. 3. in Verrem, & Sueton. in Auguſto cap. 75. Aſconius Cilicia ita dici texta de pilis in caſtrorum vſum atq; nautarum. Cui & Seruius 3. Georgic. conſentit: Varronemq; retuliſſe ſcribit inde appellata Cilicia, quòd vſus eorum in Cilicia ortus eſſet.

CINCIA lex de donis & muneribus à M. Cincio lata, vt Cicero 2. de Oratore ſcribit, ſuadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato teſtatur apud eundem Cicero. in libro ſui nominis. Ea cauebatur, ne quis ob cauſam orandam donum munúſve acciperet. vnde & Muneralis lex appellata eſt auctore Feſto lib. 11. Ad eam Paul. librum ſingularem ſcripſerat, vt index Piſanus teſtatur, ex eoq; ſumpta eſt l. 28. ff. de legibus. Meminit eius Tacit. lib. 14. & 15. Arnob. lib. 2. aduerſ. gent.

CINGERE arbores deglabrare eſt. l. 5. & l. 7. §. ſiue autem. ff. arb. furt. cæſ. Ita ſiluam Cingere accipio, in l. 29. ff. loca Impp. dicunt Cingulo ſpoliari pro exauctorari: crebrò recentiores.

CIRCITORES quibus veſtiarij vel lintearij dant veſtem circumferendam & diſtrahendam. l. 5. ff. de inſtitor. Veget. etiam lib. 3. cap. 8. Circitores in re militari appellatos ſcribit, qui vigilias circumibant, & renunciabant, ſi qua emerſiſſet culpa.

Circulatores, qui ſerpentes circumferunt, & proponunt. l. vlt. ff. de extraord. crim. Vtitur hoc verbo & Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 11. & Aſin. Pollio in Epiſt. ad Cic. lib. 10. Epiſt. Lexicon Latinogræcum vertit ὀχλαγωγοὺς καὶ ἀγύρτας.

CIRCVS in l. 3. de operibus publ. Et inde Circenſes. l. 12. §. equitij. ff. de vſu & hab. l. 122. ff. de legat. lib. 1. l. 1. ff. de muneribus & honor. l. 8. §. 1. C. de repud. l. 10. C. de feriis. Circum autem à circuitu dictum, & Circenſes quaſi Circuenſes Caſſiodor. lib. 3. Variar. Epiſt. ad Fauſtum ſcribit.

CIRCVMDVCITVR cognitio, vel cauſa, cùm propter petitoris abſentiam, vel tãquam deſerta ex libris actorum deletur, & eximitur, cancellatur. l. 73. §. 1. ff. de iudic. l. 27. §. rectè. ff. de liber. cauſa. l. 6. C. quomodo & quan. iud. Sic acta circumduci in l. 45. ff. de re iud. dicuntur, id eſt, cancellari & conſcindi.

CIRCVMSCRIPTVS dicitur, qui fraude alterius decipitur. l. 17. ff. de dolo. l. 10. §. 1. & l. 17. & aliàs ſub tit. ff. de minoribus. l. 39. §. eſt & caſus. ff. de procurat. l. 7. §. 1. ff. de exceptionibus. Vnde circumſcriptionis actio in libris Rhetorum. Et circumſcriptiones adoleſcentiũ apud Ciceron. pro Cluent. & lib. 3. officior. Dicimus & Circumuenire eodem ſenſu. l. 17. §. pen. & l. 18. ff. de minoribus.

CISIARIVS, id eſt, Carrucarius, in l. 13. ff. loca. à Ciſio, vehiculi genere.

CISTERNÆ ſunt, quæ imbribus concipiuntur, nec viuam aquam habent. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. l. 14. in fin. ff. de alim. leg. Ciſterna aquæ & vini dicitur. l. 21. §. ſed ſi de naui. ff. de furt. pro loco effoſſo ad vini cuſtodiam.

CITARE, vt quidam benè admonuere, eſt per præconem vocare. l. 7. ff. de in integ. reſtit. l. 73. ff. de iudic. l. 10. ff. de public. iud. l. 20. ff. de teſtib. Liuius lib. 1. Patres in Curiam per præconem ad Tarquiniũ citari iuſſit. Valeri. Maximus lib. 2. cap. 4. Præco lecto nomine Salinatoris, citandum id ſibi eſſet néene, hæſitauit. Quintilian. lib. 6. cap. 5. In publicis certè iudiciis vox illa præconis præter patronos, ipſum, qui egerit, citat. Sueton. in Tiber. cap. 2. Citatum pro tribunali voce præconis conuitiatorem rapi iuſſit. Comprobatur & ex Plutarcho, qui quod Latini citare, hoc ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι dixit in Gracchi vita. Sed tamen & edicto citatus quis dicitur. l. 15. §. diuus. ff. de iure fiſc. l. 1. §. ſcientes. C. de adſert. tol. Citare libello apud Plaut. in Gurgulio.

CITRA, ſine, ſignificat. l. vlt. ff. de public. iud. l. 31. ff. pro ſoc. l. vlt. ff. de in diem ad. l. 1. §. 1. ff. de pigno. Quod licet vulgare ſit, interpretes in interpretatione l. tranſigere. C. de tranſactio. fefellit.

Citreæ menſæ. l. 21. §. quamuis. ff. de actio. emp. & apud Cicero. 6. Actio. in Verrem. Petron. Arbiter, *—Ecce Afris eruta terris Citrea menſa, greges ſeruorum aſtrumque renidens.*

CIVILE Ius, eſt ius proprium cuiuſque ciuitatis. l. 6. l. 9. ff. de iuſtit. & iur. Et vt Paul. ait, quod omnibus, aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt. l. penult. ff. de eod. tit. vel vt Cic. in Topic. æquitas conſtituta his qui eiuſdem ciuitatis ſunt ad ſuum obtinendum. Paulò plenius id definit Vlpian. in l. 6. ff. de iuſtit. & iu. Secundum quæ ius id quod Romana ciuitas ex legibus, ſenatuſconſultis, plebiſcitis, principum conſtitutionibus, Prætorum Ædiliumq; edictis, ac prudentium reſponſis vſa eſt, Ciuile appellatur. l. 7. & l. 9. ff. de iuſtit. & iur. §. ius autem. Inſtitut. de iur. natur. quaſi proprium ciuitatis Romanæ. l. 1. ff. de acquir. rer. do. Hoc tamen commune iuris Ciuilis nomen ſuum fecit ac proprium ea pars iuris, quæ ex prudentium interpretatione legibus adhibita conſtabat, quæque ſine ſcripto in ſola prudentium auctoritate conſiſtebat. l. 2. §. his legibus. & §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur. l. 74. ff. de hæred. inſtitut. Appellatum eſt etiam ius Ciuile Papirianum, quod à Sex. Papirio in ordinem compoſitum fuit. d. l. 2. in princ. de orig. iu. l. 144. ff. de verbor. ſignif. & apud Macrob. lib. 3. cap. 2. Notat & Aſcon. in 4. Verrin. Ius Ciuile à Cicero. pro priuato iure vſurpatum. Interdum Iuris ciuilis appellatione lex 12. Tab. demonſtratur, vt in l. 1. ff. de tuto. Inſtit. de vſucapio. in princ. l. vlt. de bon. eorum, qui ſibi ante ſent. coniuncta. l. 220. ff. de verb. ſig. l. 10. C. de iur. delib. Plerunque verò ius Ciuile à prætorio ſeparatur. Et ita videre eſt hæc

verba

verba Ciuili & Prætorio iure opponi.l.17.ff.de caſtr.pec.§. ſed iſtæ.inſtit.de actio. & Inſtit. de obligat.§.1.l.1.§.vlt.l.3.§.1.de conſtit.pec.l.23. ff.de teſtament.l.5.C.de pact. l.14.ff.de teſtibus.Ideoq; & Ciuiles actiones ex legitimis & ciuilibus cauſis deſcendētes accipimus ad differentiam earum, quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet. §. ſed iſtæ. Inſtit. de actio.l.vlt.ff.de conſtitut.pec. l.15.ff. de præſc. verb. & Ciuiles quoq; obligationes ab honorariis diſtinguimus, eaſq; ciuiles appellamus, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ ſunt.§.1.Inſtit.de obligat.l.5.de præſcript.verbis.

Ciuile negotium, id eſt, legitimū, & ex quo ciuilis actio oritur.l.1.ff.de æſtimat.

Ciuilis poſſeſſio, iuſta & legitima poſſeſſio, quæ opinione domini tenetur, & in iure conſiſtit, ad vſucapionemque proficit. l.2.§.1.ff. pro hærede.l.24.ff.de acq. poſſ. l.3.§. vlt.ff. ad exhib.l.10.C.de acq.poſſ. Quam qui habent, ciuiliter poſſidere dicūtur.l.7.in prin. ff. ad exhib.l.1.§.deiicitur.ff.de vi & vi arm.id eſt, ex iure ciuili, vt in l.38.§.hæc quoq; ſtipulatio.ff. de verb.obligat.

Ciuilia verba, quæ & legitima, & directa, & imperatiua appellantur.l.7.ff.de vulg. & pup. Vlpian. in Inſtitut.tit. de fideicommiſſ. Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur, id eſt, non directò & imperatiuis, ſed precariis & inflexis verbis.

Ciuile pro iuſto, æquo, legitimo, ordinario: ſic ſæpè ciuile eſſe aiunt noſtri, vel ex aduerſo inciuile quod inhoneſtum, illicitū, & iniquū, & contra iuris ordinem eſt.l.78.§.ſed ſi non ſit. ff.de iur.dot.l.83.§.ſacram.ff.de verb.oblig.l.1. §.1.ff.ſi vent.nom.mul.in poſſ.§. item maior. Inſtit.de excuſ.tut.l.24.ff.de legib.l.3.ff. de extraord.act.l.vlt.§.vlt.ff.quod met.cauſ. l.14.ff. de aliment.leg.l.12.C.de rei vend. Et ita Ciuiliter in l.9.ff.de ſeruit.id eſt temperamento adhibito ex æquo & bono.

Ciuiliter interdum eſt Ciuili iure, vt cùm dicimus Ciuiliter quem obligari.l.1.§. hæc actio.ff.ſi mēſ.falſ.mod.l.1.§.ſi quis ita.de verb. oblig.l.14.ff.de oblig.& actio.l. vlt.ff. rem pupilli ſal.fo.l.7.ff.de caſt.pec.

Ciuiliter acquiri dicuntur, quæ iuris miniſterio verbis ſine aliquo corporali facto acquiruntur.l.53.ff.de acq. rer. do. & eodem ſenſu etiam ciuiliter reſolui obligatio dicitur. l. penult.ff.de ſolutio.

Ciuiliter aliàs eſt, rectè, legitimè, & ex iuris Ciuilis regulis.l.28.§.ſi quis eo.in fi.ff.de lib.& poſt.l.2.in fi.ff.de acq. poſſeſſ.

Ciuiliter ſecundum iuris Ciuilis rationem. l.134.ff. de verb. ſig.

Ciuiliter interdum criminali perſecutioni opponitur.l.37.ff.de iniur.l.vlt.ff.de furt.l.28.§. qui ob inimicitias.ff.de pœn.

Ciuiliter agit, qui quod ſua priuatim intereſt, perſequitur. Criminaliter verò qui publicam vindictam criminis exequitur.

Ciuicum munus pro ciuili in l.4. de fabricenſibus lib.11.C.vbi tamen vulgò, nulli ſe ciui commanere obnoxium, pro, nulli ſe ciuico muneri obnoxium, legitur. Quod mendū præter ſcriptos codices ſatis prodit l. 6. de fabricenſibus in C.Th.

Clam poſſidere dicimus eum, qui furtiuè ingreſſus eſt poſſeſſionem eo ignorante, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat.l.6.ff.de acq.poſſeſſ. Origo enim nanciſcendæ poſſeſſionis exquiritur, quam qui celandi animo, & futuram controuerſiam metuens, ignorante eo, quem metuit, ingreſſus fuerit, clam nactus videtur. Hæres quoq; eius qui precariam poſſeſſionē tenebat, ſi in ea manſerit, clam poſſidet, auctore Paulo lib. 5.Sent.tit.vlt. Ita clam ab aliquo poſſidere accipimus in interdicto Vti poſſidetis.l.1.ff.vti poſſid.& l.4.ff.pro ſuo. Eodemq; modo clam ab aliquo aquam ducere in interdicto De aqua quotid.l.1.ff.de aq.quotid. Et clam vti in l. interdicto. de itinere actuq; priuato. In cuius interpretatione clam vti cum Vlpian. definit & qui ipſe prohibitus vtitur, vel qui prohibito eo, cui id ius vtendo conſeruabat, vtitur. l.3. in prin.& §.1.ff.de itin.actuq;. Sic & in l.22.ff. de acq.poſſeſſ.& l.10.ff.ſi ſer. vind. Sic denique Clandeſtinam poſſeſſionem interpretabimur in l.7.§.inter prędones.& §.Iulianus.ff.comm. diuid.l.40.§.vlt.de acq. poſſeſſ.

In interdicto Quod vi aut clam, Clam videtur facere, qui celauit aduerſarium, neque ei denunciauit. Si modò timuit eius controuerſiam, aut debuit timere.l.3.§.vlt.ff. quod vi aut clam. Clam etenim facit, qui exiſtimare debet ſibi controuerſiam futuram.l.4.ff. eod. tit. Aliàs Vlpia.definit, clam factum videri, quod quis cùm controuerſiam haberet, habiturúmve ſe putaret, fecit.l.73.§.vi factum.ff.de diuerſ. reg. iur.

Clavdia lex de tutelis fœminarum apud Vlpian.in Inſtit. tit.11. meminit.l.3.C. de legit. tutor.

Claudianum Senatuſconſultum, vnū memoratur de mulieribus, quæ ſe ſeruis iunxerant, de quo Vlpian.in Inſtit. tit.11. & Paul. lib. 4.Sent.tit.10. Et Iuſtin. & Rubr. de s.c. Claudian. toll.C.§.vlt. Inſtit. de ſucceſſi. bonor. Et Gratian.& Theod. in l.11. de murilegul. in C. Th.& in l.179. de decurionibus in eo. Cod. meminere. Alterum, de quæſtione familiæ in Rubr. de s.c.Silania.& Claudia. Aliud item de nuptiis quinquagenariorum. de quo Vlpia. in Inſtit.tit.16.

Clavsvlas Iureconſulti appellant edictorum, ſtipulationum, teſtamentorumque particulas.l.9.ff.de eden.l.3.ff.quod met.cauſ. l.6.ff.de inoff.teſt.l.6.l.13.l.17.l.19.ff.iud.ſol.l. 25.ff.de recept.qui arbitr.l.19.§.hoc edictum. ff.de teſtamen.tut.l.31.ff.de legat.lib.1.l.1.in princ. ff.de ſuſp.tutoribus.

Inde Clauſula de dolo malo.l.13.§.eum qui. ff.de acceptil.l.19.ff.rat.rem hab.l.6.ff.iud.ſol. Siue doli clauſula.l.119.ff.de verb.oblig.l.4.§. in ſtipulatione.ff.de doli excep.l.17.&l.19.ff. iud.ſol.l.22.in fi.ff.de re iud. Sic autem appellant Iureconſulti eam ſtipulationis partẽ, qua dolum malum abeſſe, afuturumq; eſſe, vel ſi quid dolo in ea re factum ſit, comprehẽditur, vel ita, Cui rei dolus malus aberit.l.4.&l.121. ff.de verb.oblig.l.18.ff.iud.ſol.l.36.§.1.& vlt. ff.de recep.qui arbitr.l.69.ff.de verb.ſignif.

Eodem modo, ob rem non defenſam clauſula dicitur, qua in iudicatum ſolui ſtipulatione re non defenſa quanti ea res erit, promittitur.l.3.§.vlt.&l.13.&l.17.ff.iud ſol.l.15.ff.de procuratorib.quæ & de re defendenda clauſula appellatur in l.6.ff.eo.tit. Sic & Clauſula ob rem iudicatam.l.13.&l.vlt.ff.iud.ſol.quę & de re iudicata vel rei iudicatæ clauſula appellatur.l.6.l.17.l.vlt.ff.eod.

Clavsvras vel Cluſuras Impp. appellant cuſtodias limitum, &c, vt Suidas interpretatur, ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων. Meminit l.2. §.in Sardinia.C.de off.præf.præt.Afr.l.4.C.de offic.mag.offic.l.vlt.C.de offic.mag.milit.cuius emendatio Iac. Cuiacio debetur, qui de hoc verbo loca quædam auctorũ notat.lib.3. Obſeruatio.cap.24. Quibus addam videri apud Luitprandum duobus locis hoc verbum corruptum. Sic enim lib.1.cap.2.legitur: Quibuſdam namque difficilimis ſeparata à nobis erat interpoſitionibus, quas Cluſas nominat vulgus. Et lib.5.cap.8. Præceperat enim rex clauſarum cuſtodibus, ne quempiam tranſire permitterent, niſi qui prius quis eſſet diligenti inueſtigatione inquirerent. Quibus in locis, ſecundum Suidæ interpretationem, cluſurarum rectius legeretur, niſi vitio temporũ corruptum fuiſſe hoc verbum dicamus.

Clavorvm veſtimentis conſutorum, quibus inter ſe veſtium partes committebantur atq; coniungebantur, meminit l.21.ff.de auro arg. Varro lib.8.de ling.Lat. Nam ſi quis tunicam in vſu ita conſuat, vt altera plagula ſit anguſtis clauis, altera latis, vtraque pars in ſuo genere caret analogia. Quintilian.lib.8. cap.5. Vt adfert lumen clauus purpuræ loco inſertus. Inde auro clauatæ veſtes apud Vopiſcum.

Clara perſona in libris noſtris intelligitur Senatoris vel vxoris eius.l.5.ff.de cur.fur. Clariſſimi ergo viri Senatores accipiendi ſunt, vel ſenatorio honore donati.l.18.ff.de iure fiſc.l.52.§.1.de iudic.l.100.ff.de verbor.ſignif. l.34.ff.de leg.lib.3.l.16.§.1.de his quæ vt indig.l.12.ff.de publ.iudic.l.1.ff.de rebus cor. Et Clariſſimæ fœminæ, quæ Senatoribus nuptæ. l.8.ff.de Senatoribus l.22.§.1.ff.ad municip.l. 10.C.de nupt. Proconſules etiam viri clariſſimi appellantur.l.1.C.ſi ex falſ. At in recentiorum Impp. conſtitutionibus Præſides prouinciarum, omnes Prætores, clariſſimorum virorum titulo honorantur.l.34.§.fi.&l.41.C. de epiſc.& cleric.l.vlt.C.de off.iud.l.2.de delatorib.lib.10.C.

Item magiſtri cenſus.l.vlt.C.de iu.emphyt. Et principes agentium in rebus.l.vlt.de decurionibus.lib.10.C.

Et ſilentiarij ſacri palatij.l.vlt.C.de excuſ.tut. Aduocati quoq; poſt depoſitum aduocationis officium Clariſſimi connumerantur.l.1.C.de aduoc.diuerſ.iud.

Sic Claram dignitatem interpretabimur in l. vlt.ff.quod met.cauſ.l.vn.C.de his qui potentior.nom.

Clientes liberi homines dicebantur, qui ſe ad potentioris alicuius ductum applicabant, vt eius patrocinio defenderentur. Fit de his mentio in l.3.ff.de vſu & habit.l.5.§.1.de his qui deiecer.l.3.§.ſed & quod.ff.de penu leg.l.89.ff.de furt.l.7.ff.de captiuis.l.3.C.de nouatio.

Clipevs in l.5.§.ſi id quod poſitum.ff.de his qui deiecer. imaginem pictam ſignificat. Eaque huius verbi ſignificatio à Cornelio Fronto, & à Soſipatre adnotata eſt. Cuius ego ex bonis auctoribus alia prompta exempla ſubieci. Tacit.in Domitian.cap.vlt. Scalas etiam inferri clipeoſque & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo adfigi iuberet. Plinius lib.35.capit.3. Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines. Vnde & nomen habuêre Clipeorum: non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit, à Cluendo. Origo plena virtutis, faciem reddi cuiuſque in ſcuto, qui vſus illo fuerat. Liuius lib.48. Et duodecim Clipea ærata ab Ædilibus curulibus P. Claudio & Ser. Sulpitio, Galbæ ſunt poſita. Trebellius Pollio in Claudio, Illi clipeus aureus, vel, vt Grammatici loquuntur, Clipeum aureum Senatus totius iudicio in Romana Curia collocatum eſt.

Clivvs Capitolinus.l.52.§.in cliuo.ff. ad l.Aquil.

Cliuos facere in l.20.§.1.ff.de ſeruit.vrb.

Cliuoſa via in l.2.§.deteriorem.ff.ne quid in loco pub.

Cloaca, locus eſt concauus, per quem colluuies defluit.l.1.ff.de cloac.

Iureconſulti cloacã ducere & cloacam immittere

mittere dicunt. l.1.§. hoc amplius.ff.de cloacis. & l.2.§.ſi quis cloacam.ff.ne quid in loco pub. l.7.ff.de ſeruitutibus. Liuius lib.5.ad fi. Ea cauſa eſt, vt veteres cloacæ primo per publicum ductæ, nunc priuata ſubeant tecta. Idem lib.1. Aquas cloacis è faſtigio in Tiberim ductis ſiccat. De cloacis autem vrbis Romæ videndus eſt Caſſiodor. lib. 3. Variar. epiſt. ad Argolicum.

Cloacarium tributum, quod cloacarũ purgandarum cauſa infertur. l.27.§. ſi quid cloacarij.ff.de vſufr.l.39.§.hæres.ff. de legat.1. Ad cloacarum autem purgationem damnatis ad pœnam, poſtquam diu pœna functi erãt, vſos veteres Traiani epiſtola ad Plinium lib.10. Epiſt. oſtendit.

COACTILIA, de quibus in l.27. de auro, argen. Lazar. Baifius noſtris pheltris fuiſſe nõ abſimilia putat. Et erãt certè ex lanis per ſe coactis & ſubcoactis facta veſtimenta vel tegmẽta. Quod ego nouo & nondum prolato teſtimonio comprobare poſſum. Sic enim in libello de Reb. bellic. ad Theodoſ. ſcriptũ eſt, cùm de Thoracomacho agit. Hoc enim veſtimenti genus quod de coactili ad menſuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris ſollicitudo ſolertiæ magiſtra compoſuit.

COALESCERE dicitur planta, arbor, cruſtáve agri, quæ in fundum radices immittit, & quaſi vnitatem cum terra facit. l.5.§. pen. ff. de rei vend. l.8.ff.de acq. rer. do. l.9.§. Alfenus. ff. de damn. infect. Concha etiam coaleſcere dicitur. l.19.§.pen. de auro, arg.

COCINATORIVM inſtrumentũ pro coquinario in l.19.§. ſi cui eſcarium. ff. de auro, argẽt. Et eodem ſenſu Cocitatoria vaſa in l. penult. ff. de penu leg.

CODICES, vt Varro lib.3. de vita Pop. Ro. apud Non. ſcribit, antiqui plures tabulas coniunctas dicebant. A quo in Tiberi naues codicarias appellabant. Seneca quoq; in lib. de breuitate vitæ, plurium tabularum caudicẽ apud veteres dictum ſcribit. Et inde tabulas codices dici. Sic tabulæ in pluribus codicibus ſcriptæ. l.3.§.ſi tabulæ.ff.de tab. exhib. Codices argẽtariorum & nummulariorum. l.9.§.penult. de eden. & l.88.ff.de ſolutio.

Codices membranei, vel chartacei, vel eborei, vel alterius materiæ. l.52.ff. de legat. lib.3. Hinc volumina Imperatoriarum conſtitutionum Codices appellati ſunt. Codices autem tres ante Iuſtinianeum fuiſſe memorantur, Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus, vt ſcribitur in l.vn. de Iuſtin. Cod. confir. & in Epiſt. de nouo Cod. fac. & ab Iſidor. lib. 5. Etymol. Gregoriani etiam codicis meminit B. Auguſti. lib.2. de Adulter. coniug. ad Pollent.

Codicilli cerati. l.52.ff. de legat. lib.3. Codicillos autem appellamus eam ſcripturam, qua quis vltimam ſuam voluntatem mandauit, nõ tantam ſolennitatem deſiderantem, quantam teſtamentum, quæ & à teſtato & ab inteſtato confici poteſt. Tit. de codicill. Inſtit. & de iure codicil. ff. Theophilus ſic definit, κωδίκελλός ἐστιν ἐλλιπτοῦς ἐν διαθήκῃ γνώμης τελευταίας ἀναπλήρωσις.

Codicilli confirmati in l.31.ff. de legat. lib.1. & l.39. & 41.§. codicillis. ff. de legat. lib.3. id eſt, teſtamento confirmati. l.43.ff. de man. teſtam. l.18.ff. de annu. leg. in hunc modum, *codicillos, quos poſtea fecero, valere volo.* l.6.§. licet. & l.8.§. vlt.ff. de iure cod. Vel ita, *ſi quos codicillos reliquero, valere volo.* l.vlt.ff. de fideicom. libert. vel ſic, *ſi quid tabulis alioue quo genere ad hoc teſtamentum pertinens reliquero, valere volo.* l.18.ff. de iure codicill. Et ita Codicillos ad teſtamẽtum factos interpretor in l.8.§. hæc oratio. ff. de trãſactio. & l.5.§. qui principale. ff. de his quæ vt indig. & Codicillos ad teſtamentum pertinentes. l.1.C. de codicill.

Codicilli diplomatis & literis, quibus honores mandantur. l.41.ff. de excuſ. tut. l.1.C. vt omnes iud. l.12.C. de dignitatib. lib.1. & apud Sueton. in Claud. cap.29.

COEMPTIO, ſolennis matrimoniorum contrahendorum ritus erat, cuius Cicero lib.1. de Orator. & in oration. pro Flacco & pro Murena meminit, & Seruius in 2. Georgic. & in 8. Æneid. & Iſidor. lib.5. capit.24. Boëtius in Topica, Coëmptio, ait, certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coëmendo (ſic enim lego) inuicem interrogabant: vir ita, an ſibi mulier materfam. eſſe vellet: illa reſpondebat velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfam. eſſe vellet: ille reſpondebat velle: itaque mulier viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem. Et erat mulier materfam. viro loco filiæ. Quamobrem & ſuorum hæredum loco habebatur, vt Vlpian. in Inſtitut. tit.22. tradit, & in ius, manum, poteſtatemq; viri cum capite fortunas ſuas transferebat, vt Cicero in Topicis oſtendit. Coëmptor verò apud Vlpian. in Inſtitut. tit.11. fiduciarius pater dicitur: quoniam cum patre naturali vna emit.

Cœpiſſe opus dicitur, qui fundamenta iecit, vel locum purgauit. l.1.§. cœpiſſe. ff. de pollicitatio.

COERCERE, vel pecuniaria multa, vel corporali animaduerſione, vel pignoribus captis, Iureconſulti dicunt. l.4.§.1. de damn. inf. l.2.ff. de in ius voc. Itaq; tam pecuniariam quàm in corpus inflictam coërcitionem vocant. l.2. in fi.ff. de public. iudic. l.70.ff. de diuerſ. reg. l.6. in fin.ff. de pœn.

Vnde Coërcitio capitalis l.200.ff.de verb. ſignif. Modica coërcitio.l.vlt.ff.de off. eius cui mād.eſt iuriſd. Leuis Coërcitio.l.7.§.præterea. &l.11.§.quanquam.ff.de iniur.

Coërcere aquam in interdicto De fonte, eſt cōtinere ſic, ne defluat, vel dilabatur, dummodò nouæ venæ non aperiantur.l.1.§.pen.ff. de fonte.

Coërcere arbores, ramos ſtringere eſt.l.1.§. deinde.& §.vlt.ff.de arboribus cæd.

COENACVLVM, pars ſuperior domus, ad quam ſcalis aſcendebatur, ab eo quòd illic veteres cœnarent, vt Varro & Feſtus ſcribunt, Meminit l.3.§.vlt.ff.de off. præf.vr.l.1.§. ſi filiusfam.& §. ſi plures.& l.5.ff.de his, qui deiecer.l.25.§. ſi vicino.l.27.l.30. ff. loca.l.7. ff. de inſtru.vel inſtrum.l.43.§.1.ff.de damn.infect. l.27.ff.de donation.l.3.§.ſed ſi ſuprà.ff. vti poſſidetis.

Inde Cœnacularius in l.11.§.pen.ff. de pignor.act.qui in Cœnaculo habitat. Et Cœnaculariam exercere in l.5.§.ſed ſi quis.ff. de his qui deiecer.

COGNATIO generale nomē eſt, & omne vinculum ſignificat, quod vel naturaliter ex iure ſanguinis, vel adoptione contingit. Cognati autem ab eo dicti ſunt, quaſi vna & cōmuniter nati, vel ab eodem orti progenitive, & qui commune naſcendi initium habuerunt.l.1.ff.vnde cogn.l.4.§.1.ff. de gradib.& adf.

Cognatio in duo genera diuiditur, in Naturalem & Ciuilem.l.17.§.1.ff.de adoption. Illam ſpecialiter cognationem, hanc agnationem appellamus. Cognatio autem ſpecialiter eſt naturalis per fœminas coniunctio. Specialiter etiam Cognati dicuntur, qui per fœminas coniunguntur.l.vlt.§.1.ff. de gradib. Proinde inter agnationem & cognationem hoc intereſſe traditur, quod inter genus & ſpeciem, cùm illa per virilis tantùm ſexus perſonas, hæc ex quacunque naturali coniunctione contingat.l.penult.ff.vnde legit. Ex eo cognationes legitimæ, quæ agnatorum ius habent.l.12.§.vlt.ff. de ritu nupt. Et hæc cognatio ciuilis naturali coniuncta eſt. Ciuilis verò per ſe ſine naturali cognatione, quæ & legitima, vt Modeſtinus ait, appellatur, per adoptionem conſtituitur.l.4.§.1.ff. de gradibus & adf. Quibus enim agnaſcitur in adoptionem datus, his & cognatus fit.l.1.§.cognationem.ff. vnde cognat.l.4.§. penult. de gradibus.

Cognatio etiam inter vulgò quæſitos & inter ſeruos naturales conſiſtit.l.14.§.1.ff. de ritu nupt.l.1.ff.vnde cogn. titul. de ſeruil. cognat. Inſtitution. Porrò ſi quis cognationi leget, idem eſt atque ſi cognatis leget.l.19.ff. de rebus dub.

COGNOSCERE, ſimpliciter de cauſa aliqua quærere & cognoſcere ſignificat. Sueton. in Claudio, Cognoſcens quondam in Augusti foro victuſq; nidore prandij, quod in maxima æde Martis Saliis apparabatur, deſerto tribunali aſcendit ad Sacerdotes. Sic & in l.1.ff. de conſtitut. princ. Sic iudex cognoſcere ex actione dicitur.l.4.§.1.ff. quod certo loco, & cognoſcere ex interdicto. l.2. C.de interdict. Vt audire ex interdicto in l.1.§. initio.ff.de off. præf. vrb. & iudicare ex locato in l.25.§. culpæ.ff. loca. Et cognoſcere tutelæ pro ex actione tutelæ cognoſcere.l.2.ff.vbi pupill. educ. Inde Cognitor pro quæſitore in l.1.§. calumniatoribus.ff. de Turpillian. Prudentius in Roma. Hic tum cognitor pronunciauit, Claudatur infans carcere. Cuius verbi eſt & alia in veterum libris ſignificatio. Etenim ſic Aſconio in Diuinatio. auctore appellabatur, qui præſentis cauſam vt ſuam tuebatur. Et, vt Feſt. lib.3. ſcribit, qui alterius litem coram ab eo datus ſuſcipiebat. Quod & Anianus in interpretatione titul. de cognit.& procurat. in C. Theod. benè ſenſit. Et hinc à procuratore cognitorem ſeparat. Paul. lib.1. Sentent.tit.2.lib.5.tit.27.& Quintilian. Declamat.361.

Cognitiones in l.1.ff. de off. adſeſſ.l.4.ff. de off.eius cui mand.l.1.§.per hunc.ff.de rei vend. l.3.§.Iulianus.ff.de lib.exhib.l.3.§.Pomponius. l.14.§.interdum.ff.de minorib.l.27.§. hæc autem.ff.de procurat. Vnde extraordinariæ cognitiones in tit. de extraord. cognit. ff. l.14.§. interdum. Vbi ſcilicet Prætor ipſe notionem adhibet. Et cognitio prætoria in l.13.§. vlt. de minoribus.l.1.§.ff.de rei vend.

Cauſa cognita, hoc ſignificat re cognita, examinata, & ex vtraque parte audita, & vocatis his, quorum intereſt. Nam cauſæ cognitio tunc interuenit, cùm de negocio præſente vtraque parte & audita, vocatáve diſceptatur. l.13.§.1.ff. de minoribus. l. vlt. C. de legibus l.9.§.vbi decretum.de off. præſid.l.73.ff. de diuerſ. reg. iur. l.vn. C. ſi aduerſ. dot. Vnde in l.3. C. de quæſt. cùm cognitionaliter audiſſet, id eſt, vtraque parte præſente & audita cognouiſſet. l. vltim. §. illud. C. de tempor. appellat.

Vbicunq; autē cauſæ cognitio eſt, ibi Prętor, ibi tribunal deſideratur.l.2.§.dies.ff.quis ordo in bo.poſſ.l.106.ff.de diuerſ.reg.l.3.§. ſi cauſa.ff. de bon.poſſ. Nam, vt Impp. aiūt cognitio cauſę non interpellatione planaria, ſed conſidente magis iudice colligitur.l.4.C.de dilatio. Illud etiā obſeruare poſſumus, in his quæ cauſa cognita fiunt, ſemper Prætorē interuenire. l.8.§. vult igitur.ff.de trāſactio.l.3.ff.de reſt. in integ. l.13.§.1.l.44.& l.45.de minor.l.22. in fi.ff. de re iud.l.2.§.ſed ſi dubitetur.l.28.§. ſed & ſi dies.ff. de iudic.

de iudic.l.9.§.vlt.de arbitr.l.15.ff.de bon.auct.iud.l.27.§ hæc autem ff.de procuratorib.Cognoſcere inſtrumenta eſt relegere, recognoſcere.l.56.ff.de verbor.ſignif. quæ vt ex inſcriptione apparet, pertinet ad quæſtionem l. 15. ff.de reb.auct.iud.

Cognitam ſtupro dixit Papinian.in l.14.ff. de his quæ vt indign. eam, cum qua ſtuprum factum eſt. Catullus verò Epigr. 56. Vnis ſenibus cognitas fœminas vocat,quæ vnum expertæ virum fuerant.

Cohortales appellantur,qui cohortibus adſcripti ſunt. l.3.C.de hæred. decur. l.13. C.de offic.rector.prouinc.Cohortalis conditio in ea.l.vt & in l.2.C.de ad.diuerſ.iudicum. Cohortalium corpus.l.2.de defenſorib. ciuit. ταξεώτας Iuſtinia.in Nouell.vocat.

Coire ſocietatem paſſim in titu.pro ſoc. & l.1.in prin.ff.ad l.Corn.de falſ.Coire negotiationem in l.52.§.quidam.ff.pro ſoc.

Coire in aliam litem dicuntur,qui de emolumento litis communicando paciſcũtur, ſic, vt quidquid ex condemnatione in rem vnius redactum fuerit,inter eos communicetur.l.6. ff.ad l.Iuliam de vi pub.Plin. lib.5.ad Valeria. Queſtus eſt venire aduocationes, venire etiã præuaricationes,in lites coiri.

Coire in accuſationem innocentum.l. vlt. ff.de concuſſio. Coire aduerſus aliquem pro conſpirare.l.1.ff.nautæ,caupo.

Coire in matrimonium, id eſt, conuenire, in l.31.ff.de conditio.& dem.

Collectarivs in l. 16. C. ſi cert. pet. Suid. ἀργυραμοιβὸν interpretatur, καὶ τραπεζίτην, καὶ ἀργυροπράτην ἤτοι κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενον.

Collegæ primùm dicuntur magiſtratus,qui eiuſdẽ ſunt poteſtatis.l.173 ff. de verb. ſign.ab eo, quòd vnà lecti ſint, vt Varro lib. 5. de lingua Lat.ſcribit. Sed & cõtutores concuratoresve Collegæ appellantur.l.14.& l.46.§. cum teſtamento.ff.de adm.tut.l.2.C.eo.tit.l.5. ff.de ſuſpect.tutorib.l.3.C.de probatio. l. 7. ff. rem pup.ſal.fo.l.4. C. de magiſtrat. conueniend. Et qui eadem legatione funguntur. l. 2. C.de legationib.lib. 10. Quinimò & cohæredes collegæ dicuntur. l. 101. ff. de ſolutio. nec non hi quoq; qui ex eodem collegio ſunt.l.41. §.vlt.& l.42.& l.vlt.ff.de excuſ. tut.l. vlt. C. de hæred.decur. qui ab Imp.collegiati appellantur.l.pen.C.de commerc. in l.vn.de collegiat. lib.11.C.l.9.C.de ſacr.eccl.Quibus tamen poſtremis duobus in locis propriam quandam ſignificationem hoc verbum habet:quam Iſidorum aſſecutum eſſe præſtare non auſim, qui lib.9.Etymol.cap.4. Collegiatos idcirco dictos ait,quod eorum collegio cuſtodiiſque deputarentur,qui facinus aliquod commiſerant:fuiſſeq; hoc ſordidiſſimum genus hominum patre incerto progenitum.Et ideò maximis oneribus in municipiis ſubiiciebantur, vt ex multis Theod.C.locis liquet.

Collegivm tres faciunt.l.85.ff. de verbor.ſignif. Collegia autem vel licita ſunt,vel illicita. Licita collegia,quib. coëundi ius, quæ vel legibus,vel ſenatuſconſultis, vel principalibus conſtitutionibus comprobata ſunt, veluti fabrorum, piſtorum, nauiculariorum,publicanorum,& aliorum id genus.l. 1. & l. 3.ff. de colleg.l.1.ff.quod cuiusq; vniuerſit.l. vlt.de excuſ.tut.l.19.C.de pœn.Illicita verò,quæ ſine legis, ſenatus, principis ve auctoritate conſtituta ſunt.l.1.in fin.de offi.præf.vrb. Vide quæ de hac re lib.1.Select.Antiq.dixi.

Collegatarii ſunt, quibus coniunctim legatum eſt.l.10.ff.de vſufr.adcr.l.34.§.ſi duob.de leg.lib.1.§.ſi eadem res. Inſtit. de leg.

Collactanevs,qui ſimul mammam ſuxit.l.13.ff.de man.vind.§.iuſtæ autem.Inſtit. quib.ex cauſ.manumitt. non lic.l.30.§. Titia. ff.de adim.leg.quæ & eum Græcè σύντροφον vocat,vt & Theophil.in d.§.iuſtæ.

Collibertvs vel conlibertus in l.77. §.volo.de leg.lib.2.l.vlt.ff.vt legat. nom.cau.l. 38.§.quindecim.de legat.lib.3. Sicut Compatronus in l.1.§.aduerſus.ff.ſi quid in frau.par. l.3.§. ſi duo.& l.5.§. pen. ff. de legit. tuto. Eiuſdem figuræ ſunt, quæ infrà exponemus, contutor, cõcurator, conſeruus, conſocer,confideiuſſor.

Collocare nominibus, vel in nomina,& collocare ſimpliciter pecuniam Iurecõſulti dicunt.l.13.§.1.l.16.& l.58.§. penult.ff.de adm. tut. l. 43.ff. mandati. l. 26.§.1.ff.quando dies leg.ced.l.88.ff.ad l.Falcid.l.33.ff. de vſur. l.64.& l.86.de leg.3.l.24.ff.de vſufr. leg. & apud Paul.lib.2.Sentent.tit.3.Sic Cic.lib.3. Offi. Sed de toto,ait,hoc genere collocandarum pecuniarum melius viri boni &c. Traianus Plinio libr. 10. Epiſtol. Non aliud remedium diſpicio , quàm vt quantitas vſurarum minuatur, quo facilius pecuniæ publicæ collocentur.

Collvdere dicuntur, qui luſoriè non ex animo cauſam agunt & tranſlatitiè munere accuſandi defunguntur,aduerſariumq; vincere dolo patiuntur, ei ſponte lite cedentes. l. 7.§.ſi dolo.ff.de dolo.l.50.§.1.& §. pen.ff. de legat.libr.1.l.3.ff. ad leg.Iul. de adult.l.1.§.præuaricatorẽ. ff.ad Turpillia.l.27.C. de lib. cau. Colludere etiam ex aliis cauſis dicimus. l. 19. ff. loca. Inde Colluſio tit. de colluſio. deteg. ff.l. 29.ff. de inoffic. teſt.l. 6. §. non ſimpliciter. ff. ſi quis omiſſa cau. teſt.l.19.ff. ſi ſeruit. vindic. l. penult.ff. de minoribus.l. 19.§.vlt.ff. de adulter.

Colonvs prædii ruſtici conductorem ſignificat. Vt enim ædium inquilinus, ita a-

grorum colonus dicitur.l. 37. ff. de acq. poſſeſſ. l. 13. §. ſi venditor. de actio.empt. l.vlt.ff. de vi & vi arm.l. 31. §.ſi ſeruus.de vſucapion.l. 14.§.1. ff. de religioſ. Hinc COLONIA prædium dicitur, quod ſub colono poſſidetur.l. 24.§.colonus.ff.loca.l.20.§.prædia. ff.de inſtr. vel inſtru.leg.

Coloni autem quidam partiarii vocantur, qui fructus cum domino diuidunt, ad differentiam eorum qui nummis colunt, quiq; ad pecuniam numeratam conduxerunt.l. 25.§. vis maior.ff.loca.l.26.ff.de furt. Interdum autem Coloni conductores prædiorum ad fiſcum pertinentium accipiuntur.l. 8.C.de excuſ.tut.qui & Coloni Cæſaris in l.vlt.ff.de off. proc.Cæſ.l. penult.§. colonos. ff. de iure immunit. Et Coloni prædiorum fiſci. l. vlt. §.1.ff. ad municip. Coloni etiam qui in colonias deducti dicebantur. Vnde Colonus à municipe, coloni à municipiò ſeparatur.l. 17. §. error. l. 27. §. 1. ff. ad municipal. & apud Paul. libr.4. Sentent. titu.6.& in l. Mamilia. Ita Coloniam accipe in l.1.& l.vlt.ff.de cenſib.

COLOR prætextum & titulum ſignificat. l.2.ff.de inoffi.teſt.§. 1.inſtit. eo.l.49. ff. de donat.int.vir.l.7.§. 1.ff.ad Macedonia.

COMITES in Pandectis appellantur qui proconſules, præſides, procuratorésve in prouincias euntes comitabantur, & in officio eorum erant.l. 16.ff.de offic.præſid.l.41. ff. de excuſ.tut.l.4. ff.de offic.adſeſſ.l.19.§. vlt. ff. loca.l.6.§.ſi quos comitum.ff.de pœn.l.5.ff.de l. Iul.rep.l.§.1.ſed & ſi comites.ff.de extr.cognit. In his enumerat Cicer.Orat.4.in Verr.præfectos, ſcribas, medicos, accenſos, haruſpices, præcones. Sueto. in Tiber. Namque priuignum Caium Orienti præpoſitum cum viſendi gratia traieciſſet Samum, alieniorem ſibi ſenſit, ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris eius. Seneca libr. 2. Declamatio. Syriacus contra Maximum Stertinium à quo premebatur, cùm comes eius fuiſſet, dixit: Per annos 15 in officio tuo fui. Sic & apud Cicero. libr. 5.Epiſt.ad Attic. Adhuc ſumptus nec in me aut publicè, aut priuatim, nec in quenquam comitum factus Sueto.in Iulio cap.42. Sanxit, ne quis ſenatoris filius, niſi contubernalis, aut comes magiſtratus, peregrè proficiſceretur.

Comitum in conſtitutionibus Impp. recentiorum varia, pro adminiſtrationum varietate, nomina inueniuntur, veluti Comes rerum priuatarum.l.3. de bon.vacantibus lib. 10.C.l.vlt. de petit. bon.l.64. de decurionibus lib.10.C.l.vlt.C.de adſeſſorib.l.6. C. vbi cauſa fiſcal.l.1.C.de aduoc.diuerſ.iudiciorum.Nou. 7.Valentinia. Hic patrimonium principis & res eius priuatas curabat, vacantiaq; bona occupabat: & vt Caſſiodor. in formula Comitiuæ rerum priuatarum ſcribit, per rationalium curam priuatam principum gubernabat ſubſtantiam. Sub huius enim diſpoſitione erant Rationales, procuratores, & præpoſiti rerum priuatarum per prouincias conſtituti. Item baſtaga priuata: præpoſiti quoque gregum, ſtabulorum, & ſaltuum. Decorobatur autem titulo Illuſtris Viri.

Comes domorum principis.l.vlt. Cod.vbi cauſa fiſcal.l.vn.C.vt omnes iud.l.5.C.ad leg. Iul. repet. Comites largitionum priuatarum ſiue ſacrarum in partibus tam orientis quàm occidentis habebantur. Meminit eorum Iuſtinia.in Epiſt. de nouo Cod.confirm.§.1.l.1. C.de quæſtorib.l.3.C. de palatin.ſacr. largit.l. vn.C.de auri publ.penſ.lib.10.Sub horum autem diſpoſitione erant comites largitionum per prouincias conſtituti: item comites commerciorum, metallorum, veſtiariorum. Comites quoque & Rationales ſummarum per prouincias ſparſi, nec non procuratores baphiorum, gynæceorum, monetarum, linificiorum, baſtagarũ, præpoſitiq; theſaurorum, & argentariorum.

Comes ſacri patrimonii Oriẽtis vir ſpectabilis.l.vn.C.de offi. com.ſac.pal.

Comes ſacri palatii.l.vn.C.de ſac.pal.

Comes militum.l.1.C.de offi. vic. qui militaris dicitur in l.6.C.de adſeſſorib.tit.ne rei milit.comit.Cod.Comites autem rei militaris in partibus Orientis duo erant, per Ægyptum vnus, per Iſauriam alter.

Comites per prouincias cõſtituti.l.3.C.de offi. præſid. quales erant comites Illyrici, Hiſpaniarum, Tingitaniæ, Britanniæ, Italiæ, Argentoratenſis, littoris Saxonici. Et Comes Orientis qui v.c.& s.p.vocatur.l.3. C. de aduoc. diuerſ.iudic.l.3.C. de cano.largit.tit.libr.10.l. vn.de claſſic.lib.11.l.29.& l.32. C. de appellat. l.2.in fi.de aduoc.diuerſ.iud.l.vlt. C.de modo mul. Cui ſuberant Palæſtina vtraque, Phœnicia, Syria vtraque, Cilicia vtraque, Cyprus, Oſrhoëna, Meſopotamia, Iſauria, Arabia: itẽ comes Africæ apud Auguſtin. epiſt. 70.& in Notitia Occidentis, ſub cuius diſpoſitione erant præpoſiti limitum oræ Africanæ. Comites etiam tres ſunt Iuſtinianei, Pacatianę videlicet Phrygiæ, Galatiæ primæ, & Iſauriæ, Nouel. Conſtit.8.& Nouel.24. & Nou. 27. Idem Iuſtinianus comitem Armeniæ ſuſtulit. l. vlt. C.de offi.magiſt.milit.

Comes cõmerciorum.l.1. de anno. & cap. C.l. 2. C. quæ res vendi non poſſ.l.vltim.C.de commerc.

Comes ſacri conſiſtorii v.s.p. §.1. de nouo Cod. fac.l. 4. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Vnde comites conſiſtoriani. l. 13.de excuſ.mun.lib. 10.C.Rubr.de comitibus conſiſtorian.lib.10. C.Meminit l.vlt.de diſcuſſorib.eodem tit. Vnde &

de &

de & Comitiua conſiſtoriana in l.25. Cod.de procur. & in l.8.C.de aduoc.diuerſ.iudicior.

Comes domeſticorum vir illuſtris.l.6.C. de aduoc.diuerſ. iud.l.64.de decurionib.libr. 10.l.vn.qui à præbitio. tiro.in C.Theod.& apud Auguſtin. Epiſt.60. Comites autem domeſticorum duos Notitia ponit equitum & peditum. His ſuberant domeſtici equites ac pedites & deputati eorum. Vnde Comitiua domeſticorum apud Caſſiodor. libr.2. Variar. epiſt. ad Symmachum & ad Senatum vrbis Romæ.

Comes ſcholarũ.l.3.C.de offi. magiſt.offi.

Comes horreorum.l.vlt.de piſtorib.lib.11. Codic.

Comes ſacræ veſtis.l.vn. qui à præbitio.tiro.in C.Theod. qui Comes veſtiarii in Notitia appellatur.

Comes ſtabuli ſacri.l.vn. de comitib.& tribu.ſchol.lib.12.C.l.29.de annon.in C.Th.l.3.de collatio. equor.l.1.qui à præbitio. tiro.in eo. C. Aimonus monachus lib.de geſt. Francor.3.cap.43.Theſaurarius Claudouei, à Cupanio ſtabuli Comite de Biturico retractus. Vnde Conneſtabilem noſtrum originem duxiſſe quidam non abs re credunt. Sic enim idem auctor eiuſdem libri cap.70. Lendegiſilus regalium præpoſitus equorum, quẽ vulgò Conneſtabilem vocant. Rhegino monachus lib.2. Annalium: Eodem anno, inquit, Burchardum Comitem ſtabuli ſui (quod corruptè Conſtabulum appellamus) cum claſſe miſit in Corſicam. Fuiſſe autem eam dignitatem in precio Ammianus Marcell. exiſtimandi copiam præbet, qui Valentinianum Imp. eam dignitatem in fratrem Valentem contuliſſe refert. ſic enim lib.26.de eo loquens ſcribit, Nicomediam itineribus citis ingreſſus Kalendis Martiis Valentem fratrem ſtabulo ſuo cum tribunatus dignitate præfecit.

Comes fœderatorum apud Zonar.Tomo 3.Annal.in Tiber.

Comes excubitorum apud eundem in Iuſtino Curopat.

Comites Archiatrorum.l. vn.qui à præbitio.tiro.in C.Theod.de quorum dignitate videndus eſt Caſſiodor.lib.6. Variar.in formula Comitiuæ Archiatrorum. Et Comites diſpoſitionum in d.l.vn.

Comites ærarii.l.vlt.de ſuſceptorib.libr.10. C.l.vn.qui à præbitio.tiro.in C.Th.

Legimus & in Notitia, Comites metallorum, Comites auri, Comites formarum, Comites riparum, & aluei Tiberis, Comites portuum. Quorum etiam apud Caſſiodor. lib.7. Variar.fit mentio.

Comitum dignitas Comitiua appellatur. l. vltim. de diſcuſſoribus libr. 10. C.l.47. de decurionibus eodem.

Aliaq; primi ordinis, alia ſecundi Comitiua conſtituitur.l.vlt.de profeſſorib.& medic. lib.10.C.l.1.de aduoc.diuerſ.iudicum.

Comitatẽſes milites.l.vlt.§. pro limitaneis. C.de offi.præf.præto.Afr. qui comitatui conceſſi ſunt, vt ait l.13.de re milit.lib.12.C.

COMITER conſeruare maieſtatem hoc fœderibus comprehendi ſolebat, vt intelligeretur eum populum ſuperiorẽ eſſe, cuius maieſtas comiter ſeruari iubebatur.l.7.ff. de captiu.Cic.in Orat.pro Corn.Balbo.

COMMEATVS, vt Feſt. lib.3.interpretatur, tẽpus ſignificat, quo quis ire & redire poſſit.l.1.& l.3.§.qui ad diem.& l.14.ff.de re milit. l.2.§.vlt.ff.ad municip.Cic.lib.1.Rhet.ad Herenn. Vt ille qui ad diem Commeatus non venit, quod eum aquæ intercluſiſſent. Quintil.lib.7.cap.4. Vt cùm miles ad commeatus diem non adfuit.

Sic Commeatum petere & accipere, id eſt, abeundi licentiam ſpaciumque ad commeatum & remeatum. Velleius Paterc. Vt cum commeatu petito Romam veniſſet, conſul fieret. Sueton.in Claud.cap.23. Commeatus à Senatu peti ſolitos beneficii ſui fecit. Idem in Tiber.cap.10. Tunc autem honorum ſatietatem prætendẽs commeatum petiit. Sic Commeatu accepto, interpretabimur in l.34.ff. ex quib.cauſ.maior.& apud Plin. lib.3. Epiſt. ad Macrin. Et liberum commeatum datum Senatoribus vbicunque voluerint morãdi arbitrium in l.22.§.pen.ff.ad municip. Commeatus autẽ dandi formula talis appellatur apud Caſſiodor.lib.7.Variar.

Commeatus pro ſpacio ad eundum & agẽdum in via publica in l.2.§.hoc interdictũ.& §.deinde.ff.ne quid in loco pub. Commeatus & remeatus.l.4.ff.de pœn.

COMMENDARE nihil eſſe aliud, quàm deponere Papinia.lib.9.Quæſtio.& Vlpianus lib.30.ad Edict.interpretantur.l.24.ff. depoſ. l.186.ff.de verb. ſignif. Et ita accipitur in l.26. ff.depoſ.

Ex verbo Commendo, teſtamento vel codicillis fideicommiſſa libertas relicta non videtur.l.12.C.de fideic.libert.

Commendare corpus pro temporis cauſa deponere, donec iuſtæ ſepulturæ corpus tradatur, & quaſi æternæ ſedi detur, videtur dictum ab Vlpian.in l.14.§.impenſa.ff. de religioſ.coniuncta l.40.eod.tit. Sic in inſcriptio. antiqua. oppreſſus neceſſitate corpora eorum fictili Sarcophago commendauerim, donec is locus quem emeram ædificaretur.

Commendaticiæ literæ. l. penultim.ff. de acquir. rer. domi. Macrob. libr.2.capit.4.de Auguſto. Nomenculatori ſuo, de cuius obliuione querebatur, dicenti, Numquid ad forum mandas? Accipe, inquit, Commendati-

cias: quia illic neminem noſti.

COMMENTARIENSES appellãtur carcerum præfecti, ab eo opinor, quòd in commentarios, eorum qui carcere concluderentur nomina referrent. l. 9. ff. de cuſtod. reo. l. 4. & vlt. C. eod. tit. l. penul. C. de bon. damnat. Et apud Iulium Firmic. lib. 3. Matheſ. c. 6. Commentarienſes etiam appellãtur, quorum manu acta ſubnotantur, quoties apud fiſcum agitur. l. 45. §. quoties. ff. de iure fiſc. Erant & olim in legionibus Commentarienſes, vt ex notitia apparet: de quibus l. 1. C. ad leg. Iul. de amb. accipienda eſt.

COMMERCIVM Latini auctores vocant mutuam illam rerum cõmunicationem, quæ per contractus conuentionéſque explicatur. l. 5. ff. de iuſtit. & iur. l. 24. §. 1. de minorib. l. 6. ff. de captiu.

Commercium earum rerum non eſſe dicitur, quæ vſibus hominum dominioq; ſubiici, & in obligationem deduci alienariq; & acquiri non poſſunt. l. 34. §. vlt. de leg. lib. 1. l. 6. & l. 34. §. omnium. ff. de contr. empti. & l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. l. vlt. ff. de act. empt. quod ex l. 83. §. ſacram. de verb. oblig. & ex §. 1. Inſtit. de inutil. ſtip. colligi poteſt, vbi Theophil. κομμέρκιον, ait, ἐστὶν ἡ τοῦ δύνασθαι πιπράσκειν ἢ ἀγοράζειν ἐξουσία.

Commercium non habere alicuius rei dicitur qui eius habendæ capax non eſt. l. 34. ff. de verb. oblig. d. §. 1. de inuti. ſtip. cui poſſidendi ius non eſt. l. 40. ff. de leg. lib. 1. l. 49. §. pen. de leg. libr. 3. Vlpian. in Inſtitut. tit. 19. Commercium interpretatur emendi vendendiq; inuicem ius. Commercio redempta, id eſt, precio data hoſtib. vendentibus, & iure commercii, vt l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 15. l. 16. l. 17. C. de poſtlim. reuerſ. l. 6. ff. eo. tit.

COMMITTERE in legem, teſtamentum, ſtipulationem dicuntur, qui aduerſus legem, teſtamentum, ſtipulationem quid faciunt. l. 9. §. illud. ff. de liber. leg.

Veteres etiam lege committere dicebant. Quintilia. lib. 7. c. 1. Lege de ſicariis commiſit Varenus. Varro lib. 2. cap. 1. Ne ſi in ſcriptum pecus lege Cenſoria committant.

Committere in legem venditionis. l. vlt. ff. de lege commiſſ.

Committere in actionem pro ſocio. l. 65. §. Labeo autem. ff. pro ſoc.

Committere etiam ſtipulationem & edictum dicitur qui ei locum facit. Sic in l. 3. §. ſi quis ex liberis. l. 8. §. in adoptionem. & l. 10. §. exhæredati. ff. de bon. poſſeſ. contr. tab. & l. 126. ff. de leg. lib. 1. l. 95. ff. de ſolutionib. & pœnam committere. l. 37. ff. de recept. qui arb.

Sic committi ſtipulatio dicitur, cuius conditio exiſtit, & pœna committi, cùm in eam incurritur: paſſim in tit. de verbor. obligation. & tit. de recept. qui arbitr. & cõmitti lex venditionis. l. 4. §. eleganter. ff. de lege commiſſ. l. 38. ff. de minorib.

Committi etiam dicuntur merces, prædia & alia, quæ in publicum cadunt. l. 14. ff. de negot. geſt. l. 17. §. mulier. ff. ad Velleia. l. 61. §. vlt. ff. loca. l. 2. C. ſi ſeruus export. Inde cõmiſſum vectigalis. l. 9. §. vlt. ff. de minorib. & l. 1. & 2. ff. de vectigal. & comm. l. 7. §. vlt. ff. de publican. l. pen. ff. loca. Quintil. Declamatio. 341. quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur.

Commiſſæ etiam hypothecæ dicuntur à Cicero. lib. 13. Epiſtol. quas familiares appellant, quæ creditoris factæ ſunt, ob pecuniam ſua die non ſolutam.

Inde & lex commiſſoria, pactum dicitur, quo venditio committitur ac reſoluitur, quoties videlicet placuit, vt ſi intra tempora precium ſolutum non eſſet, fundus inemptus fieret. l. 1. ff. de leg. commiſſ. l. 38. ff. de minor. quæ lex etiam Commiſſoria ſimpliciter appellatur. l. 4. §. eleganter. & §. in commiſſoriam. ff. de leg. commiſſor. l. 13. §. ibidem Papinianus. ff. de actio. empt. l. 11. §. pen. ff. quod vi aut clam.

Committere poſtremò animalia dicũtur, quæ inter ſe confligunt. l. 1. §. cùm boues. ff. ſi quadrup. paup.

Hæc verba, *Cum commodum erit dari*, ita interpretabatur Seruius Sulpitius, Cùm primùm ſine turpitudine & infamia dari poſſit. l. 79. in fin. ff. de iure dot. Proculus ita, Cùm ſine incommodo promiſſoris poterit. l. 125. ff. de verb. ſignifi. Latinè loquentibus etiam hęc verba, Cùm erit commodũ, ſignificant, Cùm voluerit, vt in l. 21. in princ. ff. quando dies leg. ced. cùm aliquid demum quod ſcribendo comprehendere ſit commodum, fecerit. Et ita Aſco. in Verrin. interpretandum eſſe cenſet illud Terent. in Adelphis, Dabitur argentum, dum erit commodum.

Commodum Falcidię & commodum Senatuſconſulti pro quarta, quam ex Pegaſiano Senatuſconſulto hæres fideicommiſſariam hęreditatem reſtituere rogatus, ad exemplum Falcidiæ detrahit. l. 5. §. ſi quis rogatus. ff. de donat. int. vir. l. 27. §. Trebellianum. ff. ad Trebellia. l. 90. ff. ad l. Falcid.

Commodum bonorum poſſeſſionis. l. 5. ff. de cont. tab. quod beneficium Paulus dixit in l. 4. in fi. eod.

Commoda præmiorum, quæ propter coronas ſacras præſtantur. l. 40. ff. de re iud. Cõmoda quæ ex tribu obueniunt. l. 35. ff. de legat. lib. 3.

Commoda primipili. l. 23. ff. de adim. lèg. l. 1. C. de primipilo. pro annonis, vt commoda veteranorum apud Suet. in Nero. c. 32.

Commo-

Commodare eſt rem vtendam dare, vt eadem ipſa reſtituatur finito vſu in quem data eſt. l. 1. ff. comm. l. 2. ff. ſi cert. pet.

Commodati actio directa dicitur, quæ commodanti datur: Contraria, quæ commodatario aduerſus commodantem competit. l. 18. §. poſſunt. ff. comm.

COMMONITORIVM in l. vn. C. de ſuffrag. adnotationem & ſcripturam conuentionis ſignificat. Commonitorium etiam Suidas interpretatur ἐπιστολὴν προστακτικὴν ἀποστελλομένην εἰς χώρας. Cuiuſmodi Commonitorii formula proponitur apud Caſſiodor. lib. 7. Variar. Et ita apud B. Auguſtin. Epiſtol. 129. & 158. hoc verbum accipiendum eſt. Vincent. Lirinenſis in libr. aduerſus profa. nouatio. Me verò ſubleuandæ recordationis vel potius obliuionis meæ gratia commonitorium mihimet paraſſe ſuffecerit. Symmachus etiam Monitorium pro eodem vſurpare videtur.

COMMOVERE, limites & terminos loco mouere, eſt. Sic in l. Mamilia, *Qui termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem eorum eiicito, neve commoueto ſciens dolo malo. Si quis aduerſus ea fecerit, in ſingulos terminos, quos eiecerit, locove mouerit, ſſ. xxv. dare damnas eſto.* Tertull. in lib. de præſcriptio. aduerſ. hæret. Qua poteſtate Apelles limites meos commoues?

COMMVNE dicitur quod omnes ligat. Inde lex Commune præceptum appellatur in l. 1. ff. de legib. Hinc & commune ius quod dupliciter accipi notandum eſt. Aut enim reſpectu proprii iuris quod quæque ciuitas ſibi conſtituit, Commune ius dicitur, & ius gentium ſignificat, quo omnes populi vtuntur, quod omnibus inter ſe gentibus commune eſt. l. 1. §. vltim. l. 9. ff. de iuſtit. & iur. Quod & idcirco *κοινὸν νόμιμον* ab Ariſtot. appellatur. Aut Commune ius reſpectu ſingularis dicimus, eoque ius publicum ſignificamus, quo omnes eiuſdem ciuitatis ciues reguntur æquabiliter in omnes deſcriptum. l. 21. & l. 26. & l. 35. ff. de milit. teſt. l. 8. ff. de cond. & dem. l. 7. ff. de iniuſto rup. Et ita Conſtantinus libr. 1. tit. 6. *κοινὰς νομοθεσίας, τουτέστι τὰς κοινὰς καὶ χρησίμως πᾶσι εἰσαχθείσας* interpretatur.

Hoc modo communi iuri priuilegium opponitur in l. 15. ff. de vulg. & pup. & iure communi & militari, vel proprio aduerſa fiunt in l. 8. §. ſi miles. ff. de iure codicill. & in titul. de teſt. milit. ff. & C. paſſim, & apud Paul. libr. 3. Sentent. titul. 4. Communi etiam iure & creditoris iure vendere ſeparantur in l. 59. §. creditor. ff. manda. Communi enim iure vendere, eſt cæterorum venditorum more, qui de euictione tenentur, vendere. Iure verò creditoris, eſt ſine euictionis præſtatione promiſſioneque vendere.

Communia omnium eſſe dicuntur, quæ in commune patēt, omnibusque expoſita ſunt: qualia ſunt, aër, aqua profluens, & mare & littora maris & lapilli, & gemmæ, cæteraque quæ in littore inuenimus. l. 2. & l. 3. ff. de rer. diuiſio. Inſtit. eod. tit. in prin. Quæ à publicis quid diſtent ex littorum & riparum comparatione intelligitur: Quod publicorum licet vſus publicus ſit, in dominio tamen ea ſunt populi alicuius ciuitatisve, nec occupanti conceduntur, vt bene antiquus interpres Ioannes ſenſit. l. 14. ff. de acq. rer. do.

Commune eſt quod ad plures pertinet. l. 46. ff. de ritu nupt. Communia autem quædam ſunt pro diuiſo, quorum ſecretæ ac diſtinctæ partes ſunt, oculiſque cerni ac demonſtrari poſſunt: Quædam pro indiuiſo, quę nullis dum factis partibus communiter poſſidentur, non diuiſione corporum, ſed iuris intellectu. l. 94. ff. de ſolutio. l. 25. ad fin. ff. de verb. ſignific. l. 8. & l. 29. ff. de acq. rer. do. l. 8. ff. de rei vend. l. penultim. ff. pro ſoc. l. 7. C. comm. vtr. iud. In oratione Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt ſine decreto non alienandis hæc verba, Si communis res erit, ſic accipere debemus, ſi pro indiuiſo communis erit. Cæterum ſi pro diuiſo communis ſit, ceſſante oratione decreto locus erit. l. 1. & l. 5. §. vlt. ff. de reb. eor.

COMMVNITER geſtum à ſocietate differt, quoniam etiam agi communiter citra ſocietatem poteſt. l. 31. & l. 32. & l. 33. ff. pro ſoc. Communis enim res vel cum ſocietate eſt, veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt: vel ſine ſocietate inter eos, quibus eadem res teſtamento legata eſt. l. 2. ff. comm. diuid.

Communi diuidundo actio, inter eos redditur, inter quos aliquid ſine tractatu habito cōmune eſt. §. quædā. Inſtit. de actionib. l. 31. & l. 32. ff. pro ſoc. Ad quam alludens Cicero libr. 7. Epiſt. ad Trebat. Quod ius, ait, ſtatues communi diuidundo, cùm commune nihil eſſe poſſit apud eos, qui omnia voluptate ſua metiuntur.

COMPACTVM ſtructā collato in vnum conſilio machinationem ſignificat. l. 3. C. de execut. rei iud. Cui bellè quadrant hæc Liuii ex lib. 5. ab Vrb. cond. verba, vt multo veriſimilius ſit compacto eam rem & communi fraude patriciorum actam.

COMPASCENDI ius l. penultim. §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. Compaſcuus ager relictus ad paſcendum communiter vicinus. Cicer. Topic. Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere, id eſt, vt Boëti. ait, cum vicino ſimul paſcere. Iſidorus planè libr. 15. Etymolog. cap. 13. ita appellari agrum ſcribit, qui à diuiſorib. agrorum relictus eſt, ad paſcendum communiter vici-

nis. Et ita apud Hygen. & Frontin. & alios, qui de limitib. ſcripſerunt accipe.

COMPENDIVM temporis. l. 17. in fi. ff. de caſt. pec. §. itineris. l. 16. ff. de legationib. edictorum. l. 72. ff. de iudic. Inde compendiaria in l. 4. ff. de itin. actuq́; pro compendiaria via. Varro σκιαμαχία περὶ ταφῆς, vt eſt apud Nonium. Hoc dico, compendiaria ſine vlla ſollicitudine ac moleſtia dicendi poſſe peruenire ad eandem voluptatem.

Compendium pro lucro. l. 71. in fin. ff. pro ſoc. & l. 3. ff. de calumniatorib. & l. 26. §. 1. ff. ſi quis omiſſ. cauſa. l. 3. §. eleganter. ff. de S. C. Silan. l. 32. in fi. ff. de legat. lib. 1. l. 16. C. de fideic. Quod vocabulum à veteri æris penſandi ritu Varro lib. 5. de lingua Lat. ad fin. & Feſtus lib. 4. deriuant. Cui opponitur diſpendium. l. 63. §. item qui ſocietatem. ff. pro ſoc.

COMPETENS iudex, id eſt, congruus & ad quem cognitio pertinet. l. pen. ff. de iuriſdictio. om. iud. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. l. 28. ff. de re iud. & aliis innumerabilibus locis: ex quibus vnum duntaxat inſuper adnotabo, in quo competens appellationi iudex dicitur. Is eſt in l. penult. ff. iudic. ſol. vſuræ quæ competierint in l. 47. §. Lucius. ff. de pact. & l. 31. ff. de vſur. l. 59. §. 1. ff. de re iud. l. 3. C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & l. 78. §. hæredum. ff. ad Trebellian. Sic & in l. 40. in fin. ff. ſi cert. pet. Paul. ait, quod competit vſurarum nomine. Ideoq́; eodem loco, Solutioni competentem menſium numerum dixit. Competentes vſuras Imp. in l. 1. Cod. ſi maior. fact. alien. & omne quod vſurarum nomine competebat. Paul. l. 11. ff. de vſur.

Competens cautela. in l. 21. ff. de iudic.

Competere etiam libertates dicuntur, quæ ex teſtamento obtingunt. l. 8. in fin. & l. 17. §. vlt. ff. de inoff. teſt. l. 7. ff. de petit. hæred. & aliis infinitis.

COMPERENDINATIO erat, cùm in alium diem cauſa reiiciebatur ab vtraque parte plenius agenda. Plin. lib. 6. Epiſtol. Nos legib. ipſis iuſtiores, quę tot horas, tot dies, tot Comperendinationes largiuntur. In Lexico Latinogræco ædis B. Germani Comperendinatio definitur τριήμερος ὑπέρθεσις. Feſto etiam lib. 16. Comperendinatam rem inuenio definiri iudicium in tertium diem conſtitutum.

COMPROMITTERE in arbitrum dicũtur, qui arbitri ſententiæ ſtaturos ſe hinc inde ſub pœna promittunt. Occurrit paſſim in tit. de recept. qui arbitr. Hinc compromiſſum, & Compromiſſarius iudex. l. 41. ff. de recept. qui arbitr. l. 4. ff. de tutorib. dat. l. penult. C. de pact. l. vlt. C. de teſtib. l. vlt. C. vbi & apud quę, id eſt, ex compromiſſo ſumptus, vt in l. pen. ff. de iudic. & apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 5. vel ad quem ex compromiſſo itum eſt. l. 76. ff. pro ſoc. vel vt Suidas definit, ὁ ἐκ συναινέσεως δύο μερῶν μεταξὺ ληφθεὶς διαιτητής. Qui tamen in eo verbo ignoratione Latinæ linguæ lapſus, πρεχομισσάριον ἀντὶ τῦ κομπρομισσαρίου ſcribit.

CONCEPTIO formularum. l. 47. ff. de negot. geſt. Conceptio Iuriſiurandi. l. 34 §. ſi de qualitate. & §. pen. ff. de iureiur. Actiones in bonum & æquum conceptæ, quæ ex bona fide deſcendunt. l. 8. ff. de cap. min.

Conceptæ in rem ſtipulationes dicuntur, quæ nullius certæ perſonæ factum comprehendunt, ſed ſcriptæ. l. 5. ff. vſufr. quemad. cau. l. 10. ff. vt legat. nom. Concepta pœnę nomine actio in l. 8. §. vlt. ff. de reb. auct. iud.

Concepta in dolum. l. 9. in fi. ff. quod falſo. tut. Et apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 7.

Conceptum furtum dicebatur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta erat. Nam in eum propria actio conſtituebatur furti concepti. §. conceptum. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. Paul. libr. 2. Sentent. tit. 31.

CONCVBINA eſt, quæ cùm vxor non ſit, cum aliquo tamen viuit, & ſine nuptiis in domo eſt. l. 144. ff. de verb. ſigni. tit. de concubin. & l. 56. ff. de ritu nupt. & l. 31. ff. de donat. l. 29. ff. de leg. lib. 3. l. 13. & l. 34. ff. de adulter. l. 16. §. quoniam. ff. de his, quæ vt indig. l. 8. ff. de pignoribus. l. vlt. C. comm. de manum. Ea coniunctio concubinatus appellatur. l. 58. ff. de donatio. inter virum. l. vlt. ff. de diuort.

CONCVRSV partes habere dicuntur legatarii, quibus in ſolidum res eadem legatur. Concurrentes enim & legatum agnoſcentes inuicem ſibi partes auferunt. l. 1. §. interdum. ff. de vſufru. accreſ. l. 34. §. ſi coniunctim. ff. de leg. lib. 1. l. 7. C. de leg. lib. 1. § pen. & vlt. & l. 3. ff. de vſufru. accreſ. Sic & in l. 15. §. cùm autem plures. ff. de dam. inf.

Concurrentes ſummæ. l. 11. ff. de compenſatio. l. 4. C. eod. tit. l. 56. l. 34. §. qui inuita. ff. de leg. lib. 2. l. 58. §. nummus. ff. ad Trebellia. Adde & l. 53. ff. de legat. lib. 1.

CONCVRATORES qui ſimul curam adminiſtrant. l. 19. ff. de adm. tut. l. 3. §. quæri poteſt. ff. de ſuſpect. tutorib. Sic Contutor. l. 5. ff. de ſuſpect. tut. l. 14. l. 24. §. 1. l. 32. §. vlt. l. 54. ff. de adm. tut. Et confideiuſſor. l. 10. ff. de fideiuſſorib. Et Conreus in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liber. leg.

CONCVTERE, terrore poteſtatis perterrefacere ſignificat. l. 6. §. illicita. ff. de offi. præſid. l. 4. C. ad leg. Iul. repet. Inde concuſſionis crimen, quoties aliquid terrore poteſtatis illicitè extorquetur & aufertur. l. 1. ff. de concuſſio. l. 4. Cod. de condict. ob turp. cauſ. l. vn. C. ex delict. def. l. vlt. C. de modo mult. Sed & quod per euidentem calumniam ſpecie tranſ- actionis

actionis extorquetur in concuſſionis nomen cadit.l.1.§.vlt.ff.de calumniatorib.

CONDICERE olim denunciare ſignificat. §.appellamus. Inſtitut. de actionibus. Condictio, ait Feſtus lib.3. eſt in diem certum eius rei, quæ agitur denunciatio: vnde condictũ diem decemuiri in legibus appellarunt iudicij cauſa conſtitutum, vt ex Cicero lib.1.Offic.& Plauto in Curculione liquet. Hinc & Condictiones, omnes in perſonam actiones generaliter appellari traditum eſt, quòd olim in perſonam agerent, aduerſario denunciare ſolerent, vt certa die Iudicio adeſſet, vt Theophil. in d.§. appellamus, ſcribit. Igitur in perſonam actio Condictio dicitur. l.25. ff. de oblig. & act. Et condicticia actio. l.7. ff. de condict. cauſa da.l.24.ff. ſi cert. pet.§.is quoque.Inſtitut.quibus mod.re contr.l.3.C. de donat. quæ ſub modo. Et Condicticia ſimpliciter. l.13.§. item Iulianus.ff.de iureiur.l.55.ff.de donat.int. vir.§.tripli.Inſtit. de actionibus & actio condictionis.l.1.C.de condict. indeb.l.2.C. de condict. ob cauſ.

Condictio autem vel certi eſt, vel incerti. Certi condictio ex omni cauſa cõpetit, ex qua certum petitur.l.9. & l.24.ff. ſi cer.pet. l.28.§. exceptio.ff.de iureiur.l.17.in fi.ff.de exercitor. l.17.§.pen.ff.rer.amot. Inſtitut. quibus mod. re contr. oblig.& de verb. oblig. in prin. Condictio incerti ex diuerſo ex omni cauſa datur, ex qua incertum petitur. Hac condictione & liberationes, & cautiones, & iura prædiorum, & ea quorum incerta æſtimatio eſt, cõdicuntur.l.2.§.aliud.ff.de donatio. l.3.ff. de condict. ſine cauſa.l.5.& l.8.ff.de actio. empt.l.46.§.1.ff. de iur. dot.l.12.ff.de nouatio.l.22.in fi.l.40.§. pen.ff.de condict.indeb.l.35.ff.de ſeruit. vrb.l. 16.§.Pomponius.ff.de minor.l.5.§.1.ff. de vſufruct.ear.rer.l.12.in fi.ff.de cond.furt.l.vn.C. de er.cal.l.3.C.de poſtul.

Condictiones in libris noſtris hæ memorantur: Indebiti, quæ ad repetendum indebitum ſolutum vel promiſſum cõpetit: Ob cauſam, quæ repetendi eius quod ob rem datum eſt, cauſa nõ ſecuta datur: Ob turpem cauſam, quæ ob turpem cauſam dati repetitionem cõtinet: Sine cauſa, qua, quod ſine cauſa datum eſt, vel alias ad aliquem ſine cauſa peruenit, aut deniq; ſine cauſa apud aliquẽ eſſe incipit, condicitur: Ex lege, quæ ex lege noua deſcendit, quæ proprium actioni, quam dat, nomen non tribuit.l.1.ff.de condict.ex leg.ff. & Cod.l. vlt. C.de petit.hæred. l.vlt.§. ſin verò hæredes. C. de iure delib.l.28. ff.de adulter.§.tripli.&§.quadrupli.Inſtit.de actionib.

CONDEMNARE pro Condemnationem aduerſus aliquem obtinere, & vt Iureconſulti loquuntur, Iudicatum debitorem facere. l.2. ff.de adm. tut.l.6.§.mandati.ff.de his, qui not. inf.l.33.ff.de iure dot.l.2.ff. de adulter. Cicer. pro Cæcinna. Non ſolum egeris, verùm etiam condemnaris licet. Numquid magis poſſidebis? Idem pro Roſc. Com. Itáne verò quem per arbitriũ circumuenire non poſſes, cuius de ea re proprium iudicium erat, hunc per iudicem condemnabis? Sueton. in Tiber. cap. 8. Fannium Cepionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis fecit & condemnauit. Eodem ſenſu condemnationem facere dixit Gordian. in l.8. C. de pignorib. l. vn.C. etiam ob chirograph. pecuniam.

Condemnari ſummæ & pecuniæ, pro in ſummam.l.22.ff.de re iud.l.29.§.vlt.ff.de oper. lib.l.16.in fi.ff.de in rem verſo.§. vlt. Inſtit. de offic.Iud.licet aliter in quibuſdã codicib. legatur. Sic Cic.pro Cæcinna: Condemnari tamẽ ſponſionis neceſſe eſſe, ſi fateatur eſſe deiectũ. Sic damnare ſummæ in l.52.§. pen. ff. famil. erciſ. Liui.lib.48. Sed nec tantum redactũ eſt, quantæ ſummæ damnatus fuerat.

Condemnare reliquo.l.1.ff.arb. furt. cæſ.

Condemnatus certam quantitatem in l.45. ff.de fideiuſſorib. Et condemnatus pecuniam. l.5.ff.quando ex fac.tut.

In his verbis edicti prætorij quod ſub tit. de re iudic. exponitur *Condemnatus vt pecuniam ſoluat.* Condemnatum accipere debemus eũ, qui ritè condemnatus eſt, vt ſententia valeat. Cæterùm ſi qua ratione ſententia nullius momenti ſit, condemnationis nomen non tenet. l.4.§.condemnatum.ff.de re iud. Alias quoq; traditur damnatum quem ita videri, ſi damnatio teneat.l.2.§.vlt.ff.de pœn.

CONDICIONES vel in præſens, vel in prę-teritum, vel in futurum conferuntur. Sed eæ demùm poteſtatem conditionum obtinent, id eſt, in euentum aliquem negotium ſuſpendunt, quæ in futurum conferuntur. l.37. & l. 39.ff.de reb. cred.l.16.ff.de iniuſto rup.

Condicionum verò quę in futurum conferuntur, aliæ in caſum & incertum euentũ, aliæ in arbitrium conferuntur. Illas Caſuales Iuſtinia. appellat, quòd ex fortuito caſu pendeant. l.vn.§.ſin autem. C.de cad.toll. Iureconſulti in euentum collatas condiciones vocant.l.77.ff. de condic. & dem.& in caſu conſiſtentes. l.33. §.pen. ff. de fideic. libert. Alteras poteſtatiuas Iuſtinia.vocat.d.l.vn.§.ſin autem.Iureconſulti Condiciones in arbitrium collatas. l.13.ff. de acqu. hæred.

Condiciones quæ ſunt in arbitrio. l.1.§. qui ſub condicione.ff.ſi quis om. cauſa teſt. l.1.§. ſciendum.ff.de ſuis & legit. quæ ſunt in poteſtate noſtra. l.vlt.ff.de cõdicio.inſtit.l.77.ff. de condic.& dem. l.4.ff. de hæred. inſtit. Videntur etiam appellari promiſcuæ in l.11.§.1.ff.de condit. & dem.

Conditiones prætereà quædam facti eſſe dicuntur, quæ in facto conſiſtunt, quæ in faciendo verſantur, ad differentiam earum, quæ in dando conſiſtunt. l. 31. §. 1. ff. ad Trebellian. l. 68. ff. de ſolution. vel vt in l. 82. ff. de condit. & dem. Calliſtr. loquitur, quæ in datione exiſtunt.

Conditiones facti aliàs opponuntur conditionibus iuris, id eſt, quæ ex iure veniunt. l. 21. ff. de cond. & dem.

Conditio adſcribi dicitur & inijci. l. 34. §. 1. ff. de acqu. hæred. l. 12. ff. de manu. teſt. l. 6. & l. 96. ff. de legat. lib. 1. Et dari l. 35. §. 1. ff. de acq. hæred. & inſeri. l. 11. ff. de leg. lib. 2. Pendere etiam & ſuſpendi, & exiſtere, & impleri, & euenire conditionem dicimus. Et è contrario deficere & extingui in l. 2. §. ſi quis ſeruum. ff. de hæred. inſtituendis.

Conditio, aliàs qualitatem & ſtatum perſonarum ſignificat. l. 32. & l. 34. C. de acqu. hæred. & l. penult. ff. quibus ad libert. Vnde Conditionale inſtrumentum pro inſtrumento ſtatus & conditionis adſcripticiæ. l. 21. de agric. & cenſit. lib. 11. C.

Conditiones agrorum, id eſt, qualitates. l. 1. §. denique. ff. de aq. & aq. plu. De quibus libellum eleganter ſcripſit Siculus Flaccus.

Conditio quoque pro Coniunctione ſponſaliorum & nuptiarum, & pro eo quod vulgo dicimus *party* in l. vlt. ff. de ſponſalib. l. 19. & l. 36. ff. de ritu nupt. l. vlt. ff. de proxenetic. l. 65. ff. de iudic. l. 18. C. de nupt. Sueto. in Iulio cap. 28. Octauiani ſororis ſuæ neptem, quæ Marcello nupta erat, conditione ei detulit. Idem in Auguſto cap. 69. Dimiſſam Scriboniam, quæ liberiùs doluiſſet nimiam potentiam pellicis, conditiones quæſitas per amicos, qui matresfam. & adultæ ætatis virgines nudarent. Sic & apud eundem auctorem in Claudio cap. 26. & in Galba cap. 5. accipiendum eſt. Seneca lib. 3. Controuerſ. Conditionem nuptiarum illi inuentam cùm alio nullo modo poſſet. Feſtus lib. 3. Conuenta, ait, Conditio dicebatur, cùm primus ſermo de nuptiis & earum conditione habebatur. Vtitur hoc quoque verbo in hoc ſignificato Plaut. in Truculen. & Aulular. Et Liu. lib. ab Vrb. cond. 3. Et Plin. lib. 1. Epiſtol. ad Iunium Mauricium. Itaque & in renunciatione ſponſaliorum hæc verba probata eſſe Gaius ſcribit, *Conditione tua non vtor*. l. 2. ff. de ſponſalibus.

Conditio etiam pactionem & conuentionem ſignificat & quod Græci dicunt συνθήκην. Cicer. Topic. Si quæratur à naturáne ſit ius, an ab alia quaſi conditione, & pactione hominum. Nam & lex κοινὴ συνθήκη τῆς πόλεως à Demoſth. definitur. l. 2. ff. de legi. Atque inde fortè qui pactiones & inſtrumenta conſcribebant. Conditionales ſunt appellati. Sic enim appellantur in l. 11. C. qui potior. in pignor. & l. 7. de iure fiſc. libro 10. C. l. 2. de ſtud. liberalibus vrb. Rom. C. Th. l. vltim. de ponderatoribus in eo. Quanquam alia huius verbi origo eſſe videatur. Nam & eo Tertullian. in alium ſenſum vtitur in libro de Idololatr. Opera, ait, & Conditionalis eram. Nemo duobus dominis ſeruire poteſt. Vnde fortè Conditionarij cenſiti & adſcripti, vel familiares appellantur in ca. non confidat. diſtinctio. 50. Et apud Yuonem Carnotenſem in Epiſt. ad Paſchalem Papam, qua rogat eũ Conditionarios de familia Carnotenſis Comitis exciperet è priuilegio quod Carnotenſi Eccleſiæ de non admittendis Conditionariis dederat. Conditiones etiam teſtium dicta quaſi cõdictiones dici, Iſidorus lib. 5. Etymol. cap. 24. ſcribit.

CONFERRE, in commune redigere ſignificat. Vnde Collatio inter fratres facta ſucceſſionis cauſa bonorum contributio. titul. de collatio. bonorum & de collatio. dot. ff. & de collationibus Cod. l. 6. ff. ſi tabul. teſt. l. penult. §. videamus. ff. de contra tab. l. 23. in fin. ff. ſi quis om. cauſa teſt. Collatio etiam tributorum, vectigalium, aliarumque functionum dicitur. l. vlt. §. patrimoniorum. ff. de muneribus & honor. l. 8. §. qui muneris. & l. 11. ff. de vacat. mun. l. 27. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. Sueton. in Neron. cap. 38. Collationibuſque non receptis modò, verùm & efflagitatis, prouincias priuatorumque cenſus penè exhauſit.

CONFESSIONEM, Quintilian. Declamatio. 314. ait, accipiendam qualemcunq; contra ſe pronunciationem. Et ita in iure hoc verbum accipimus.

Confeſſoria Actio de ſeruitute competens, qua ſeruitutes vindicantur. Datur enim ei, qui ſeruitutem ſibi competere intendit. l. 2. & l. 4. §. 1. ff. ſi ſeru. vindic. l. penult. §. vltim. ff. ſi vſusfruct. pet. §. æquè. Inſtitut. de actionibus. Hæc actio ferè affirmatiuis verbis cõcipitur. Interdum tamen & negatiuis, vt in ſpecie l. 4. §. vlt. & l. 6. ff. ſi ſeruit. vindic. Confeſſoria etiam actio de damno dato, quæ aduerſus confitentem datur. l. 23. §. vlt. & l. 25. §. 1. ff. ad l. Aquil. Sic quoque appellatur ea actio, quę ex alicuius ad interrogata reſponſione competit. l. vlt. ff. de interrog. in iu. fac.

CONFINES fundi, id eſt, vicini & iiſdem finibus ſe inuicem attingentes. l. 4. §. non ſolùm. ff. fin. regund. l. 54. ff. de legat. libro 2. l. 29. ff. de ſeruit. ruſt. l. 63. in fin. ff. de contrah. empt.

Confinium. l. 2. §. prætereà. ff. de aq. & aqu. plu. l. 35. §. 1. ff. de legat. lib. 3. l. 7. §. vlt. & l. 8. ff. de acq. rer. do. & l. vlt. ff. pro ſoc. Ex quibus locis coniunctis deprehenditur, In confinio,

& Prope

& Prope confinium idem valere. Confinium porrò non intelligitur ſi via publica flumén-ve interuenit.d.l.4.§.vltim.ff.fin. regund. Trifinium etiam veteres dicebant, quoties in eundem locum trium poſſeſſionum fines concurrebant, vt in auctoribus de limitibus legimus.

CONFISCARI bona dicuntur, quæ in fiſcum coguntur.l.vlt.§.pen.ff.de bon.eorum.l.3.de re milit.lib.12.C.

Confiſcari is dicitur, cuius bona publicantur.l.9.§.penult.ff.de tutel.& rat.diſtr.Sueton. in Auguſto cap.15. Deuictiſque his & confiſcatis, promiſſa veteranis præmia ſoluerentur.

CONFVNDI dicitur, quod alij ita commiſcetur, vt diduci & ſeparari id nō poſſit, aut certè difficilis ſit eius ſeparatio.l.3.§.vlt.cum.l.ſeq.& l.23.§.item ea.ff.de rei vendic. §.ſi duorum. Inſtit.de rer.diuiſ.

Confundi obligatio dicitur, quoties in eandem perſonam & debitoris & creditoris ius deuenit, id eſt, cùm vel debitor creditori, vel creditor debitori hæres exiſtit.l.50.&l.71.ff. de fideiuſſoribus.l.75.§.vlt.ff.de iure fiſc.l.8.&l.17. de his quæ vt indig.l.6.&l.14.C.ad l.Falcid.l.vlt.C.de contra.iud.tut.l.2.§.cùm quis.ff. de hæred.vend.l.5.C.de hæred.actio.

Confunduntur ſeruitutes, cùm idē vtriuſq; prædij & quod ſeruit, & cui ſeruitus debetur, dominus fit.l.1.&15.ff.quemadm.ſeruit.amit.l.7.ff.de fundo dot.l.29.ff.de ſeruit.vrb.l.38.§.1.&l.116.§.vlt.ff.de legat.lib.1.l.18.ff.de ſeruitut.l.18.§.1.ff.de his quæ vt indig.

Itaq; vſusfructus confundi dicitur, cùm fructuarius proprietatem adſecutus eſt.l.4.ff. vſufr.quemad.cau.l.6.ff. de manum.teſt. veluti ſi fructuario noxæ à domino proprietatis ſeruus fructuarius datur, quia eius eſſe incipit, confuſione dominij ſeruitus extinguitur.l.27. ff.quibus mod.vſusfr.amitt. Sed & actiones confundi dicuntur, quæ inter ſe miſcentur.l.34.§.vlt.ff.de oblig.& actio.

CONIVNCTIO triplex eſt, aut re, aut verbis, aut re & verbis ſimul.l.142.ff.de verb.ſign. Re coniuncti ſunt, quib. ſeparatim eadem res legatur in hunc modum: verbi gratia, *Titio fundum lego, eundem fundum Sempronio lego*.l.89.ff. de leg.lib.3.l.3.§.1.ff.quibus mod.vſusfr.amit. Hi etiam diſiuncti dicuntur. Verbis coniuncti ſunt, qui eadem oratione partibus factis coniungūtur, veluti, *Titio & Seio fundum æquis partibus lego*.d.l.89. Vtroq; modo coniuncti ſunt, quibus ita legatur, *Titio & Seio fundum lego*, de quibus in d.l.142.tractatur. Coniunctim autē legare in libris noſtris vt plurimū eſt re & verbis coniunctis legare.l.33.&l.34.§.ſi coniunctim.ff.de leg.lib.1.l.1.ff.de vſufr.accreſ. Nam & re coniunctis ſeparatim & diſiunctim legari potius dicitur, quàm coniunctim.l.1.§.interdum.ff.de vſufr.accreſ.§.ſi eadem res.Inſtitut. de legat.d.l.33.de leg.lib.1.l.63.ff. de hæredib. inſtit. Adde & l.16.&l.87.ff.de leg.lib.1.&l.80. ff.de leg.lib.3.

CONLVCARE Feſt.lib.16. interpretatur ſucciſa arbore locum luce implere. Sublucare verò, ramos earum ſupputare, & veluti ſubtus lucem mittere. Illo verbo vtuntur Cato de re Ruſt.cap.139. Columella lib.2.cap.22. Hoc verò Paulus lib.5.Sentent.tit.6.

CONSANGVINEI fratres dicuntur de vno patre nati, vt Caius lib.2.Inſtitut.tit.8. definit. Generalius Caſſius in l.1.§.cōſanguineos. ff.de ſuis & legit. qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Conſanguinitatis enim iura à patre oriuntur.l.4.ff.vnde cogn. Nec refert eadémne matre, an ex diuerſis geniti ſint.l.3.C.de legit.tut.l.1.l.3.&l.6.&l.14.C.de leg.hæred.l.1.C.ad S.C.Orphitia.l.5.C.comm.de ſucceſſio. Id quod Iuſtinian.ſentit.in Inſtitut.de legit. agna.ſucc. vbi Theophil. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τεχθέντες ἀδελφοί, ῥωμαϊστὶ μὲν λέγονται κονσαγγουίνεοι, ἑλληνιστὶ δὲ ὅμαιμοι. Sic conſanguineum interpretor in l.1.§.vlt.&l.2.§.ſi ſit conſanguinea.l.6.&l.7.ff.ad Tertyllian.l.2.ff. de lib.agna.

Hinc Conſanguinitas fraternitatem, vt ita dicā, ſignificat.l.4.ff.vnde cogn.l.44.ff. de adoptio.l.13.C.de probatio.§.cæterùm.§.hoc etiam.Inſtit.de legit.agn.ſucc.l.1.2.3.6.C.de legit.hær.

Conſanguinitatis autem iura inter ſe habēt etiam poſt mortem, vel captiuitatem patris editi, ſed & adoptiui cum naturalibus.l.vltim. ff.vnde legit.l.1.§.vltim.ff. de ſuis & legit.l.7. ff.ad Tertyllian.& Inſtitut.de legit.agna.ſucceſ.§.1.

CONSENSISSE in iudicem intelliguntur, qui ſcientes ſe non eſſe iuriſdictioni eius ſubiectos, ei ſe ſubiiciunt. Quòd ſi, putantes iuriſdictionem eius eſſe, ſe ſubiecerint, conſenſiſſe non videntur, cùm error conſenſum non habeat.l.1.&l.2.ff.de iudic.l.15.ff.de iuriſdiction.om.iud. Non videtur autem in iudicem conſenſiſſe, qui edi ſibi actionis genus apud eundem deſiderat.l.33.ff.de iudic. Conſenſiſſe autem nonnunquam is demum accipitur, qui nominatim & expreſſis verbis id ipſum teſtatus eſt. Interdum & is, qui non contradixit, veluti in eo, quod dicitur filiam patri de dote agenti conſentire debere, conſentire videtur filia, niſi euidenter contradicat.l.2.§. voluntatem.ff.ſolut.matr. In conſtituendis quoque ſponſalibus filiæ pater, niſi euidenter diſſentiat, conſentire intelligitur.l.7.in fin.ff. de ſponſalibus. Non videtur conſentire furioſus, qui ſentire non poſſit.l.8.§.vnius.ff.de opt. legata.

Conserere manum, à bello ad iudicia tranſlata locutio eſt. Nam ex iure manum cõſertum vocare in vindiciis veteribus dicebant. Cuius rei Varro lib. 5. de ling. Lati. meminit Cic. lib. 7. Epiſt. ad Attic. ad Trebat. Hos verſus Ennij refert,

Non ex iure manum conſertum, ſed mage ferro.

Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt ſolida vi.

Item lib. 1. de Orat. Multisq; præeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manum conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes. Nam vbiq;, contra exemplarium impreſſorũ fidem, manum conſertum legendum eſt.

Conservvs. l. 9. §. 1. ff. de pecul. l. 25. §. Pedius. ff. de ædilit. ed.

Conſeruabus pro Contubernalibus in l. 27. §. ad fin. ff. de inſtr. vel inſtr. Eadem forma & Conſoceros dixit Vlpian. in l. 32. §. proinde ſi duo. ff. de donat. int. vir.

Conseqvens eſt, hoc ſæpè ſignificat, Conueniens, & rationi ęquitatique conſentaneum eſt. l. 4. ff. de captiu. l. 38. ff. de iure dot. l. 3. §. vtilitas. ff. de itin. actuq; priu. l. penult. ff. qui potior. in pign.

Per conſequentias dicunt Iureconſulti non Per conſequentiam. l. 19. ff. de dolo. l. 1. & l. 7. ff. de auct. tut. l. 1. §. item aut per ſemetipſum. ff. de iniur. Producere ad conſequentias. l. 14. ff. de legibus.

Consignare, obſignare eſt. l. 20. C. de pignorib. l. 19. C. de vſur.

Conſignari tabulæ inſtrumentaque dicuntur, quæ anulo impreſſo obſignãtur. l. vlt. ff. de dot. præleg. l. penult. ff. de donat. int. vir. l. 24. ff. qui teſtam. fac. l. 23. C. ad Velleia. Plaut. in Curculio. Eamus intrò, vt tabulas conſignemus. Idem Perſa. Et iſtas tabellas, quas conſignaui tibi. Cicer. pro Quintio. Tabulæ maximè ſignis hominum nobilium conſignantur. Ita Conſignationem tabularum inſtrumentorumq; accipimus in l. 1. §. 1. & l. 16. ff. ad l. Cor. de falſ. Inde etiam legem conſignare. l. 13. §. idem Iulianus. ff. de actio. empt. & teſtationes conſignare. l. 9. §. 1. ff. de pœn.

Consilivm pro conuentu iudicum in l. 1. ff. de offi. conſul. l. 2. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 27. ff. de manum. teſt. Et paſſim in tit. de manum. vind. l. 1. & vlt. C. de vind. libert. l. 2. & 3. C. ſi aduerſ. libert. Theop. in §. eadem. inſtit. quibus ex cauſis manum. non lic. Conſilium ait eſſe συνέδριον φανερῶν ἀνδρῶν, κατ' ῥητὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον συνιστάμενον. ἐγίνετο δὲ τοῦτο τὸ κονσίλιον, οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Idem ſubiicit, quòd & ab Vlpian. in Inſtit. tit. 1. traditur, Romæ in conſilium adhibitos quinque ſenatores, & quinque equites Romanos: in Prouincia verò viginti recuperatores ciues Romanos, apud quos cauſam probare minor 20. annis ſeruum manumittẽs ex l. Ælia Sentia cogebatur. Sic Conſiliũ præbere exercereque dicitur Prætor vel Conſul, qui conſilium cogit. l. 1. ff. de offic. conſul. l. 5. ff. de manum. vind. Qui verò aduocantur, in conſilium adhiberi, in conſilio eſſe, in conſilium aſſidere, dicuntur. l. vlt. ff. de offi. aſſeſſor. l. 29. ff. de legat. lib. 2. Plin. lib. 6. Epiſt. ad Maximum, Adhibitus in conſilium à Præfecto vrbis audiui ex diuerſo agentes ſummę ſpei adoleſcentes. Idem eo. lib. de Iauoleno, Intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis. Quintilian. lib. 4. cap. de Narratio. Interim propter aliquẽ in cõſilium adhibitum nos repetere illa ſimulemus. De Conſilij ſententia pronunciatum dicebatur, quod ex eorum, qui in conſilium adhibebantur, ſententia ſtatuebatur: vt apud Cicer. ſæpè, & Apuleium Apolog. 1. Quæ verba his notis ſcribi ſolita. D. C. S. Valer. Probus auctor eſt.

Consistere nonnunquam eſt in iudicio ſtare aduerſus aliquem. l. 1. C. qui pet. tut. l. 53. ff. de iudic. l. 7. ff. ad l. Corn. de falſ. l. 5. ff. de manumiſſionibus. l. 49. ff. de pet. hæred. l. 9. ff. de liber. cau. l. 13. §. & in ſuperficiariis. ff. de pignorib. l. 1. C. de actio. empt. l. 1. C. de magiſtr. conuen. l. 1. C. ad l. Fab. de plag. l. 1. C. qui legit. perſo. l. 3. C. de exceptionibus. Proinde in l. 19. ff. de adulter. vbi vulgò. Cum accuſatore conſtituerit, longè rectius Florentiæ ſcriptum eſt, Cum accuſatore cõſtiterit. In eandem ſententiam Congrediendi verbo Gordian. vſus eſt in l. 2. C. de ædilit. act.

Conſiſtorium locus in quo iudices conſiſtunt: &, vt Suidas interpretatur, συνέδριον καὶ τὸ σύστημα, ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύονται. l. vlt. C. de offi. diuerſ. iud.

Inde Conſiſtoriani, qui ius ſedendi in conſiſtorio habent, appellantur in poſterioribus conſtitutionibus & apud Ambroſium Epiſt. 27. lib. 5.

Consobrini, Conſobrinæ, propriè qui quæve ex duabus ſororibus propagantur, quaſi conſororini. l. 1. §. quarto. & l. vltim. §. eodem gradu. ff. de gradibus & affinibus §. quarto. Inſtitut. de gradibus cognat. Paul. l. 4. Sentent. tit. 10. Non. Marc. cap. vltim. lib. de propr. ſerm. Obtinuit tamen & patrueles quoq; fratres, id eſt, ex fratrib. natos, & amitinos, id eſt, ex fratre & ſorore genitos communi conſobrinorum nomine appellari. d. l. vlt. §. eodem gradu. & §. 1. Inſtitut. de legit. agna. ſucc. l. 1. C. vnde legit. Idque per abuſionem fieri Theophil. ibidem dicit: κυρίως γὰρ κονσοβρῖνοι λέγονται, οἱ ἐκ θηλειῶν δύο ἀδελφῶν τεχθέντες. Conſobrina. l. vlt. ff. de ſenatoribus. l. 77. §. cùm exiſtimaret. ff. de leg. lib. 2. l. 27. §. hæres. ff. ad Trebel-

Trebellian.l.23.& l.24.ff.de conditio.inſtit.l.3.C.de his quæ vt indign.

Consolidari dicitur vſusfructus, qui proprietati coniungitur & miſcetur.l.3.in fi.& l.6.ff.de vſufr.accreſ. Iuſtinianus in §. finitur. Inſtit.de vſufr.Conſolidationem fieri ait, cùm fructuarius proprietatem acquiſierit.

Constitvere, eſt pecuniam iam antè debitam abſq; ſtipulatione promittere. Theophil. in §. de conſtitut. Inſtit. de actionib. ἀντιφωνεῖν dicit. Vnde conſtitutæ pecuniæ rei ἀντιφωνηταὶ à Iuſtiniano vocantur Nouell. Conſtit. 6. Ita conſtitutam pecuniã accipimus toto tit. de pec.conſtit. Inde conſtitutoria actio, quę de pecunia conſtituta datur in l.20.ff. de pecun. conſtit. Appellatur actio cõſtitutæ pecuniæ in l.33.ff.de donatio.

Conſtituere etiam ſponſalia vel nuptias Iureconſulti dicunt.l.1.& l.13.§.1.cum ſequ.ff.de his qui not.infam.

Conſtituere ſeruitutem non eſt ſimpliciter cedere, ſed re ipſa imponere. Conſtituuntur enim per patientiam vel traditionem. l.13.§.1.ff.de publicia. id eſt, ſi inducatur quis in prædium, vel eum is qui cedit, ſeruitute vti patiatur.l.3.ff.de vſufruct.l.1.in fin.ff. de ſeruit.ruſt. Conſtitutus itaque vſusfructus tunc dicuntur, cùm quis iam vti frui poteſt.l.vn.§.dies.ff.quãdo dies leg.ced. Proinde ante aditam hæreditatem vel antequam dies legati ceſſerit, Conſtitutus non dicitur.l.1.ff.quib. mod.vſusfruct. amitt. Cæterùm iam impoſitæ ſeruitutes pactionibus & ſtipulationibus vel legatis conſtitutæ dicuntur.l.10.ff.ſi ſer.vind.

Conſtitutiones principũ accipimus quodcunque Imperatores vel per epiſtolam & ſubſcriptionem ſtatuerunt, vel cognoſcentes decreuerunt, vel de plano interlocuti ſunt, vel edicto præceperunt.l.1.ff.de conſtit.prin. Nam & reſcripta & epiſtolæ principum conſtitutiones appellantur.l.5.§.conſtitut.ff.vt in poſſeſſ. leg. l.3.§.cõſtitutum.ff.ne vis fiat ei, qui in poſſ. l.4.ff. de manumiſſio.l.8.§.ſi quis impubes.ff. de inoffic.teſt. coniuncta l.1.§.ſi quis impuberi.ff. de coll. bon. Conſtitutum autem eſſe eum Iureconſulti dicunt vel lege aliqua, vel principis conſtitutione cautum, vt in l.34.ff.de neg. geſt.

Conſtitutum dicitur quod ab Anto. reſcriptum eſt in l.11.C.de neg. geſt. & in l.37.ff.de adulter. Conſtitutum dicitur, quod ab Hadriano reſcriptum patet, ex l.6.§.penult.eo.tit.& in l.7.§.conſtitutum.ff.de interd.& releg. conſtitutum dicitur, quod à Claudio imper. ſtatutum eſſe ex Sueton.lib.3. Antiquit. oſtendi. Similiter in l.4.§. idem diuus.ff. ad l. Corn. de ſicar. Conſtitutum dici lib.2. de Antiquit. oſtendi quod à Domitiano ſtatutum eſt. Et in l.5.C.ne de ſtatu defunct. Conſtitutum dicitur, quod eſt à Nerua conſtitutum, quemadmodum probat l.vlt.ff.eo.tit.& in l.41.§.vlt.ff. de donatio.cauſ.mort. Conſtitutio, Seueri cõſtitutio intelligitur, qua in donationibus mortis cauſa Falcidia inducta eſt.l.2.C.de donat. cauſa mortis.l.5.C.ad l.Falcid. Simili modo in l.41.in fi.ff.de re iud. beneficio conſtitutionis, ſcilicet diui Pij.l.29.ff.de diuerſ.reg.

Conſtitutum tempus pro biennio quod l.12.tabul.vſucapioni amittendiſque non vtendo ſeruitutibus, vt ex Paulo libro Sentẽtiarum liquet, præſtitutum eſt in l.4.ff.pro ſuo.& l.34.§.vlt.ff.de ſeruit.ruſt.l.2.ff.de diuerſ.temp.pręſcript.l.12.§.idem tractat.ff.de vſufruct.l.22.ff. quibus mod.vſusfruct. amitt. l.10.ff. de vi & vi arm.l.17.ff.de aqu.& aq.plu.l.27.§.pen.ff. de noxalib. act. Sic & ſtatutum tempus accipe in l.6.& l.32.ff.de ſeruitutibus vrb.l.7.ff. quemadmod.ſeru.amitt.l.66.§.pen.ff.de cõtr.empt. l.1.& l.3.C.ſi quis ignor. rem minor. l.2.C. ſi maior fact.quod & legitimum & ſolenne aliàs appellatur.

Conſtitutum tempus.l.95.§.quod vulgò. in fi.ff.de ſolut.quod ad reſtitutionem in integrũ petendam legib.præſcriptum eſt, vt & in l.9.§.ſi minor.ff.de iureiur. olim quidem poſt legitimam ætatem impletam annus vtilis, hodie quadriennium continuum.l.vlt.C.de temporibus in integ.

Conſtitutum tempus in l.63.§.vlt.ff.de acquir.rer.do.pro anno, vt patet ex l.vlt.C.de iure domin. impetr.

Conſtitutũ tempus ætatis in l.62.in fi.ff.de ritu nupt.interpretare ex l.66.eo.tit.l.7.ff. ad l.Iul.de adulter.& l.6.C.de interd.matr.

Conſtituti dies in l.7.ff.de re iud.qui iudicatis ex l.12.tab.vel conſtitutionibus principum indulgentur. Ita conſtitutum iudicatis tempus intelligo in l.2.ff.de diuerſ.temp.& ſtatutum ſpaciũ poſt condemnationem.l.vlt.C.de execut. rei iud.de quo vide l.vlt.§.vlt.C.de vſur. rei iud.

Conſtitutam partem in l.3.ff.ſi quis à par. man.opinor intelligi quæ patronis lege Papia præſtituta eſt.

Conſtitutum tempus in l.19.C.de tranſactio. olim annus, hodie biennium.l.vn.C.de dolo. Conſtituta appellatoria tempora in l.5.in fin.ff.de appell.recip.interpretare ex l.1.§.biduum.& in §.quod in ſententiis.ff.quando appellan.ſit. Conſtitutum tempus in l.8.ff. de captiu. quinquennium accipe ex l.6.ff. de diuort.

Conſtitutum ius.l.25.ff.de donat.int.vir.l.1.ff.rer.amotar.l.94.ff.de condit.& dem.l.20.§.is cui ſeruus.ff.de ſtatu lib.l.1.§.item cùm contra.ff.quæ ſent.ſine appell.l.22.C.de vſur. Et apud Gell.lib.12.cap.13.

Cõſtituta tempora in §.qui autem.Inſtit.de

excuſ. tut. quinquaginta dies intellige tutoribus datis ex Marci conſtitutione, præſtitutos ad excuſationis cauſas conteſtandas. l. 16. l. 38. ff. de excuſ. tut.

Ad Conſtitutum veterib. ſignificabat condicto & conſtituto ad ius experiundum die. Cic. pro Cæcinna: Qui ad conſtitutũ iuris experiundi gratia veniſſent. Idẽ pro Cælio. Cùm ſit his confitendum nunquam ſe ne congreſſu quidem & conſtituto cœpiſſe de tantis iniuriis experiri. Quò alludit idem auctor in Epiſt. ad Marium lib. 7. Si quod habes conſtitutum cùm podagra, fac in alium diem differas. Varro lib. 2. de re Ruſtic. cap. 5. Cùm alius eum ſalutaſſet, alius cõuiciatus eſſet, qui tam ſerò veniſſet ad conſtitutum.

Consvles à conſulendo dicti ſunt. l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. Ampliſſimi appellantur in l. 1. §. denique. ff. de appellat. l. 50. ff. de cond. & dem. Cognoſcebant autem & de fideicommiſſis & libertatibus, vt ex l. 3. in fin. ff. de alim. leg. & ex d. l. 50. & ex Vlpian. in Inſtit. tit. 25. & Iuſtinian. in tit. de fideicom. hæred. in prin. liquet. Tutores etiam dabãt antequam proprius tutelaris Prætor à M. Antonino Philoſopho inſtitutus eſſet, vt Spartian. in eius vita ſcribit. Conſilium quoque præbebant manumittere volentibus. l. 1. ff. de off. conſ. l. 20. ff. de manum. vind.

Conſulares fœminas intelligimus Conſularium vxores. l. 1. ff. de ſenatorib. id eſt, eorum, qui cõſulatum geſſerunt, vt in l. 3. §. vlt. ff. de recep. qui arbitr.

Conſulares viæ, publicæ, quę & Prætorię & βασιλικαὶ dicuntur. l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco pub.

Conſulares quidam prouinciarũ Rectores vocabãtur. l. vn. C. vt omnes iud. l. vn. C. de off. comit. ſac. patr. qui in Orientis partibus XV erant: videlicet per Orientis diœceſim V, per Aſiam III, per Ponticam II, per Thracias totidem, per Illyricum III. In Occidentis verò partibus XXII. Nimirum per Italias VIII: per Africam II: per Hiſpanias III: per Gallias VI: Pannoniæ II. Ita ἀρχαὶ κονσουλαρίας interpretabimur in Nouell. 8. Et cõſulares Campaniæ in l. 12. de pœn. in C. Th.

Consvltatio l. 11. §. ex facto ff. de minoribus l. 1. §. 1. ff. de appellat. l. 6. §. legatos. ff. de off. procur. l. 2. C. de legibus. l. 27. ff. de teſtament. l. 29. §. Sticho. ff. de liber. leg. l. 34. in fin. prin. ff. de leg. lib. 2.

Consvmi dicuntur actiones, quę tolluntur, perimuntur, pereunt, extinguuntur. l. 28. §. exceptio. l. 30. §. in popularibus. ff. de iureiur. l. 5. §. 1. ff. de condict. furt. l. 14. §. cũ qui. ff. quod met. cau.

Sic conſumi optio in l. 2. ff. de op. leg.

Conſumpti nummi videntur, qui aliis permutati vel ita mixti ſunt, vt diſcerni non poſſint, vel aliàs expenſi. l. 12. l. 13. l. 19. §. vltim. ff. ſi cert. pet. l. 17. l. 78. & l. 94. ff. de ſolutionibus & l. 56. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſoribus. Ipſo enim vſu aſſidua permutatione pecunia quodammodo extinguitur. §. conſtituitur. Inſtitut. de vſufruct.

Contestari, ſignificat teſtibus adhibitis aliquid declarare ac profiteri. l. 1. ff. quod iuſſu. Vnde conteſtatio pro teſtatione. l. 20. §. vlt. ff. de teſtament. & apud Paul. lib. 2. Sent. tit. 14. Et Conteſtatò aduerbium l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agna. Ita Cic. lib. 3. Epiſt. ad App. Conteſtari deos dixit. Hinc & lis conteſtari dicta eſt cùm iudicium accipiebatur, ex eo quòd litigaturi eos qui tum aderant, teſtes faciebãt, vt eſt à Feſto lib. 3. proditum.

Conteſtata autem lis tunc videtur, cùm iudex per narrationẽ negocij cauſam audire cœperit. l. 1. C. de lit. conteſt. Conteſtari autẽ non actiua tantùm, ſed & paſſiua ſignificatione dicimus. l. 1. in fi. ff. de feriis. l. 3. §. ſi is cuius. ff. de ſepul. viol. l. 16. ff. de offic. præſid. l. 22. §. eo autem tempore. ff. ſol. matr. l. 3. C. de nouatio. Sic Conteſtatum iudicium. l. 7. §. 1. ff. de petit. hæred. l. 19. ff. ſol. mat. Et conteſtatam litem ex actione dicunt. l. 37. ff. de neg. geſt.

Contignatio in l. 36. ff. de ſeruit. vrb. l. penult. ff. de dam. inf. Vtuntur & hac dictione Vitruuius lib. 2. cap. 9. Plin. lib. 35. cap. 13. Ammia. Marcell. lib. 19.

Contextvs teſtamenti. l. 75. ff. de legat. lib. 3. Contextu autem vno teſtamentum fieri debere dicitur, id eſt, nullo alieno actu intermixto. l. 21. §. vlt. ff. de teſtam. Contextu ædificiorum vnita domus in l. 15. §. ex hoc edicto. ff. de dam. inf. Contextum rationum dixit Pompon. in l. 110. ff. de conditio. & dem. Contextũ etiam appellatur, quod in tela eſt nõdum pertextum vel detextum. l. 22. ff. de auro arg. Et ſic Contexta accipe in l. 70. §. verſicoloribus. ff. de legat. 3.

Continvi dies opponuntur vtilibus & ſeſſionum dieb. l. 1. §. dies. ff. de liber. agn. l. 5. §. ſatiſfactionis. ff. vt in poſſ. leg. Continuũ enim tempus eſt, quod nulla eorum dierum, quibus experiundi poteſtas non fuit, ſubductione facta, currit, & ignorantibus quoq; cedit. l. 8. ff. de his qui not. infa. l. 31. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 31. §. 1. ff. de vſucap. l. 1. C. de quadri. pręſcript. l. vlt. C. de temporib. in integr. reſt. l. 2. ff. de colluſio. deteg. l. 6. ff. de vſufru. leg. l. 24. ff. ad Velleia. l. 38. ff. de excuſ. tut. §. qui excuſare. Inſtit. eod. tit. Vbi Theophil. εἴσω ἡμερῶν ἐφεξῆς πεντήκοντα οὐ μὴν ὑπλίων, id eſt, intra quinquaginta dies continuos non vtiles. Conſtantinus verò eos dies συναπτοὺς καὶ διηνεκεῖς vocat. Continuum tempus longo opponitur in l. 20. §. vlt. ff. de ſtatu liber.

Continua prædia, id eſt, contigua & vicina & ſe inuicem contingentia. l. 31. ff. de ſeru. ruſt. l. 7. in fi. ff. comm. præd.

Continuus actus in l. 137. ff. de verb. oblig. ſine aliquo lõgo interuallo & aliquo actu contrario obligationi.

Continentes prouincias eas accipere debemus, quæ Italiæ coniunctæ ſunt, vt puta, Galliam & Prouinciam. Sicilia etiam inter continentes eſt, cùm modico freto ab Italia ſeiungatur. l. 99. ff. de verb. ſignif.

Continentia ædificia vrbi iuncta & contigua. l. 2. & l. 139. & 147. & l. 154. & l. 173. & l. 199. ff. de verb. ſign. Sic & in l. 4. §. vlt. ff. in quibus cauſ. pig. & l. 1. & apud Labeonẽ ff. de aqu. & aq. pl.

CONTRA legẽ facit, qui id facit, quod lex prohibet. l. 29. ff. de legib. Contra edictum facit, qui vetante Prætore fecit. l. 103. ff. de diuerſ. reg. iur. Contra conſtitutiones iudicatur, cùm de iure conſtitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur. l. 1. §. item cùm contra. ff. quæ ſentent. ſine appell. Contra teſtamentum non facit, qui plus facit, quàm teſtator iuſſerat, ſed qui minus. l. 22. ff. de verb. ſignif.

Contraria iudicia rectis & principalib. opponuntur. l. 17. §. 1. l. 18. §. poſſunt. ff. commod. Sic autem appellantur ea iudicia, quæ commodatario aduerſus commodantem, mandatario aduerſus mandantem, depoſitario aduerſus deponentem, creditori qui pignori accepit, aduerſus debitorem, qui dedit, & cuius negotia geſta ſunt, aduerſus eum, qui geſſit, tutori in pupillum competunt. §. ex quibuſdam. Et ibi Theophil. Inſtit. de pœna tem. litig. Id quod ſignificatur his titulorum verbis, Commodati vel contra, Depoſiti vel contra, Mandati vel contra, De pignoratitia actio. vel contra. Sic in l. 6. §. vlt. ff. de his qui not. infa. l. 8. §. ſi quocunq; ff. de neg. geſt. l. 37. ff. de vſur. l. 6. C. ſi al. res pign. vt ſuperiorum titulorum leges omittam, quæ cuilibet in promptu ſunt. Et apud Cic. lib. 3. Officior. cùm ait, In his magni eſſe iudicis ſtatuere, præſertim cùm in plerisq; eſſent iudicia contraria, quid quemq; cuiq; præſtare oportet.

Contraria inſula ex aduerſo poſita, in l. penult. §. penult. ff. de acquiren. rer. domin.

Contrariam ſententiam pati, ſuſtinere, portare dicuntur, qui iudicio vincuntur vel damnantur. l. 29. ff. de except. rei iud. l. 4. C. manda. l. 8. C. de his quæ vt ind.

CONTRAHERE dicimus negotium, obligationem, ſtipulationem, venditionem. l. 2. & l. 33. ff. de condict. indeb. l. 5. & l. 133. ff. de diuerſis reg. iur. l. 57. ff. de oblig. & actio. l. 1. l. 3. §. conuentionales. ff. de verb. oblig. l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. l. 32. ff. ſi cert. pet.

Cui contrarium eſt diſtrahere. l. 4. §. is quoque. ff. de oblig. & actio. l. 11. §. is qui vina. ff. de actione emp.

Dicimus & contrahere crimen. l. 15. l. 31. §. vlt. ff. de donat. l. 2. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 14. ff. de publican. l. 2. C. ad leg. Iul. de adulter. & Contrahere fraudem. l. 8. ff. de publican. Et ita accipe ex malo contractu in l. 52. ff. de re iudic.

Contractum autem propriè dicimus vltro citroq; obligationem, quod Græci συνάλλαγμα appellant, veluti Emptionem, Venditionem, Locationem, Conductionem, Societatem. l. 19. ff. de verb. ſignif. quæ ab acto geſtoque contractum ſeparat, vt & in l. 2. §. 1. ff. de cap. min.

Contrahere videtur, qui adit hæreditatem. l. 3. in fin. cum ſeq. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat. Omnis obligatio pro contractu accipitur, vt vbicunque aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamuis non ex crediti cauſa debeatur. l. 20. ff. de iudic.

Contractum in eo loco intelligitur nõ quo negotium geſtum ſit, ſed quo ſoluenda eſt pecunia. l. 3. ff. de rebus auctor. iud. l. 21. ff. de oblig. & actio.

CONTRECTARE eſt loco mouere. Atq; ita in quæſtione de furtis Contrectationis verbum accipiendum oſtendit l. 3. §. ſi rem. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 15. ff. ad exhibend. Vt autem contrectatione furtum committitur, ita purgatur, ſi res reponatur. l. 40. ff. de ſtatu lib. l. 4. §. Labeo quoque. ff. de vſucap.

CONTVBERNIVM primùm militũ dicitur à tabernaculis militaribus. l. 5. §. à barbaris. ff. de re milit. & apud Suet. in Iul. cap. 2. Vnde & contubernales commilitones appellantur. l. 114. ff. de verb. ſignif. l. 21. §. 1. ff. commoda. l. 39. §. penult. ff. de leg. lib. 3. l. vlt. ff. de auro, arg. l. 2. C. vbi de ratiocin.

Contubernium etiam ſeruile connubium ſignificat. Inter ſeruos enim non matrimonium ſed contubernium contrahi dicitur, vt Paul. lib. 2. Sentent. tit. 20. ſcribit. Sic in l. 14. §. ſeruiles. ff. de ritu nupt. l. 49. ff. de manum. teſt. l. 35. ff. de ædilit. ed. l. 11. §. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 3. C. de inceſt. nupt. l. 4. C. de dolo. l. 3. & l. 7. C. de liber. cauſ. l. 9. C. com. de ſucceſſio. l. 29. C. de liber. cauſa. l. 3. C. de neceſſar. ſeru. Senec. lib. 3. Controuerſ. In Contubernium deducta ſerui domina eſt. Hinc Contubernales ſeruorum vxores. l. 12. §. contubernales. & l. 20. §. 1. ff. de inſtr. vel inſtr. leg. l. 41. §. codicillis. & §. concubinæ. ff. de legat. lib. 3. l. 31. ff. de ſtatu lib. l. 41. §. hęrede. ff. de fideic. hæred. l. 120. §. ſed & Papirius. ff. de verb. ſignif. l. 20. ff. de aliment. leg.

Contubernium generalius accipitur in §. quibus connumerari. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.

Contvmax eſt, qui trib. edictis propoſitis vel vno pro tribus, quod peremptorium appellatur, euocatus vel denunciationibus cōuentus præſentiā ſui facere contemnit, ſi modò ad iuriſdictionem eius, ad quem vocatur, pertinet. l. 53. ff. de re iud. l. 5. ff. de pœn. l. 7. & 8. C. quomodo & quan. iud. Cæterùm qui ad maius auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non videtur. l. 54. in fi. eod. tit.

Contumax non is tantùm dicitur, qui iudicio deeſt, quique ad iudicium non venit, ſed & qui decreto Prætoris non obtemperat, & reſtituere vel exhibere, vel tutelam adminiſtrare iuſſus, non paret. l. 1. §. propter caſum. ff. de poſtul. l. 3. §. condemnatio. ff. de tabul. exhib. l. 40. & l. 49. ff. de adminiſtr. tut. l. 19. ff. de dolo.

Contvrbare pro decoquere in l. 5. §. idē Labeo. ff. de inſtitot. l. 16. ff. de in rem ver. Martial. lib. Epigr. 9.

Conturbabit Atlas, & non erit vncia tota.
Decidat tecum qua Pater ipſe Deûm.

Convbivm, vt Vlpian. in Inſtitutionibus tit. 5. definit, eſt vxoris iure ducendæ facultas. Iſidor. lib. 10. Etymol. cap. vlt. Conubium, ait, dicitur, cùm æquales nuptiis coeunt: vt puta ciues Romani pari vtiq; dignitate. Conubium autem non eſt, cùm ciuis Romanus cum Latina iungitur. Cic. Topic. Si mulier cùm fuiſſet nupta cum eo, cui conubij ius non eſſet, nuncium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Vbi Boeti. Non omnibus, inquit, erat conubium cum Romanis, nec erant nuptiæ iure contractæ, quæ non aut inter ciuem Romanū ciuemq; Romanam inibantur, aut cui Princeps populúsve ciuitatem, vel conubium permiſiſſet: eo ſcilicet modo, vt in poteſtatem parentum liberi redigerentur. Sic Hernicis datum, Anagninis ademptum conubium Liuius lib. 9. narrat. Conubium pro nubendi poteſtate in l. 45. §. hoc caput. ff. de ritu nuptia. l. vlt. ff. de diuort. l. 1. ff. de concubin. Quibus omnibus in locis conubium vnico N. ſcribitur in P. Flor. & in veteri meo Cod. l. 1. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de interd. matr. Et in Lexico B. Germani conubium ἐπιγαμεία.

Conventionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotij cōtrahendi tranſigendiq; cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt. Nam ſicuti conuenire dicuntur, qui ex diuerſis locis in vnum locum colliguntur & veniunt, ita & qui ex diuerſis motibus in vnum conſentiunt, id eſt, in vnam ſententiam decurrunt. l. 1. §. conuentionis. ff. de pact.

Conuenire in manum dicebatur materfamilias, quæ in matrimonium certis ſolennitatibus adhibitis coibat. Cic. Topic. Genus eſt vxor. eius duæ formæ: vna matrumfamiliarum, hæ ſunt, quæ in manum conuenerunt: Altera earum, quæ tantummodo vxores habentur. Vlpian. in Inſtitut. tit. 9. Farre conuenitur in manum certis verbis & teſtibus 10. præſentibus. Idem tit. 11. Conuentionis in manum meminit. Vide Boeti. in Cicer. Topic. & Seruium in 1. Georgic. Sic Conuenire in l. 17. ff. de concubin. & l. 15. ff. de ritu nupt. & l. 121. §. 1. ff. de verb. oblig. & apud Apul. lib. 6. de Aſino aur. Hic ecce Pſyche conuenit in manum Cupidinis, & naſcitur illis maturo partu filia.

Conuenire etiam in ius vocare ſignificat. Et inde Conuentio in l. 45. ff. de rei vendic. l. 7. C. de præſcrip. 30.

Conuenire teſtato in l. 10. §. ſi quis particeps. ff. quę in fr. cred. l. 122. §. cohæredes. ff. de verb. obligat.

Conuentum Theoph. in §. eadem. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt. non lic. definit ῥητὸν χρόνον παρὰ καταλύουσι δικῶν ἐπιτενεμημένον, ἐν ᾧ οἵτε δικάζουσι καὶ οἱ δικαζόμενοι συνίασιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Sic conuentum agere apud Cęſ. lib. 7. de bello Gall. & Cic. 7. in Verr. Liuium lib. 38. Meminit & idem Theophil. in princ. tit. de ſucceſſionibus ſublat. Vide quæ præterea diximus in verbo Forum.

Convicivm iniuriam verbis factam ſignificat. l. 1. §. 1. ff. de iniur. l. 1. ff. de iure patr. vel à concitatione, vt Labeo, ait, vel à conuentu & collatione vocum, quaſi cōuocium. l. 15. §. conuicium. ff. eod. tit. Quod & Feſt. lib. 3. ſcribit. Nam & Latini auctores eo ſæpe verbo ſolam vocis contentionem ſignificant, vt apud Cicero. pro Cluent. cùm iudici ab aduocatis Oppianici conuicium factum ait, ne ſine Staleno in conſilium iretur. Idemq; in Oratio. pro Arch. Poëta. Forenſem ſtrepitum & conuicium cōiungit. In edicto verò Prætoris conuicium aduerſus bonos mores accipimus in vnum collatam vociferationem, quæ bonis moribus improbatur, & ad infamiam alicuius ſpectat. d. l. 15. §. cui Prætor.

Copiæ pro commeatu, & annona in l. 20. ff. de compenſat. & apud Caſſiodor. lib. 6. Variar. in formula præfecturæ anno. Vnde copiari verbum caſtrenſe apud Gellium & Non. Aliis exemplis hoc confirmauimus lib. 2. de ſolution. ad fin. Duaren. lib. 1. Anniuerſ. cap. 26. Copias etiam pro materiis ad ædificandum idoneis dixit Vitru. lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. vlt.

Copiatæ autem in Nouella Iuſtinian. 59. νεκροθάπται, καὶ περὶ τὴν λειψάνων ἐκφορὰν κάμνοντες vocantur. Sic enim Lexicon B. Germani hoc verb. interpretatur. Nos libitinarios vel pollinctores, vel viſpillones reddere poſſumus.

Coram

Coram aliquo facere quid iuſſus,non videtur præſente eo feciſſe,niſi is intelligat. Itaq; ſi furioſus,aut infans ſit, aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem non etiam velle is debet. Nã & inuito eo rectè ſciet quod iuſſum eſt. l. 209. ff. de verb. ſignif. l. 25. §. ſi coram ff. de acqu. hæred. Coram ſententiam dicere arbiter videtur, qui ſapientibus dicit. Cæterùm coram furioſo, vel demente non videtur dici, ſed nec coram pupillo, niſi præſens tutor ſit. l. 27. §. coram. & l. 49. ff. de recept. qui arbitr.

Corneliæ leges quatuor præcipuæ in libris noſtris memorantur. Cornelia de ſicariis & veneficis. tot. tit. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 1. ff. de public. iudic. l. 1. ff. ad l. Pomp. l. 15. ff. de pœn. l. 23. §. ſi dolo. ff. ad l. Aquil. l. 17. §. ſi iuſſu. ff. de iniuriis. l. 3 §. ſi quis quem eorum. & l. 25. ff. ad Silani. l. 3. §. vlt. ff. de incend. ruina. l. 11. C. de his qui accuſ. non poſſ. & apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 13. Significatur ea lex in l. 15. §. euentus. ff. de pœn. vt apparet ex l. 7. C. ad l. Corn. de ſicar. Tulit autẽ eam legem Cornelius Sylla Felix Dictator, vt Seneca in lib. de prouidentia ſcribit. Eaq; nominatim eos qui proſcriptos à ſe occiderant, exceperat, vt Sueton. in Iul. oſtendit.

Cornelia de iniuriis ab eodem Sylla lata auctore Venuleio in l. 12. §. 1. ff. de accuſatio. Huius legis mentio fit in l. 5. cum ſuis §§. & l. 7. §. 1. ff. de iniur. l. 22. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 42. §. 1. ff. de procuratoribus. & apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 4.

Cornelia de falſis toto tit. ad l. Cornel. de falſ. Cuius & Sueton. in Auguſto & in Nerone meminit, & Imp. in l. 2. C. de fide inſtru. Ea verò tenetur, qui teſtamentum falſum ſciens dolo malo ſcripſerit, ſignauerit, recitauerit, amouerit, ſuppreſſerit, ſubiecerit, reſignauerit, deleuerit, vt Paul. lib. 4. Sent. tit. 7. & l. 38. §. qui viui. de pœn. Et alii in l. 2. & l. 9. §. penult. & l. 30. ff. ad l. Corn. de falſ. & l. 9. §. 1. ff. de dolo ſignificãt. Eamq; ob cauſam ea lex Cornelia de teſtamentis, vel teſtamentaria appellatur. l. 1. ff. de public. iud. l. 3. §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhib. l. 2. ff. de accuſationib. l. vn. C. quando ciuil. act. §. item lex Cornelia. Inſtit. de public. iudic. & apud Cicero. 3. in Verrem. Et Paul. lib. 5. Sent. tit. 27. Pertinebat & ad hanc legem ſuppoſiti partus crimen. l. 11. in fi. ff. de accuſationibus. l. 10. C. ad l. Corn. de falſ. Atque hæc lex nudo Corneliæ nomine exaudienda eſt, in l. 1. & l. 2. & l. 4. & l. 5. C. de his qui ſibi adſcri. l. 1. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Eſt & Cornelia de captiuis, quæ teſtamenta eorum, qui apud hoſtes deceſſerint ante captiuitatem facta confirmat, vel inteſtatorum legitimam hæreditatẽ, perinde atque ſi in ciuitate deceſſiſſent, defert. l. 10. l. 11. l. 12. §. 1. l. 22. ff. de captiu. l. 1. C. eod. tit. l. 14. ff. de caſtrenſi pecul. l. 4. §. 1. ff. de bonis libert. l. 1. ff. de ſuis & leg. l. 1. §. lex Falcidia. l. 18. ff. ad l. Falcid. l. 15. ff. de vſucapionib. l. 40. ff. de teſtam. milit. l. 8. ff. de legit. hęredib. l. vlt. C. quib. ex cauſ. maior. Nec verò teſtamenta tantùm, ſed & ſecundæ tabulæ, & ſubſtitutiones, & tutelæ teſtamento apud hoſtes morientiũ ſcriptæ ea lege confirmantur, vt in l. 8. & l. 29. ff. de vulg. & pupill. & à Paul. lib. 3. Sentent. titul. 6. traditur.

Cornicularii in l. vlt. ff. de iu. immunit. l. 3. C. de off. diuerſ. iudic. Rubr. de cohortalibus & princip. cornicul. lib. 12. C. l. 1. & l. vlt. de apparitoribus præfect. præt. cod. lib. & alias ſæpè in poſtremis Codicis libris. Hi militum quoddam genus fuere, qui Corniculo merebant, vnde nomen habent. Sueton. in lib. de clar. Grammatic. de Orbilio. Deinde in Macedonia corniculo equo meruit. Plin. in lib. de vir. illuſtrib. M. Æmilio Scauro primo in Hiſpania corniculum meruit. Liuius lib. 10. Equites omnes ob inſignem multis locis nauatam operam, corniculis armilliſq; argenteis donat. Vſus eſt Corniculatij verbo etiam Tranquil. in Domit. cap. 17.

Cornvarii in l. vlt. ff. de iure immunit. vel qui cornua conficiunt, vel Cornicines qui cornu canunt, quos Æneatores à priſcis dictos Feſtus lib. 1. ſcribit. A Tubariis autem eos Paternus ſeparat, vt & Cornicines à Tubicinibus Vegetius lib. 2. cap. 22. & Modeſtus in Epitome eiuſdem.

Coronæ ſacræ, quæ athletis in certaminibus ſacris præſtantur. l. 40. ff. de re iud. l. 5. C. quæ res pign. oblig.

Coronæ menſarum. l. 19. §. perueniamus. ff. de auro, arg.

Corporales res ſunt, quæ tangi poſſunt, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argẽtum, & aliæ res id genus. l. 1. §. hæ autem. ff. de rer. diuiſio. Caius lib. 1. Inſtit. tit. 1. Tangi enim, vt Lucretius ait, niſi corpus nulla poteſt res. Incorporales itaq; res ſunt, quę tangi nõ poſſunt, quæ in iure conſiſtunt, vt hæreditas, obligatio, ſeruitus.

Corporum porrò tria ſunt genera: vnum, quod vno ſpiritu continetur, quod Græci ἡνωμένον & συμφυὲς vocant, vt homo, tignum, lapis. Alterum, quod ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod συνημμένον vocatur, vt ædificium, armarium, nauis. Tertium, quod ex diſtantibus capitibus conſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſed vno nomini ſubiecta, veluti populus, grex, legio. l. 30. ff. de vſucapio. l. 24. §. item ea. ff. de rei vend. Plutarch. in præcept. connubialibus: τῶν σωμάτων φιλόσοφοι τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, κα-

θάτερ᾽ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχουσι. Seneca quoq; lib.17. Epiſt. Quædam continua eſſe tradit corpora, vt hominem: quædam compoſita, vt nauim, domum, omnia deniq; quorum diuerſæ partes iunctura in vnum ſunt coactæ: quædam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tanquam exercitus, populus, Senatus. Illi enim per quos iſta corpora efficiuntur, iure aut officio cohærent, natura diducti & ſinguli ſunt.

Corporalis poſſeſſio, quæ corpore detinetur: Corporaliter enim poſſidet, qui incumbit poſſeſſioni. l.24.& l.25.§. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. l.40.§. vlt. ff. de pignor. actio. l.4.§. tunc in poteſtatem. ff. de vſucapion. l.79. ff. de ſolution.

Corporalia pignora ad differentiam nominum & iurium in l.15.§. ſic quoq; iudices. ff. de re iud. ea dicuntur, quæ corporaliter traduntur, & quæ in corpore conſiſtunt. Corporaliter etiam acceptum pignus dixit Iulianus Patricius in Nouel tit.20.

Corpus matrimonij. l.20. ff. quod met. cau. l.25.§. quod autẽ. ff. de hæred. pet. l.74. & l.77. §. dulciſſimus. ff. de legat. lib.2. l.9.§. ſi quis ius ignorans. ff. de iur. & fac. igno. l.23. & l.25. ff. de aliment. leg.

Corpora pro collegiis & vniuerſitatibus in l.1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. l.3.§. à municipibus. ff. de bon. poſſeſſ. l.7.§.1. ff. ad exhibend. l.1.§. ſeruum. ff. de quæſtio. l.10.§. qui manumittitur. ff. de in ius voc. l.9.§ animaduertendum. quod met. cau. l.1.§ ſi autem collegium. ff. ad Trebellian. l.21. ff. de rebus dub. l.41.§. vlt. ff. de excuſ. tut. l.38.§. quindecim. ff. de legat. lib.3.

Sic corpus menſorum frumenti. l.10.§.1. ff. de vacat. mun. l. corpus fabrorum. l. pen.§. quibuſdam. ff. de iure immunit. Corpus nauiculariorum. l.2.§. licet. ff. eod. tit.

Hinc Corporati, qui ſunt ex corpore ciuitatis, vel collegij. l. vlt. de nauicular. lib.11. C. l. vn. de priuileg. corpor. vrb. Rom. l. vn. de Alex. prim. eod. tit.

Corporaliter præſtitum iuſiurandum, in l.1. C. ſi aduerſ. vendit. l. penu. C. ſi minor ſe maior. vetuſtiſſimi quiq; interpretes, tactis ſacroſanctis Euangeliis interpretantur. Quod tamẽ Alexãdro d. l.1. auctori nunquam in mentem venit: Et mihi veriſimile ſit Triboniani eſſe hoc non Alexandri verbum.

Corrigi dicuntur, quæ praua vel dura ſunt, cùm in melius emendantur, reformantur, aut interpretatione molliuntur. l.7. ff. de iuſtit. & iu. l.79. ff. pro ſoc. l.1. ff. ex quibus cauſ. maior. Græci ἐπανορθοῦν dicunt.

Correctores prouinciarum. l.10. & l. pen. ff. de offic. præſ. l. vn. C. vt omnes iud. Meminit Anianus in interpretatione No. Valent. tit.3. & Caſſiodor. lib.3. Variar. Epiſt. ad Fauſtum. In Italia autem Correctores his in locis Notitia ſtatuit, Apuliæ, Calabriç, Brutiorum, Lucaniæ. Vopiſc. in Aurelia. Tetricũ triumphatum Correctorem Lucaniæ fecit. In partibus verò Orientis duo Correctores erant, Auguſtanicæ & Paphlagonicæ. Atq; ſecundum hæc κορρεκτορίαι ἀρχαὶ accipiendæ ſunt in Nouell.8. Brutiorum autem nomen corruptum eſt in inſcriptione l.1. ad l. Corn. de falſ. in C. Th. & in l.1 quibus equor. vſus. eo. Cod. & in l.7. de indulgẽt. debit. & in inſcriptio. l.1. de appellationibus l.1. de relatio. in eod. Cod.

Corrvpisse, quod ad l. Aquiliam attinet, videtur, qui vinum ſpurcauit, vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. l.27.§. inquit lex. cum § ſeq ff. ad l. Aquil. Item ſi frumento harenam aut aliud quid immiſcuit, cuius difficilis ſeparatio ſit, quaſi de corrupto agetur. d. l.27.§. ſi quis veſtimenta.

Corrupiſſe etiam intelligitur tabulas, qui eas interleuerit. l.42 ff. ad l. Aquil. 35. ff. de dolo. l.16.§. denique. ff famil. erciſ. l.31. ff. de furt.

Corrumpere ſeruum, quod ad tit. De ſeruo corrup. pertinet, videtur, qui eum deteriorem facit. Quod quomodo accipiendum ſit, exponitur in l.1.§. vlt. ff. de ſer. corrup.

Corrumpere pro vitium afferre & violare. l.5. ff. de quæſtio. l.38.§ qui nondum. ff. de pœn.

Corrumpi dicuntur ſtipulationes, legata, libertates, quæ aliqua ratione vitiantur & intercidunt. l.11. ff. de ſeruitutibus l.30.§ diuus. ff. de fideicomm.

Credere dicimur, cuicunq; rei adſentimur fidẽ alienam ſecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu. Itaq; rerum creditarum appellatione Prætor omnes contractus, quos alienam fidem ſecuti inſtituimus, complexus eſt. l.1. ff. de rebus cred.

Creditum à mutuo eo differt, quo genus à ſpecie. Nam & creditum cõſiſtit extra eas res, quæ pondere, numero, menſura continentur, ſicut ſi eandem rem recepturi ſumus creditũ eſt. Sed & ſine re verbis credimus quodã actu ad obligationem comparandam interpoſito, veluti ſtipulatione. l.2.§ creditum & §. vlt. ff. de rebus cred.

Hinc Creditorum appellatione non illi tantùm accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, ſed & hi quibus ex quacunq; actione, vel perſecutione, vel iure ciuili, vel ordinario, vel extraordinario, purè, vel in diem, vel ſub conditione debetur, modò non perpetua aliqua exceptione ſummoueri poſſint. l.10. l.11. l.15. ff. de verb. ſignif. l.4. ff. de ſeparatio. Nouel. Conſtit.4 ad fi.§. vlt. Proinde & ſi cui ex delicto debeatur, creditoris loco accipietur: ſed ex populari planè cauſa ante litis conteſtationem rectè dicetur creditoris loco non eſſe.

l.12. ff.

l.12.ff.de verb. ſignific. Maritus ex promiſſione dotis, creditoris quoque loco habetur. l.25. §.1.in fi.ff.qui potio. in pign. l.41.ff. de re iud. l.19.ff.de oblig. & actio. Et ex diuerſo vxor dotem repetens in creditoribus numeratur. l.31. ff. ſol.matr. Is cui ſub conditione legatum eſt, pendente conditione nō eſt creditor, ſed tunc demum, cùm ea extiterit: aliter atque ſi ſub conditione ſtipulatus eſt. nam & hic pendente conditione creditor eſt. l.42.ff.de oblig.& actio. l.27.ff. qui & à quibus. l.54. ff. de verb. ſignif.§.ex conditionali. Inſtit. de verbor. oblig. Planè quibus natura duntaxat debetur, creditorum loco non ſunt, quia petitionem nō habent. l.10.in fi.ff.de verb.ſign. Creditiq; appellatio eam tantùm pecuniam demonſtrat quæ peti poteſt, non etiam eam quæ petitionē quidem non habet: ſolutione autem facta repeti non poteſt. l.94.§.vlt.ff.de ſolutio.

Sed hæc generalis Crediti appellatio nonnunquam adſtringitur ad mutuam pecuniam ſignificandam. Vt ecce quod S.C. Macedoniano conſtitutum eſt, filiofam. credi non licere, non ad verba, ſed ad numerationem referendum eſt. Sola enim mutui datio prohibetur, cùm cætera negocia rectè cum filiisfam. contrahantur. l.4.§.vlt.ff.ad Macedo. Sic & in l.24.§. pen. l.27.§.1. ff. de minoribus. Et ita in creditum ire in l.19.§.cùm haberes.ff. ad Velleia. l.2.§.1.ff.ſi cert.pet. l.65.§.vltim.ff.ad Trebellia.

Alioquin in creditum iri ex cauſa emptionis vel alio ſimili contractu, dicitur. l.3.§.is autem.ff. ad Macedonia. Et in l.5.§. ſed ſi dedi.ff. de tribut. In creditū abire idem ſignificat, quod aliàs dicitur fidem emptoris ſequi, & ei fidem habere de precio. Et in l.31.ff. loca. In Creditum iri dicitur, cùm rei dominium in accipientem transfertur, vt vel aliam eiuſdem generis reddat: quod & in locato fieri poteſt. Sic & Quintilian. in Declamatio.360. Tu amiſſo viro cùm dotem non petiſti, feciſti creditum ex dote. At in l.15.§.ſi pignor.ff.de re iud. In creditum poſſidere, eſt in crediti vicem atq; locum poſſidere.

In credito eſſe argentum dicitur, quod in nominibus eſt. l.27.§. argento.ff. de auro argento.

CRETIFODINÆ. l.9.§. ſed ſi lapidicinas. l.13.§.inde eſt quæſitum.ff.de vſufruct. l.77.ff. de verb. ſignif. l.13.ff.de publican. l.3.§.vlt.ff. de reb.eor. l.7.§.ſi vir in fundo.ff.ſolut.matr.

CRIMEN pro criminatione & accuſatione. l.3.C.de calumniatoribus. l.21.ff. de Senat. Silanian. l.109.ff.de diuerſ.regul.iur.& Inſtitut. de ſuſpect. tutorib. in prin. Vbi quod Iuſtinia. crimen, Theophil. κατηγορίαν vertit. Eodem ſenſu Perſeuerare in crimine dixit Vlpian. in l.7.ff. de accuſatio. id eſt, in accuſatione. & Importare crimen in l.14.§. is demum.ff.de bon. libert.

CRVSTA agri in l.9.§. Alfenus.ff.de dam. inf. Cruſtæ marmoreæ in l.17.§.quæ tabulæ.ff. de act.em. quæ ſcilicet parietibus opere tectorio inducebantur. Quintilian. Declamat. 9. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnæ, nec graues cruſtę fecerint immemorem fragilitatis. Caſſiod. lib. 1. Variar. Diſcolorea cruſta marmorum gratiſſima picturarum varietate texatur. Iſidor. lib. 19. Etymolog.cap.13. Cruſtæ, ait, tabulę ſunt marmoris. Vnde & marmorati parietes & Cruſtati dicuntur: vbi & Marmora ſecandi in cruſtas rationem explicat. Inde Incruſtationes in l.13. in fin.ff.de ſeruitut.vrb. l.79. in fin. ff. de verb. ſignific.

Cruſtę etiam aureæ in l.32.ff.de auro, arg.

CVBICVLARII. l.65.ff. de leg.lib.3. l.14. §.ſi patris. de bon.libert. l.203.in fi. ff. de verb. ſignif. Et apud Sueton. in Tiber. cap. 21. Memorantur & in Conſtitutionibus præpoſiti ſacro cubiculo. l. vltim. C. vbi ſenator. & apud Ambroſ. Epiſt.27. lib.5. & in inſcriptione l. vlt. C. vbi cauſa fiſcal. Ex qua colligitur, eos de cauſis dominicorum inquilinorum, colonorúmve vnà cum comite domorum cognouiſſe. Præpoſitum etiam cubiculo legimus apud Sueton. in Domitian. cap. 17. quem Xiphilin. πρόκοιτον vocat.

CVLLEI tam vinarij quàm frumentarij ſunt. l.17.in fi.ff.de ann.leg. l.vlt.§.vlt.ff. de pigno.actio. l.3.in fi.ff.de trit.vino,& ol. l.12.§.1. ff.de inſtru. & inſtrum. Feſt.lib.3. Culleola dicta à ſimilitudine culleorum, quibus vinum ſiue oleum continetur. Quod & ex Cato. de re ruſtic.cap.154.apparet. Culleus autem Vrnas 40. capiebat auctore Columella lib.3. de re Ruſtica cap.3. Plin.lib.18.cap.31. Sæpenumero ſeptenos culleos ſingula iugera, hoc eſt, amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Priſcianus in libro de ponderibus. Eſt & bis decies quem conficit amphora noſtra,

Culleus. hac nulla eſt maior menſura liquoris.

Culleum Iſidor.lib.5.Etymolog.cap.27. definit vtrem ex corio factum, in quo parricidæ cum ſimia & gallo & ſerpente incluſi in mare præcipitabantur, vt in l.9.ff.de l.Pomp.de parricid.& l.4.quor. appell.non recipiūt.in C.Th. & apud Cicero. 1. Rhet. ad Herenn. traditur. Theophilus etiam ἀσκὸν βόειον vocat in §. alia deinde. Inſtit.de public.iudic.

CVLPA nihil aliud eſt, quàm ſegnities, deſidia, & negligentia. l.72.ff. pro ſoc. l.5. C. de peric. tut. l.8.§. de tempore. l.9.§. eſt præterea. ff.de rebus auct.iud. l.4.ff. de magiſtr.conu. l.7. §.1.ff. de ſuſp. tuto. Itaque culpæ diligentia opponitur. l.68.ff. de contr. emp. Culpa au-

tem quædam lata, quæ & magna & diſſoluta negligentia, proximè dolum accedens: Quædam leuis, cui diligens cuſtodia opponitur: Quædam leuiſſima, quæ exactiſſimam diligentiam deſiderat: de quibus ſingulis ſuo loco, vt ex ordine literarum occurrent, dicemus.

Culpa vxoris vel mariti diuortium factum ſolutúmve matrimonium dicitur, cùm alteruter diſcidij cauſam præſtitit ob mores, verbi gratia, improbatos. l. 9. § nunc videndum. in fi. ff. de minoribus. l. 38. l. 44. & l. 45. ff. ſolut. matr. l. 19. ff. de verb. obligat. l. 11. § vlt. ff. de adulter. l. 91. §. pen. ff. de conditio. & dem. C. de repudi. l. vn. § ſileat. C. de rei vxo. act. & apud Vlpian. in Inſtitut. tit. 6. Cicer. Topic. Si viri culpa factum eſt diuortium, & ſi mulier nuncium remiſit, tamen pro liberis manere nihil oportet. Terentius Hecyra, Act. 3. Scen. 5. Neq; culpa hoc eueniſſe diſcidium mea. Eſſeq; hoc verbum iuris Seruius in 3. Æneid. adnotat.

Culpa autẽ vxoris diremptæ nuptiæ videntur, ſi illa furenti nuncium remiſerit, ſi modò furor ferendus non ſit his qui circa eam ſunt. l. 22. § ſi maritus. cum ſeq. ff. ſol. matr.

Articulus Cvm, copulam ſignific. l. 142. ff. de verb. ſignific. Itaque ſi quis Titio cum Seio ſe legare dixerit, Vtrique legaſſe intelligitur, ſicut vtrunque legatur, cùm fundus cum domo legatur. l. 112. §. ſi ita legatum. ff. de leg. lib. 1. Cæterùm cùm quis Titio cum Seio legat, ſine altero alter ad legatum admittitur. Nam & cùm Prætor dicit *Ventrem cum liberis in poſſeſſionem eſſe iubebo*, & ſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur. l. 121. ff. de leg. lib. 1. l. 13. in fin. ff. de manum. teſt. l. 31. ff. de ſtatu liber. Hæc verba, *Cum quatuordecim annorum erit factus*, & ſi quatuordecim annorum erit factus eandem conditionem habent. Sed poſteriori ſcriptura per conditionem tempus, priori per tempus conditio demonſtratur. l. 22. ff. quando dies leg. ced. l. 49. in princ. & §. 1. ff. de leg. lib. 1.

Cvmvlvs debiti. l. 8. ff. de pact. l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ.

Cumulus patrimonij. l. 3. ff. vbi pupill. educ.

Cumulus æris alieni. l. 4. ff. ad Trebell.

Cvnicvlvs. l. 26. ff. de dam. inf. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de riuis. l. 11. § 1. ff. de aq. & aqu. plu. l. pen. de metallar. lib. 11. C.

Cuniculum pergentem in Iulij, more Græco dixit Pompon. in l. 3. §. vltim. ff. ſi ſeruitus vindic.

Cvpa, in l. 31. ff. loca. l. 8. ad fi. & l. 12. § conſeruandi. ff. de inſtru. vel inſtrum. & l. 15. § proprietatis. ff. de vſufru. vas frumenti viniue conſeruandi.

Cvra à Cultura ſeparatur in §. ſi quis à non domino. Inſtitution. de rer. diuiſio. Nam & oues & pecorum fructus curari dicuntur. l. 60. in fin. ff. de leg. lib. 3. l. 7. §. non ſolùm. ff. ſol. matr. Item arbores. l. 3. ff. de impenſ. in res dot.

Curare, pro ægrotis mederi. l. 11. § penult. ff. ad exhib. l. 2. in fin. ff. de oper. libert. l. 4. § Stichus. ff. de ſtatu lib.

Curare lacum. l. 27. § vlt. ff. ad l. Aquil.

Curare veſtimenta. l. 12. ff. de furt. l. 31. ff. locati.

Curare negocia, pro gerere. l. 14. § 1. ff. cõm. diuid.

Cvratores multiplicis generis libris noſtris memorantur. Sunt enim adoleſcentiũ, ſunt & furioſum & prodigorum, ſunt & mutorum, ſurdorum, dementium, fatuorum, debiliumq; perſonarum, & eorũ, qui negociis ſuis ſupereſſe aliquo perpetuo morbo nõ poſſunt. tit. de curato. fur. l. 1. § vlt. l. 2. & l. 3. & l. 4. & l. 5. ff. de poſtul. l. 14. § pen. ff. de ſolutio. l. 4. § vlt. ff. rem pup. ſal. fo. l. 1. § pen. ff. de munerib. & hon. l. 48. ff. de adm. tut.

Horum munus curam & curationem appellant tit. de reb. cor. qui ſub tut. vel cura ſunt. l. 13. ff. de poſtul. l. 11. § ex facto. l. 29. § ex cauſa. ff. de minorib. l. 3. C. de tranſact.

Inde Curationis iudicium. l. 11. ff. de auct. tut. ſeu actio adminiſtratæ curæ. l. 4. C. de trãſactio. negociorum geſtorum actio eſt. C. de neg. geſt. l. 4. in fi. ff. de tut. & rat. diſt. l. 1. C. quod cum eo.

Curationem reſtituere eadem forma qua & tutelam dixit Paul. in l. 32. ff. de minorib. id eſt, curæ adminiſtratæ rationes reddere.

Datur item ventri Curator. l. 1. ff. de munerib. & honor l. 1. §. quoties. & §. ſeq. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. 48. ff. de adm. tut. l. pen. § & ſi curator. ff. de ritu nupt. l. 8. ff. de cur. fur.

Curator bonorum, qui ad diſtrahenda vel gerenda bona abſentis, vel eius, cui hæres non exiſtit, vel qui apud hoſtes eſt, vel cum ſcripti hæredes deliberant à Prætore datur. l. 48. ff. de adm. tut. l. 5. §. vlt. de Carb. ed. l. 13. & 9. ff. de cur. fur. l. 9. § his verbis. & l. 22. ff. de rebus auct. iud. l. 1. in fi. ff. de muneribus & hono. l. 2. ff. de feriis. titul. de curator. bon. dan. l. 15. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 22. § ſi curator. ff. manda. l. 90. ff. de ſolution. l. 22. ff. de minoribus Græcè ἐπιμεληταὶ vocari ſcribitur in l. 46. § 1. ff. de adm. tut.

Curatores operum. l. 7. ff. de offi. proconſ. l. 1. & l. 2. § 1. ff. de operib. publ. l. 2. § ſed & ſi. ff. ad municipal. l. 17. § pen. ff. de vſur. Quib. ſcilicet extruendorum, vel reficiendorũ ædificiorum publicorum cura mandatur. l. 1. § hi quoq;. & l. vlt. ff. de munerib. & hono. Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traian. Videntur non mediocres pecuniæ poſſe reuocari à curatoribus operum, ſi menſuræ fideliter aguntur.

Curatores corporum.l.pen.in ff.de colleg.

Curator municipum.l. 5.§. hæc verba.ff. quod vi aut clam.

Curator reipubl.l.vlt.ff.de offi. adſeſſ.l.2.§. grani.l.3.§ 1.& § pen.ff.de adm.rer. ad ciuit.l. 46.ff.de damno inf.l.37.ff.de pact.l.1. ne quis liber inuit.lib.11.C.l.2.C.de ſentent. quæ ſine cer.quantit. Vlpia. librum ſingularem ſcripſit de officio Curatoris Reip. qui & curator ciuitatis.l.vlt.ff. quod cuiusq; vniuerſit. & l.vlt.ff. de adminiſt.rer.ad ciuita.Græcè λογιστής, vt eſt in l.3.C.de modo mult.

Curator Cęſaris pro procuratore.l.vlt.ff.de offi.proc.Cæſ.l.5.ff.de iure fiſc.

Curatores frumenti & olei emendi, quos σιτῶνας καὶ ἐλαιῶνας appellant.l.vlt.ff.de muneribus & honor.l.21.ff.ad municip.l.30.ff.de neg.geſt.

Curator Kalendarii.l.vlt.§.item reſcripſerunt.ff.de adm.rer.ad ciuit.l.1.de Curatorib. Kalendarii, in C.Theod. & in inſcriptio. quadam Styriæ. *Cur.Kal.ſrabatenorum.*

Curator diuinæ vel dominicæ domus in inſcriptio.l.vlt.C.de quad.præſcript.& in Nouell. Iuſtin.conſtit.1.

CVRIA & ſenatorum & decurionum dicitur.l.3.ff. quod cuiuſque vniuerſit.l.38.§. iudices.ff.de pœn.

Vnde Curiales, qui Curiis adſcripti erant.l. pen.de exacto.tribut.lib.10.C.l.12.l.18.l.20.C. de epiſc. & cler.l.pen.C.de hæred.decur.& aliis infinitis locis.

CVRIATÆ appellatæ ſunt à Regibus latæ leges, vt Pompo. in l.2.ff. de orig.iur. Curiata autem lege adoptiones factas Sueto.in Auguſto cap.64.oſtendit.

CVRIOSI crimina magiſtratibus nunciabant, curſusq; publici tuendi ſollicitudinem gerebant. tit.de Curioſ. & ſtatio.lib.12.C.& l. 13.C.de curſu pub.eod. à curis agendis dicti l. 2.C.de curioſ.l.1.C.de offi.mag.offic.id eſt, à cura vehicularis curſus, vt in l.vlt.ff.de munerib.& honor. Tertullian. in lib. de fuga in perſecutio. In matricibus beneficiariorum & curioſorum. Et in Paſſione B.Mennæ Heliodori cuiuſdam mentio fit, qui curioſi officio fungebatur.

CVRSVS vehicularis.l.1.&l.vlt.ff. de munerib.& honor.

Curſus publicus.l.4.C.de offi.præſid.l.5.C. de modo mult.toto tit.de Curſu publ.lib.12.C. Vnde Curſuales equi apud Caſſiodor.lib.4. Variar.epiſto.ad Godiſcalcum, & lib.5. Epiſt. ad Mammilam.

CVSTODIA diligētem rei curam, & qualem bonus ac diligens paterfam. in ſuis rebus præſtare ſolet, diligentiam ſignificat.l.13.§.vlt. ff.de pignor.act.l.2.ff.vſufr. quemadm. cau.l. 5.§.quod verò. & §. vſque adeo. ff. commod.l. 14.in prin.& §§.ſeq.ff.de furt.l.35.§.ſi res vendita.ff.de cont.empt.l.4.& 28.C.de locato & conduc.l.17.§ ſi cùm mihi.ff. de præſ. verb.l. 52.§.damna.ff. pro ſoc. Et apud Paul. lib. 2. Sent.tit.4.

Cuſtodia plena, vt & diligentiam præſtet.l. 2.in fi.de peric.& commod.

Cuſtodia diligens.l.5.§.cuſtodiam.ff.commod.l.1.§. penult. & l.2.ff. de ſeru.fugit.vbi ait lex, diligens cuſtodia etiam vincire permittit.

Cuſtodiæ pars eſt, damni inſecti cauere.l. 36.ff.de act.empt.

Cuſtodiam aliàs publicā intelligimus, qua rei continentur.l.9.ff. ex quibus cauſ. maior.l. 224.ff.de verb.ſignif.l.13.§.pen.ff.de re milit. l.9.ff.de teſtament.

Cuſtodia militaris in l.4.§.1.ff. ſi quis caut. l.2.de exactorib. tribut. lib. 10. C. militibus enim, vt plurimum rei credebantur & committebantur, niſi graue eſſet crimen, propter quod carcere claudi deberent, vt probat l.10. ff.ex quib.cauſ.maior.& l.1.& l.3.& l.12.ff.de cuſtod.reo. Et Plin.lib.10.Epiſt ad Train.Ita cuſtodia ſæpè ipſos cuſtodes ſignificat, vt & apud Tertullian.in Apologet. Nube reuoluta quę obſtruxerat ſepulchrum, & cuſtodia porrò diſiecta.

Cuſtodias etiam ipſos, qui ſub cuſtodia tenentur & aduerſantur, appellant.l.6.ff.de offi. proconſ.l.penult.ff.de feriis.l.12. ff.de cuſtod. reor.l.18.§.pen.& vlt.ff.de quæſtio.l.12.ff.de publ.iud.l.2.§.in bonorum.ff.quis ordo in bonor. poſſ. Suet. in Tib. In recognoſcendis cuſtodiis precanti cuidam pœnæ maturitatem, reſpondit, Nondum tecum in gratiam redii. Idem in Calig. Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens nullius inſpecto elogio. Seneca epiſt.6c. Cùm adueheretur nuper inter cuſtodias quidam ad matutinum ſpectaculum miſſus. Tertul.in Apologet.capit.44. Veſtros iam conteſtamur actus, qui quotidie iudicandis cuſtodiis præſidetis.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER QVARTVS.

DACTYLIOTHECA anulorum cauſa paratam thecam ſignificat. l. 52. §. quod in bibliotheca. & l. 53. ff. de legat. lib. 3. & l. 67. ff. de furtis.

DAMNATVM in edicto Prętoris, quo rei capitalis damnatis bonorum poſſeſſio denegatur. leg. 13. ff. de bonor. poſſeſſion. accipimus eum, qui non prouocabit. Cæterùm ſi prouocet, nondum damnatus videtur: Eadẽ cauſa erit, & ſi ab eo damnatus ſit, qui ius damnandi non habuit. Damnatus enim ille eſt, vbi damnatio tenuit. leg. ſecunda. §. vltim. ff. de pœnis. facit l. 6. §. hi autem omnes. cum ſequentib. ff. de iniuſto, rup.

Damnatus dicitur hæres, à quo ita legatum eſt, *Hæres damnas eſto dare*. l. 4. §. vltim. l. 35. l. 36. §. vlt. & aliàs paſſim. ff. de leg. lib. 1. l. 26. §. adeò. de condict. indeb. l. 14. & l. 15. ff. de vſufr. leg. l. 5. ff. de act. empt. l. 44. §. ſi duo. ff. famili. erciſc. l. 7. §. 1. ff. de annu. leg. cum aliis multis, quæ cuique in promptu ſunt. Quod legati genus, damnationis, vel per damnationem appellabatur. §. 1. Inſtitut. de legat. Vlpian. in Inſtitut. titu. 24. Gaius libr. 2. Inſtitut. titu. 5. Illius autem legatorum formulæ, *Damnas eſto*, non in libris tantùm conſultorum, quorum exempla huc adferre miſeræ eſſet, & nimium ſollicitæ diligentiæ, ſed & apud Quintilia. lib. 7. capit. penult. fit mentio. Illud notatu dignum eſt, verbum Damnas etiam numero multitudinis de pluribus hæredibus dici, vt in l. 122. §. 1. ff. de leg. libr. 1. Lucius Titius & Gaius Seius Publio Mæuio decem dare damnas ſunto. Sic & in l. 34. §. 1. ff. de leg. libr. 3. Viginti dare damnas ſunto ſine dolo malo.

Damnas ſit, pro damnatus ſit. l. 82. ff. de conditio. & demon. Quo de genere etiam Agrætius in lib. de Orthograph. hæc tradit. Vnde & in iure Damnas iſtius, & iſtud eſto legatum dicitur, hoc eſt, ſoluendo eſto, quod ſolui omnibus modis neceſſe eſt, & ſi res aliena legetur. Inuenio & huius verbi in legibus vſum fuiſſe, vt in lege Mamilia. Colonis municipibusq́; , in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto: Et ad finem. Néve quis, cui ob eam rem hac lege damnas eſto. In illo quoq; Senatuſconſulto, quod eſt apud Frontin. lib. 2. de Aquæductibus. Si quis aduerſus ea commiſiſſet, in ſingulas res in dena millia damnas eſſet. Et in ea lege, quæ eodem loco recenſetur, Reficere, reſtituere, ædificare, ponere, demoliri damnas eſto.

DAMNVM ab ademptione, & quaſi deminutione patrimonii dicitur. l. 3. ff. de damno inf. Quintilian. Declamatio. 320. Damnatum definit Amiſſionem bonorum, quæ habuerimus, qui hoc ibidem tradit damnationem ex eo dictam eſſe, quòd pleriſque criminibus pecuniæ imponeretur. Proinde nemo damnum facit, niſi cui de ſuo aliquid deminuitur & deperit: aliudq́; eſt damnum facere, aliud lucro prohiberi. l. 26. ff. de damno inf. Aliud lucrum extorqueri, aliud damnum infligi. l. 6. §. ſimili modo. ff. quæ in fraud. cred. Damnum planè accipit & is, cuius ædium luminibus officitur. l. 25. ff. de damn. infect. Sed & quod ad interdictum attinet, quo Prætor, ne quid in loco publico fiat, néve quid in eum locum immittatur, qua ex re quid illi damni detur, interdicit. Damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, quale quale ſit, veluti ſi proſpectus, aut aditus deterior anguſtiórve fiat. l. 2. in princip. & §. merito. ff. ne quid in loco publ.

Damnum autem is dat, qui iubet dare. l. 169. ff. de diuerſ. reg. iur. Damnum certè nemo dat, niſi qui id facit, quod facere ius nõ habet. l.

bet.l.151.ff.de diuerſ.reg.

Damnum dediſſe videtur, qui cauſam prębuit damni dandi.l.4.§.penult. ff. de vi bonor. rapt.l.30.§.vlt.ff.ad l. Aquil.

Damnum facere pro dare in l.151. ff. de diuerſ.reg.iur.& d.l.30.§. vlt. & l.7.§. eſt & alia. ff.quòd vi aut clam.

Damnum iniuria datum. in l. Aquilia accipimus, quod cum damno iniuriam attulerit.l. 49.§.1. ff. ad leg. Aquil. Vel, vt Iuſtinianus, damnum culpa facientis datum. Inſtitu. de iniur. in princip. &, vt Theophil. interpretatur, ζημίαν ἀδίκως γινομένην. Ita damnum iniuria in l.1.ff.ad l. Aquil.& l.1.ff.de iniur. Et damnum iniuriæ, in l.31.ff. de fur. Vnde damni iniuriæ act. in l.9.§.vlt.ff.de tut.& rat.diſtr.l.30. ff.ad l. Falcid.l.18.in fi.ff.ſol.mat.l.57.in fine.ff.loca.l. 27.§.ſi quis de manu.& l.32.ff.ad l. Aquil.l.37. ff.de donat.int.vir.l. 51. ff. de fur.l. 11.in fi. ff. de eden.l.6.§.vlt.ff.nautæ, caupo.l.111.§.vlt.ff. de diuerſ.reg.l.3.ff.de feriis.§. at aduerſus.Inſtitut.de pœna tem.litig.quę aliàs damni iniuria actio.l.6.§. 1. ff. nautæ, caupo. & apud Ciceron.in orat.pro Quint. Roſc. Com. Et damni iniuria dati apud Quintilian. Declamatio.385. Et damni per iniuriam dati actio, apud eundem aut alium Quintilian. in titulo, Declamatio pro paupere cõtra diuitem. Vnde damni ĩniuria agi in l.7.§.eſt & alia.ff.quod vi aut clam.l.23.ff. de furt.l. 28.§. colonus. ff. de iureiur.l.29.§.item Labeo.ff.ad l. Aquil. Et damni iniuria argui.l.24.§.vlt.ff. de liber. cauſa. Et damni iniuria teneri.l.27.§.ſi furnum.& §.Proculus.& §.ſi calicem.& l.45.in fin.ff.ad l. Aquil. Et damni iniuria conueniri.l.28.§.colonus.ff.de iureiur. Aliàs damni iniuriæ agi.l. 14.in fi.ff.de præſ.verb.l.2.§. pen. vi bon. rapt. l.27.§.Proculus.& §.ſi calicem.& l.41.ff. ad l. Aquil.l.54.ff.de acq.rer.do.& l.31.ff.de furt.

Damnum in ſocietate non intelligitur, niſi omni lucro deducto.l.30.ff.pro ſoc.

Damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt.l.2.in fi.ff.de peric.& commo.l.52.§. damna.ff.pro ſoc.

Damnum infectum eſt, damnum nõdum factum quod futurum veremur. l. 2.ff. de damno infect.

Damni infecti promittere, & damni infecti mitti in ædes Iureconſulti dicunt, ſubaudientes, nomine, vel, cauſa.l.15.§.ſi damni.ff. ex quibus cauſ.maior.& tit.de damn.infect. Cicer. Topic. At ſi quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtare quod fornix vitii fecerit. vbi Boëti. Damni infecti promiſſionem eſſe ſcribit, quoties qui promittit, ſi quod damnum vitio ſuo contigerit, ſua reſtitutione eſſe penſandum.

Sine damno, id eſt, ſine diminutione, & vt Theophil. interpretatur, δίχα πάσης δαπάνης. in §.at ex contrario. Inſtit. quibus alien. lic. l. 25.C.de adm.tut.l. vlt. §. pen. C. de reb.auct. iud. At in l.23.§.ſeruum.ff.de fideicom.libert. Citra damnum voluntatis, id eſt, citra offenſam voluntatis teſtatoris.

Daphnes lucus ad vrbem Antiochiæ fuit amœniſſimus & cupreſſis maximè opacus, vt Niceph.lib.10. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 28. Et lib.16.cap.23.ſcribit. Eius fit mentio lib.11. C.Rubr.de cupreſſ.ex luco Daphnes. Et apud Lamprid.in Alexand.

Dardanarii annonæ aliarumq; mercium acerbiſſimi venditores, & vexatores.l. 6.ff.de extraordin.crim.l.37.ff.de pœn. In Lexico Latinogræco iam ante citato Dardanarius vertitur σιτοπώλης, σιτομετάβολος, σιτοκάπηλος.

Dare eſt accipientis facere. §. ſic itaque. Inſtitut.de actio. Itaque hæc ſtipulatio, Fundum Tuſculanum dari, hoc continet, vt dominium omninò efficiatur ſtipulatoris. l. 5.§. vlt.ff.de verb.obligat. Nec videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.l.128.ff.de diuerſ.reg. Dediſſe intelligendus eſt, etiam is, qui compenſauit vel permutauit. l. 76.ff. de verbor.ſignific. Datum à me videtur, quod vel à procuratore omnium bonorum, vel ab eo, qui negotium meum gerebat, ratihabitione ſecuta datum eſt. l. 7.ff. de calumniatorib. In edicto Ædilium, cuius verba referuntur, in l.25.§.vlt.ff. de ædilit. ed. Datum accipimus, non ſolum quod numerator venditori, vt puta pretium, & vſuras eius, ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt.l. 27. ff.eod.tit.

Dare facere.l.vlt.ff.comm.præd.l.71.ff.pro ſoc.l.47.ff.de leg.lib.2.l.27.ff.de nouat.l.18.§. 1.ff. de acceptilatio.

Dari fieri.l.13.ff.de inoffi.teſt l.122.§.Callimachus.ff.de verb.oblig.l.pen.ff.rem pup. ſalfo. Et aliàs dare, facere, præſtare. l. 13. §. idem Iulianus. ff. de actio.empt. l. 37.ff. de oper.libert. Et dare præſtare. l.40. §. Pamphilo.ff. de ſtatuliber.l.17.ff. de alim. leg.l. 37. §. pater. ad fin.ff. de leg. libr. 3. Dare reſtituere.l.29.§.Titius. Hæc autem verba *Quod te mihi dare facere oportet*, licet coniuncta videantur, ſic tamen accipienda ſunt, vt quoduis eorum ſufficiat probare.l.53.ff.de verb ſignif.

Dare vſumfruct.hæres iuſſus vt in ſpecie.l. 3.ff.quibus mod.vſusfruct.amitt.l. 19. §. vlt. l. 32.§.1.de vſufr. leg. Dare intelligitur, ſi legatarium in fundum inducat, eúmve patiatur vti frui.l.3.ff.de vſufr. Atque ita dari quoq; ſeruitutes per patientiam cedentes intelligimus. l. 19.ff.de ſeruit.ruſt.l.vlt.ff. comm.præd. l. vlt. ff.de ſeruit.

Dare etiã vacua poſſeſſio dicitur in l.32.§.

arbitr.ff.de arbitr.& crebrius tradi.

Dare ſe in harenam.l.vlt.ff.de fugitiu.

Dare ſe militiæ.l.28.ff.de liber.cau.l.4.§.1.& §.ſeq.ff.de re milit.

Dare ſententiam, pro, dicere & ferre.l.28.ff.de re iud.l.56.§.1.ff.de euictio. Et dare ſimpliciter eodem ſenſu, vt in l.27.in fi.ff.de liber.cau. Contra libertatem dabit, id eſt, ſententiam feret. Tacit.lib.4. Ita ſecundum Meſſenos datum, id eſt, pro Meſſenis pronũciatum. Sueto.in Claud.cap.15. Abſentibus ſecundum præſentes dabat facillimè nullo delectu. Plin. lib.7.Epiſt.ad Macrin. Finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundum reos dedit. Hæc autem locutio imminuta & conciſa eſt. Plenè enim ſic enunciatur, Secundum aliquem litem dare: quam locutionem in pronunciationibus vſitatam ex Valer. Max. libr.3.cap.3.& Seneca in pręfatio.lib.7. Declamatio. aliàs docui. Cicero pro Quint. Roſc. Scauri tabulas poſcebamus. nunc tuas, C. Fanni Chærea, ſolius poſtulamus. quominus ſecundum eas lis detur, non recuſamus. Lucan.lib.3. ſecundum Æmathiam lis tanta datur.

Dari in metallũ, ad beſtias, ad opus publicum, in exilium, in ludum venatorium dicuntur, qui in eas pœnas damnantur.l.8.§.ſeruos.l.17.l.23.l.28.in prin.& §.vt generaliter.l.34.ff de pœn.l.4.ff de interd.& releg.l.29.ff.de excuſ.tut.l.3.C.ſi penden.app.& apud Firmicum lib.3.Matheſ.cap.5.

DATIVI tutores dicebantur, auctore Vlpian.in Inſtit.tit.11. qui teſtamento dati erant. Datiuos tamen & teſtamentarios tutores ſeparat Modeſtin.in l.7.ff.rem pup.ſalu.fore. Quemadmodum datiuam tutelam à teſtamentaria & legitima Iuſtinianus ſeparat in l.40.C.de epiſ.& cleric. Datiuosque idem Imper.in l.vlt.C.de legit.tut. accipit, qui à iudice dantur.

DASVMIANO Senatuſconſulto de his cauebatur, qui fideicommiſſariam libertatem præſtare rogati, iuſta ex cauſa abeſſent, vt nec libertas impediretur, nec libertus impediretur his qui fraude carerent.l.36.ff. de fideicomm.libert.

DEBERI propriè id tantùm intelligitur quod peti & ab inuito exigi poteſt.l.108.ff.de verb.ſignif. Vnde feſtiuus ille Martialis iocus lib.2.Epigr.

Sexte nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur.
Debet enim, ſi quis ſoluere iure poteſt.

Itaque nec ſeruus debere nec ſeruo deberi quicquam intelligitur.l.41.ff.de pecul. Ac proinde eos, qui natura tantùm obligantur, debitores per abuſionem dicimus: cùm debitores hi tantùm propriè dicantur, à quibus inuitis pecunia exigi poteſt.l.16.§.fideiuſſor.ff.de fideiuſſorib.l.108.ff.de verbor.ſignificat. Obtinuit tamen, vt etiam natura deberi dicamus, licet eius petitio nulla ſit.l.1.§.vlt.ff.de pec.conſt.l.1.§.id quod natura.ff.ad l.Falcid.l.85.ff.de diuerſ.reg.l.10.ff.de oblig.& act. aliis vulgatis locis, adeò vt qui natura tantùm obligatus ſoluerit, debitum ſoluiſſe dicatur.l.19.§.penult.ff.de ſolutio. Et debiti appellatio plerunque ſolam naturalem obligationem comprehẽdit.l.40.§ dominus.ff.de cond.& dem.l.25.§.1.ff.quando dies leg.ced. Sic fit, vt deberi aliquid vel natura, vel ciuili, vel honorario iure poſſit.l.1.§.debitam.l.3.ff.de conſtit.pec.l.1.ff.de nouatio.l.47.ff.ad Trebellian. Debetur porrò vel purè, vel in diem, vel ſub conditionem.l.16.ff.de petit.hæred. Nam & quod die certa præſtari oportet, deberi dicimus, licet dies eius nondum venerit.l.9.ff.vt legat.nom.cau.

Verbum, debuit, omnem omninò actionem comprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſi ſit perſecutio.l.178.in fi.ff.de verb.ſignif.

Debitor tam ex cõtractu, quàm ex delicto intelligitur.l.14.cum ſeq.ff.de petit.hæred. In eo quod dicitur, Debitores rerum publicarum ab honorib.arceri, debitores accipimus eos demum, qui ex adminiſtratione reliquantur, vel qui ex pollicitatione, quę recuſari non poteſt, obſtricti ſunt.l.6.§.ſed.& eos demum.§.ſi ex pollicitatione.ff.de munerib.& hono.

Debitores non videntur, qui ſe exceptione iuſta & ab æquitate naturali non abhorrente, eaq; perpetua tueri poſſunt.l.67.ff.de diuerſ.reg.iur.arg.l.10.& l.55.ff.de verb.ſignif.

Debita portio, quæ liberis ex ſubſtantia paterna iure ciuili debetur.l.8.§.vnde.ff.de inoffi. nimirum quarta pars ſucceſſionis, quæ ab inteſtato obtigiſſet. Appellatur & debitum bonorum ſubſidium.l.2.& l.5.Cod.de inoffi.donatio. Deberi autem parentum hæreditas liberis intelligitur, liberorum verò parẽtib.non æquè, propter votum parẽtum & naturalem erga filios caritatem.l.15.ff.de inoffic.teſt.l.vlt.ff.de bon.damnato.l.7.in fi.ff.vnde lib.l.50.ff.de bon.liber.

Debita etiam patronis portio, quę patronis ex l.Papia relinqui debet.l.114.§.1.de leg.lib.1.l.28.ff.de leg.lib.2.l.1.§.penult.ff.ſi cui plus quàm per l.Falcid.l.20.ff.de donatio.l.60.ff.ad Trebellia.Inſtit.de ſucc.lib.l.19.§.1 de cond.& dem.l.25.l.41.l.44.ff.de bon.libert.l.6.§.ſi patronus.ff.ſi quis in cau.teſt.

DEBILES perſonæ in l.19.in fin.ff.de reb.auct.iud. qui propter infirmitatem & perpetuo aliquo morbo ſuis negotiis ſupereſſe non poſſunt.l.4.& l.5.ff.de poſtul.l.2.ff.de cur.fur.

DECANOS in vrbe Conſtantinopolitana, humandorum cadauerum curam geſſiſſe patet ex

tet ex Nouell. l. 59. quæ de ſumptibus funerum tractat. Argumentum huius rei certiſſimum eſt, quod eos illic Iuſtinia. δεκάνους ἤτοι κοπιάτας vocat. Κοπιάτας autem ex Lexico B. Germani νεκροθάπτας ſupra interpretati ſumus. Atque ita decanorum nomen intelligendum eſt in l. 4. & l. 9. C. de ſacr. eccleſ. In monaſteriis porrò decanos appellatos, qui denis monachis præerant, Auguſtin. lib. 1. de Morib. Manich. oſtendit.

DECAPROTI l. l. 3. §. decaprotos. ff. de muneribus & hono. l. 10. ff. de pollicitatio. l. vlt. §. mixta. ff. de munerib. & hono. Latinè decemprimi dicuntur. Cic. pro Sex. Roſc. Amer. Decretum decurionum ſtatim fit, vt decemprimi proficiſcantur. Et Firmicus libr. 3. Matheſ. cap. 12. & ita in l. 2. de quæſtionib. C. Th. hoc verbum coniunctim prolatum accipi poteſt. Vnde decaprotia in l. vlt. §. mixta. & l. 8. C. de munerib. patrim. libr. 10. C. quæ & decemprimatus appellatur in l. 1. ff. de munerib. & hono. Apparet autẽ ex ſupradictis locis decemprimos tributa exegiſſe, & pro onerib. defunctorum fiſcalia detrimenta reſarciiſſe.

DECEMVIRORVM qui XII. Tabulas perſcripſerunt, meminit l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. l. 63. ff. de donatio. int. vir.

Decemuir litibus iudicandis apud Spartia. in Hadria. & in Antiq. inſcriptionib. ſæpius.

DECERNERE eſt cognitionaliter ſtatuere. l. 1. ff. de conſtit. prin. l. pen. ff. de offi. præt. l. 3. in fi. ff. quod quiſque iur.

Inde DECRETVM dicitur, quod cauſa cognita ſtatuitur, pronunciatur. l. 1. ff. de offic. adſeſſ. l. 9. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. l. 5. ff. de minoribus. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. l. 7. in fine. ff. de pact. l. 2. & l. 3. ff. de confir. tut. Itaque decretum pro tribunali tantum non etiam de plano interponi poteſt. l. 7. in fin. ff. de confir. tut. l. 3. §. ſi cauſa. ff. de bonor. poſſeſſ.

Decretum principale in l. 2. ff. de offi. adſeſſ. Exemplum eſt in l. 13. ff. quod met. cau. l. 7. ff. de vi priua. l. 22. ff. ad Trebellia.

Decreta patrum pro Senatuſconſultis in l. 17. ff. ad municipal. l. 16. C. de adulter. & apud Tacitum perſæpè. Quanquam Senatus decretum à Senatuſconſulto ſubtiliter Feſtus libr. 16. ex Ælii Galli ſententia diſtinguit. Appellantur & ampliſſimi ordinis decreta, vt lib. 1. docui.

Decretum ordinis. l. 30. ff. de neg. geſt. l. 6. §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſit. tit. de decret. ab ord. faciend.

Decreta ambitioſa. l. 3. ff. de offi. proconſ. l. vlt. C. de decret. decurio. lib. 10. l. 3. ff. de minorib. l. 4. ff. de decret. ab ord.

Decreto ſeparatio impetratur. l. 1. ff. de ſeparatio. Bonorum poſſeſſio quædam decreto petitur. l. 2. §. ſi quis ex liberis. ff. ad S. C. Tertyllia. Quæ & inde decretalis appellatur. l. 1. §. decretalis. ff. de ſucc. ed. l. 2. §. dies. cum ſeq. ff. quis ordo in bon. poſſ.

Decreto quoq; Prætor in poſſeſſionẽ mittit. l. 3. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſſio. Et hoc primum decretum ab interpretibus appellatur. Nam eſt & ſecũdum decretum, quo Prætor eum, qui miſſus eſt poſſidere iubet, & dominium capere per longum tempus permittit. l. 15. §. Iulianus. ff. de damn. inf.

Decreto etiam Prætoris actor periculo tutoris conſtituitur. l. 24. ff. de admin. tut. Iuſtis quoq; decretis res temperatur, quoties æquitatem deſiderii naturalis ratio vel aliqua iuris dubitatio moratur. l. 86. in fin. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 84. ff. de acquiren. hæred.

Decernere etiã actionem, id eſt dare Prætor dicitur. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. l. pen. ff. de fideicom. libert. l. 46. §. 1. ff. de adm. tut. l. pen. in fin. ff. de acq. hæred. l. 1. §. ait Prætor. ff. de dolo.

DECESSIO pro deminutione & detractione. l. 28. ff. ſi quis om. cau. teſt. l. 178. §. 1. ff. de verbor. ſignif. Vbi acceſſio & deceſſio contrariè referuntur. vt & apud Cicer. libr. 3. Officior. his verbis: Eorum neq; acceſſione vitam meliorem fieri, neque deceſſione peiorem.

DECESSOR in l. 4. §. rectè. ff. de offic. proconſul. quem vulgò prædeceſſorem dicimus. Spartia. in Peſcennino. Peſcenninũ mihi laudas: Adgnoſco. Nam & deceſſor tuus manu ſtrenuum, vita grauem dixit.

DECVRIONES ex eo dictos quidam aiunt, quòd initio cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur, publici conſilii gratia conſcribi ſoleret. l. 239. §. decuriones. ff. de verbor. ſignificat. In municipiis autem & coloniis decuriones conſilio publico præerant, & ſuæ curiæ quaſi ſenatores erant. l. 32. de decurionibus. lib. 10. C. Eáque de cauſa & ſportulas accipiebant. l. 6. §. 1. ff. de decurion. magnis verò oneribus ſubiiciebantur, vt expoſui lib. 4. Select. Antiq. Decuriones in re militari accipiebantur, qui turmæ equitum præerant, auctore Modeſto in Epito.

DECIDERE, paciſci & tranſigere ſignificat. l. 44. ff. de pact. l. 46. ff. de rei vendic. Ita res tranſactione deciſa dicitur in l. 29. §. quamuis. ff. de inoffi. teſt. l. 23. C. de tranſactio. & Deciſio pro pactione. l. 7. ff. de condictio. fur. l. 3. ff. ad l. Falcid. l. 13. C. de furt. l. 7. l. 19. & l. 14. C. de tranſactio.

Damnum pro fure decidere, de furto paciſci eſt. l. 9. §. nunc videndum. de minorib. l. 7. ff. de cond. furt. l. 46. §. hæc actio. ff. de furt. Damnum decidere in l. 61. §. 1. & §. quod verò. de furt. Decidere etiam iureiurando. l. 22.

in fi.ff. de noxalib.l.1.ff. de iureiur.l.56.ff. de re iud.l.38.C. de his qui not.infa.

Decidere verberibus.l.2.in fin.ff. de termino moto.

Decollatio apud Paul.lib.5. Senten. tit.17. Diomedes libr.1. decollo apud veteres decipio ſignificaſſe ait: Quod Plauti & Lucilii teſtimonio confirmat. At aliter inueniri apud Feneſtell.libr. Epitomat.2. Quemadmodum Cæſar à piratis captus ſit, vtq; eos poſtea ceperit & decollauerit. Veteres autem ſecuri cæſos dicebant. Inuenitur & hoc verbum apud Tranquill. Et apud Senec. libr. 4. Controuerſiar.

Dediticiorum numero erant olim, qui pœnæ cauſa vincti à domino, quibúsve ſtigmata inuſta, quive propter noxam torti nocentésque inuenti, aut traditi, vt ferro, vel cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam coniecti, deinde quoquo modo manumiſſi erant. Id quod lex Ælia Sentia faciebat. Vlpian. in Inſtit.tit.1.& tit.7. Iuſtinian. in §. vlt. Inſtit. de liberti.& l.vn. in prin.C. de Lat.libert. toll. & in tit. de dedit. libert. toll. C. & Nouell. 78. Gaius quoque libr.1. Inſtit.tit.1. Dediticii, ait, ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, & publicè pro criminibus cæſi ſunt: aut in quorum facie, vel corpore quæcunque indicia, aut igne, aut ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, vt deleri non poſſint. Ita dediticios accipe apud Tertullian. in libr. de Pallio. Quo nomine appellatos eos Theophilus interpretationi ſuperiorum locorum conſentiens, in §.vlt. Inſtitut. de libertin. ſcribit, ad exemplum peregrinorum, qui à Romanis victi iterum rebellaſſent, quos dediticios appellabant. Sed & in hiſtoriis Dediticii vocantur, vt in Lexico B.Germani definiuntur, οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι, τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες.

Deesse in l.55.ff. de euictio.l.27.§. ſi quis litigatorum. ff. de recept. qui arbitr. l.2.§. ſed quod diximus.ff. ad S.C. Tertyllian.l.6. Cod. de accuſatio. ſignificat ad iudicium non adeſſe, vt etiam loquuntur noſtri in l.52.§. vltim. ff. pro ſoc.& in dict.l.55. ff. de euictionibus. Et Sueto. in Calig. Inde per contumaciam deeſſe, in l.13.§. vnde tractari.ff. de minoribus. l.73. in fin.ff. de iudic.l.5.ff. de pœn.l.4.C. quomod. & quando iud. Et cognitioni deeſſe. l.27.§.1.ff. de liber. cauſ.l.7. in fine. ff. de incend.rui.

Defendere eſt eandem vicem, quam reus, ſubire.l.51.§.1.ff. de procuratorib. Vlpian. ad edictum Prætoris, quod in l.33.§. vlt. ff. de procuratorib. refertur, Defendere, ait, eſt facere quod dominus, in litem faceret & cauere idoneè.l.35.§. defendere. ff. de procurator. Alienæ.n. litis nemo ſine ſatiſdatione idoneus eſt defenſor.l.46.§. qui alium. eod.tit. Vnde & illam Iudicatum ſolui ſtipulationis clauſulam, Vlpian. interpretans, qua reum rectè, id eſt, boni viri arbitratu defendi, promittitur.l.6.ff. iud.ſol. defendere, ait, eſt ſatiſdare. Sic enim videtur defendere quis, ſi ſatiſdet.l.5.§. nunc videamus.ff. iud. ſol. Denique qui ſuſcipit alterius defenſionem, etſi locupletiſſimus ſit, aut conſularis, non videtur defendere, niſi ſatiſdare ſit paratus.l.51.§. vlt. cum l.52. & l.53.ff. de procuratoribus. Præter ſatiſdationem ita defendere procurator videtur, ſi iudicium accipiat. Planè ſi in poſſeſſionem venire patiatur eum, qui damni infecti ſatis, vel legatorum deſideret, vel ex noxali cauſa duci ſeruum patiatur, defendere videbitur. l.35.§. vltim. & l.36.ff. de procuratoribus. Quòd ſi interrogatus procurator qua ex parte hęres ſit, dominus non reſpondeat, plenè defendere non videtur.l.9.§. Celſus.ff. de interrogatio. in iu.fac. l.39.ff. de procuratoribus. Sufficit certè ad plenam defenſionem, ſi iudicium accipiatur, nec iurare defenſor compellitur.l.34.§. procurator. ff. de iureiur. Non auditur autem qui pro parte defendere paratus eſt.l.38.ff. de procuratoribus.l.4.ff. ſi ex nox. cauſa ag. Quare reo latitante poſt litem conteſtatam, ita demum fideiuſſores eum defendere videbuntur, ſi vel vnus ex his eum pro ſolido defendat, vel omnes, vel qui ex his vnũ dederint, in quẽ iudicium transferatur.l.42.§. vlt. ff. de procuratoribus. Enimuero ſufficienter defendiſſe mariti defenſor videtur, ſi tantum vxori præſtet, quantum ea dotis in iudicio conſecutura fuiſſet, ſi ipſum maritum conueniſſet.l.14.ff. ſol.matr. Vlpian. ad hæc edicti verba, quibus Prætor in integrum ſe reſtituturum pollicetur, ſi quis quid vſu ſuum fecerit, actionemq; ſolutus fuerit, ob id, quòd dies eius exiiſſet, cùm abſens non defenderetur, Defendi ait, non eum videri, cuius ſe defenſor ingerit, ſed qui requiſitus ab actore non ſit defenſioni defuturus. Plenaq; defenſio accipietur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur.l.21.§. vlt.ff. ex quib.cauſ.maior. Ita enim abſens defendi non videtur, ſi actor vltro interpellat, nec quiſquam defenſioni ſe offerat.l.22.ff. eod.tit.

In eo verò edicto quo Prætor in eius bona, qui iudicio ſiſtendi cauſa fideiuſſorem dedit, ſi neq; poteſtatem ſui faciet, neq; defendatur, iri iuſſurum ſe pollicetur, Defendi videtur, qui propter abſentiam in nullo aduerſarii ſui cauſam deteriorem faciat.l.2. in princip.& §. pen.ff. quib. ex cauſ. in poſſ.

In alio edicto, quod ſub eod. titu. proponitur, quo ſi pupillus in ſuam tutelam venerit, & rectè defendetur, poſſeſſione decedere ſe iuſſurũ Prætor profitetur, Rectè defendi eſt,

ſui

ſui poteſtatem facere,& ad ſuſcipiendum iudicium paratum eſſe. Denique vel per ſe, vel per alium, cum ſatiſdatione defendi.l.5.§.vltim.ff. quibus ex cauſ. in poſſ. Rectè defendi etiam Vlpian.lib.49.ad edict.interpretatur iudicium accipere,vel per ſe,vel per alium cum ſatiſdatione: nec illum videri defendi, qui quod iudicatum eſt, non ſoluit.l.63.ff.de iudic. Idem eodem libro tradit,quotieſcunque non fit nomine pupilli quod quiuis paterfam. idoneus facit, non videri defendi. Siue igitur ſolutionem,ſiue iudicium, ſiue ſtipulationem detrectet,defendi non videri.l.10.ff.de adm. tut. Idem lib.44. ad edictum. Non defendere videri eum ait, non tantùm qui latitat, ſed & eum qui præſens negat ſe defendere,aut non vult ſuſcipere actionem.l.53.ff. de diuerſ. reg. Planè in l.33.§.publicè.ff. de procuratoribus. Defenſio pro abſentiæ excuſatione & exonio, vt vulgò loquimur, accipienda eſt, ne pugnet cum l.pen.§. ad crimen.ff. de publ. iud. Quod & Ioan. illic benè ſenſit.

Defenſor appellatur, qui alium in iudicio defendit.l.9.§.iuſiurandum.l.34.§.defenſor.& §.procurator.ff.de iureiur.l.21.§.nos autem.ff. de pact.l.14.ff.ſol.matr.l.23.ff. de re iud.l.13. ff.quibus ex cauſ.in poſſ.l.18.§.vlt. ff. de caſtr. pec.l.2.in fi.& l.6.ff.ad Velleian.l.13.§.etiam.ff. de pignoribus.l.11.§.hoc iure.ff.de exception. rei iudic.l.6.ff.rat. rem hab. l.1.§. vlt. ff. quibus mod. pign.

Defenſores Rerumpub. ſeu ciuitatum, qui aliàs Syndici.l.1.§.tutores.ff.quando appell.ſit. l.1.l.16.§.vlt.& l.vlt.ff.de munerib.& honor.l. 10.in fi.ff.de vacat.muner.l.1.C.de off. eius qui vic.alic.obt.Lamprid.in Alexand.Corpora omnium conſtituit,vinariorum,lupinariorum, caligariorum,& omnino omnium artiũ, hiſq; ex ſeſe defenſores dedit.

Defenſores etiam ciuitatũ in conſtitutionibus appellantur magiſtratus,tit.de defenſorib. ciuit.C.l.2.C. de ann. except.l.5.C. de vſur.l. vlt.C.de iur.emphyt.§.pen.Inſtit.de Atilia.tut. l.1.C.ſi quacunq; prædit. pot.

Sunt & defenſores locorum.l.30.C.de epiſc. & cler.l.vlt. C.de iudic.

Deferre,eſt nunciare crimen, poſtulareque & accuſare. l.13.ff.de accuſatio. l.15.§.idem iudex.ff. de liber. agnoſc.l.18.ff. de iure fiſc.Sic autem conciſè dicitur: plena enim locutio eſt,Deferre nomẽ,deferre cauſam. l.vlt. ff.de accuſatio. Et ita emendandum puto in l. 7.ff.ad l.Iul.maieſt. *Sed & milites,qui cauſas alienas deferre non poſſunt*, vt & l.13.ff. de accuſatio.& l.18.§.veterani.ff.de iure fiſc.Et ipſa eius legis antecedentia, ſequentiaque verba ſuadent.

Delatores, qui crimina deferunt.l.3.§.penult.& vlt.& aliis.ff.de iure fiſc.Delator porrò non eſt,qui protegendæ ſuæ cauſæ gratia ad fiſcũ aliquid nunciat.l.44.ff.de iure fiſc. Conſtantin.delatorem μηνυτὴν vocat, eumq; ita definit τὸν ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον γνωρισμοῦ τινὸς ὑποθέσεως ἢ πράγματος, ἀγνοουμένου μὲν πρότερον, μηνυομένου δὲ ὕστερον παρ᾽ αὐτοῦ.

Deferre ſe dicitur,qui quod ei tacitè & in fraudem legis relictum eſt,capere ſe non poſſe profitetur.l.1.l.3.§.vlt.l.13.l.16.ff. de iure fiſc.l. 5.in fi.ff.de his,quæ vt indign.

Deferre,pro in cenſum deferre & deducere.l.4.§.in ſeruis.ff.de cenſib.Sene. lib.1. de benefic.Nec illis fraudi eſt, ſi aliquid in cenſum detulerint.

Deferri dicitur hæreditas, quam adeundo conſequi poſſumus.l.151.ff. de verb. ſignificat. Eodem modo & deferri bonorum poſſeſſio, quam agnoſcendo amittendoque acquirere poſſumus.l.1.§. decretalis.ff. de ſucceſſ. ed.l.8. ff. de collat. bon.l.1.& l.5.C.qui admit.l.vnic. C. quando non petent. part.l.1. C. de repud. bon. poſſ.

Deferri quoque legatum eodem ſenſu dicimus: ſed & actio deferri dicitur.l.64.§.dabit. ff.ſol.matr.

Deficere dicuntur,qui ab his,quorum ſub imperio ſunt,deſiſtunt,& in hoſtiũ numerum ſe conferunt.l.5.§.1.ff. de cap. minut.

Item Deficere dicuntur,qui animam agũt. l.8.§.hoſtes.ff.de pœn.l.32.§. ſi ambo.ff. de donat.int.vir.

Vnde defecta ſenectus.l.12.§.de illo.ff.de vſufruct.

Defecta ætas.l.3.§.ignoſcitur.ff. de s.c. Silania.

Deficere debitores, qui labuntur facultatibus,& efficiuntur non ſoluendo.l.3.§.multa.ff. de iure fiſc. Vnde Defectus facultatibus, in l. 33.ff.de iure dot.

Hoc ſenſu & cautio deficere dicitur,in l.73. ff.de condit.& dem.fideiuſſoribus ad inopiam vrgentibus.Sic & defecta nomina accipe in l. 11.in fi.ff.de vſur.

Defeciſſe quoq; conditio dicitur,quæ non exiſtit.Ita defectam conditionem.l.38.§. ſi quis ſeruum.ff.de hæred.inſtit.

Sed & defici quem conditione dicimus.l. 31.l.74.l.8.ff.de condit.& dem.l.12.ff.vt legat. nom.cau.l.8.in fi.prin.& §.pen.ff. de conditio. Inſtit.l.13.ff.de ſtatu liber.

Deficere & hi dicuntur, qui hæreditatem omittunt, vel ante agnitam aditamque eam decedunt.l.5.ff. de vulg.& pup.l.78.ff.ad l. Falcid.

Ita Deficientium partes interpretare in l. 53.in fi.ff.de acq.hæred.l.8.ff. de aliment. leg. Deficere ipſa quoq; pars dicitur.l.31.ff.de cõd. & dem.l.57.& l.59.ff. de legat.lib.2.quæ aliàs ceſſare & vacare dicitur.

H

Definire plerunque in iure Ciuili generaliter aliquid ſtatuere ſignificat. l. 4. §. puto. ff. de hæred. inſtit. l. 5. §. conceſſa. ff. de donat. int. vir. l. 14. ff. de diuerſ. reg. l. 1. ff. de reg. Cato. l. vltim. ff. de bon. dam. l. 3. ff. de impenſ. in res dot.

Definitio itaq; pro canone & generali regula accipitur in l. 202. ff. de diuerſ. reg. l. 32. ff. de vſur. l. 10. ff. de auro, arg.

Defrutum muſtum eſt decoctũ & deſpumatum, vt Palladius & Plin. lib. 14. cap. 9. ſcribunt. Varro de vita pop. Ro. lib. 1. vt eſt apud Non. Sapam appellant, quod de muſto ad mediam partem decoxerant. Defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferuefaciendo. Vtriuſque meminit l. 12. §. ſi in aliqua. ff. de inſtr. & inſtrum. Defruti verò & paſſi meminit l. 9. & l. vltim. §. vltim. ff. de tritico, vino. Paſſum autem eodem Varrone interprete nominabant veteres, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerent, eamque paſſi eſſent in ſole aduri. Nam & paſſum quò ex ſicciore vua eſt, & defrutum quò magis incoctum eſt, eò eſt valentius, teſte Celſo lib. 11. medecin. ca. 17. Planè Victorinus in lib. de Orthograph. defructum ſcribendũ docet, propterea quòd defruendo & coquendo fiat tale: quod defrudetur, id eſt, fraudetur coctura & minuatur.

Deiicere, in interdicto Vnde vi, eſt de quacunque poſſeſſione expellere. Deiicitur enim qui poſſidet, ſiue ciuiliter ſiue naturaliter poſſideat. Nam & naturalis poſſeſſio ad hoc interdictum pertinet. l. 1. §. deiicitur. ff. de vi & vi arm. Deiicit autem tam qui manibus ſuis deiicit, quàm is, qui mandauit, vel iuſſit, vt alius deiiceretur, vel ratum habuit. l. 1. §. deieciſſe. ff. eodem. l. 152. §. 1. ff. de diuerſ. reg. quam ad illud interdictum referendam inſcriptio oſtendit.

Deieciſſe quoq; locatorem colonus videtur, qui ei cui locator poſſeſſionem vendidit, poſſeſſionem non tradidit, niſi probabili cauſa ductus id fecerit. l. 12. ff. de vi & vi arm. Aliter in edicto de his, qui deiecerint vel effuderint, verbum deiiciendi accipi planum eſt.

Delegare eſt vice ſua alium reum creditori dare, vel cui iuſſerit. l. 11. ff. de nouatio. & delegatio. Sic in toto illo tit. & in l. 45. ff. manda. l. 21. ff. de donatio. l. 41. ff. de re iud. Seneca lib. 4. de Benefi. Debitores nobis delegat deos, precaturque vt illi pro ſe gratiam referant. Dicunt autem Iureconſulti delegare debitorem, reum, & delegare nomen. l. 9. ff. de præſcript. verb. l. 8. §. interdum. ff. ad Velleia. l. 48. in fi. ff. de pecul.

Vnde delegatio nominum in l. 11. C. de donatio. Et ſic delegatio in l. 17. ff. de cond. furt. accipienda eſt.

Delegare ſe in l. 4. ff. de manumiſſio. eſt alieno creditori vice debitoris ſe obligare.

Delegare etiam mandare ſignificat & committere. l. 32. §. quæſitum. ff. de recep. qui arbitr. l. 3. §. quamuis. ff. de admi. tut. l. 1. ff. de dam. inf. Vnde iudex datus Delegatus appellatur. l. 5. l. 11. & l. 14. C. de iudic.

Delegationes indictionis tributariæ in l. 3. de anno. & tribut. lib. 10. & l. 1. & l. vlt. de indictionibus eo. lib. l. vlt. de cano. largitio. l. 23. C. de decurionibus eo. lib. l. 7. C. de off. rect. prouinc. l. 1. & l. 4. C. de modo mult. l. 9. l. 11. de excuſatio. muner. lib. 10. C. Iuſtinian. Nouel. 128. διατυπώσεις vocat σημαινούσας τὸ ὁπόσον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, ἤτοι πόλει, ὑπὲρ ἑκάστου ἰούγου, ἢ ἰουλίων, ἢ κεντυρίων, ἢ ἄλλων οἵων δήποτε ὀνομάτων, τοῦτο μὲν ἐν εἴδει, τοῦτο δὲ ἐν χρυσίῳ, δημοσίων ἕνεκεν ἐπικεῖσθαι.

Delficæ in l. 3. ff. de ſupell. leg. & apud Paul. lib. 3. Sent. tit. vlt.

Delibatio hæreditatis legatum eſſe dicitur in l. 116. ff. de legat. lib. 1. quod teſtator ex eo quod vniuerſum hæredis foret, aliquid decerpit, deminuit & ſubducit. Ex diuerſo illibatus quadrãs in l. 20. §. Papinianus. ff. fam. erciſc. integrum & non imminutum legatis.

Deliberandi ius quod hæredi à Prætore conceditur ad ſtatuendum, vtrùm hæres eſſe velit, an non, toto tit. de iure deliberandi. ff. & C. l. 3. ff. de cur. fur. l. 26. ff. de contra. empt.

Dementes ſunt mente capti, qui propriè loquendo, à furioſis diuerſi ſunt. Ideoq; ab his ſeparantur. l. 2. ff. de inoff. teſt. l. 27. §. coram. ff. de recep. qui arbit. §. furioſi. Inſtit. de curatoribus. Et furor à dementia in l. 6. ff. de cur. fur. l. 8. §. 1. ff. de tut. dat. l. vlt. §. 1. C. de adm. tut. Græci Iureconſulti ita diſtinguunt, vt furioſos μαινομένους, dementes ἀνοήτους dicant. Eſt autem dementia, vt Cic. 3. Tuſcul. Quæſtio. ſcribit, affectio lumine mentis carens, cùm non integra mens eſt & ſana, tuetur tamen mediocritatem officiorum & vitæ communem cultum atq; vſitatũ. Hac propria verbi ſignificatione, quæ latiùs plerunq; porrigitur, fit vt cũ furore dementia confundatur. Quintilian. Declamat. 348. Dementia eſt ablatus rerum omnium intellectus.

Demonstratio, à cauſa & conditione multum diſtat. l. 75. §. 1. & l. 96. ff. de legat. lib. 1. Demonſtratio plerunque factam rem oſtendit, Conditio futuram. l. 34. in fi. ff. de conditio. & dem. id eſt, Demonſtratio, in præſens vel præteritum, Conditio in futurum tempus confertur, vt ex l. 85. ff. de legat. 3. patet, Theophilus in §. huic proxima. Inſtit. de legat. hæc duo ita diſtinguit, δημονστρατίων ἐστὶν δήλωσις πράγματος ὃ ληγατεύεται. καῦσα δέ ἐστι δήλωσις τῆς αἰτίας δι' ἣν ληγατεύεται. Hæc

oratio,

oratio, *Stichum qui meus eſt*, demõſtrandi cauſa poſita intelligitur. At ſi ita concipiatur, *Stichum qui meus erit*, pro conditione accipitur. l. 6. ff. de legat. lib. 1. Demonſtratio quoque eſt ſi ita dicam, *Veſtem purpuream, quæ vxoris cauſa parata eſt. Centum, quos mihi debet. Stichum, quem de Titio emi. Fundum Tuſculanum qui mihi à Titio donatus eſt. Fundum, quẽ illa mihi doti dedit*. l. 10. ff. de auro, argẽt. l. 26. ff. de liber. leg. l. 76. §. hæres. ff. de legat. lib. 2. l. 17. & l. 40. §. qui dotalem. ff. de conditio. & dem.

Demonſtratio vice nominis fungitur. l. 34. ff. de conditio. & dem. l. 6. ff. ſi cer. pet. l. 6. in fi. ff. de rei vend.

DENVNCIARE auctori, eſt eum ad rem defendendam conuenire. l. 9. & l. 21. C. eod. tit. l. 29. §. vlt. l. 53. in fi. l. 55. l. 56. §. ſi præſente. l. 74. §. 1. ff. de euictionibus. l. 85. §. in ſolidum. & l. 139. ff. de verb. oblig. l. 49. ff. de iudic. Inde denunciatio pro euictione interpoſita in l. 63. ff. de euictionibus. Eſt & denunciatio iudicium præcedens. l. 7. ff. de inoff. teſt. l. 20. §. petitam. ff. de petit. hæredit. Denunciare domum, pro, ad domum in l. 1. §. 1. ff. de lib. adgnoſ. l. 4. §. prætor. ff. de dam. inf. Denunciaſſe in l. Iulia de adulteris qualiter accipiatur, explicat Vlpian. in l. 17. ff. de adulter. ſecundum quam l. 2. & l. 39. §. duos. ff. eod. tit. intelligendæ ſunt. Eodemq́ue modo Denunciatum crimen accipimus in l. 6. C. de accuſationibus. Et denunciationem pro delatione criminis in l. 4. ff. ad Turpillian. Denunciare teſtimonium alicui, vetus locutio, quę ad teſtimonium dicendum vocare aliquem ſignificat. l. 4. & l. 19. ff. de teſtibus. l. 6. ff. ad l. Iul. repetund. Sic & in lege Mamilia, *Teſtibus publice duntaxat in res ſingulas decem denunciandi poteſtatem facito*. Plin. lib. 6. Epiſt. ad Vrſum: Placeret in futurum ad eam legem adiici, vt ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibusq́; denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet, ita reis quoq; fieret. Quintilian. lib. 5. cap. de teſtibus. Quoniam duo ſunt genera teſtium, aut voluntariorum, aut eorum, quibus iudex in publicis iudiciis lege denunciare ſolet. Denunciationes in l. 5. ff. de pœn. & l. 7. l. 9. C. quomodo & quando iudex. & apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 5. accipiendæ ſunt interpellationes, quibus ad iudicem quis per officiales magiſtratus euocatur. Conſtantin. lib. 1. Epit. ὑπομνήσεις vocat. Conuentiones etiam appellant Impp. l. vn. de petitoribus & deſiſt. in C. Th.

DEPECTVS Vlpiano interprete dicitur, qui turpiter pactus eſt. l. 3. § depectus. ff. de calumniatoribus Cic. lib. 2. de Inuentio. Quidam Imperator cùm ab hoſtibus circum obſideretur, neque effugere vllo modo poſſet, depectus eſt cum hoſtibus, vt arma & impedimenta relinqueret. Idem in orat. pro Roſ. Amer. Ipſe tria prædia depectus eſt. Inde depectio in l. 1. de abolitionibus. lib. 9. C. Th. l. 31. de anno. & tribut. lib. 11. eiuſdem Cod. & Litium depector apud Apuleium Apolog. 2. Vtitur etiam verbo, depectus, Ambroſius in enarratione Pſalmi 35.

DEPERDITVM in Senatuſconſulto de petitio. hæred. accipitur quod in rerum natura eſſe deſiit. Deminutum verò quod vſucaptum eſt, & ob id de hæreditate exiit. l. 20. §. vlt. & l. 21. ff. de hæred. pet. Sic & in l. 2. §. non tantum. ff. de hæred. vend.

Deperdita nomina. l. 16. ff. de adm. tut.

DEPOSITVM eſt quod cuſtodiendum alicui datum eſt, ex eo quòd ponitur. Particula enim De auget Depoſitum, vt oſtendatur totum fidei eius cõmiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet. l. 1. ff. depoſ.

Eſt & depoſitum iudiciale, cùm res ea, de qua controuerſia eſt, apud officium vel vbi iudex ſtatuerit, deponitur. l. 16. in fi. ff. de off. præſid. l. 7. §. vlt. ff. qui ſatiſd. cog. l. 21. §. vlt. ff. de appellat. l. 7. ff. depoſ. l. 1. §. pen. ff. de liber. exhib. l. 11. §. pen. ff. ad exhib.

DEPONERE etiam demoliri & ad aream redigere, & ſolo æquare ſignificat. l. 23. in fi. ff. de vſucapio. l. 8. ff. ſi ſeruit. vind. l. 83. §. ſacram, in fi. ff. de verb. oblig. l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco public. l. 18. §. Sabini. ff. de damn. inf. l. 3. §. ſed & ſi quis iudici ff. fini. regund.

Ita depoſitionẽ ædificij accipe in l. 9. §. item Pomponius. ff. quod met. cauſ.

Deponere pro deprimere ædificium in l. 17. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 6. ff. ſi ſeruit. vindic.

DEPORTATIO pœna fuit, qua damnati in inſulas deportabantur, & ciuitatis iura amittebant. Ex quo ἀπόλιδες effici, & ad peregrinitatem redigi dicuntur. l. 17. ff. de pœn. l. 10. §. ſed ſi per pœnam. ff. de in ius voc. l. 1. §. in quibus. ff. de legat. lib. 3. Vbi & illud traditur, Deportatos eos accipi, quibus princeps inſulas adnotauit, vel de quibus deportandis ſcripſit. Nam antequam factum præſidis princeps comprobet, nondum deportati videntur.

Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit. l. 3. ff. ad leg. Iuliam pecul. l. 2. §. 1. ff. de pœn. vt aliàs plenius dixi.

DEPRECIATVM in l. 22. in fin. & l. 27. §. cæterũ. ff. ad l. Aquil. Vtitur & hoc verbo Tertullian. lib. 4. aduerſ. Marcio.

Iſidor. lib. 10. Etym. Depreciatus dicitur ꝙ ſit vilis, nec aliquo precio dignus. Rectius lexicon B. Germani depreciatos ἐλαττωθέντας vertit. depreciatum enim dicitur quod precio minutum & vilius factum eſt.

DEROGATVR legi propriè, cùm pars detrahitur. l. 102. ff. de verb. ſignif. Vlpian. in Inſtitut. tit. 1. l. 1. ff. ad l. Aquil.

Pro derelicto habetur, quod dominus ea mente abiicit, vt id in numero rerum ſuarum eſſe nolit, quodque omnimodo à ſe reiicit, & ita deſerit, vt eius dominium ad ſe pertinere nolit. l. 36. ff. de ſtipul. ſeru. §. penult. Inſtitut. de rer. diuiſio. l. 6. & l. 7. §. vltim. & l. 15. §. non autem ſtatim. ff. de damn. inf. l. 38. ff. de noxalibus. l. vlt. ff. de euictio. l. 2. §. vnde Ofilius. cum §. ſequ. ff. ne quid in loco pub. l. 5. ff. quæ in fraud. credit. l. 58. ff. de acqu. rer. do. l. 44. §. qui alienum. & §. ſi quis ſponte. ff. de furt. Quo genere loquendi & Cicero lib. Epiſt. 1. lib. 8. ad Attic. vſus eſt. Et Iuſtinian. Nouell. 22. Καὶ κτ̃ τὸν ἀσωτὸ pro derelicto π-τλον ἑαυτοῦ ὄντος. Merces portò ex naue iactæ derelictæ non videntur. l. 7. ff. pro derelict. Non enim poteſt videri id pro derelicto habitum quod ſalutis cauſa interim dimiſſum eſt. l. 21. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. 9. §. vltim. ff. de acqu. rer. do. ſed nec pro derelicto habetur ſeruus, quem dominus in capitali cauſa reum factum non defendit. l. 9. ff. de public. iudic.

Deserere accuſationem actionémve dicitur, qui in totum ab accuſatione deſtitit, eamq; reliquit, modò ſine fraude aduerſarij id fecerit. l. 21. ff. de inoff. teſt. l. 10. ff. de iudic. l. 6. §. qui iudicij. ff. de decurionibus.

Deſertor in l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Turpillian. qui ab accuſatione deſtitit. & deſertionis periculum in d. l. 1. §. incidit. eo. cui ex Senatuſconſulto Turpilliano ſubiacent, qui deſiſtunt, & inſtitutam accuſationem non peragunt. Sic & deſertæ accuſationis pœnam accipe in l. 3. C. vbi cauſæ fiſcal.

Deſertores in re militari dicuntur, qui ſtationem ſuam deſerunt, & per prolixum tempus vagantur, diuque abſunt. l. 3. §. emanſor. l. 4. §. pen. & l. 5. ff. de re milit. l. vlt. C. quibus ex cauſ. ſer. l. vlt. C. quando lic. ſine iudic. Et apud Quintilian. lib. 7. cap. 7. Græci λειποτάκτας vocant.

Deſerta promiſſio iudicio ſiſtendi. l. 4. §. quæſitũ. ff. ſi quis cautio. Et apud Latinos auctores, Vadimonium deſerere. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. penult. Vadimonium promittitur, tamen deſeritur. Non in omnem datur actio deſerentem. Vnde Deſertionis pœna in l. 5. ff. ſi quis cautio. quæ promiſſioni iudicio ſiſtendi cauſa adiicitur.

Desiderare in iure aliquid poſtulare, & vt vulgò loquimur, Requirere. l. 3. §. ſolent. ff. de tab. exhib. l. 30. ff. de procuratorib. l. 32. ff. de adoption. l. 5. §. pen. ff. iud. ſol. l. 21. §. 1. ff. de inoff. l. vltim. C. de eden. l. 32. ff. de rei vendic. l. 13. §. vlt. ff. de minoribus. l. 4. §. pen. de dam. infect. l. 48. ff. de iure fiſc. l. 41. §. hoc ſenatuſc. ff. de leg. lib. 1. Et aliàs ſæpè deſiderare interdictum, id eſt, à Prætore petere. l. 40. ff. de procuratoribus. Et deſiderare præiudicium in l. vlt. ff. ſi libert. ingen. Deſiderare per interdictum. l. 1. §. 1. ff. de vent. inſp.

Hinc Deſideria pro libellis, poſtulationibus, precibus, & vt craſſius dicam, ac pinguius, requeſtis. l. 4. §. ingreſſus. l. 9. §. obſeruare. ff. de off. procon. l. 1. ff. de poſtul. l. 11. ff. de off. præſid. l. 15. ff. de in ius voc. l. 52. §. vlt. ff. de pact. l. 3. ff. de appell. recep. l. 22. ff. de hæred. pet. l. 5. §. 1. ff. de lib. agna. l. 86. §. vltim. ff. de diuerſ. reg. l. 3. C. de poſtul. l. 2. C. de erro. aduocato. Sueton. in Auguſto capit. 53. promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium deſideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd ſic ſibi libellum porrigeret quaſi elephanto ſtipem. Symmachus in Epiſtolis. Principem in hac parte degentem vario omnium deſideria vel neceſſitates ſequuntur.

Designatores, quos Græci βραβευτὰς appellant, arbitri certaminum. l. 4. ff. de his qui not. infa. verbo Græco vſus eſt Sueton. in Neron. cap. 53. Donat. in Adelph. Terent. Deſignatores dictos ait eos, qui ludis funebribus præerant, ob eam vt exiſtimat, cauſam, quòd multa fierent noua & ſpectanda, ſimul vt turba retineretur. Sic apud Horatium in Epiſt. ad Mæcenat.

Deſignatorem decorat lictoribus atris.

Vbi Acron, Deſignatores, inquit, dicuntur, qui ad locum Libitinæ funera præſtanti conducuntur, vt defuncti cum honore efferantur. Seneca lib. 6. de benefic. An vt Aruntium & Aterium & cæteros qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas habere eadem, quæ deſignatores & libitinarios, vota? Tertullian. in lib. de Spectacul. Deſignatorem funerum arbitrum vocat. Vbi tamen malè Germanici Cod. Diſſignatorẽ ſcriptum habent.

Desiisse non videtur, quod nec incepit. l. 96. ff. de conditio. & dem. Deſinere tamen pertinere vſumfructum, quod ad ſtipulationem qua cauet fructuarius ſe reſtituturum rem cùm vſusfructus ad eum pertinere deſinet, accipimus, etiam ſi nec cœperit pertinere, cùm legatus eſſet. l. 1. in prin. & l. 3. §. 1. ff. vſusfruct. quemad. cau. deſinit abeſſe res cùm ſic redit in poteſtatem noſtram, ne amittere eius poſſeſſionem poſſimus ob hoc quòd furto pridem ſubtracta eſt. l. 13. infr. ff. de verb. ſignific.

Destitisse ab accuſatione, vt Turpilliano teneatur, accipimus eum, qui in totum animum agendi depoſuit, non qui diſtulit accuſationem. l. 13. ff. ad S. C. Turpillian. l. 6. §. ſi quis accuſatorem. ff. de muneribus & honor. Aliàs quoque ita ab Vlpian. ſcribitur: Deſtitiſſe videtur non qui diſtulit, ſed qui liti renunciauit

ciauit in totum. l.21.ff.de minoribus. Deſiſtere enim eſt de negotio abſtinere quod calumniandi animo inſtituerat. Planè ſi quis cognita rei veritate ſuum negotium deſeruerit nolens in lite improba perſeuerare, quam calumniæ cauſa non inſtituerat, is Deſtitiſſe non videtur. l.10.ff.de iudic. Ab accuſatione deſtitiſſe iudicatur, qui cùm de aduerſario ſuo de compoſitione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus.

Animo deſtitit ab accuſatione, qui affectum & animum agendi depoſuit. l.6.ff. ad Turpill.

Deſtitiſſe & is exiſtimatur, qui poſt intentatum crimen adulterij eandem reduxit vxorem. l.40.in fi.ff.ad l.Iul.de adulter.

DESTRINGI in plures aduerſarios. l.28.§. vlt.ff.de pecul.ex qua delibata eſt. l.2.ff. de exercitor. pro diſtrahi. Et ita in l.3.ff. de aliment. leg. Tametſi codices varient, & in l.16.ff. iudic. ſol. l.20.ff.de procuratoribus. l.25. ex quibus cauſ. maior.

Hinc Deſtrictè in l.15.ff. de arbitr. & l.7.§. quæſitum.ff.de minoribus. l.13.ff. de procuratoribus. l.1.§.cùm quis latrones. ff. de quæſtio. & apud Tertullianum ſæpiſſimè.

Diſtrictio in l.16.§.1.ff.de recept. qui arbitr. & apud Caſſiod. in libris variar. aliquoties.

DETESTARI eſt abſenti denunciare. l.39. §.pen.ff.de verbor. ſignific. Deteſtatio itaque denunciatio eſt facta cum teſtatione. l.40.ff. eod.tit.

Deteſtatio etiam auctore Feſto lib.13. dicebatur, cùm Deus teſtis in deteriorem partem vocabatur. Inuenitur & apud Gelliũ Deteſtatio ſacrorum lib.10.cap.27.

DETERIOREM viam fieri in interdicto de via publica accipimus, ſi vſus eius ad commeandum, id eſt, ad eundum, agendum, corrumpatur. l.2.§.ait Prætor. & §. deteriorem.ff. ne quid in loco publ. eodem modo & in interdicto de fluminibus. Deterior ſtatio, nauigationiſq; iter deterius fieri videtur, ſi vſus eius corrumpatur, vel quoquo modo impediatur, vt difficilior curſus, aut minor, aut rapacior ſit, aut in totum auferatur. l.1. in princ. & §. Deterior ſtatio.ff.de fluminibus. Deteriorem facit vſuarij cauſam proprietarius etiã in meliorem ſtatum re commutata. l.vlt.ff.de vſu & habit.

Deteriorem ſeruum facit, qui fugam ſuaſerit, aut furtum, quique alios mores corpúſve corruperit. l.1.§.vlt. ff. de ſeruo corrupt. Paul. lib.1.Sentent.tit.13.

Deteriores res fieri dicuntur, quæ depreciantur.

Deterius fit ius prædij amiſſis non vtendo ſeruitutibus. l.6.& l.7.ff.de fundo dot.

Ita deteriorem cauſam poſſeſſionis fieri explicat. l.9.in princ.& §. eſt præterea.ff. de reb. auctor. iudic.

DEVERTICVLVM fluminis. l.45.ff.de vſucapio. l.7.ff.de diuerſ.temp. Et apud Frontin. lib.1.de Aquæductibus.

DEVIRGINATA ancilla in l.vlt.ff. de offic. præſid. dicitur, cui vitio oblato virginitas erepta eſt. Quod verbum, quia infrequens eſt, duobus adſcriptis teſtimoniis confirmare operæprecium duxi. Petron. Arbiter. Cur non deuirginatur Panichidis noſtra? Hieronym. in lib. de Monogam. Epiſt.25. In Ægypto primũ deuirginata eſt, & ibi fractæ ſunt mammæ eius.

DIÆTA in hortis habitationem ſignificat amœnitatis & voluptatis cauſa extructam. l.43.§.1.ff.de leg.lib.1. l.13.§.vlt.ff.de vſufruct. l.penult.§.vltim.ff.de donat.int.vir. Meminit & Plin.lib.Epiſtol.& Lamprid. in Heliogab. qui zætas appellat more Græcorum qui δια in ζα ſæpè commutant, vt ζάβολος pro διάβολος apud Eccleſiaſticos ſcriptores & maximè Paulinum. Diætæ etiam in ædibus pro cœnaculis. l.13.§. ſed ſi ædium. ff. de vſufruct. l.32.ff. de donatio. l.13.§.illud ff. de acceptilatio. l.1.§. hoc autem. ff. de S.C. Silania. l.41.§. in teſtamento. l.34. ff. de vſufruct. leg. Diætæ hypocauſtæ in leg.55.§. lignis. ff. de legat. lib.3.

Diætarij ſerui. l.12.§.idẽ reſpondit.ff. de inſtru.& inſtrum. Diætarij qui in nauibus cuſtodiæ cauſa præponuntur. l.1.§. & ſunt quidam. ff.nautæ, caupo.

DIATRETVS calix in l.27.§.ſi calicem.ff. ad l. Aquil. vnde diatretarij in l.1. de excuſ. artific. lib.10.C.

DICERE ſententiam, pro, ferre & pronunciare, frequẽtius eſt, quàm vt exempla deſideret. Dicere autem ſentẽtiam arbiter exiſtimatur, qui ea mente pronunciat, vt ſecundum id, litigatores à tota controuerſia recedere velit. l.9.§.1.ff.de recept. qui arbitr.

Dicere dotem in antiquorum libris, eſt certis verbis nulla interrogatione præcedẽte promittere. Cuiuſmodi dictione has dũtaxat perſonas, Mulierem videlicet debitoremq; eius, parentem item virilis ſexus obligari olim potuiſſe Vlpia. Inſtit.tit.6. Et Gaius in lib.2. Inſtit. tit.9. ſcribunt. Quibus etiam ſolis dotis dictionem tribui animaduertere eſt, vt in l.vlt.de inceſt. nupt. C.Th. & apud Terent. Heautont. Act.5. Scen.5. & Afranium Fratriis referente Nonio, & Ciceronem pro Flacco, & Plinium lib.6. Epiſt. ad Caluinam, & Sex. Aurel. Victor in Neron. Qua de cauſa Dictio dotis à promiſſione ſtipulationeq; ſeparatur. l.vlt. de dotibus in C.Th. & apud Vlpian. in Inſtitution. tit.6.& titul.11.

Dicere vindicias pro dare & adiudicare. l.2. §. initium. ff. de orig. iur. Liuius lib.3. Inuidiæ proximus, quòd in vrbe fuerat, cùm iniuſtæ

vindiciæ dicerentur. At in tit. Si menſor falſum modum dixerit, Dicere, renunciare ſignificat.

Inofficioſum verò teſtamentum dicere, arguere & accuſare eſt. l. 5. §. qui accuſauit. ff. de his quæ vt indig. l. 6. ff. de inoffic. teſtam. hoc eſt allegare quare exhæredari, vel præteriri nõ debuerit, interprete Marcello in l. 3. de inoffic. teſtam.

Eodem modo Dicere ruptum, vel irritum falſum teſtamentum. l. 8. §. ſi quis irritum. ff. de inoffic. teſt. l. 15. ff. de his, quæ vt indig. l. 5. ff. de hæred. petit. l. 3. ff. de l. Corn. de falſ. l. 19. ff. de bon. libert. Hæc ſic nonnunquam noſtri auctores exprimunt. Dicere de inofficioſo teſtamento. l. 9. §. 1. ff. de dolo. l. 2. l. 10. §. penult. ff. de contra tabul. l. 132. ff. de verbor. obligat. & Dicere de falſo teſtamento. l. 18. ff. de accuſatio.

Dicere multam pro infligere, & irrogare, & ſtatuere. l. 2. §. vlt. ff. de iudic. l. 2. ff. quis & à quo. l. 10. ff. de cuſtodia reo. l. 131. ff. de verb. ſignif. l. 2. C. de mod. mult.

Dictum & promiſſum in venditione ſeparantur: & dictum accipitur, quod verbo tenus pronunciatum eſt, nudoque ſermone finitur. Promiſſum & ad nudam pollicitationem, & ad ſponſionem pertinet. l. 1. l. 19. §. 1. ff. de ædilit. ed. Dicere enim adfirmare eſt. l. 18. eod. tit. Cæterùm quod venditor, vt commendet, dicit, ſic habendum eſt, quod ad præſtationem attinet, quaſi neque dictum neque promiſſum ſit. l. 37. ff. de dolo. Cicer. 3. Officior. Sin autem dictum non omne præſtandum eſt, quod dictum non eſt, id præſtandum putas.

Dicis cauſa, hoc eſt, perfunctoriè, & ſimulatè, & ad ſpeciem, non verè nec ex animo. l. 1. § excuſantur. ff. de S. C. Silan. Sic Dicis cauſa numerationis loco intercedere nummi dicũtur, in l. 4. ff. commod. vt fit in imaginariis venditionibus, in quibus nummus vnus, aut item alter interuenit. Varro lib. 5. de lingua Lat. Dicis cauſa fiebant quædam neq; item dicta neque facta ſemper. vtitur eo verbo Cic. Orat. 6. Verr. & Plin. lib. 28. cap. 2. & Arnobius, vt à Franciſco Duareno notatum eſt. In Lexico quoque Germanienſis ædis Dicis cauſa, & dicis gratia ita redduntur *νόμου χάριν, λόγου χάριν, ὡς παρὰ Γαΐῳ τῷ νομικῷ*. Ego id verbum corruptum eſſe exiſtimo in quodam Orationis, quam pro domo ſua Cicero habuit, loco, in quo ita eſt: Quid ſi quis ſimilis iſtius, neq; enim iam deerunt, qui imitari velint aliquem mei diſſimilem, cui Reſp. non tantum debeat, per vim afflixerit domum eius, per pontificem dedicarit, id vos iſta auctoritate conſtituetis, ratum eſſe oportere dicis quem repperit pontificem. Quæ verba nullum ſenſum habent idoneum. Vnde coniectura ducor, vt ſuſpicer ſcriptum fuiſſe, Dicis cauſa repperit pontificem. Huius verbi vim ſic Dio lib. 57. expreſſit, *τῆς ἀρχαίας ὁσίας ἕνεκα, ὥστε ἐν εἰκόνι δοκεῖν γίγνεσθαι.*

DICTARE iudicium, actionem, pro inſtituere, & inferre Iureconſulti dicunt. l. 1. §. eum quoque. ff. de eden. l. 50. §. 1. ff. de pecul. l. vlt. ff. pro dote. l. 22. §. vlt. ff. de noxalibus act. l. vlt. ff. de ſeparatio. l. 13. §. vlt. ff. iudic. ſol. l. 3. §. 1. ff. de minorib. l. 32. §. item ſi qui Romæ. ff. de recep. qui arbitr. l. 3. C. de commun. rer. alien. l. 112. ff. de verb. oblig.

Dictare etiam teſtator dicitur quæ teſtamentario excipiente legat. l. 93 de legat. 3. l. 9. §. 1. ff. de hæred. inſtit. Sic dictante teſtatore legatum ſcribi dicitur in l. 15. §. item Senatus. ad ſi. ff. de falſ. l. 1. l. 2. & l. 3. C. de his qui ſibi aſcrib. Adde & l. 40. ff. de milit. teſt.

DIES more Roman. à media nocte incipit, & ſequenti nocte finitur. l. 8. ff. de feriis. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 3. Diei autem horas ab ortu ſolis dinumerabãt, duodecim diei, totidemque nocti. Atque ita primam, ſextam, ſeptimam horam, quoties in libris noſtris eius rei mentio occurrit, accipe. l. 14. ff. de teſtament. l. 1. ff. de manumiſſio. l. 7. ff. de vſucapio. l. 5. §. vltim. ff. de ſeruitutibus l. 25. §. 1. ff. de liber. & poſt. l. 20. C. de tranſactio. l. 2. ff. de ann. leg. Cuiuſque autem diei maior pars eſt horarum diei ſeptem primarum, vtique non ſupremarum l. 2. ff. de verb. ſignif. Virgilius etiã meliorem partem diei dixit eam quæ meridiem antecedit.

Aliud autem eſt venire, aliud cedere diem, vt exponitur in l. 213. ff. de verbor. ſignificatio. Cedere ſignificat incipere deberi pecuniam, veniſſe diem ſignificat eum diem veniſſe quo peti poſſit.

Differunt hæc, In diem, Ex die, Ad diem. l. 1. §. penult. quando dies leg. vſusfr. l. 9. §. vlt. & l. 34. ff. de hęred. inſtit. l. 4. ff. de ſeruitutibus. l. 9. §. planè. ff. vſufruct. quemadmodum cau. l. 14. ff. vt leg. nom. cau. l. 1. §. 1. ff. quib. mod. vſusfr. am l. 4. §. ſi ex die. de fideic. libert. l. vlt. in fi. ff. de adſign. libert. Ex die promitti dicitur, cùm ex die incipit obligatio. Ad diem, cum in diem ita confertur, vt die finiatur: veluti *vſq; ad Kalendas Martias dare ſpondes?* l. 44. ff. de oblig. & actio. Similiter ex die & ad diem conſtitui dicuntur ſeruitutes, quæ ita conſtituuntur, vt vel à tempore incipiãt, vel tempore finiantur. Ad diem tamen, pro, In diem, in l. 77. ff. de verb. oblig. & in l. 5. ff. de peric. & comm. ad diem, id eſt, ſua die.

Dies actionis exire dicitur, cùm finitur tempus, quo actio durat. l. 4. ff. ne quis eum qui in ius. l. 1. & l. 21 ff. ex quibus cauſ. maior. l. 28. §. ſed & ſi aliàs. ff. de iudic. l. 3. ff. de feriis. l. 48.

ff. ad

ff.ad Trebellian.l.16.in fin.ff.de recept.qui arbitr.Eodem ſenſu exire tempus dicitur. l.1. §. idem Pomponius.ff.de dolo.

Annua, bima, trima die dare, eſt trib. penſionibus per triennium dare.l.2. §. penult. ff. de annu.leg.

Diem proferre, id eſt, protogare, & protelare, producere.in tit.de recep.& qui arbit.recep.complurib.locis.

Die repetita, id eſt vt vulgò dicimus antidatata.l.2.ff.de fide inſtr. Vide quæ in verbo Repetere infrà dicimus.

Dies vel certus eſt, vel incertus.d.l.1.ff.de condic.& dem.Incertus eſt, qui quando extiturus ſit, certum non ſcitur. Et hic conditionis vim obtinet.l.30.ff.de leg.lib.1.l.11.in fin.de leg.lib.2.

Diaria diurna cibaria ſignificant, quorum legato neque habitationem, neque veſtiarium, neq; calcearium deberi traditur: quoniam de cibo tantùm teſtator ſenſit.l.21.ff.de aliment.leg. Petron. Arbiter: Hodie poſt aſellum diaria non ſumo. Diurnum etiam dixit pro ſumptu victus vnius diei, Scæuola in l.47. §.1.ff.de adm.tut.

DIFFINDI dies ex 12 tab.iubebatur, cùm iudex, vel alter ex litigantibus morbo ſontico impediebatur.l.2.§.ſi quis iudic. ff. ſi quis cautio. Diffindi autem erat differri, & in alium diem reiici, vnde diffiſſionis apud Gelliũ lib. 14.c.4. Et apud Horatium in Epiſtolis:

—*Nihil hic diffindere poſſum.*

DIGNVS eſſe fundus, vel ſeruus 15 verbi gratia, aureis dicitur, qui tot aureos valet.l.28. §.ſi ex decem.l.31.§.ſi duo.ff.de donat.int. vir. l.19.l.65.& l.88.ff.ad l.Falcid.l.12.ff.de in rem verſo.l.47.ff.de euictio.

DILIGENTIA culpę opponitur, vt liquet ex l.68.ff.de contrah.empt. Vbi diligentiam præſtare Proculus interpretatur, vt culpa abſit. Verùm ex adiuncto verbo augetur & intenditur, vel minuitur diligentiæ ſignificatio. Interdum enim exacta, interdum ea, quam ſuis rebus quis adhibet, deſideratur, vt in l.24.§.ſi maritus.ff.ſolut.matrim.& in l.17. ff.de iure dot. Maritus eam diligentiam præſtabit, quam ſuis rebus exhibet. Et in l.25.§. non tantùm.ff.fam.erciſc. Non tamen diligentiam præſtare debet, qualem diligens paterfam. Talem igitur præſtabit, qualem in ſuis rebus. Et in l.1.ff.de tutel.& rat.diſt. Talem diligentiam præſtando qualem in ſuis rebus. At in l.3.ff.de peric.& commod. venditor præſtare exactiorem diligentiã iubetur, quàm in ſuis rebus adhiberet. Et aliàs dicitur eam diligentiam adhibere eum debere in re cuſtodienda, quam debent homines frugi & diligentes præſtare. A commodatario quoque exacta diligentia, id eſt, qualem diligentiſſimus paterfam.ſuis rebus adhiberet, exigitur. l.18.ff.commod.l.1.§.te quoq;.ff.de obligat.& action.§.item is cui.Inſtitut.quibus mod.re contrah. Ita exacta diligentia apud Paul. lib.1.Sentent.tit.4. Quæ omnia qui præſtat, omnem diligentiam præſtare dicitur.l.24.C.de vſur.

Diligentiæ pars eſt, cauere damni infecti earum ædium nomine quarum cuſtodia debetur.l.36.ff.de actio.empt. Diligens cuſtodia exactior quàm ſuis rebus quis adhiberet. l.5.§.cuſtodiam.ff.commod. Itaque in l.13.§.vlt.ff.de pign.act.cùm dixiſſet Vlpian.Cuſtodiam venire in pignoraticia actione, ſubiectum eſt ex Paulo: Ea igitur quæ diligens paterfam. in ſuis rebus præſtare ſolet, à creditore exiguntur.l.14.eo. Ita diligentiam accipio in l.47.§.penult.ff.de leg.lib.1.& in l.53.§. qui alienis.ff.de furt.l.6.ff.de adminiſt.rer.ad ciuit.pert.

Ita data ſeruo libertate, Si diligenter rationes tractaſſe videatur, diligentia conſideranda eſt, quæ domino, non quæ ſeruo erit vtilis, coniuncta bonę fidei, & in reliquis quoq; reddendis.l.8.ff.de man.teſt.

Diligens iuris ciuilis in l.17.ff.de iure patron. Quintilian. Declamatio.262. Sed miror, ſi in hac ciuitate diligentiſſima iuris vlla lex contra alteram ſcripta eſt.

DIMITTI creditores, cùm eis pecunia debita exſoluitur.l.16.ff.qui potio.in pig.l.38. ff.de legat.lib.3.l.15.§.quòd ſi res.ff.de rei iud. l.3.in fi.ff.de ſeparatio.l.10.§.1.& l.15.& l.16. ff. quæ in fr. cred. l.pen. C. de his qui in prior. credit.l.28.ff.de pact. dotalibus. l.26.§.cùm quidam.ff.de fideic.libert.l.4.ff.de decret.ab ord.fac. l.3.C. de his qui in prior.credit.l.1.ff. de diſtract.pign.

Dimiſſoriæ literæ dicuntur, quæ vulgò Apoſtoli, ab eo quòd cauſa ad eum, qui appellatus eſt, dimittitur.l.106. ff. de verb. ſign.l.vn. ff.de libell.dimiſſor.

DIMINVERE, alienare plerunque ſignificat, veluti cùm Prætor intra tempus ad deliberandum hæredi datum eum diminuere vetat, non tantùm alienationem impedit, ſed & actiones exerceri nõ patitur.l.7.ff.de iure delib.l.26.ff.de contr. empt. Sic cùm ſuſpectum hæredem diminuere vetat.l.7.§.qui ſciens.ff. pro empto. hoc prohibet ex hæreditariis bonis eum quicquam alienare.l.31.in fi.ff.de reb. auct.iud. In Senatuſconſult.de petitio.hęreditatis, Diminutum accipitur quod vſucaptum eſt, & ob id de hæreditate exiit.l.20.§.ait ſenatus.& l.21.ff.de hær. petit. Diminuendi cauſa tranſigere in l.46.§. vlt. ff. de adm.tut. Diminutio.in l.10.ff. de curat. fur. Diminui capite quid ſit, expoſui libro ſuperiore.

DIRECTVM non vno modo accipitur;

interdum enim obliquo opponitur: & ita directa verba, quæ & ciuilia atque imperatiua verba dicuntur, quibus rectò hæreditas vel legatū vel libertas relinquitur, qualia ſunt hæc, *Do, lego, præcipito, tibi habeto, ſumito, vindica, hæres damnas eſto dare, ſinito eum habere, relinquo, iubeo, liber eſto*. l.2.C. comm. de legat. l. 10. C. de teſt. man. l.7. C. de impub. l. 4. C. de his quæ vt indig. l. 15. Cod. de teſtament. Quibus aduerſantur Verba precaria, quæ inflexa ſunt & precatiuè, non etiam imperatiuè concipiuntur.

Hinc Directa inſtitutio & precaria opponuntur in l.19. ff. de teſtament. milit. Hinc Directò & Per fideicommiſſum aduerſa fiunt in l.16. ff. de fideicomm. libert. l. 2. C. quando & quibus quar. pars. lib. 10. vt directò & Per ſucceſſionem in l. vlt. ff. de leg. libr. 3. Ita Directæ libertates ad differentiam fideicommiſſariarum appellantur, quæ directò datæ ſunt. l.12. ff. ſi quis om. cauſa. l. 40. ff. de man. teſt. l.9. & l. 14. Cod. eod. tit. l.2. §.1. ff. de iure codicill. l. 1. §. in quibuſdam. ff. ſi cui plusquam per l. Falcid. l. vn. C. de l. Fuſ. Can. l. vn. §. pen. ff. ſi mul. ventr. nom. l. 13. ff. de oper. libert. Et directæ ſubſtitutiones. l. 5. Cod. de impub. l. 26. Cod. de inoffic. teſt. Et directò ſubſtituere in l.15. ff. de vulg. & pup. Interdum Directum reſpectu vtilis dicitur.

Ita Directæ actiones dicuntur, quę & rectà ex verbis legis vel edicti deſcendunt, cùm vtiles ex æquo & bono ad negotium propoſitum accommodentur per interpretationem. l.47. ff. de neg. geſt. l. 37. ff. de obligat. & act. §. vlt. Inſtit. de leg. Aquilia.

Directa etiam actio ciuilis accipitur & prętoriæ opponitur in §. namque. Inſtit. de actionib. l. 26. §. item ſi ex pluribus. & §. ſi is quem deſieris. ff. de noxalibus. Ita directa vindicatio in l. 9. §. ſed non vt literæ. ff. de acq. rer. do. Et Directa actio in l. 18. §. vltim. ff. de iure fiſc. Et directò vindicare in l.55. ff. de donat. int. vir. Et actio directò competere dicitur. l. 45. ff. ſol. mat. & directò agi cum eo, cum quo vel cuius iuſſu cum alio contractum eſt, id eſt, rectà, non de peculio. l. 3. §. ſi filiofam. ff. commod. l. vltim. ff. pro ſoc. §. vltim. Inſtitut. quod cum eo.

Directum tamen iudicium & directa actio in l. 3. §. ibidem. & in l. 17. ff. ad exhib. ratione præparatoriæ actionis dicitur. Et principale iudicium ſignificat, cuius præparandi cauſa aliud præmittitur, veluti rei vindicationem, ad quam re exhibita gradus fieri ſolet, & ad quam veluti via actio ad exhibendum. l. 36. ff. de procuratorib.

Poſtremò directa iudicia ſeu recta contrariis opponuntur. l.18. §. poſſunt. ff. commod.

Directæq; actiones intelliguntur, quæ ex negotio geſto principaliter competunt. Vnde & principales appellantur in l.17. §. 1. ff. commod.

DIRECTARII appellabantur, qui ſe furandi animo in aliena cenacula dirigebant. l. 7. ff. de extraord. criminib. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 4. In Lexico Latinogræco Abbatiæ S. Germani Pariſienſis ita ſcriptum eſt, Derectarius ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας, ἕνεκεν τοῦ κλέψαι, εἰσερχόμενος οἰκίας καὶ θυρεπανοίκτης.

DISCESSIO fieri dicebatur, cùm in diuerſas ſententias ſenatores ibant. Vtūtur hoc verbo Cicero libr. 1. Epiſtol. ad Lentulum & Philipp. 4. & 5. Plin. libr. 2. Epiſtol. ad Arria. & lib. 8. Epiſt. ad Ariſto. Sueto. in Tiber. capit. 31. Et Tacit. lib. 5. & lib. 14. Gellius lib. 3. cap. 18. & lib. 14. cap. 7.

DISCIDIVM pro diuortio & repudio in l. 8. ff. de capitiu. & poſt. l. 11. §. vlt. ff. de adult. & apud Martial. lib. 10. Epigram. De ea, quæ à marito prætore deſignato ſumptuum futurorum metu diuerterat, Diſcidium, ait, non eſt hoc, Proculeia: lucrum eſt.

DISCIPLINA publica. l.1. ff. de offic. præf. præt. & communis. l.6. ff. de re milit. Et militaris. l. pen. ff. de feriis. quæ in l.12. & l. 13. ff. de re milit. exaudienda eſt. Et Caſtrorum. l. 19. §. filius. ff. de capitiu. Et ſpectaculorum. l.1. §. quies. ff. de offi. præf. vrbi.

Diſciplinæ traditus ſeruus. l.78. ff. de legat. 3. qui datus eſt inſtituendus.

DISIVNCTI in iure ciuili appellantur, qui re non etiam verbis coniuncti ſunt. Et diſiunctim relictum quod duobus ſeparatim & diuerſis orationibus relictum eſt, in hunc modum, *Titio hominem Stichū do lego, Seio Stichum lego*. §. ſi eadem res. Inſtit. de leg.

Diſiunctiuo modo ſeu diſiunctim relinqui dicitur, quod ſub alternatione relinquitur. l. 25. ff. quando dies leg. ced. l. 51. l. 78. ff. de conditio. & dem.

Diſiunctiua conditio eſt, quæ ſub diſiunctione concipitur. l. 63. ff. de verb. ſignif.

Diſiuncta autem ſæpè pro coniunctis accipi oſtendit l. 53. ff. de verb. ſignif.

Diſiunctiuum eſt veluti cùm dicimus, aut dies, aut nox eſt: quorū poſito altero neceſſe, eſt tolli alterum: item ſublato altero poni alterum. l. 124. ff. de verb. ſignif.

DISPENSATOR ſeruus appellatur, qui familiæ rationes diſpenſat, peculiiq; adminiſtrationem habet. l. 51. l. 62. ff. de ſolutio. l. 1. in fi. prin. ff. de auro, argent. l. 66. l. 203. ff. de verbor. ſignificat. Marcus Tullius in Hortenſio, referente Nonio in verbo Æra: Quid tu, inquam, ſoles, cùm rationem à diſpenſatore accipis (ſic enim legendum cenſeo.) Si æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit, non probare? Quintilian. libr. 6. capit. 4. Diſ-

4. Diſpenſatori, qui cùm ad reliqua non reſponderet, dicebat ſubinde, Non comedi. Ita & idem ſeu quis alius eſt Quintilia. Declamatio. 353. Diſpenſatorem ſupra rationes poſitum eſſe ait. Sueto. in Veſpaſiano: Admonente diſpenſatore quemadmodum ſummam rationibus vellet inferri, &c. per Diſpenſatores itaque olim nomina faciebant, vt apparet ex l. vlt. §. ſi inter. ff. de verb. oblig. Idem Quintilian. Declamatio. 345. Satisfit vobis ô diuites hoc veſtras diſpenſare fortunas, quòd per diſpenſatores fœneratis. Vnde Theophil. in §. rectè. Institut. manda. Diſpenſatorem definit οἰκέτην ὃς εἴωθεν ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. Diſpenſatores vero dictos, quibus pecuniarum adminiſtratio crederetur, ipſa nominis notatio arguit, quam ab antiquo pecuniæ appendendæ more Varro lib. 4. de lingua Latin. ad fin. & Sex. Pomp. & Iſidorus deducunt. Ideoq; & qui principum pecunias curant, theſaurorúmque adminiſtrationem gerunt, in Conſtitutionibus diſpenſatorum nomen habent. l. 1. C. ſi aduerſ. fiſc. l. 4. Cod. de fide inſtr. tit. de his, qui cum diſpenſat. contr. in C. Th. Qua in re ſeruorum miniſterio primum vſos Imperatores conſtat. Sueto. in Auguſto capit. 66. Diomedem Diſpenſatorem ſeruum Auguſti memorat. de Cæſare etiam ſic Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 3. Secuto omnium riſu Diſpenſatorem Cęſar vocauit, & centum Seſtertia Græculo numerari iuſſit. Plin. quoque libr. 7. cap. 39. à Nerone diſpenſatorem HS. CXX. M. manumiſſam narrat. Sed & Claudii ſeruum diſpẽſatorem quingenariam lancem habuiſſe idem Plinius lib. 33. cap. 11. memorat.

Dispvngere eſt conferre accepta & data l. 56. ff. de verbor. ſignif. quæ ad quæſtionem l. 15. ff. de reb. auct. iud. poſſid. pertinet, vt ex ipſis inſcriptionibus facilè colligitur. Seneca lib. 4. de Benefic. capit. 31. Apud me iſtæ acceptorum expenſorumq; rationes diſpungentur. Vlpia. in l. 6. §. vlt. ff. de ſtatu lib. Rationum reddendarum conditio quod attinet ad ipſa rationum volumina tradenda, percontandas atq; examinandas rationes & diſpungendas atque excutiendas factum habet. Eodem ſenſu Expunctæ rationes dicuntur in l. 13. in fin. ff. de diuerſ. & tem. l. pen. ff. de adm. rer. ad ciuit. pert.

Diplomata dicuntur à principe emiſſæ literæ. l. 27. §. vlt. ff. ad l. Corn. de falſ. Ita appellabantur ea, quæ ad vſurpationem curſus publici literæ à principibus concedebantur, ſine quibus nemini curſus publicus patebat. Plutarch. in Galba: τῶν δ' ὑπάτων, ait, οἰκέτας δημοσίους προεχειρισμένων τὰ δόγματα κομίζοντας τῷ αὐτοκράτορι, καὶ τὰ καλούμενα διπλώματα σεσημασμένα δόντων, ἃ γνωρίζοντες οἱ κατὰ πόλιν ἄρχοντες, ἐν ταῖς τῶν ὀχημάτων ἀμοιβαῖς ἐπιταχύνουσι τὰς προπομπὰς τῶν γραμματοφόρων. Idẽ in Othone. Κλαύδιος δὲ Ῥοῦφος φησὶ κομισθῆναι εἰς Ἰβηρίαν διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γραμματοφόρους. Capitolin. in Pertinace. Dein præfectus cohortis in Syriam profectus T. Aurelio Imperatore à præſide Syriæ quòd ſine diplomatibus curſum vſurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationem ſuam iter facere coactus eſt. Itaque Plin. Epiſtola penult. libr. 10. Traiano ſe excuſat, quòd vxori ſuæ ad adiuuandum itineris celeritatem, diplomata officio ſuo data commodaſſet. Meminit diplomatum & Herodia. libr. 7. & Tertullia. in Apologet. O nuncios, ait, tardos, ô ſomniculoſa diplomata. Ex quibus patent illa Vlpiani verba in l. 137. §. cùm ita. ff. de verbor. obligat. Quòd ſi Diplomate vſus vel felici nauigatione maturius quàm quiſque peruenerit Epheſum &c. Dicta autem creduntur Diplomata à duplicatis tabellis. Eoq; alluſiſſe dicitur Ouid. in lib. Amor. cùm ait:

Tunc ego vos duplices rebus pro nomine ſenſi.

Duplices etiam tabellas dixit Sueto. in Auguſto. Et bipatens pugillar Auſonius, & Diptycha Impp. in C. Th.

Dissipare ædificium pro diſturbare & demoliri. l. 3. §. pen. ff. de incend. ruin.

Dissolvta negligentia in l. 29. ff. man. quæ aliàs lata & ſupina negligentia: Cicer. Diſſolutum hominem in re familiari vocat negligentem, & parum circumſpectum ſollicitumq; patremfam.

Diſſolui nauis dicitur, cùm tabulæ refinguntur, & reſoluuntur. l. 88. ff. de legat. libr. 3. l. 83. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. l. 98. §. vlt. ff. de ſolutionib. l. 10. §. in nauis. ff. quibus mod. vſusfr. amitt. vt & ornamentum diſſolui in d. l. 10. §. ſi maſſæ.

Distrahitvr ſocietas, quæ voluntate, renunciatione, vel alia qualibet ratione dirimitur. l. 63. §. vlt. & l. 65. ff. pro ſoc. Seneca epiſtola 66. Cum viſum fuerit, diſtraham cum illo ſocietatem, & nunc tamen, dum hæremus, non erimus æquis partibus ſocii. Eodem ſenſu, & diſtrahi matrimonium dicimus. l. 2. ff. de diuort.

Diſtrahi etiam negotium obligationémve dicimus pro diſſolui, tolli. §. item is cui per errorem. Inſtitut. quibus mod. toll. oblig. l. 4. §. is quoque. ff. de oblig. & act. l. 11. §. is qui vina. ff. de actio. empt.

Diſtrahere controuerſias, dirimere & decidere eſt. Cicero pro Cæcinna. Omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut maleficiorum puniendorum cauſa reperta ſunt. Sueton. in Iulio capit. 78. Controuerſias quaſdam interpoſito per Cæſarem iure

iurando diſtrahere perſeuerauit.

Divinationes appellabantur olim ea iudicia, quæ de accuſatore conſtituendo reddebantur. Quintilian. libr. 3. cap. 10. & libr. 7. cap. 4. Gell. lib. 2. cap. 4.

Divortium à Repudio hoc diſtat, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt. Non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur. l. 191. ff. de verb. ſignif.

Diuortium ergo inter virum & vxorem tantùm fieri dicitur. l. 101. ff. de verb. ſignificat. Eſtq; id ita, vel à diuerſitate mentium dictum, vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahũt matrimoniũ. d. l. 191. & l. 2. ff. de diuor. Nam & diuortia aquarum Cic. lib. 2. Epiſt. ad Cælium dixit. & diuortia itinerum Liuius lib. 44. Iſidorus lib. 15. Etymolog. cap. vlt.

Diuortia flexus viarũ, ait eſſe, hoc eſt vias in diuerſa tendentes quæ & diuerticula. Sic apud Vergil. lib. 9. Æneid.

Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

Id eſt, ad diuerticula viæ militaris. Vbi vide Seruium, & Donat. in Eunuch. Terent. Cæterùm breui reuerſa vxor, quæ per calorem repudium miſerat, nec diuertiſſe videtur. l. 3. ff. de diuort. ex qua excerpta eſt l. 49. ff. de diuerſ. reg.

Divos Iureconſulti appellant Imperatores, qui poſt obitum, in deos relati erant, ea ἀποθεώσεως ſolennitate quam Herodian. lib. 3. deſcribit: poſtquam & templa eis conſtitui, & ſacerdotes ac ſodales creari, & ludi fieri, omneſq; diuini honores decerni ſolebant, vt ex Tacito, Tranquillo, Spartia. Capitol. & aliis id genus auctoribus didicimus.

Diui fratres in libris noſtris ſunt, Marcus Antoninus Philoſophus & Ælius Verus. primiq; hi duo Auguſti appellati, & faſtis conſularibus ſic inſcripti ſunt, auctore Spartia. in Ælio Vero.

Diuinos autem ſibi honores cùm principes vindicarẽt, eò factum eſt, vt & diuinæ domus, diuinę conſtitutiones, Cęſarum domus, atque conſtitutiones appellentur.

Diuinum ius, quod ad cultum deorum pertinet. Hinc nuptias diuini iuris communicationem definit Modeſt. in l. 1. ff. de ritu. nup. propterea quòd eorundem ſacrorum vir & vxor particeps eſſet. Qua ratione & vxor rei humanæ ac diuinæ ſocia dicitur, in l. 4. C. de crim. expil. hær. Et Iuriſprudentia diuinarum rerum ſcientia finitur, quòd, vt aliàs docui, placandorum deorum ritus ſolenneſq; cerimoniæ & ſepulchrorum iura ad hanc ſcientiam pertinerent. l. 10. ff. de iuſtit. & iur.

Diuini iuris eſſe dicuntur res ſacræ & religioſæ. l. 1. ff. de rer. diuiſio. Quomodo & diuinas res Vlpian. interpretatur in l. 1 ff. de interdict. Quæ definitio à Gotthis interpolata eſt, apud Caium libr. Inſtit. 2. titu. 1. & diuini iuris cauſa competere interdicta, quæ de his rebus competunt, veluti, Ne quid in loco ſacro fiat, &, De mortuo inferendo. l. 2. §. 1. ff. de interdict.

Div, Vlpian. interpretatur non minus decennio in l. 16. §. Ariſto. ff. de fideicommiſſ. libert. Et ita in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. 6. §. 1. ff. de acq. hær. iuncta l. 10. C. de petit. hæred.

Hinc diuturnum tempus, & diuturnam poſſeſſionem ad decẽnium referri, vulgò obtinuit. l. 1. §. vlt. de aq. & aq. pl. l. 10. ff. ſi ſer. vind. l. 18. ff. de vſucapio. l. 7. & l. penult. ff. pro empt. l. 1. C. ſi aduerſ. credit. §. diutina. Inſtit. de vſucapion. Planè in l. 56. ff. loca. Diu pro biennio accipitur.

Dolia, maiora & capaciora vaſa vinaria frumentariáve dicebãtur, in cellis & horreis, plerunque deprimi & defodi ſolita. l. 76. ff. de contrahen. emptio. l. 93. §. penult. ff. de legat. lib. 3. l. 3. §. 1. ff. de trit. vino. l. 206. ff. de verbor. ſignific. l. 76. ff. de contrahen. emptio. l. penult. in fin. ff. de act. empt. Et apud Plin. libr. 14. cap. 21. In his vina condebantur, & inde poſtea in amphoras, cados, & metretas diffundebantur. l. 15. ff. de vino, trit. & l. 38. ff. de iudic. l. 8. §. ſi quis ita. ff. de legat. lib. 2. l. 27. §. liberto. ff. de inſtr. vel inſtrum.

Vnde Dolearium in l. 35. §. pen. ff. de contrah. emptio. Et doliare vinum in l. 1. §. vlt. ff. de peric. & commod. quod in doliis eſt, vt ait, Cato de re Ruſt. capit. 148. ad differentiam Amphorarii.

Dolon, in l. 53. §. 1. ff. ad l. Aquil. vt à Beroaldo, & Budæo emendatum eſt, flagellum ſignificat interprete Seruio, intra cuius virgam pugio latebat, à fallendo Græcè dictum eſt, id eſt, ἀπὸ τοῦ δόλου, quod ligni ſpeciem pręferat interius gladium habens. Heſychius δόλωνες ait, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα.

Dolvs alius bonus, alius malus. Dolum bonum veteres pro ſolertia dicebant, maximè ſi aduerſus hoſtem latronémve quis machinaretur. l. 1. §. non fuit. ff de dolo. Auguſtin. Epiſto. 29. Quanquam & apud illos Rom. linguæ diſertiſſimus dixerit. Neque illi tamen dolus ad cauendum, aut aſtutia deerant. Aſtutiam ponens in bono: Eodem modo & Baſilius in Prouerbia, quandam ait eſſe χαλεπὴν καὶ ἐπαινετὴν πανουργίαν. Dolum verò malum (quod verbum ex 12. tabul. deſcendiſſe Donat. in Eunuchum Terentii ſcribit) Aquilius Gallus, vti Cicer. 3. Officior. & Topic. ſcribit, definiebat, cùm aliud agitur, aliud ſimulatur. Quam definitionem Seruius Sulpitius & Pedius, & Paulus ſecuti ſunt, vt apparet ex l. 1. §. dolum. ff. de dolo. l. 7. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. Et ex Paul. lib. 1. Sentent. tit. 8. Quæ tamen

men

men definitio in Labeonis reprehenſionem incurrit, quem philoſophiæ ſtudio & ingenio ſuo fretum traditionibus veterum non acquieuiſſe Pompon. ſcribit. Itaque ipſi ſic definire magis placuit, Dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Vnde dolus malus, & fallacia, & fraus, & calliditas coniungi ſolent. l. 45. & l. 51. ff. pro ſoc. l. 48. ff. de diuerſ. reg. l. 1. ff. de his qui not. infa. Et dolus callidum conſilium dicitur in l. 7. §. Prætor ait. ff. de publicia. & machinatio in l. 36. ff. de verbor. obligat. & l. 15. ff. de dolo. l. 1. C. de plus petitio. l. vlt. ff. ſi ventr. nom.

Doli clauſula, pars illa ſtipulationis, qua dolum abeſſe comprehendimus. l. 22. l. 53. l. 119. l. 121. l. 135. §. vlt. ff. de verbor. obligationib. l. 4. §. in ſtipulatione. ff. de doli except. l. 22. in fi. ff. de re iud. l. 22. §. ſi in ſtipulationem. ff. rat. rem hab. l. 1. in princ. & l. 3. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l. 19. ff. iudic. ſol. & l. 45. ff. de hæred. petit. l. 31. ff. de recep. qui arbitr. Quæ & clauſula de dolo malo appellatur in l. 13. §. illud. de acceptilatio. l. 21. §. habet. ff. de nou. oper. nunc. l. 19. ff. rat. rem hab. l. 6. ff. iud. ſol. Et doli ſtipulatio, in l. 121. in fi. ff. de verb. obligat. Cæterùm in l. 30. ff. de pecul. doli clauſula appellatur adiectio illa, quæ actioni de peculio additur, *Et ſi quid dolo malo domini actor captus fraudatusve eſt.* l. 36. in fin. ff. eod. tit.

DOMICILIVM ibi quis habere intelligitur, vbi larem rerumq; ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit. l. 7. de incol. libr. 10. C. Sic interpretabimur in l. 19. §. 1. & l. 50. ad fi. ff. de iudic. l. 1. ff. de tutorib. dat. l. 39. in fin. ff. de condition. & demon.

Planè ſola domus poſſeſſio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. l. 17. §. ſola. ff. ad municipal. Sed nec domicilium, quis ibi habere intelligitur, vbi ſtudiorum cauſa habitat, niſi decem annis tranſactis eo loco, ſibi ſedes conſtituerit. l. 5. §. domum. ff. de iniur. l. 2. C. de incol. libr. 10. C. Miles ibi domicilium habere videtur, vbi meret, ſi nihil in patria poſſideat. l. 23. in fine. ff. ad municip. Senatores, etiam ſi vbicunque morandi poteſtatem impetrauerint, domicilium tamen in vrbe retinent. l. 22. §. Senatores. ff. ad municip. l. penult. de incol. libr. 10. C. Liberti eorumq; filii patroni manumiſſoris domicilium ſequuntur. l. 6. in fin. l. 22. ff. ad municip. Vidua amiſſi mariti domicilium, quoad aliis ſe nuptiis non iunxerit, ſequitur. dict. l. 22. §. 1. Relegatus in eo loco, in quem relegatus eſt, interim neceſſarium domicilum habet. d. l. 2. §. relegatus. Habere tamen & eò loci, vnde arcetur, poteſt l. 27. in fin. eod. tit. Si quis inſtructus ſit duobus locis, æqualiter & vtrobique ſit deſtinato animo. l. 6. §. penult. l. 27. §. Celſus. eod. tit. filiusfam. non vtique domicilium ibi habet, vbi pater: Originem enim eius non item domicilium ſequitur, ſed vbicunque domicilium collocarit. l. 3. l. 4. l. 6. §. 1. ff. eod.

Domicilium nõ in propria tantùm domo, ſed in aliena quoque, & conducta habere poſſumus. l. 5. §. domum. ff. de iniur.

Domicilium ferre in l. 22. §. municipes. ff. ad municip. id eſt, conſtituere & transferre in l. 8. §. cauſæ. ff. de tranſactio. Transfertur autem re & facto Domicilium, non nuda conteſtatione. l. 20. ff. ad municip.

DOMINIVM duplex olim fuit, auctore Theophilo in tit. Quibus ex cauſis manumitt. lic. quoddam Naturale, quod in bonis appellatur: quoddam ciuile & legitimum, quod ex iure Quiritium dicebatur. In bonis habebat, quemadmodum Vlpian. in Inſtitut. tit. 1. exponit, cui res tradita erat, neque tamen mancipata, vel in iure ceſſa, vel tempore ad vſucapionem neceſſariò poſſeſſa erat. Ex iure verò Quiritium dominus quis fiebat, mancipatione, in iure ceſſione, vſucapione. Quas verborum differentias Iuſtinian. ſuſtulit. l. vn. Cod. de nudo iure Quiritium. l. vn. Cod. de vſucapio. transf.

Dominium non proprietatis tantùm. l. 17. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. l. 12. ff. ad leg. Aquil. l. 16. §. 1. ff. de vſu & habit. l. 7. §. ſi ſeruum. l. 19. §. 1. ff. de dolo. ſed & vſusfructus, & ſeruitutis dicitur. l. 3. ff. ſi vſusfr. pet. l. 15. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clàm.

Dominorum autem appellatione, qui contineantur, videndum eſt, quod & ad l. Aquiliæ, & Arborum furtim cæſarum, & Aquę pluuiæ arcendæ actiones, condictionemq; furtiuam, quæ ſolis dominis dantur, ad Senatuſcõſulti item Silaniani, & l. Atiniæ interpretationem ſciri attinet. Ac primùm neq; bonæ fidei poſſeſſor, neque fructuarius dominorum appellatione continentur. Hi planè cõtinentur, qui proprietatẽ habent, & ſi vſusfruct. alienus ſit. l. 1. §. 1. ff. de S. C. Silania. l. 43. §. vlt. ff. de fur. Et ideò eis ſuperiores actiones, quæ dominii ratione deferuntur, denegantur. l. 11. §. ſed ſi ſeruus. & §. vlt. ff. ad leg. Aquil. l. 5. §. vlt. ff. arb. furt. cæſ. l. 3. §. vlt. ff. de aq. & aq. plu.

Venditor ante rem traditam dominus permanet. l. 3. C. de his, qui à non domin. l. 6. C. de hæred. vendit. l. 80. ff. de furt. l. 12. ff. arb. furt. cæſar.

Is qui vectigalem agrum in perpetuum cõduxit, item ſuperficiarius, dominorum loco habentur. l. 5. in fin. ff. arb. furt. cæſ. Re vera enim cõductores ſunt, nec domini efficiuntur. l. 1. in fin. ff. ſi ag. vectig. l. 3. §. penult. ff. de nou. oper. nunc. l. vlt. ff. de ſuperficieb.

Hęreditas quamdiu hęres nõ adit, dominæ

locum obtinet.l.13.§.penult.ff. ad leg. Aquil.l. 13.§.quæſitum.ff.quod vi aut clàm.l.61.ff. de acq.rer.do.l.15.ff.de interrog.in iu.fac.

Legatarius agnito legato, retro dominus fuiſſe intelligitur.l.13.§. vlti. ff. ad leg. Aquil.l. 64.ff.de furt.

Dotalis fundi dominium apud maritum eſſe ait.l.75.in fi.ff. de iure dotium. Verius eſt tamen in bonis eius eſſe dotem, vxorem verò dominam eſſe. l. penult. C. de iure dot.l.21.§. idem reſpondit. ff. ad municip. vt & Boëti. in Topic.ſcribit.

Tutores curatoresq; dominorũ vice ſunt. l.56.§.qui tutelam.ff. de furt.l. 7. §. ſi tutor. ff. pro empt.l.157.ff.de diuerſ.reg.

Poſſeſſor hęreditatis, qui petitori ſatiſdedit, interim domini loco habetur.l.15. §. vlt. ff. de quæſtionib.

Dominus litis.l.1.C.de ſent.& interlocutio.

Procurator in rem ſuam datus, pro domino eſt.l.13.ff.de pact.l.1.§.in propria.ff. quando appell. ſit. Sed & quilibet procurator, poſt litem conteſtatam dominus litis intelligitur.l. 4.§.vlt.ff.de appellatio.l.22.l.23.C. de procuratorib.l.11.ff. de doli except. Defenſor quoq; cùm ſatiſdederit domini loco accipiendus eſt.l.76.ff.de procuratori. Vtrobiq; autem dominum litis accipimus.

Dominii ius impetrare creditor dicitur, cùm à principe impetrat, vt pignus ſibi addictum ea quantitate, quæ ſibi debetur, pro domino poſſidere ſibi liceat.tit.de iure dom.impet.C.l. 5. §. ſi fundus.ff.de reb. cor.l.63.§.vlt. ff.de acq.rer.do.l.24. ff. de pignor.act.l.vlt.C. ſi in cauſa iudic.pign.

Dominatio ꝑ dominica poteſtate in l.64. ff.de condict.indeb.pro dominio in l.78.in fi. ff.de acquir.hæred.

Dominicæ res appellantur res Cæſarum, tit.ne rei dominicæ, vel templor.C.Et ſic Dominici coloni in l.7.C.vbi cauſæ fiſcal. Imperatores enim Domini appellabantur. l.3.ff. de his, quæ in teſt.del. l.pen.ff. de lege Rod. Idq; ſibi nomen primus vindicaſſe Caligula diademate capiti impoſito dicitur, vt eſt à Sext. Aurel.traditum. Auguſtus certè vt inſolẽs nomẽ hoc ſemper reiecit Tertulliano teſte c.34. Apologet. Amplexus verò eſt ac libens Domitia. Cui hoc titulo Martialis ſæpè adſentatur.

Domvs vnicuique exiſtimari debet. vbi ſedes & tabulas habet, ſuarumq; rerum conſtitutionem fecit.l.203.ff.de verb.ſignif.

Domũ planè in lege Cornelia de Iniuriis, & in lege Iulia de Adulteriis, & in edicto de Aleatoribus, pro habitatione & domicilio accipimus. Et omnis habitatio ſiue propria, ſiue aliena, in qua paterfa.habitat, domus intelligitur, etiam ſi ibi domicilium non habeat.l.5.§. domum.ff.de iniur.l.8.in fi.l.22.ff. de adulter. l.1.§.domum.ff.de aleæ luſu. In Senatuſconſulto quoque de liberis agnoſcendis, quo domum denunciari permittitur, Domum accipimus hoſpitium, ſi in ciuitate maneat. Quod ſi non ſit, ſed in villa vel municipio, illic vbi larem matrimonio collocarit. l. 1. §. 1. & §. domum.ff.de liber.agnoſ.Eodem modo, & in edicto de damno infecto, Domum denunciari ſic accipere debemus, vt & ſi in aliena domo habitet, ei denuncietur.l. 4.§. Prætor ait. ff. de dam.inf.

Domo legata quid cõtineatur, petendum eſt ex l.91.§.pen.& §.vlt.ff.de legat.lib.3.

Domus etiam pro agnatione, & familia vſurpatur.l.195.§.communi.ff.de verb.ſignif.l. 17.ff.de teſtib.l.pen.§.vlt.de cont.tab.

Vnde Domeſticum funus & familiare pro eodem dicuntur in l. 4. §. præterea. ff. ſi quis cautio.l.2.in fi.ff.de in ius voc.

Domeſticæ perſonæ pater & filius. l. 6. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. Item ſeruus, colonus, adſcripticius, familiaris, libertus.l.vlt.§. vlt. C. de his qui ad eccleſ.confug. Atque ita Domeſtica furta, quę ſerui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii iis apud quos degunt, faciunt.l.11.§.1.ff.de pœn. Et Domeſtica interrogatio ſeruorũ atq; libertorũ, in l. 6. C. de quæſtio. Sic & domeſticum teſtimonium in l.2.C. de teſtib. Domeſticum vtiq; teſtimonium in teſtamentis non ex cognatione, ſed ex vnione coniunctioneq; quæ per patriam poteſtatem contingit, æſtimandum eſt.§.pater.Inſtitut.de teſtam. Et ibi Theophil.

Domeſtici tam equites quàm pedites fuẽre, vt ex Notitia Caſſiodor. lib. 1. Variar. Domeſtici partis equitum & peditum qui noſtræ aulæ videntur iugiter excubare, & cæt.

Domeſticorum ſchola in l.3.C.vbi ſenator. & apud Nicephor.cap.18.lib.7. Cui proprium comitem præpoſitum docuimus libr. 3. Domeſticos autẽ Suid. interpretatur τοὺς ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. In Notitia Græca ponitur, μέγας δομέστικος. Luitprand.lib.3.de reb. per Europ.geſt.cap.7. Focam verò domeſticum maiorem, hoc eſt, terreſtris ducem exercitus, fecit.

Donatio dicta eſt à dono, quaſi dono datum, rapta à Gręco; nam hi dicunt, δῶρον καὶ δωρεῖσθαι.l.35.§.1.ff.de mor.cau.donat. Ex quo Vitru.lib.2.cap.3. & Plinius libr. 35. capit. 14. palmum δῶρον appellari ſcribunt, quòd munerum datio, quæ per manus palmum fit, ita appelletur. Donationis porrò verbum, ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprehendit, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa factam. l.67.in fine.ff.de verbor. ſignificat.

Donatio tamẽ ꝓpriè appellatur, cùm quis ea men-

ea mente liberalitatis gratia aliquid dat, vt ſtatim accipientis fieri, nec vllo caſu ad ſe reuerti velit. l. 1 ff. de donatio. Eaque abſoluta & vera donatio dicitur. l. 35. §. 1. & l. 42. in fi. ff. de mor. cau. donat.

Mortis cauſa donatio eſt, cùm quis habere ſe mauult, quàm eum cui donat, magiſq; eum cui donat, quàm hæredem ſuum. l. 18. l. 35. §. 1. de mort. cau. donat. Cuius tres ſpecies recenſentur in l. 2. & l. 3. cum ſeq. ff. eod. tit.

Eſt & donatio propter nuptias, & donatio ante nuptias. tit. de donat. ante nupt. vel propt. nupt. l. 29. C. de inoffic. teſt. Et donatio communis, quæ & directa in C. Theod.

Donari intelligitur quod nullo iure cogente conceditur. l. 83. ff. de diuerſ. reg. Non donat itaque, qui neceſſariis oneribus ſuccurrit. l. 21. ff. de donat. int. vir. Et hoc eſt, quod dicitur, Neminem in neceſſitatibus liberalem exiſtere. l. 18. ff. de adim. leg. Cæterùm cui donare nō conceditur, nec ſi is donationis cauſa conſenſerit, rata erit voluntas eius habenda. l. 163. ff. de diuerſ. reg.

Donatiua in l. 10. ff. de re milit. ſic appellabantur largitiones, quæ ab Imperatoribus in milites conferebantur: verbum in Tacito, Capitolino, Lampridio, & aliis id genus auctoribus frequens.

Donaria in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. quę dona dei in l. 6. ff. ad leg. Iul. pec. Græcè ἀναθήματα vocantur.

Donum, munus, operas, frequenter Iureconſulti tranſlaticiè ex Prætoris edicto, aut ex lege Papia, ſine articulo dicunt. l. vlt. ff. de liber. cauſ. l. 53. ff. de verb. ſignific. l. 37. ff. de oper. libert. Quò pertinet illud Quintilian. Declamation. vlt. hinc debeo munus, operas, teſtamentum: vindictam magno redimere ſolent.

Dos eſt, quod ab vxore, vel alio eius nomine marito, pro ſuſtinendis onerib. matrimonij datur, remittitúrve. Ea vel Profecticia eſt, vel Aduenticia: vt Vlpian. in Inſtitut. tit. 6. ſcribit. Illo nomine appellatur quæ à patre, vel parente virilis ſexus profecta eſt de bonis vel facto eius. l. 5. & l. 81. ff. de iure dot. l. 6. C. de pact. conuent. l. vnic. §. & vt plenius. C. de rei vx. act. l. 4. C. de collatio. Quæ & Dos à patre profecta dicitur in l. 2. §. 1. & l. 10. ff. ſolut. matr. & l. 4. C. eod. tit. l. 6. ff. de iure dot. Et dos communis in l. 22. §. 2. ff. ſol. matr. Aduēticiæ verò nomine ea dos ſignificatur, quæ à quouis alio, vel ex ipſis mulieris bonis data eſt. l. 5. §. ſi pater. ff. de iur. dot. vt ſuprà diximus.

Dotale prædium conſtituitur tradita eius poſſeſſione. l. 5. ff. ſolut. matr. l. 42. ff. de vſucapio. in lege Iulia de fundo dotali. Dotale prædium accipimus cùm dominium marito quęſitum eſt, vt tunc demum eius alienatio impediatur. l. 13. §. dotale. ff. de fundo dotali. Dotalis autem fundus intelligitur, ſiue cum mulieris nomine quis viro dederit, ſiue cum à viro ſibi debitum ipſa mulier doti promiſerit, vel legatum ſibi dotis cauſa repudiauerit. l. 14. §. 1. §. ſi fundum. & §. vlt. ff. eod. tit. Quaſi Dotales planè res ſunt, & quæ ſunt ex dote comparatę. l. 22. §. vlt. ff. ſoluto matrimonio.

Dotes prædiorum, quas Græci ἐνθήκας dicunt. l. 2. §. vlt. & l. 20. §. 1. & §. prædia. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. 34. §. 1. ff. de legat. lib. 2. l. 52. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſoribus. l. 67. §. vlt. ff. de legat. lib. 3. Columella lib. 4. Vineaſq; cum ſua dote, id eſt, cum pedamentis & viminibus, binis ouilibus in ſingula iugera poſitas duco. Eoq; alludens Plinius lib. 1. Epiſt. vlt. Prędium, ait, quod his dotibus commendatur. Græco autem ἐνθήκαις verbo vtuntur Impp. in l. 7. de piſtorib. in C. Th. & l. 7. de bon. proſcrip. Quanquam in Codice Iuſtinian. apothecis legitur in l. 7. eod. tit.

Dvcator. l. 28. §. ſi nauis alteram. ff. ad l. Aquil. quod verbum & in Lexico B. Germani notatum reperi in quo ita eſt: Ducatores, ἀγοὶ, ἡγεμόνες, προηγούμενοι.

Dvci & ferri ſeparantur in l. vn. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. 57. ff. de euictio. hoc ad ea quæ anima carent, illud ad ſe mouentia pertinet. Itaq; Duci de ſeruis vſurpatur. l. 2. §. vlt. ff. ſi ex nox. cauſa. l. 36. ff. de procuratorib. l. 26. §. ſi abſente. l. 31. ff. de noxal. lib. l. 30. ff. de liber. cau. & de iumentis. l. 13. ff. de ſeruitutib. Duci etiā, in ius duci eſt in titulo edicti prætorij, Qui neq; ducantur, neq; ſequantur: Cuius fit mentio in inſcriptio. l. 48. ff. de verb. ſignif. Quod & produci dicitur. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius vocat. vi ex. l. 4. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. Quintilia. etiam in ius educere dixit lib. 7. cap. 8.

Duci quoque, in carcerem duci ſignificat. l. 2. §. exactis. ff. de orig. iur. l. 2. ff. de in ius voc. Et apud Cicero. aliquoties.

Ducere funus, pro facere in l. 2. in fi. ff. de in ius voc. l. 14. §. ſi cui funeris. & l. 38. ff. de relig. Et hoc verbum in ea ſignificatione proprietatem ſuam habere Seruius notat. Vnde Perſius, Nerio iam tertia ducitur vxor.

Ducere maceriam in l. penult. ff. comm. præd. Et apud Vitru. lib. 5. cap. vlt. Murum ducere.

Ducere pugnum ſeruo. l. 4. ff. de iniur. vt ducere Colaphum apud Quintil. lib. 6. cap. 4. Ducere euerriculum. l. 11. §. ſi quis me prohibeat. ff. de iniur.

Dvces in exercitu. l. 6. §. contumacia. ff. de re milit. l. 7. C. vbi cauſæ fiſcal. habebant ſub ſe manipulos, vt liquet ex l. 1. C. ad legem Iul. repetund.

Duces etiam militum in limitibus conſtituti. l. vn. de venat. fer. lib. 10. C. l. vlt. C. de off. mi-

lit.iud.l.vlt.C.de off. præf. prætor. Ita Dux Ægyptiaci limitis in l.13.ff.de aduoc.diuerſ.iudicior. C. & Duces Tripolitanæ & Byzacenæ Prouinciæ, & Mauritaniæ & Numidiæ. l.vlt. C.de off.præf.præt. Sic Dux Rhætici limitis apud Vopiſcum in Bonoſo. Et Dux limitis Scythici, Illyriciani, Thracij Orientalis apud eundem in Aureliano.

Dux Meſopotamiæ in inſcriptione l.2.C. quæ res vendi non poſſ. & l.1.C.de Eunuch.

Duces verò per Orientem ſex, per Ægyptũ duos, per Ponticam vnum, per Thracias duos, per Illyricum totidem, & quàm plurimos in Occidente auctor Notitiæ ponit.

Dvlcivm appellatione hæc cõtinentur, mulſum, paſſum, defrutum, & ſimiles potiones. Item vuæ, caricæ, ficus, palmæ. l.vlt. ff. de trit. vino. Murrhina item, id eſt, vinum myrrhę odore conditum, vt Plinius lib.14.cap.13.confirmat.

Hinc Dulciarij apud Lamprid.in Heliogabalo, & Iul. Firmic.lib.8. Matheſ.cap.11. Et Auguſtin.lib.2.de morib. Manichæor. Dulcia etiam & circulos coniungit Vopiſcus.

Dvplæ cautio, ſtipulatióve dicitur, qua duplum preciũ rei in eum caſum, quo ea euincatur, promittitur. l.72.ff. de contrah. empt. l. 31.§.quia aſſidua.ff.de ædilit.ed.l.11.§.Caſſius. ff.de actio.empt. l.2.§. ſi Titius. ff. de hæred. vend.l.1.§.vlt.ff.de præt.ſtip.l.vlt.§.vlt.C.cõm. de legat. Et apud Varro. lib.2. de re ruſtic.cap. 10. Duplam itaq; Conſtantin. lib.1.tit.9. τίμημα εἰς τὸ διπλοῦν vertit. Moris autem erat emptori duplam promitti à venditore de his reb. quæ precioſiores eſſent, ſi margarita fortè, vel ornamenta precioſa, vel veſtis ſerica, vel quid aliud non contemptibile veniſſet. De ſeruo etiam dupla cauere venditor edicto Ædilium. Eaq; eſt duplæ ſtipulatio, quæ ex edicto Ædilium venire dicitur. l.5.ff. de verb. oblig. Hinc Duplum ex cauſa ſtipulationis conſequi in l. 17.ff.de euictio. & Duplum euictionis nomine exigi in l.7.§.vlt.de pecul. Dupla enim nihil aliud, quàm Duplũ eius, quo res empta eſt, vt apparet ex l.48.& l.56.ff. de euictio. l.20. in fi. ff.de liber.cau.l.48.ff.ad leg. Falcid.

Duplicia interdicta vocantur, in quib. vterque actoris & vterq; rei partes ſuſtinet, veluti Vti poſſidetis & Vtrubi.l.2.ff. de interdict. l.3. §.1.ff.vti poſſide.l.1.§.ſi inter.ff.de aqua quotid. §.penult.Inſtit.de interdict.

Duplex teſtamentum quod ſibi & filio impuberi quis fecit, vt aliàs Iureconſulti teſtamentum, quod ſecundas tabulas habet. l. 1. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l.79. ad leg. Falcid.

Duplex ſubſtitutio, quæ duos caſus amplectitur, in hunc modum, *Filius meus hæres eſto: ſi hæres non erit, ſiue hæres erit, & intra pubertatem deceſſerit, tunc Caius hæres eſto.* l.1. ff. de vulg. & pupill.

Dvpondivm 24 vncias valet, vt Metia. in lib. de Aſſe ſcribit. l.17.§.vlt.cum l. ſeq. ff. de hæred. inſtit. Varro. lib.8. de lingua Lat. inde dictum ait Dupondium, quòd duos aſſes pendebat: As autem libralis primùm erat, vt Plinius auctor eſt. Libra autem & pondo idem ſignificant.l.34.§.vlt.ff.de auro, arg.

Dupondios iuris auditores primo anno vocatos Iuſtinian.in epiſtola Pandectis prępoſita ſcribit.

Dvvmviri magiſtratus municipales appellabantur, quòd duo eſſent. l.6.§.1. ff. quod cuiuſque vniuerſit. l.vn. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.l.3.§.vlt. de pecul. l.1. §. ſi inter. ff. de magiſtr.conuen. l.13.§. item Labeo. ff. de iniur.l.53.ff.de decurionib. lib.10.C. l.pen. quo quiſque ord. conu.lib.11.C.l.vlt.ff. ad municipal.l.52.§.ſi fugitiuum.ff.de furt.l.vlt.C.qui admitti. l.vlt. C.de iudic. Vellei. Paterc. vol. poſter. de Mario: Iniecto in collum loro in Minturnenſium carcerem iuſſu Duumuiri perductus eſt. Munus ipſum, Duumuiratus. l.1.ff.de albo ſcriben. l.1.C.de tem. appell. l.3. C. quando prouoc. non eſt nec.l.18. ff. de decurionibus. lib.10.C. Et Duumuirilitas dicitur. l.1.C. de naturalib. lib. Eoq; qui functi ſunt, Duumuirales appellantur in l.1.ff.de albo ſcrib. Et in inſcriptione Neapolitana. *Hoc opus omne facito arbitratu Duouir. & Duouiraliũ qui in conſilio eſſe ſolent Puteoleis*: licet quidã malè Duouiratium exſcripſerint.

B. BRIS-

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER QVINTVS.

EDERE eſt copiam deſcribendi facere, vel in libello complecti & dare, vel dictare. Is quoq; edit, qui aduerſarium ſuum ad album producit, & demonſtrat quod dictaturus eſt, vel id dicendo quo vti velit. l. 1. l. 6. §. ſi initium. ff. de eden. Sic Edere actionem. d. l. 1. & l. 21. l. 33. ff. de iudic. & Edita actio. l. 3. C. de edend. l. 1. C. de lit. conteſta.

Edere iudicium. l. 15. ff. de auct. tut. l. 22. §. ſi procurator. ff. rat. rem hab. l. 2. ff. pro donato. l. 4. §. mandaui. ff. de doli excep.

Edi etiam interdictum dicitur. l. 8. §. ex hoc interdicto. ff. de precar. l. 3. ff. de interdic. l. 1. §. annus. ff. de vi & vi arm. l. vlt. in fi. ff. quor. legator. Editam quoq; formulam dixit Plin. lib. 9. cap. 59. & Quintilian. Declamatio. 13.

Edere patrimonium. l. 1. §. ſi quis ſeruus. ff. de off. præf. vr. l. 9. ff. de tutel. vt Edere cenſum apud Plin. lib. 10. Epiſt. Nomē. l. 1. ff. de off. cōſ. l. 3. ff. qui pet. tut. l. 2. C. eod. tit. l. 2. §. ſi mater. ff. ad S. C. Tertyllian. Exemplum literarū. l. pen. ff. de appell. recip. l. vlt. ff. quando appell. ſit. Librū. l. 46. §. tutor. ff. de adm. tut. Mandatorem. l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſ. Crimina: apud Paul. lib. 5. Sent. Tit. 18.

Edere operas pro præſtare. l. 9. l. 21. ff. de oper. libert. Et apud Senec. epiſt. 29. lib. 4.

Edere rationes. l. 32. in fi. ff. de conditio. & dem. lōgè aliud ſignificat, quàm reddere. Nec enim is qui edere iuſſus eſt, reliquum reddere debet. l. 89. in fi. de verb. ſignif. Edi autem ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur. Nam rationi inſpiciatur, intelligi non poteſt. l. 10. §. 1. ff. de eden. Sed & cum die & conſule edendę ſunt rationes, quoniam data & accepta non aliàs poſſunt apparere. l. 1. ad fi. ff. eo. tit. Editus bubum in l. 55. §. lignorum. ff. de legat. lib. 3.

EDICTA, vt Halicarnaſſ. lib. 5. ſcribit, Romani appellabant τὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων διαγραφάς. Nam vt ſcirēt ciues quòd ius de quaq; re magiſtratus dicturi eſſent, ſeq; præmunirēt, edicta proponebant. l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. iur. Proconſules etiam & Præſides in prouinciis, edicta eiuſmodi proſcribebāt, quæ Prouincialia appellabantur ad differentiā vrbanorum: Patet hoc ex Cicero. lib. 6. Epiſt. ad Atticum. epiſt. 1. & ex Verrinis. Ad edictū autem tam prouinciale quàm vrbicum, Gaius Commentarios ſcripſit. Eaq; cauſa eſt, cur in edictorum interpretatione proconſulis ſæpè mentionem faciat, vt in l. 1. ff. de alienat. iud. mut. l. 27. ff. de dolo. l. 27. §. 1 ff. de minorib. l. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. l. 68. ff. pro ſoc. cum aliis, quæ ab Anton. Auguſtin. lib. 1. Emendat. cap. 5. notantur. Sunt & edicta principum. l. 8. ff. de quæſtionib. l. 13. ff. de iure fiſ. l. 15. ff. ad l. Corn. de falſ. l. 1. ff. de cōſtit. princip. Rubr. de Edicto Diui Hadr. toll. §. ſed & quod principi. Inſtitut. de iure natur. vbi Theoph. edictum, ait, dici πᾶν ὅπερ ἐξ οἰκείας φύσεως κινηθεὶς εἰσφέρει ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν τῶν ὑπηκόων εὐταξίαν καὶ λυσιτέλειαν. Edictorū autē, quæ à magiſtratibus proponebantur quædam perpetuæ iuriſdictionis cauſa proponebantur. l. 7. ff. de iuriſdict. om. iud. Cuiuſmodi edicta cùm annua primùm eſſent, quia & ipſum Prętoris imperium annuum erat, lege Cornelia perpetua facta ſunt: ac deinde in ordinē à Saluio Iuliano Hadriani temporibus ex Senatus auctoritate redacta & compoſita, vt Eutrop. in Hadrian. & Iuſtinian. in l. 2. §. ſed quia diuinæ. C. de vet. iure enucl. & l. penult. C. de condict. indeb. ſcribunt.

Vnde edicti perpetui nomen. l. 2. ff. de ſta. ho. l. vlt. in fi. ff. de appell. recip. l. 52. ff. de oblig. & act. l. 5. ff. de extr. crim. l. 21. ff. de lib. cauſ.

Edicta hæc etiam monitoria appellata credo, quod his ciues admonerentur, qualiter ius dicturi eſſent magiſtratus: Ad quod edictum Calliſtratum libros ſex ſcripſiſſe ex Indice intelligitur. Edicto enim admonere etiam ve-

teres dicebant. l. 39. ff. de religioſ.

Ad hanc ſpeciem pertinet Carbonianum edictum, quod ſolum auctoris ſui nomen retinuit. Eiuſdem quoq; generis eſt edictum nouum, cuius meminit l. 1. §. ſi pater vnum. ff. de vent. in poſſ. mitt.

Alia erant edicta, quæ prout res inciderat, proponebantur, & ad ſingulas cauſas è re nata accommodabantur: qualia erant ea, quibus aliquem euocabat, & adeſſe iubebat Prætor. l. 68. l. 71. l. 72. l. 73. l. 75. ff. de iudic. l. vlt. ff. vbi pupill. educ. deb. l. 2. §. ſenatus. l. 15. §. ſenatus. l. 42. in fin. ff. de iure fiſc. l. 20. §. præter hęc. in fi. ff. de petit. hæred. l. 1. §. 1 ff. de requir. re. l. 7. §. vlt. ff. de ſuſpect. tut. l. 3. C. qui accuſ. nō poſſ. l. 26. §. euocari. ff. de fideic. lib. l. 53. ff. de re iud. l. 2. §. quid ergo. ff. ad S. C. Tertyllia. l. 2. C. vbi in rem act. l. 5. ff. de pœn. l. 51. de decurionibus lib. 10. C. Et apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 5. Iuſtinian. Nouell. Conſtitut. 112. καὶ εἰ τοῦτο μηδαμῶς ποιήσοι, προτιθεμένων τριῶν ἐδίκτων αὐτὸν καλεῖσθαι, μιᾶς ἑκάστης κλήσεως οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντα ἡμερῶν διαστήματι παρεκτεινομένης. κελεύομεν γὰρ τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ᾽ ἔτι μὴν καὶ ἐδίκτων προτιθεμένων καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. Quo ſenſu edictū peremptorium accipiendum eſt, quod vnum pro omnibus appellatur, vt lib. 14. exponemus. Atque hæc edicta dari à Prætore dicebantur. l. 71. & l. 72. ff. de iudic. Edictum etiam appellatur, quo præſes aduentum ſuum prouincialibus ſignificat. l. 4. § antequam. ff. de off. proconſul.

Edictalis bonorum poſſeſſio, quę edicto defertur. l. 30. §. 1. ff. de acq. hæred. l. 1. §. 1. ff. ſi tabul. teſt.

Edictalis ex l. 6. C. de ſecundis nupt. l. 31 de petitio. & vl. dat. in C. Th. vt Edictale programma apud Caſſiodor. lib. 1. Variar. epiſt. ad Popul. Rom. & lib. 2. Epiſtol. ad Senat. Vrbis Romæ.

Effectu in libris noſtris ſignificat facto ipſo, re ipſa, vi ipſa. l. 10. ff. de vſu & habit. l. 5. §. vlt. ff. commod. l. 5. §. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. qui minorem. ff. vt legat. nom. cau. l. 15. ff. de legat. præſt. l. 14. in fi. ff. commun. diuid. l. 14. §. Iulianus. ff. quod met. cau.

Effodere terminos eſt, lapides finium cauſa poſitos auellere, & eiicere. l. 1. C. de accuſatio. & apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 22. Effodere oſſa vel eruere. l. 8. ff. de religioſ. l. vlt. ff. de ſepul. viol.

Effractores dicebantur, qui vi fores, parietéſve inſularum horreorúmve effringebant, vt inde aliquid ſubriperent. l. 3. §. 1. ff. de off. præf. vig. l. 16. §. tempus. ff. de pœn. l. 1. ff. de furibus balnear. titul. de effractoribus. Et apud Firmicum lib. 3. Matheſ. cap. 13. Lexicon B. Germani θυρεπανοίκτας vertit. Effracturæ crimen in l. 48. ff. de bon. liber. l. 1. C. de locato.

Egerere pro eiicere ex aliquo loco. l. 25. l. 52. §. ſi ſulpurariæ. ff. de furt.

Eiicere fœtum vel partum, edere ſignificat in l. 27. §. ſi mulier. & l. 39. ff. ad l. Aquil.

Eiicere ſaxum ex fundo in l. 35. ff. de dolo. vel eximere vel euehere ſignificat, vt in l. 6. ff. de donatio.

Eiicere terminos. l. vlt. ff. de termino mo. Et in lege Mamilia. Quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem eorum eiicito, néve commoueto. Paul. deiicere dixit lib. 1. Sent. tit. 16.

Eiectam nauem Latini dicunt, quę, vt Gręci loquuntur, ἐξεβράσθη. l. 3. §. qui eiecta. ff. de incend. rui. Credo Deiectam eodem ſenſu dici in l. 7. ff. de lege Rod.

Eivrare bonam copiam, eſt iurare ſibi copiam non eſſe æris alieni diſſoluendi: Cicer. lib. 9. Epiſt. ad Pætum: Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Tum enim cùm rem habebas, quæſtiunculis te faciebam attentiorem. Quo ego loco adductus reſtituendum hoc in Varrone verbum credo, quod vnius literæ ademptione omnem ſenſus gratiam perdidit: Ait ille lib. 6. de lingua Lat. Liber qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum ſolueret, nexus vocatur. Hoc C. Popilio rogante, Sylla Dictatore ſublatum, ne fieret, & omnes, qui bonam copiam iurarent, ne eſſent nexi diſſoluti. Quòd multo planius erit, ſi, eiurarent, legas, vt ſit ſenſus, ſi iureiurādo negarēt ſibi facultatem dari, eo ſe ære liberandi. Adiuuat nos Feſtus lib. 5. qui Eiurationem ſignificare ait, non poſſe id, quod deſideretur, præſtari.

Electri nomen duobus modis accipi Pauſanias lib. 1. Eliacor. docet. τὸ δὲ ἤλεκτρον τοῦτο, ait, ἐξ οὗ τῷ Αὐγούστῳ πεποίηται τὴν εἰκόνα, ὅσον μὲν αὐτόματον ἐν τῷ Ἠριδανοῦ ταῖς ψάμμοις εὑρίσκεται, σπανίζεται τὰ μάλιστα, καὶ ἀνθρώποις τίμιον πολλῶν ἐστὶν ἕνεκα· τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον, ἀναμεμιγμένος ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός. In hanc poſteriorem ſententiam electrum vſurpatur in l. 7. §. voluntas. ff. de acquir. rer. do. §. ſi duorum. Inſtitutio. de reru. diuiſio. l. 4. ff. de legat. lib. 1. Plinius lib. 33. cap. 4. Vbicunq; quinta argenti portio eſt, electrum vocatur. Scrobes eæ repeeriuntur in Caria. Fit & cura Electrum argento addito. Seruius in 8. Æneid. Secundum Plinium, ait, tria ſunt Electri genera: Vnum ex arboribus, quod ſuccinum dicitur: Aliud, quod naturaliter inuenitur: Tertium, quod fit de tribus partibus auri & vna argenti. Quas partes etiam ſi naturam reſoluas, inuenies. Quæ poſtrema verba ab eo mutuatus eſt Iſidorus libro 15. Etymol. cap. 33. Idemque Plin. lib. 9. cap. 40. Sicut teſtudines tingere, argentum auro

tum auro confundere, vt electra fiant, addere æra, vt Corinthia. Tertullian. lib. aduerſ. Praxeam: Vna erat ſubſtantia Ieſus ex duabus, ex carne & ſpiritu mixtura quædam: vt electrum ex auro, & argento: & incipit nec aurum eſſe, id eſt ſpiritus, neq; argentum, id eſt caro, dum alterum altero mutatur, & tertium quid efficitur. Hinc Electrei nummi apud Lamprid. in Alexand. Planè electrum etiam ſuccinum ſignificat, vt in illo Martialis verſu:

Corticibus duris ſudare electra feruntur.

Eoq; ſenſu Electrina vaſa accipi poſſunt in l. 32. §. Neratius. ff. de auro, arg.

Elidere eſt perimere, tollere, ſummouere, repellere agentem, excipientémve. l. 27. §. pactus. ff. de pactis. l. 2. §. & generaliter. ff. de doli excep. l. 4. C. de ord. cogn. l. 21. §. 1. ff. de pignorib. l. 17. ff. de euictionib.

Elogium pro titulo & cauſa exhæredationis ponitur in l. 14. in fi. ff. de liber. & poſt. l. 1. §. idem ait. ff. de Carb. edict. l. 9. C. de ſuis & legit. Cicer. pro Cluent. Auito: Vnum eſt etiam, quod maximè me conturbat, quod elogium recitaſti de teſtamento Cn. Egnatij patris hominis honeſtiſſimi, idcirco ſe exhæredaſſe filium, quòd is ob Oppianici damnationem pecuniam accepiſſet. Quintilian. lib. 7. cap. 4. Sed nonnunquam etiam reus hic totius ſummam conſtituit, ſi exhæredatum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem amauerit. Idem in Declamation. 2. Non eſt, iudices, quòd nullum putetis ideò ad iuuenis exhæredationem adiectum elogium, quia de ſcelere conſtaret. Eodem modo & in legatis & in hæreditatibus dandis elogium adiicitur, vt in l. 37. §. Seiam. ff. de legat. lib. 3. Legatum reliquiſſe teſtatorem Scæuola, ait, cum hoc elogio, *Mæuio de me nihil merito dari volo.* Seneca lib. 2. Controuerſ. Teſtamento omnium bonorum ſuorum reliquit Formoſam hæredem, & adiecit elogiũ, *Quia pudicam comperi:* Quintilianus etiam Declamatione 325. Elogium vocat verba precaria de hæreditate reſtituenda in hæredem collata.

Elogia pro teſtamentis morientium. l. 20. C. de iu. deliber. Cicer. 1. Tuſculanar. l. 33. & l. 35. C. de inoffic. teſtamento. l. vlt. C. comm. vtriuſque iudic.

Elogia etiam pro notoriis, & indiciis criminum, quæ vulgò onera & informationes dicimus. l. 6. & l. 11. ff. de cuſtod. reo. l. 3. ff. de re milit. Tertullian. in Apologet. cap. 44. Veſtros enim iam conteſtamur actus, qui quotidie iudicandis cuſtodiis præſidetis, qui ſententiis elogia diſpungitis, tot à vobis nocentes variis criminum elogiis recenſentur. Idem in lib. ad Scapulam: Prudens etiam miſſum ad ſe Chriſtianum in elogio concuſſione eius intellecta dimiſit, ſciſſo eodem elogio, negans ſine accuſatore ſe auditurum ſecundum mandatum. Tranquillus in Caligula cap. 27. Cuſtodiarum ſeriem recognoſcens, nullius inſpecto elogio, ſtans tantummodo intra porticum mediam à caluo ad caluum duci imperauit.

Elogium etiam edicto ſubiectam clauſulam appellat Vlpian. in l. 38. §. inuentorium. ff. de ædilit. ed.

Elvscare, alterum oculum effodere ſignificat. l. 5. §. vlt. ff. ad leg. Aquil. l. 22. ff. de pignoribus. Ita eluſcatus ſeruus in l. 17. ff. ad exhibend. l. penultima ff. de condictione triticiaria.

Emancipari, vt Feſt. libro 5. tradit, dicebantur tam liberi qui ex iure patris exibant, quàm ea, quæ alieni dominij fiebant, quorum vtrumq; mancipatione fiebat.

Vnde mancipare & emãcipare prædia fundoſque apud Plin. lib. 7. Epiſt. ad Caninium, & lib. 10. Epiſt. ad Traian. Et Tranquill. in Otho. capite 4.

Emanere l. 3. §. is qui. ff. de re milit. l. 17. §. idem ait interrogatus. ff. de ædilit. ed.

Vnde Emanſor, qui diu vagatus ad caſtra regreditur. l. 3. §. emanſor. ff. de re milit. Qui & Remanſor in l. 4. §. edictum. & l. 5. §. à barbaris. ff. eod. titulo. Delictum ipſum Emanſio appellatur, dict. l. 4. §. penultim. & vltim. Leuius autem eſt deſertione: & eo ſeparantur emanſores à deſertoribus, quo errones à fugitiuis.

Embamma, acetum ad intingenda obſonia conditum. l. 9. in fi. ff. de contrahend. empt. l. 9. §. ſi acetum. ff. de vino, trit. Cui ſinapi immiſceri ſolitum indicat Columella libro 12. capite 55.

Emblemata dicebantur, quæ ſcyphis, ſpeculis, abſidibus, vaſiſve ornatus gratia adiiciebantur. l. 3. §. 1. ff. de vino, trit. l. 19. §. idẽ Celſus. & l. 32. §. 1. ff. de auro, argen. l. 7. ff. ad exhib. Hoc vocabulum cùm in Senatuſconſultum aliquando incidiſſet, Tiberius circumduci, & aliud Latinum requiri, aut rem potius longiore ambitu verborum demõſtrari iuſſit, auctore Suetonio.

Embola in l. 10 C. de ſacr. eccleſ. l. vlt. de nauib. nõ excuſ. lib. 10. C. publicarum ſpecierum copiarumq; ſeu annonarum trãſuectionem ſignificat, quæ quotannis in Ægypto nauibus illatæ Conſtantinopolim deferebantur. ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλεσθαι ταῖς ναυσὶ τὸν σῖτον. vt Iuſtin. in Edicto 13. his verbis indicat: πᾶσαν γίνεσθαι παρεσκεύασαν τὸν τῆς αἰσίας ἐμβολῆς σῖτον καὶ ἀπαρτίζεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς νενομισμένους χρόνους ἐκπέμπεσθαι. ἀλλὰ τοῦτον μὲν εἰς παράπλουν ἐστὶν ἐξ ἑκατέρας ἐστὶν Αἰγύπτου, τὸν δὲ ἄλλον ἀνυπερθέτως ὑποδέχεσθαι, ἢ καὶ ἐμβάλλεσθαι τοῖς πλοίοις.

παρασκευάζειν τι εἰς ταύτην ἐκπέμπεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ὅσος τῷ κανόνος τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐμβολῆς δεῖ τῆς ἐνθαῦτα πλωϊζομένης. Idem in eodem loco ἐμβολὴν σιτοπομπείαν vocat.

Emeriti dicũtur, qui impletis ſtipendiis, labore militiæ ſoluuntur. l. 1. C. de excuſ. tut. l. vlt. C. de his qui implet. ſtip. lib. 10. C. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infam.

Emerita præmia & commoda finitæ militiæ. l. 3. §. qui militiæ. & §. is qui ad hoſtes. in fi. & l. 5. §. pen. ff. de re milit.

Emigrare dicuntur, qui ante finitũ conductionis tempus habitationẽ derelinquunt. l. 28 §. 1. ff. locati. l. 43. §. 1. ff. de dam. inf. Sic & Emigratio in l. 28. ff. de dam. inf.

Eminentissimvs titulus dignitatis, qui præfectis prætorio tribuitur, & magiſtris militum, & patriciis. §. ad iſtum. Epiſt. de Iuſtin. Cod. confir. l. 2. C. de ſent. ex breui. recit. l. 64. in fi. de decurionib. lib. 10. C. l. 11. C. de adſeſſoribus. l. 5. d. l. 6. & l. 11. C. de aduoc. diuerſ. iud. & præfectis vrb. l. 5. C. de arbitr.

Vnde Eminentiſſimas prȩfecturas legimus in l. 6. de exactorib. tribut. lib. 10. C.

Emitti inſtrumentum dicitur. l. 47. §. vlt. ff. de pact. Item cautio. l. 1. C. de numerata pec. l. 7. C. de præd. min. l. 4. C. de oper. ſeru. Et ita legendum eſt in l. 1. C. ſi pignor. conuentio. auctoribus libris ſcriptis. Et Emitti ſatiſdatio. l. 3. C. de ſuſp. tutorib. & Epiſt. l. 24. ff. de conſtit. pec. l. 77. ff. de rei vend. l. vlt. §. vlt. ff. de oblig. & actio. l. 78 §. 1. de leg. lib. 3.

Hoc ſenſu Emiſſa manus pro expoſita cautione in l. 15. ff. de probatio. Et Emiſſio chirographi apud Caſſiodor. lib. 4. Variar. Epiſt. ad Dudam.

Emphytevsis contrahitur, cùm ſterilia prædia perpetuo fruenda ita dantur, vt quandiu penſio, ſiue reditus pro his domino prȩſtetur, neq; ipſi conductori, neq; hȩredi eius, neq; aliis, qui ab his acceperint, auferre liceat. §. adeò. Inſtit. de locato.

Vnde Emphyteuticus ager, Rubr. ſi ager vectig. vel Emphyteuticus pet. l. 15. §. 1. ff. qui ſatiſdare cogant. l. 13. C. de præd. min. l. 23. C. de admin. tut.

Et ius Emphyteuticum. l. 3. §. ſi. ius. ff. de reb. eor. Rubr. de iure Emphyt.

Emphyteuticarij. l. 2. C. ne rei dominic.

Emptvm & paratum, quæ in legatis vxoriis adiici ſolebant. l. 29. ff. de legat. lib. 3. l. 10. ff. de auro, arg. l. 81. in fin. ff. ad l. Falcid. hoc differre ait Vlpian. in. l. 47. §. 1. ff. de leg. lib. 3. quòd in Empto Paratum inſit: in Parato non continuò Emptum contineatur. Paratis omnia continentur, quæ vſibus eius adtributa, deſtinata, adſignata. Empta verò ea ſola intelliguntur, quæ propter ipſam empta fecit maritus, non etiam, quæ alia ratione adquiſita paterfa. ei deſtinauit. l. 49. §. 1. ff. eo. tit. Vide plura de horum verborũ vi in l. 45. & l. 46. & l. 47. & l. 49. l. 78. §. pen. ff. de legat. lib. 3.

Veteres autẽ emere pro accipere & ſumere dicebant, vt Feſtus lib. 1. & lib. 5. & lib. 16. ſcribit. Sed & his in emptione venditioneque appellationibus promiſcuè vtebantur. l. 19. ff. de actio. emp.

Ex Empto vendito agere. l. 19. ff. de hæred. vend.

Empti venditi actio. l. 16. ff. de in diem addict.

Emptionis verbo omnem alienationem legem XII. Tabularum complexam prudentes interpretatĩ ſunt in capite, quo de ſtatu liberis agebat. Cuius nos aliàs ſententiã exponemus. l. 29. §. 1. ff. de ſtatu liber.

Emptoribus ſimiles perſonȩ commemorãtur in l. vltim. ff. quibus ex cauſis in poſſ. l. 22. ff. rer. amot. l. 19. §. emptorem. ff. de ædilit. edicto.

ΕΝ ΠΛΑΤΕΙ in l. pen. ff. de condict. tritic. l. 28. ff. de probatio. l. 13. ff. de ſolut. l. 12. §. Iulianus. ff. rat. rem hab. ſignificat cum quodam ſpacio & laxamento & temperamento temporis. l. 105. ff. de ſolution. l. 4. ff. de vacat. muner. &, vt aliàs dicitur pleniùs, & latiùs, non momentis omnibus temporum ad viuum reſecatis. Itaque quod in d. l. 28. de probat. Paul. ait, ſatis eſſe hoc ἐν πλάτει memoria teneri, hoc idem in re ſimili pluribus verbis ita enunciat. in l. 2. §. idem Labeo ait. ff. de aqu. & aqu. plu. cùm quæritur, an memoria extet facto opere, non diem & Conſulem ad liquidum exquirendum, ſed ſufficere ſi quis ſciat factum, &c.

Episcopi, qui in municipiis prȩerant pani & rebus cæteris venalibus, quæ ciuitatũ populis ad quotidianum victum vſui ſunt. l. vlt. ff. de munerib. & honor.

Epistolares principis. l. 32. & l. 35. C. de appellatio. Illi in ſacro auditorio acta excipiebant, vt apparet ex l. 36. C. eo. tit. Habebant enim Imperatores ſcrinium ſacrarum epiſtolarum, vt ex l. 3. de temporibus appell. & aliis, quæ lib. 12. & lib. 17. dicemus, liquet.

Epiſtolæ in libris noſtris plerunque chirographorum & cautionum vicem obtinent. Eius enim rei gratia olim frequentiſſimè emittebantur, multaque adeo per epiſtolas nomina fiebant. patet hoc ex l. 24. l. 26. §. 1. & §. vlt. & l. 28. ff. depoſ. l. 2. l. 47. §. 1. ff. de pact. l. 24. in fi. l. 26. l. 31. C. de conſtit. pec. l. 34. l. 59. §. ille illi. l. vlt. in fin. ff. manda. l. 34. ff. de pignor. act. l. vlt. ff. de inſtitor. Dicunt autem Iurecõſulti emittere epiſtolam & exponere. l. vltim. ff. de pec. conſtit.

Epitonia in l. 17. §. caſtella. ff. de act. empt. quæ ante hac corruptè epiſtomia. Quo errore

rore etiamnum laborant Frontini de aquæ ductib. libri, & Senecæ Epiſt. 1. lib. 13.

Eqvitivm l. 1. §. vlt. ff. de rei vendic. l. 12. §. equitii. ff. de vſu & habit. l. 70. ff. de vſufr. l. 39. ff. de vſur. l. 19. §. vlt. ff. de inſtruct. vel inſtr.

Erciscvndæ familiæ, verbum antiquum, &, vt exiſtimo, ex XII. Tabul. profectum, quod hæreditatis diuidendæ ſignificat. Cic. 1. de Orat. Nec ſi parui nauigii & magni eadem eſt in gubernando ſcientia, idcircò, qui quibus verbis erciſceri oporteat neſciat, idem erciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. Quò alludens Apul. libr. 6. de Aſino aur. Sic nos, ait, diuerſa tendentes & in cauſa finali de proprietate ſoli, imò viæ herciſcundæ cótendentes &c.

Familiæ porrò Erciſcundæ actio, iudicium diuiſionis appellatur in l. 77. ff. de leg. libr. 1. quia hæreditatis diuidendæ gratia inter hæredes ea actio competit. §. quædam. Inſtit. de actionib. Iſidor. lib. 5. Etymolog. c. 25.

Eremodicivm nõ deſertum vadimodium quod Haloander & alii quidam exiſtimant, quos meritò Gouean. reprehendit, ſed deſertam litem ſignificat. l. 7. §. vlt. ff. de minoribus. l. 13. ff. iudic. ſol. l. [illegible] §. ſin autem reus. C. de iudic. Et Nouel. Conſt. 88. verbum ἀπὸ τῆς ἐρήμου δίκης compoſitum eſt, quod deſertam litem ſonat, quæ locutio à Papinia. vſurpatur in l. 31. §. litem. ff. de neg. geſt. & Paul. in l. 11. ff. iudic. ſol.

Erogationes in l. vlt. ff. de petit. hæred. l. 54. ff. ad Trebellia. l. 5. §. vlt. ff. de donatio. int. vir. Traianus Plinio: Modò ne quid ideò intribuant, aut minus illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.

Erro à fugitiuo diſtat, leuiusq; eſt erronis, quàm fugitiui vitiũ. l. 4. §. pen. ff. de re milit. Erronem autẽ ſic propriè definimus, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, & temporibus in res nugatorias conſumptis ſerius domum redit. l. 17. §. erronem. ff. de ædilit. ed. Ita Erronem in edicto Ædilium accipimus. l. 1. ff. de ædilit. ed. & in l. 1. §. vlt. ff. de ſeruo corrupt. l. 1. §. fugitiuum. Erronẽ autem non ſecundum propoſitionem mentis ſolam, ſed cum aliquo facto oportet intelligi. l. 225. ff. de verb. ſignif.

Error duplex eſt, iuris & facti. In iure errat, qui exiſtimat ſibi aliquid per leges licere, quod non licet: vel verſa vice falſo ſibi quid non licere exiſtimat. l. 32. §. 1. ff. de vſucapion. l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro empt. l. 1. ff. vt leg. nom. cau. l. 1. & l. 8. ff. de iur. & fac. ign. l. 1. §. caput. ff. de aqua quotid. In facto verò errat, qui factũ vel non factum aliquid errore ductus credit. l. 1. §. 1. de iur. & fac. ig.

Error item aliquando in corpore, aliquando in ſubſtantia, aliquando in cauſa contingit. Error eſt in corpore, ſi de vnò fundo ſentiam, & alium demonſtrem: aut ſi mihi fundum Cornelianũ tradas, cùm me Sempronianum accipere exiſtimem: vel ſi alium volens hæredem ſcribere, alium ſcribas. l. 9. ff. de contrah. empt. l. 9. de hæred. inſtit. l. 4. ff. de leg. lib. 1.

Ab errore corporis ſeparat Vlpia. errorem in ſubſtãtia: veluti ſi acetum pro vino veneat, in corpus quidem conſenſum, ſed in materia erratum accipit. l. 9. & l. 11. ff. de contr. empt. In materia autem & qualitate errorem coniungit. in l. 14. cod. tit. in qua docet in materia errari, ſi æs pro auro veneat.

Verbum Est, non ſolùm præſens, ſed & præteritum tempus ſignificat. l. 123. ff. de verbor. ſignificat. Quod in quibuſdam locutionibus, quæ exempli cauſa illic ſubiiciuntur, procedit. Aliàs certè articulum Est præſentis temporis in ſe demonſtrationem tantùm continere traditur. l. 34. ff. de auro, arg. Planè hæc verba, Sit, Fiat, quibus in interdictis Prætor vtitur, vtrumque tempus complectuntur. l. 2. §. deinde. ff. ne quid in loco pub. l. 1. ff. de fluminibus. l. 1. §. penult. & vlt. ff. de cloac.

Everricvlvm quod Græcè σαγήνη dicitur. l. 13. §. ſi quis me. ff. de iniur. Nonius Marc. ſcribit genus eſſe retis piſcatorii à verrendo dictũ, quod quidquid piſcium nactum fuerit, euerrat, vel quòd trahatur. Tullius in Verr. Act. 6. Quod vnquam iudices huiuſmodi euerriculum vlla in prouincia fuit? Apuleius in Apolog. Eum memoriæ prodiderunt, cùm animaduertiſſet proximè Metapontum in littore Italiæ ſuæ euerriculum trahi, fortunam iactus eius emiſſe. Seruius in 1. Æneid. Verrere ait, eſſe trahere à reti, quod verriculum dicitur. Atque hic me locus admonet, vt Manilii verſum emendem ex libr. 4. Aſtronomic. in quo ita eſt, Et placidum ductis euertere retib. æquor. cùm legendum vtiq; ſit, euerrere. Eleganter autem in hoc verbo ludens Cicero, De dolo malo formulam euerriculum malorum appellauit libro primo de Natur. deor.

Evertere diſium. l. 13. ff. locati. vt, Euertere nauem Cicero in Paradox. Et Euertere onus. l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. paup. deiicere eſt, vt in l. 7. §. ſed & ſi quis plus iuſt. ff. ad l. Aquil.

Euerſores, Prodigos Gaius vocat libr. 1. Inſtitut. ab eo quòd euertant, id eſt, diſſipent, & dilapident bona. Quo ſenſu etiam Euertere patrimonium pro exhaurire & conſumere & exinanire dixit Vlpian. in l. 1. ff. ſi famil. furt. fec.

Evincere eſt rem iure dominii ab aliquo auferre. Sic euinci hæreditas dicitur per inofficioſi querelam, cùm ab hærede ſcripto auocatur. l. 21. §. vlt. ff. de inoffi. Sic euinci per

I 4

bono.poſſeſſionem.in l.6. in fin. ff. ſi pars hæred.pet. vt alia trita & ſatis nota huius verbi teſtimonia omittam. Euictionem autem debere dicuntur, vel præſtare hi, ad quos re euicta & ablata eſt regreſſus.

EXAVCTORARI eſt militia remoueri. l. 29.ff.de libe.cauſ.l.4.§.non omnis.& l.7. ff. de re milit. Nam qui militiæ ſe dant, ſacramento quodammodo auctorati militiæ videntur, quo cùm ſoluuntur, exauctorantur. Exauctorare, inſignia militaria detrahere Vlpian. interpretatur.l.2.§.ignominia.ff. de his qui not. infam.

EXCEPTIO, Paulo finitore, eſt conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit condemnationem.l.22.ff. de exceptionib. Exceptio autem dicta eſt, quaſi quędam excluſio, quæ opponi actioni cuiusque rei ſolet, ad cludendum id, quod in intentionem condemnationémve deductum eſt. l. 2. ff. de exceptio.

Exceptionum autem aliæ ſunt perpetuæ & peremptoriæ, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt, negotióq; finem adferunt: Aliæ temporales & dilatoriæ, quæ ad tempus locum habent: differuntq; non perimunt actionem, vt pacti conuenti temporalis: Et fori, & procuratoria exceptio.l.2. & l.3.ff. de exceptio. de qua lib.15.dicam.

Exceptio in factum appellatur, quæ in factum datur comparaturq;: Et plerunque loco exceptionis doli.l.14.§. eum qui.ff.quod met. cau.l.4.ff.vſufruct.quemadmod. cau. l. 27.ff. de pec.conſtit.l.14.& l.pen.ff. de except.l.1.ff. de except. rei vend. l. 2.§. & generaliter.l.4 §. aduerſus.& §.ſi à Titio.ff. de doli except.l.penult.ff.de condict.ob turp.cauſ.l.7.in fin.ff.de iure dot.l.1.§. quod autem. ff. de ſuperficieb.l. 20.ff.de interrog.in iu.fac.l.9.C.de non num. pec.l.4.ff.de nouationib.l. vlt. ff. ad Macedonia. Inſtitut.de exceptionib.in princ.vbi Theophil. ab eo appellari, In factum exceptionem ſcribit ὅτι διηγηματικῶς ἀντιτίθεται.

Exceptio annua in l.30.§.ſi annua.ff.de pecul. appellatur, quæ domino competit poſt annum à manumiſſione alienationéve ſerui. l.1.in prin.& §.vlt.quando act. de pecul.

Exceptio rei venditę & traditæ ei obiicitur, qui rem à ſe venditam & traditam vindicat atque petit, toto tit. de except. rei vendit. d.l. 50.ff.de act. empt.l. vlt. §. item ſi mulier.ff.ad Velleian.

Frequens eſt apud Iureconſultos hęc locutio, Exceptione poſita.l.30.& l.48.& l.65.ff.de rei vendic.l.18.ff.de iureiur.l.10. ff.de doli except.l.81.§.qui fundum.ff. de leg.lib.1.l.vlt. ff. de pign.act.l.7.ff.ad S.C. Velleian.l.39.§.vlt.ff. de noxalib.act.

Exceptor, qui dictata excipit in l.19.§.cùm quidam. ff. locati. & in inſcriptione Auximitana. *L. Aur. Martiano Aug. lib. Exceptori.* Vtitur & hoc verbo Iul. Firmic. lib.3. Matheſ. cap.6. & 12. Auguſtin. Epiſt.152.

Exceptæ perſonæ in l.5.§.vlt.& l.15.§.vltim. & l.20.& l.21. ff. de legat. præſt. & l. 35. ff. de vulg. & pup. intelliguntur parentes, liberi, vxor, nurus, cui dotis nomine legatur.l. 1. ff. de legat. præſt. l. 1. C. de cont. tab. Apud Vlpian. verò tit. 1. Inſtitut. Exceptas perſonas intellige cognatos, quibus per l. Furiam plus mille aſſes capere licebat, vt idem ſcribit eiuſdem libri titu.penultim. Nec diſſimiliter Exceptos in l.7.ff. ad legem Iul. repet. accipere oportet, ſobrinos, propiorisve gradus cognatos, & vxorem, à quibus lex Iulia repetundarum accipere permittit, vt apparet ex l.1. in fin. ff. eodem tit.

EXCVTERE aliquem, id eſt, facultates eius diſcutere.l.2.ff.ſi quis om.cauſ.teſt.l. 1.§.ſi inter.ff.de magiſtr. conuen.l.1.Cod.de reuoc. his, quæ in fraud.cred. At in l.46.§. cùm teſtamento. ff. de adm. tut. vbi vulgò, excuſſi, qui Pand.Flor.deſcripſerunt, excuſſati ſcripſerũt, ducti ſimilitudine vocum, quòd in archetypo excuſati ſcriptum eſſet.

Excutere vires alicuius, in l. 42. ff. manda. pro inquirere in fortunas eius, vt Seneca lib.1. de Benefic.loquitur.

Excutere impẽſam, id eſt, ſupputare quanti ſunt impenſæ.l.60.§.mandaui.ff.loca.

EXEMPLA pro copiis quemadmodum vulgò loquimur, in l.2.& l.11.ff.de eden.l. vlt. ff. quando appell. ſit. l. penultim. ff. de appell. recip.l.4.ff.famil.erciſcun.l. 45.§. neq; inſtrumenta.ff.de iure fiſc.l.vlt.ff.quemadmod.teſt. aper.l.11.§.1. ff. de leg.libr.3. Ita plures tabulas eodem exemplo ſcriptas, & vnum teſtamentum pluribus exemplis conſignatum Iureconſulti dicunt.l. 24. ff.qui teſt.fac. poſſ. l. vlt. ff. de his, qui in teſt. delent. In eundemq́ue ſenſum etiam Exemplarii verbo vtuntur, vt in l.47.ff.de leg. lib.2. Binæ tabulæ teſtamenti exemplarii cauſa ſcriptæ, & in l.10.ff. quemadmod. teſtament. aperiantur, in duobus exemplariis ſcripta, vel in duobus exemplaribus, vt in l. 1.§.ſi quis in duobus.ff.de bon.poſ. ſec.tab.

Exemplum etiam pro conſequentiis ponitur, Vt enim dicitur, Ad exemplum conſtitutiones trahi, id eſt, produci ad conſequentias. l.1.ff.de conſtit. prin.§. quod principi. Inſtit.de iur.natur. l. 14.ff. de legib. Crebræ ſunt hæ in libris noſtris locutiones, Exemplo pernicioſum peſſimúmve eſſe. Item, Iniqui exempli rem eſſe. C. de probatio.l.45.ff.de leg. lib. 2.l. 47.ff.de iud. Sic malo & peſſimo exemplo, in l.1.ff.ad S.C.Macedo.l.33.ff.de re iudic.l.3.§.1. ff.ad l.Corn.de ſicar.

His

His verbis, Exemplo, &, Ad exemplum, vtilis actio ſignificari & demonſtrari ſolet. l. 13. §. ſi procurator. ff. de actio. empt. l. 16. & l. penult. ff. de inſtitor. l. 5. §. pen. ff. de his qui deiecer. l. 53. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. proponitur. ff. de ſuperficiebus. l. 1. C. de precar. l. 5. C. ſi alien. res pign. l. 1. C. de rer. permut. Aliàs nudam ſimilitudinem hæc verba ſignificant. l. 27. in fi. ff. de donatio. l. 7. ff. de inſtitor. l. 6. C. de inoffic. donatio. l. 1. C. de dot.

Exeqvi delicta, modò valet crimen perſequi & deferre, l. 1. l. 2. l. 4. l. 19. ff. de accuſatio. l. vlt. ff. de priuat. delict. Modò vindicare & ad cognitoris magiſtratusq; perſonam refertur. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. iur. l. pen. §. 1. ff. de extraord. crim. l. 131. in fin. ff. de verbor. ſignificat. Et in hanc ſententiam hoc verbum à Tertulliano lib. aduerſus Marcionem, & à Tranquillo in Cæſ. capit. 67. vſurpatur. Vnde publicam executionem dicuntur habere crimina, quę publicè coërceri ſolent, & quorum nomine publica iudicia conſtituta ſunt, vt apparebit ex collatione l. 200. ff. de verb. ſignif. cum l. 11. in fin. ff. de euictio. & l. 7. §. atquin. ff. de iniur.

Executiones pœnarum. l. 37. ff. de minoribus. & alio ſenſu.

Executores dicuntur, qui à Prætore iudicati exequendi cauſa dantur. l. 3. §. ſi executor. ff. de neg. geſt. l. 49. ff. famil. erciſc. Impp. autem Executorem eum ſolum eſſe definiunt, qui poſt ſententiam inter partes audita omni & diſcuſſa lite prolatam rei iudicatæ vigorem ad effectum adducit. l. penult. C. de excep. rei iudic. Quo etiam modo hoc nomen accipiendum eſt in l. 4. ff. de appellatio. Sunt & executores negotiorum in l. vlt. ff. de teſtib. Quo nomine in conſtitutionib. Impp. apparitores cōprehenduntur, per quos & abſentes vocabantur, requirebanturque, & teſtes citabantur, & debita exigebantur. Eoque nomine & ſportulas accipiebant. Quæ omnia colligi poſſunt ex l. 11. §. & ſi quidem. & l. 13. l. vlt. C. de iudic. & Rubr. de ſportu. & executio. lit. C. & l. 25. C. de epiſc. & cleric. l. 15. C. de teſtib. l. 7. C. quæ res pign. oblig. §. tripli. Inſtitut. de actionibus. l. 3. C. de præſcript. 30. ann. l. 7. in fin. C. de aduoc. diuerſ. iudic.

Exercere varias pro verbo adiuncto recipit ſignificationes. Dicimus enim, Exercere argentariam, & inde Exercitores argentariæ menſæ. l. 4. ff. de eden.

Exercere nauem. l. 1. §. vlt. & l. 4. ff. de exercit. l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. Vnde Exercitor appellatur, ad quem obuentiones omnes & reditus nauis perueniunt, ſiue is dominus nauis ſit, ſiue à domino per auerſionem conduxerit. l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit. l. 1. ff. furti aduerſ. naut. Vel, vt Iuſtinian. definit, ad quem quotidianus quæſtus nauis pertinet. §. 1. Inſtitut. quod cum eo. Et Exercitoria actio, quę eodem auctore tum locum habet, cùm quis ſeruum ſuum magiſtrum naui prępoſuit, & quid eius rei cauſa, cui præpoſitus eſt, cum eo contractum eſt.

Exercere pecunias in l. 55. in fi. ff. de hæred. inſtit. l. 10. §. ſi procuratores. ff. manda. l. 34. ff. ſi cert. pet. & Exercere fœnus. l. 49. ff. de adm. tutor. l. 20. C. de not. infam. l. 33. ff. ſi cert. pet.

Exercere vectigalia, l. 6. §. decurio. ff. de decur. l. vlt. ff. ad l. Iul. de vi publ. Cicer. pro lege Manil. Quo tandem animo eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitant, aut eos qui exercent atq; exigunt? Cauponam, ſtabulum. l. 15. in fi. ff. de oblig. & actio. l. 1. §. caupones. ff. nautæ, caupo. §. pen. Inſtitut. de obligat. quæ ex del. Feras, id eſt, agitare. l. 62. §. 1. ff. de vſufru. Poſſeſſiones. l. 12. ff. de inſtruct. vel inſtrument. Et Varro lib. 1. de re ruſtic. c. 2.

Exerceri etiam poſſeſſio, id eſt, fundus coli in l. 12. ff. de inſtruct. vel inſtrum.

Exercere figlinas, harenarias, & argentifodinas. l. 15. §. inde quæſitum. cum ſequent. ff. de vſufruct.

Exercere piſtrinum. ff. de excuſ. tutor.

Exercere etiam litem, id eſt, perſequi, in l. 32. §. item ſi qui Romæ. ff. de arbitr. l. 4. C. de reb. credit. Inde fideiuſſor de exercenda lite in l. 1. C. ad Turpillian. Et fideiuſſor litis exercitationis in l. 8. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſorib. Sic prouocationem exercere in l. 2. §. ei quoque. ff. de iudic. Et exercere cauſas appellationis. l. 4. C. manda. Exercere cauſas excuſationis. l. pen. ff. de excuſat. tutor. Sic & Exercere cognitionem dicitur, qui eam perſequitur. l. 1. ff. ſi libert. ingen.

Exercitio denique quæſtionum publicarum dicitur. l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. l. 200. ff. de verb. ſignif. Sueto. in Iulio cap. 11. In exercenda de ſicariis quæſtione eos quoque ſicariorum numero habuit. Et Cic. lib. 11. De finib. Cùm Prætor quæſtionem inter ſicarios exerceret. Et exercitio iudicii. l. 15. ff. vt legator. ſeu fideicomm.

Exhæredare, eſt eum, qui alioquin hæres futurus eſſet, ab hæreditate repellere. Itaque ſoli ſui hæredes exhæredantur, qui ipſo iure hæredes eſſent niſi prohiberentur. Extranei ineptè exhæredantur, ad quos abſque eo hæreditas etiam peruentura non eſſet. l. 132. ff. de verbor. obligationib. Quò pertinet illud Quintilian. lib. 3. capit. 7. Superuacuum enim fuiſſe prohiberi patris bonis abdicatum, ſi eſſet numero alienorum. Tunc demum igitur extranei exhęredantur, cùm priùs hæredes ſcripti in certum caſum hæreditate priuantur, vt in l. 27. ff. ad legem Falcid. l. 18. §. ſi eodem teſtamento. ff. de milit. teſt. l. 41. §. eius

hæres.ff.de leg.lib.3.l.44.ff.de hæredib.inſtit. & in formula cretionis, quæ ab Vlpian. refertur in Inſtit.tit.22.

Exhæredem ſcribere.l.4.ff.vnde lib.l.1.§. Pōponius.ff.de Carbon.ed.Cic.lib.1.de Orat. Poſsétne paternorum bonorum exhæres eſſe filius, quem frater teſtamento neq; hæredem, neque exhæredem ſcripſiſſet nominatum. Et exhæredatum facere.l.24.C.de legat.l.22.& l.24.C.de inoffi.teſt.

Exhæredatio autem quædam notæ & iniuriæ cauſa fit, quædam non notæ cauſa, ſed bono conſilio.l.18.ff.de liber. & poſt.l.12.§.ſi quis non malè.& l.47.ff.de bon.libert. Et inde Exhæredationis nota.l.penul.ff.de contra tab. l.1.ff.de coniungend. cum emancip.l.1.§.ſed & ſi exhæredato.ff.de adſign.lib.l.10.Cod.de teſt.milit.l.18.C.de inoffi.teſt.

Exhæredatus filius videtur non tantùm ſi ita dixerit pater, *Filius exhæres eſto:* ſed & ita, *Ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ fiat.* l.3.C.de lib.præter. Quinetiam à matre militéve præteriti pro exhæreditatis habentur.l.47.§.vlt. ff.de bon.libert.

Exhibere, quod ad actionem ad exhibendum attinet, eſt facere in publico poteſtatem, vt ei, qui agit, experiundi ſit copia.l.2.ff. ad exhib. vel, vt Vlpian. ſcribit, eſt in eadem cauſa præſtare, in qua fuit, cùm iudicium acciperetur, vt quis copiam rei habens, poſſit exequi actione, quam deſtinauit, in nullo caſu, quam intendit, læſa.leg.9.§.quantum.eodem tit.

In interdicto de tabulis exhibendis, Exhibere eſſe traditur, materiæ ipſius adpræhendendæ copiam facere.l.3.§.exhibere.ff.de tab. exhib. Similiq; modo in interdicto de libero homine exhibendo, Exhibere eſt, in publicum producere, & videndi tangendiq; hominis facultatem præbere. Propriè autem exhibere eſt, extra ſecretū habere.l.3.§.ait. Prætor.ff.de lib.hom.

Exhibet qui præſtat eius rei, qua de agitur, præſentiam.l.vlt.ff.de verbor.ſignif.l.4.ff.qui ſatiſd.cog.

Exhibere, aliàs eſt educare, alere, nutrire.l.34.ff.de neg.geſt.l.1.§.1.ff.de offi.præf.vr.l.5. in princ.& §.ſi quis à liberto.ff.de lib.agna.l.5. ff.de naut.fœn.l.11.ff.de exhib.l.1.§.ſi pupillis. ff.de tutel.& rat.l.1c.§.ſi domum.l.penult.& l.vltim.ff.de in rem verſo.l.42.§.vſura.ff.ſolut.matrim.l.10.in fin.ff.de alim.leg.l.17.ff.de doli excep. Inde Exhibitio pro alimentis in l.26.§.vlt.ff.quando dies leg.ced.l.1.§.non autem.ff.de exercit.l.vlt.§.ſi inter.ff.manda.l.penult.ff.de acquir.hæred.l.18.§.item cùm fundus.ff.de inſtr.vel inſtru.l.69.§.in domum.ff. de iu.dot. Plenius Exhibere cibum & potum in l.1.§.1.ff.de munerib. Vtitur & hoc verbo in hanc ſententiam Tertullian. in libero de Idololatr.

Exhibere quoq; mandare & cedere actiones ſignificat.l.35.§.ſi res vendita.ff.de contra. empt.l.57.ff.de leg.lib.1.§.cùm autem.in fi.Inſtit.de emptio.

Exhibere diligentiam.l.2.in fi.ff.de pericul. & comm.l.17.ff.de iure dot.

Exhibere negligentiam.l.10.ff.de compenſatio.

Exhiberi culpa pro præſtari, in l.3.§.nunc videndum.ff.commoda.

Exhibere fidem.l.23.C.fam.erciſc.l.6.C. comm.vtr.iud.

Exhibitionis & deductionis onus.l.3.& l.5. C.de aduoc.diuerſ.iudic. fortè exhibendarū angariarum munus ſignificatur.l.vn.C.ſumptus iniuncti muner.

Exigi dicuntur debitores, cùm ab his pecunia petitur.l.15.l.25.ff.de liber.leg.l.16.C.ad leg.Falcid.tit.quando fiſcus debit.l.44.in fin. ff.ſol.matr.

Verbum porrò Exactè pecuniæ non ſolùm ad ſolutionem referendum, verumetiam ad delegationem Vlpian.lib.32.ad edict. ſcripſit. l.187.de verb.ſignif.

Exigi etiam mancipia quis dicitur in l.5.C. de ſeru.fugit.eadem forma qua exigi portorium apud Gell.lib.15.cap.14.

Exactores in l.2.& 3.de conueniend.fiſ.debit.libr.10.& l.1.de his qui ex pub.rat.eod.dicebantur, quibus exigenda fiſcalia nomina mandata erant, qui ad tributorū, & fiſcalium debitorum exactionem deſtinati erant. Quo in ſignificato ſæpius hoc verbum reperitur apud Saluian. Maſſil. in libris de vero Dei iudicio. Δημοσίους πράκτορας ἤτοι ἀπαιτητὰς Iuſtinia.appellat in Nouell.ιζ.

Exactores planè ſerui in l.41.§.vlt.ff.de fideic.lib.ſunt, quos Plautus flagitatores vocat, qui debitores & nomina exigunt, creditasq; pecunias repoſcunt.

Exilii nomen & latam fugam, & relegationem in inſulam ſignificat.l.5.ff.de interdict.& releg. Sed & in l.2.§.1.ff.de public.iud. Paulus exilium interpretatur aquæ & ignis interdictionem. Et Cicer.lib.2.Rhet.ad Herenn. omnes, quib. aqua & igne interdictum ſit, exules eſſe ſcribit. Itaq; vitandæ obſcuritatis cauſa Vlpian.in l.14.§.is demum.ff.de bon. libert.dixit, Aut exilium, quod ſit vice deportationis, vbi ciuitas amittitur. Inde Exiliū deportationis in l.5.C.de ſacroſ.eccl.& l.1.ad leg. Iul.de amb.in C.Th.l.2.de his qui cum diſpēſat.contr.in eod.C. Et Exilium relegationis in l.4.ff.de pœn. Exilium aūt vel temporariū eſt, vel perpetuum.l.vlt.ff.de iniur.l.13.ff.ex quib. cau.in poſſ.l.4.ff.de interdict.& releg.

Exul porrò inde dicitur, quaſi ſolo patrio expulſus,

expulſus,auctoribus Quintilian.Declamatio. 366.& Feſto lib.5.

EXIMERE eſt quoquo modo auferre.l.4. & Rubr. ff. ne quis eum qui in ius voc.vi eximat.l.56.ff.de pecul.Quintilia.pat.Declamation.259.Periturum ſe affirmat, cùm tu illum exemiſti,cùm ad magiſtratus eductus eſt.

Eximi etiam reus dicitur,cuius nomen aboletur,& eximitur è reis.l.11.in fin.ff.de accuſatio.l.12.ff.ad Turpillian.Idem Quintilia.Declamatio.371. Neſcis quãtum ſit abolitionem petere,accuſatori ſilẽtium indicere,reum eximere.Nec non & actio exempta dicitur,cùm deſiit quis agere poſſe.l.1.& l. 26.§. actio. ff. ex quib.cauſ.maior.

Eximendæ cretæ & lapidis eximendi ius.l.5.& l.6.ff.de ſeruit.ruſt.Eximere ſaxum.l.6.ff. de donatio.

EXISTERE,dies,conditio, dicuntur noto ſenſu.Exiſtere etiam hæredes,id eſt,apparere. Quod verbum de ſuis propriè vſurpatur, qui emergunt, apparentq; ſui, & naſcuntur, non fiunt hæredes.l.14.ff.de ſuis & legit.l. 11.ff. de lib.& poſt.Extranei verò exiſtere hæredes dicuntur, cùm hæreditatem adiere: Cuius rei crebriora in libris noſtris ſunt, quàm vt adſcribi debeant,exempla.

EXISTIMATIO,eſt dignitatis illæſæ ſtatus,moribus ac legibus comprobatus.l.pen.ff. de var.& extraordinar.Ita exiſtimationis cauſa in l.104.ff.de diuerſ.reg. & l. 103. ff. de verb. ſignif. in qua de fama agitur. Sic pœnæ exiſtimationem contingere in l.5.ff.de pœn.dicuntur,quæ infamiam irrogant.

Lędere & notare exiſtimationem dicimus in l.2.§. ignominiæ.ff. de not. infam.l. 9. ff.de ſuſpect.tutorib.l.15.ff.de conditionibus & demonſtrationib.

Exiſtimationem conſeruare.l.13.§.Prætor. ff.de his qui not.infa.

Exiſtimationem defuncti purgare. l. 1. §. quoties.ff.de iniur.

Illæſa & integra exiſtimatione. l. 25.ff. de procurat.l.3.§.vltim.& l.ſeq. ff. de ſuſpect.tut. Quod Modeſtino dicitur μενούσης τῆς ἐπιτιμίας in l.21.ff.de tutorib.dat.

EXORCIZARE verbum eſſe vulgi Vlpia. in l.1.ff.de var.& extraordin.ſcribit.A quo Exorciſtæ.Iul.Firmic.lib.3.Matheſ.cap.9.Faciet Exorciſtas, & qui laborantes dæmonum incurſione homines aptis remediis liberent. Auguſtin. in lib.de Beata vita.de ſpiritu immundo agens, vel ille, ait, qui extrinſecus inuadit acumen,ſenſusq; conturbat,& quendam hominibus infert furorem: Cui excludendo qui præſunt, manum imponere vel Exorcizare dicuntur,hoc eſt, per diuina eum adiurando expellere.Cui muneri in eccleſia qui præerãt, Exorciſtæ vocabantur.l.6.C. de epiſç. & çler. l.121.de decurionib.in C.Th.Iſidor.lib.8.Etymolog.cap. 12.Exorciſtæ ex Græco in Latinum adiurantes vocantur.Inuocant enim ſuper catechumenos vel ſuper eos, qui habent ſpiritum immundum, nomẽ domini Ieſu adiurantes,per eum vt egrediatur ab eis.

EXPENSA in rationibus ab antiquo appendendarum pecuniarum more dicta Plin. lib.33.cap.3 ſcribit. Inde expenſare in l. 41.§. libertatem.ff.de fideicommiſſ. libert. quod aliàs Expenſum ferre dicitur.Plin.lib. 2. cap. 7. Huic omnia expenſa,huic omnia ferentur accepta,& in tota ratione mortaliũ ſola vtramq; paginam facit. ferre pro imputare & attribuere.l.22.§.pen.ff.ad Trebellian.l. 10.ff. de ſup. leg.l. 24.ff.quæ in fraud. credit.l.13.ff. qui potio.in pign.

EXPLORATORES, qui ſecreta nunciant hoſtibus.l.6.§.exploratores.ff.de re milit.l.38. ff.de pœn.Vide Suid.in verbo, ἐξπλοράτωρ.

EXPERIRI iudicio, actione, interdicto, paſſim in libris noſtris inuenias,& Experiri abſolutè eodem ſenſu.l.3.§. hæc pœna. ff. quod quiſque iur.l.23.ff.depoſ.

Experiri etiam iudicium legimus in l.12.ff. de quæſtionib.

Experiundi poteſtatem habere quid ſit,exponitur in l.1.ff. de diuerſ. temp. & l. 55.ff.de ędilit.ed. Quod pertinet ad interpretationem l.6.ff.de calumniato.l.1.ff. quando act. de pecu. l.1.& l. 10. ff. quæ in fraud.cred. l.1.ff. vti poſſid.Iuris experiundi gratia dixit Paul.in l.1. ff.de in ius voc.vt & Cic.pro Cæcinna:Homines inermes, qui ad conſtitutum iuris experiundi gratia veniſſent, id eſt, vt de iure ſuo experienter diſceptarent.

EXPILATORES dicuntur atrociores fures.l.1.§.1.ff. de effractoribus. Itaque qualitate & atrocitate criminis expilationes à furtis diſcernuntur.l.16.§.qualitate.ff.de pœn.

Expilatæ hæreditatis crimen proprio nomine notatum eſt, cùm in furti appellationem non caderet,quod in re hæreditaria committi non intelligitur.l.2.§.1.ff. expil. hæred.l. 17.C.de furt.l.3.C.famil.erciſc.l.3.§.nunc videamus.ff.de ſuſpect.tutor.Quamobrem in l. 21.ff.de acquir.hęred.ita ſcriptum eſt,rem hęreditariam quaſi ſubripiens, vel expilans. Expilare verò hæreditatem, id eſt, ſpoliare dixit Scæuola in l.40.ff. de ſtatu liber. Et ita Expilatam hæreditatem accipimus in l. 23. ff. de fideicommiſſa. libert. Et expilatæ hæreditatis poſtulare.in l.33.ff.de negotiis geſt.toto titul. de crimine expilatæ hæred. l. 7. in fine. ff. ad Turpillian.l.3.§.nunc videamus.ff.de ſuſpect. tutoribus. Expilatio hæreditatis furtum improbius appellatur. l. 12. C. de his qui notant. infamia.

EXPONERE cautionẽ epiſtolamq; dici-

mus pro cauere & emittere epiſtolam.l.25.ad fi.ff.de probatio.l.vlt.ff. de conſtit. pec. l.8.§. procuratorem.ff.de procuratorib.l.43.in fin. ff.de adm.tut.l.7.§.& illud.C. de præſcript.30 an.§.ſin autem per procuratorem.Inſtit. de ſatiſdat. Exponere filium.l.29.ff.de manumiſſ. teſtamento.l. 16. Cod. de nupt. Et Expoſitus filius in l. 1.§.ſi quis neſciat. ff. de iur.& fact.ignor.

Expromittere eſt nouandi animo pro alio promittere.l.vlt.ff.ad Maced.l.36.ff.de iure dot.l.37.§.nihil.ff.de oper.libert.l.11.ff.de pecul.l.19.§.ſi quis ſeruo. ff. de donatio.l.22. ff.ad Velleianum.l.45.§. ſed ſi mandauero. ff.mandat.l.31.§.vlt.ff.de mort. cauſa donationibus.

Expromiſſores appellantur, qui alienam in ſe obligationem, vel fideiuſſione, vel nouatione, vel delegatione ſuſcipiunt.l.10.ff. de pignor.act.l.8.§.ſi conuenerit.& l.13.ff.ad Velleian.l.7.§. ſeruus pactionis.ff. de dolo.l.4.ff. de condict. cauſa da.l.4.§.ait prætor. ff. de re iud.l.56.ff. de pecul. Aliquoties rei appellantur. dict.l.7.§.ſeruus.& l.9.§.omnis.ff.de pignoraticia action.l.5.§.ſi pater. ff. de iure dot.l.prima.§.exceptiones. ff. quarum rerum actio.

Expromiſſores planè alios à fideiuſſoribus accipiendos eſſe oſtendunt apertiſſimè l.37. in fi.ff de oper.lib.l.53.ff.de contrah. empt.§. venditæ.Inſtit.de rer.diuiſio. In quibus locis à Fideiuſſorib. Expromiſſores ſeparãtur, eſtq; hoc illo generalius nomen.

Exquæſtor in epiſtola de nouo Cod. faci.§.1.& epiſtol.de Iuſtinia.Cod. confir.§.ad iſtum.& in epiſt.Inſtit. præpoſita. Eadem forma Exconſul & Expræfectus prætorio,& Exmagiſter in §.1.& in d.§.ad iſtum.Epiſt.de nouo Cod. faciendo.l.1.de annonis & tribut. in Cod.Theodoſiano.

Exconſulem autem Iſidor. libr. 15. Etymolog. cap.13.Cõſularem interpretatur, qui conſulatu abierit. Sic & Excurator in reſcripto Impp.Cõſtantin.Max.& Valer.quod ab Auguſtino refertur epiſt.68.

Expatricius.l.3.C.vbi Senator.

Excubicularius.l.13.de excuſ.mun.lib.10. C.l.15. de extraordinariis muner. in Codice Theodoſiano.

Extranei hæredes intelliguntur quicunque teſtatoris iuri ſubiecti non ſunt.§.cæteri. Inſtitut. de hæred. qual. Gaius certè imperfectiùs libr. 2. Inſtitut. tit.3. Extraneos hæredes definit, qui nullo propinquitatis gradu teſtatori iunguntur, ſed eos pro arbitrio ſuo quiſque hæredes ſcribit. Nam & emancipati pro extraneis habentur, licet naturali vinculo contineantur. Appellantur & Extrarii hæredes.l.36.ff.de bon.libert.l.78.§. penult.ff.de leg.libr. 2. Extraneus etiam hæres Exter vocatur.l.84.ff.de acq.hær.Planè exter hæres in l.69.§.vlt.ff.de leg.lib.2.& l.114.§.cùm pater. de leg.lib.1.intelligitur qui ex nomine defuncti non eſt.

Extraneus poſtumus apud Iuſtin.tit.de legat.& alienus idem valent. Extraneuſque accipitur, qui ſuus teſtatori hæres non eſt, vel inter ſuos non eſt naſciturus. Et ita Theoph. in tit.de bonor.poſſeſſio. ἀλλότριος, ait, προσῶμος, τουτέστιν ὁ μὴ ὑποτεταγμένος μοι σθος. At in lib.6. ff.de vent.in poſſeſſ.mitt. extraneus paulò generalius accipitur, qui nullo cognationis vinculo teſtatori iunctus eſt.

Extraneum in quæſtione dotium intelligimus omnem citra parentem virilis ſexus in poteſtate dotandam perſonam non habentẽ. l.vn.§.extraneum.ff de rei vxor.actio.

Extraria vis.l.31.§.vlt ff.loca.

Extraordinem fit quod contra legitimum & conſuetum iudiciorum morem & ordinem fit.Extra ordinem itaque ius dicitur prætore, præſidéve cognoſcente.l.1.§.medicorum.ff.de var.& extraor.l.2.ff. ex quibus cauſ. maio.l. vltim. Cod. de ſentent. quæ ſine cert.quant.

Extraordinariæq; perſecutiones appellantur, quarum cognitio ad ipſum prętorem pertinebat, veluti de fideicommiſſis.l.178.§.actionis.ff.de verbor.ſignificat. Non enim per formulam fideicommiſſa iure ordinario, ſed apud proprium prætorem petebantur, vt Vlpian.in Inſtitut.ſcribit & indicat l.83.in fin.ff. de hæred.inſtituen.l.4.ad fin. ff. quibus ad libert. procl.l.78.§.penult.ff.de leg.lib.3.l.29. ff.de vſufruct. leg.l.41.ff.de bon.libert.l.43. ff.de actio.empt.& l.2.§.capta deinde.ff.de orig.iur.l.2.C.qui potio.in pign.l.1.Cod.ſi aduerſ.libert.

Reſtitutio quoque in integrum extraordinarium auxilium appellatur in l.16.de minorib. quòd tota penderet ex prætoris cognitione, neque vlla actione peteretur.l.24.in fin.ff. eod.tit.

Extraordinarium remedium in l.12.ff. vt in poſſ.leg. quod non ex edicto prætoris, ſed proprio ac ſpeciali eius decreto proficiſcitur. l.12.ff.vt leg.nom.cau.

Extraordinaria actio.l.52.§. inter.ff.de act. empt.quæ de militia datur: vt & de ſalario.l. 56.§.vlt.ff.manda.Ita appellabantur & eę actiones vtiles, quæ ex cauſa interdicti hodie redduntur.§.vlt. Inſtit. de interdict. Qua de cauſa Rubrica de interdictis ſic à Triboniano in Pandectis concepta eſt, De interdict. ſiue extraordinar.actionib.quæ pro his compet.

Extra ordinem ius dicentes in l.7.in fi.ff.de offi.Proconſ.accipe eos, qui magiſtratus non erant, ſed vtilitatis cauſa extra ordinem conſtitu-

ſtituebantur.l.2.§.& hæc omnia.ff.de orig.iur.

Extra ordinem indictę feriæ, quę ſtatę non ſunt, neq; ſolennes, neq; de more, ſed repente indicũtur. l. 26.§.ſi feriæ.ff.ex quib.cau.maio.

Extra ordinem de criminibus cognoſci dicitur, cùm extra antiquum ordinẽ & formam moribus legibusq́; publicorum iudiciorum præſcriptam cognoſcitur.l.15.ff.de pœn.

Extraordinaria crimina appellãtur de quibus quæſtio lege nulla conſtituta eſt: proinde nec pœna certa vindicantur, ſed arbitrio iudicis coërcentur: qualia ſunt, abigeatus, ſepulchri violati, ſtellionatus, expilatæ hæreditatis, effracturæ, & alia crimina, de quibus libro Pandect. 47. agitur. l. 3. ff. ad Turpillia.l.1.C.vbi de crim.agi. Sed & omnia admiſſa, quę nullam legitimam habent definitionem coërcitionémve, extra ordinem coërcentur, pro æſtimatione iudicis pœna impoſita. l. 8. §. ſi in locum.ff. de religioſ. l. 1. §. qui aduerſus. ff. de poſtul.l.3. C. qui accuſ. non poſſ. l. 4. ff. de cuſtod.reo.l. 12. in fine.ff.de accuſatio.l.1.§. cùm ſeruus.ff.de his qui deiecer.

Sic extra ordinem damnari eos traditur, qui per calumniam actionem iniuriarum inſtituerint.l.43. ff. de iniur. Nam iure legitimo calumnia in publicis duntaxat iudiciis vindicatur.l.1.§.calumniatores.ff.ad Turpillia.

Extra ordinem de priuatis iudiciis agitur, cùm accuſatio criminaliter contrà quàm iure ordinario fiat, intenditur.l.vlt.ff.de priuat.del. Extra ordinem in l. vlt.§.vlt.ff.quod met.cauſ. fieri dicitur, quod per apparitoris iuſſionem cognitione non habita extorquetur. Nam rectè atq; ordinè per iudicem id fit. Extra ordinem etiam exequi decreta ſua ſententiáſve Prætores dicuntur, cùm apparitorum miniſtrorumq́; ſuorum, vel ſi res poſtulet, militum manu exequitur.l.1.ff.ſi vent.nom.mul.l.3.ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ.l.50.ff.de euictio. quod ciuiliter, & ordinè per arbitros iudicesq́; expeditur.l.15.cum ſuis §§. ff. de re iudic. l. vlt. ff. de iudic. Similiter Extra ordinem cogi quis dicitur, pignoribus captis vel multæ dictione.l.1. ff.de adminiſt.tut. Extraordinatium commodum.l.239.§.munus.ff. de verb.ſignif.

Extraordinaria munera in l. vn. de vacat. publ.mun.lib.10.C. Et Extraordinarię indictiones.l.vlt. de munerib.patrim.libr.10. C.quæ extra ordinẽ imperantur.l.6.ff.de vacat.mun. quæ non à lege, Senatuſconſulto, vel Principũ conſtitutionibus, ſed ex improuiſo per magiſtratus iniunguntur.l.8.§.qui muneris.eod.tit.

Extraordinaria iudicia, in quib. conceptionem formularum non obſeruari ſcribit Paul. in l.47.ff. de negotiis geſtis. Et hæc ſola hodie in vſu eſſe ordinariis ſublatis Iuſtinianus tradit in titulo, de ſucceſſionib. quæ per bonorũ vendit. fiebant, Inſtitut. & §. vlt. Inſtitut. de interdictis.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER SEXTVS.

FABRI nomen generale eſt. Dicimus enim fabrũ lignarium, vt apud Paul. libr. 3. Sentent. tit. 6. Fabrum argentarium. l. 39. ff. de auro, arg. Fabrum vaſcularium. l. 31. ff. loca. Fabrum ferrarium, apud Plaut. Rudente. & Plin. lib. 14. capit. 4. & fabrum ærarium, apud eundem Plin. lib. 34. c. 8. Fabros porrò lignarios non eos duntaxat, qui ligna dolarent, ſed omnes, qui ædificarent, accipimus. l. 235. ff. de verb. ſignific.

Fabricenſes in Impp. Conſtitutionibus appellãtur, qui in ſacris fabricis arma cudebant. Iuſtinian. Nouell. 85. συνείδομεν τὸ τῆς ὁπλοποιίας ἔργον μηδένα μὲν ἰδιώτην ἐργάζεσθαι, μόνους δὲ ἐκείνους τὰ ὅπλα κατασκευάζειν τοὺς ἐν ταῖς δημοσίαις καταλεγομένους, ὁπλοποιίαις ἢ ταῖς λεγομέναις φάβρικξι. Fabricæ autem in Imperio Romano 19. præcipuæ erant, videlicet in Illyrico 5. in Italia 6. in Galliis 8. Erantq́; ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum, quemadmodum Notitia teſtatur.

FACIENDI verbo etiam reddendi cauſa continetur. l. 175. ff. de verbor. ſignificat. Verbum Facere, ait Papinia. omnem omninò Faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi. l. 218. ff. de verbor. ſignificat. Facere oportere, & hanc Paulo interprete ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret, & curaret, ne fiat. l. 189. ff. de verbor. ſignification. Facere poſſe, vel non poſſe intelligitur qui ſolidum ſoluere poteſt, vel non. l. 21. §. vlt. ff. rer. amot. l. 23. ff. pro ſoc. l. 3. ff. de conſtit. pec. l. 8. & l. 9. ff. de condict. indeb. l. 24. §. 1. & poſſunt ſub eod. titul. ff. de re iudic. l. 35. ff. de negot. geſt. Vnde Iuſtinian. in §. penult. Inſtitut. de actio. verba hæc, *Quatenus facere poteſt*, interpretatur, Quatenus facultates eius patiuntur: id ipſum Paul. in l. 21. ff. de re iudic. dicit, Non vltra facultates: Et Conſtantin. μέχρι εὐπορείας. Nec verò totum quod habent extorquendum eſt, ſed & ipſorum habenda ratio eſt, ne egeant. l. 19. in fine. ff. de re iudic. Facere autem poſſe omnes qui in id quod facere poſſunt, conueniuntur, ſolo donatore excepto, etiam non deducto ære alieno intelliguntur. l. 16. l. 18. §. vlt. ff. de re iud. l. 54. ff. ſol. matr. facere poſſe maritus etiam id creditur, quod à muliere conſequi poteſt, ſi iam ei aliquid abſit: videlicet quia pro muliere, vel expendit, vel mandato eius præſtitit. Cæterùm ſi nihil dum ei abeſt, puta ſi ſub conditione obligatus eſt, nondum videtur facere poſſe eius debiti nomine. l. 28. ff. ſol. mat. Facere poſſe videtur & qui dolo fecit, quominus poſſet. l. 63. §. tempus. ff. pro ſoc. l. 18. §. 1. ff. ſol. matr. l. vlt. C. de reuocan. his quæ in fraud. alien. Facere verò quominus facere poſſit, is demum exiſtimatur, qui erogat bona ſua, non etiam qui occaſione acquirendi non vtitur. l. 68. ff. pro ſoc.

Facere iuſſus vt centum habeam, centum cogendus eſt dare. Hoc enim verbis illis ſignificari creditur. l. 73. ff. de leg. lib. 1.

Facere medicinam, pro exercere, in l. 26. ff. de oper. libertor. & medicinam factitare apud Quintil. lib. 5. cap. 2.

Factum iuri opponi ſolet. l. 38. §. hi qui ſunt. ff. de verbor. obligation. l. 41. ff. de pecul. l. 27. §. pactus. ff. de pact. l. 5. ff. de ſeruitutibus. vrb. Facti itaque quæſtio iuris quæſtioni aduerſatur. Et facti quæſtio ea eſt, quæ in facto verſatur & conſiſtit. l. 25. ff. de negot. geſt. l. 16. ff. de ſtatu hom. l. vlt. ff. de iureiurand. l. 12. §. vlt. ff. qui potio. in pign. l. 47. ff. de donatio. int. vir. l. 1. ff. quæ res pign. l. 2. §. vlt. de donatio. Voluntatis quæſtio, facti eſt l. 3. ff. de auro, argen. l. 8. §. ſi debitori. ff. quibus mod. pign. l. 41. l. 94. ff. de verb. obligat. l. 122. ff. de verb. ſignifi. Facti eſſe

cti eſſe dicuntur, quæ in facto conſiſtunt. l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad leg. Falcid. l. penult. ff. de cap. minut. qualia eſſe ibidem traduntur habitationis & operarum legata. Quatenus etiam cuiusque interſit, in facto non in iure conſiſtit. l. 25. ff. de diuerſ. reg. Poſſeſſio facti eſt, & animi. l. 1. §. Scæuola. ff. ſi is qui teſt. lib. l. 1. §. ſed furioſus. & §. ſi vir. & l. 29. ff. de acq. poſſeſſ. l. 19. ff. ex quib. cauſ. maior.

Solutio, vẽditio, traditio, facti magis quàm iuris ſunt. l. 7. in fin. ff. de cur. fur.

Sic facti rem accipimus in l. 1 §. ſi vir. de acquir. poſſeſſ. l. 12. §. facti. ff. de capitu. l. 34. in fin. ff. de neg. geſt.

In factum actiones ex edictis Prætorum oriuntur. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nautæ, caupo. l. penultim. §. 1. ff. ne quis eum, qui in ius. l. 2. ff. de eo per quem factum erit. l. 12. ff. de in ius voc. §. pœnales. Inſtitut. de actionib. l. 13. l. 14. ff. de liber. cau. Dantur etiam ſupplendarum actionum cauſa, quæ legibus proditæ ſunt. l. 1. l. 11. & paſſim ſub tit. de præſcript. verb. l. 3. §. interdum. l. 9. §. ſi tibi decem. ff. ad exhibend. l. 6. §. ſi quis in communem. ff. comm. diuid. l. 10. ff. de noxalib. l. 53. §. ſi quis aſinum. l. 68. §. ſi tu Titium. ff. de furt. l. 7. §. idem Labeo. l. 6. ff. de reſcinden. vend. l. 23. §. item quæcunque. l. 44. l. 52. ff. de rei vendicatione. Interdum autem loco actionis de dolo in factum actio redditur. l. 12. ff. de dolo. l. 11. ff. de minoribus. l. 1. C. de iure dot. l. 3. C. an ſeruus ex ſuo facta. l. 5. C. de dolo. l. 5c. in fin. ff. de furt. Quemadmodum in factum exceptio nonnunquam, doli exceptionis vicem ſuſtinet. l. 2. §. & generaliter. l. 4. §. aduerſus. ff. de doli except. & aliis ſuperiore libro citatis locis. Et replicatio in factum. l. 28 C. de tranſacti. l. 14. ff. de fideiuſſorib. l. 15. ff. ad l. Falcid.

Factores, qui ſcelus ipſi admittunt. l. 6. §. qui præpoſitũ. ff. de re milit. l. 7. ff. de cuſt. reo.

Factiones publicanorum. l. 12. ff. de publican. Factio latronum. l. 11. §. pen. ff. de pœn.

Facies *μεταφορικῶς* & operis, & ædificii, & locorum, & patrimonii dicitur. l. 32. §. item reſpondit. l. 55. §. quod autem. ff. de adm. tuto. l. 1. §. opus. & l. 21. §. opus. ff. de oper. no. l. 9. §. ſi inquilinus. ff. loca. l. vlt. ff. de termino moto.

Fænus in P. Florent. ſemper ſcribitur, etſi à fœtu pecuniæ, id verbum Varro, & alii deriuent. Videtur enim à ſorte vſura gigni, vnde & à Græcis *τόκος*, & renouatio vſurarum *ἀνατοκισμὸς*. Gell. lib. 16. cap. 12. fœneratores qui fœnus exercent, fœnebris pecunia, quæ ſub vſuris creditur. l. 34. ff. ſi cert. petat. l. 16. C. eod. tit. l. 9. ff. de vſur. l. 3. C. eod. tit. l. 1. de his qui cum diſpenſat. contrax. in C. Theod. l. 13. C. ad Velleian.

Falcidia lex plebiſcitum eſt, cùm eam C. Falcidius Tribunus plebis Auguſti temporibus rogauerit, vt Euſeb. in Chronic. & Iſidor. libr. 5. Etymolog. capit. 15. ſcribunt. Ea lex modum legatorum conſtituit. Iuſſit enim non plus quàm dodrantem, totius patrimonii legari, vt omnimodo quadrans integer apud hæredem remaneat. l. 1. ff. ad leg. Falcid. Vlpian. in Inſtitution. titu. 24. Falcidia itaque pro quadrante hæreditario paſſim ponitur, qui ab hærede à quo ſupra dodrantem legatum eſt, retinetur: Eſtque hæc propria verbi ſignificatio. Sed & pro ea portione verbũ hoc vſurpatur, quàm, hæreditatem reſtituere rogatus hæres, ex Senatuſconſulto retinet. l. 1. §. inde Neratius. l. 58. §. ómnes. & ad Trebell. & aliis ſatis multis eius tituli locis. Idcóque & Falcidiæ commodum ea portio appellatur. l. 2. in fin. ff. ſi quis aliqu. teſt. & Quarta, quæ per legem Falcidiam, vel iure Falcidiæ retinetur. l. 51. l. 55. §. 1. ad Trebellia. Quin etiam portio liberis debita Falcidia dicitur in l. 8. §. vnde. ff. de inofficio. teſtament. l. 31. C. eod. tit.

Falsum teſtamentum, eſt quod teſtamentum non eſt. l. 221. ff. de verbor. ſignific. Falſum, ait Africanus, teſtamentum id demum rectè dicitur, quòd ſi adulterinum non eſſet, verum teſtamentum rectè diceretur. l. 6. ff. ad leg. Corn. de falſ.

Falſum committitur, quod ad l. Corneliæ de falſis pœnã attinet, ſi quis Chirographum alienum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel deſcribat, non etiam ſi aliàs in computatione vel ratione mentiatur. l. 23. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Falſum autem ea lege id ſolum coërcetur, quod in teſtamentis admittitur. Eadem tamen pœna etiam vindicantur cætera falſa ex Senatuſconſultis, Principumque conſtitutionibus. Nam & qui in rationibus, tabulis, cereisve, inſtrumentis, vel alia qua re, ſiue conſignatione falſum fecerint, perinde atque falſarii puniuntur: Et hoc quaſi falſum dicitur in l. 1. §. vlt. ff. ad l. Corn. de falſ.

Falſus tutor eſt, qui tutor non eſt, ſiue habenti inutiliter tutor datus eſt, ſiue non, aut etiam omninò non datus eſt. l. 221. ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. quod falſo tut.

Falſus procurator dicitur, qui procurator non eſt, ſed vltro ſe negotiis alienis, ſine mandato offert: opponiturq; vero procuratori qui mandatum habet. l. 12. ff. de ſolutio. l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arm. Interdum autem falſum procuratorem ſimpliciter, pro non vero procuratore. l. 3. §. vlt. l. 12. ff. rat. rem hab. l. 1. §. vlt. ff. quod iuſſu. Interdum pro eo, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorem ſe ſimulat accipimus: Quemadmodum & falſum creditorem eum, qui ſe dolo ſimulat creditorem. l. 43. in prin. & §. 1. l. 75. ff. de fur.

l.18. ff. de ſolutio.l. 14. ff. de condict. cauſa d. l. 8. C. de condict. indeb.

Fama plerunque pro exiſtimatione ſumitur.l.4.ff.de ſuſpect.tutor.l.28.in fi.ff.de pœn. & l.15.§.ſi quis libello. ff. de iniur. inde famæ cauſa in l.39.§. vltim. ff. de procurator. id eſt, exiſtimationis, vt aliàs loquimur. l.103. ff. de verbor. ſignification. Cuius ſcilicet euentus infamam notare, & lædere exiſtimationem poteſt.

Vnde famoſa iudicia, quæ infamiam irrogant damnatis.l.1.§.denique.l.12.ff.de dolo.l. vltim.ff. ſi libert. ingen. l. 7. ff. de iniur. l.13. ff. de vi & vi arm. Et famoſa cauſa.l.7.ff. de ſolutionibus.

Et famoſum carmen, quod in alterius iniuriam conſcribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem eius lædat.l.21.ff.de teſtibus. l.18.in fi.ff.de teſtament.l.5.§.pen.l.15.§.generaliter.ff.de iniur.

Famoſi libelli, qui alicuius famam ſuggillant, honoremq́; vellicant maledictis: libri ad infamiam alicuius pertinẽtes.l.16. ff. de pœn. §.1. Inſtitutionib. de iniur. titul. de famoſ. lib. 9. C. Et apud Paul. lib. 5. Sententiarum tit. 4.

Famoſi homines infamia notati.l. 2. §. vlt. ff. de not. infam.l.13. de accuſatio.l.7. ff. ad leg. Iul. maieſtat. quales ſunt, qui artem ludicram lenociniúmve faciunt, vel propter præmium in ſcenam deſcendunt, aut calumniæ cauſa publico iudicio ſunt damnati. l. 4. ff. de accuſatio. Sic famoſa mulier in l. 2. §. ſi mulier. ff. ad Tertyllia.

Famoſi latrones, id eſt, nobiles & inſignes, in l. 28. §. penult. ff. de pœn. cum l. 16. ff. de appell. recip.

FATVM Iureconſulti appellant inopinatos caſus, qui præuideri humano conſilio non poſſunt, quaſi rerum ſerie & ordine inuiolabili contingentes. Itaque mortes ſeruorum ſua natura pereuntium, chaſmata item agrorum, fato tribuuntur. l. 11. §. ſciendum. ff. de minoribus. l. 16. ff. de rei vendicat. Et in l. 21. ff. de euictione. vt ego quidem legendum cenſeo.

Vnde damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt pro fortuito & maiore caſu. l. 3. §. 1. ff. nautæ, caupon. l. 5. §. quod verò. ff. commod. l. 2. C. de condict. furt. l. 3. ff. de inſtruc. vel inſtrum.

Et Fatalitas in l. 1. C. de iu. emphyteut.

Fatum pro caſu in l. 2. ff. de condic. & demonſtrat. l. 32. ff. de adulter. l. 12. ff. ad l. Corn. de ſicar.

Fataliter in l. 135. ff. de verbor. ſignific. & apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 7. Planè in Pandectis Piſanis, contra quàm in cæteris, factum, ſcribitur in l. 21. ff. de euiction. &, quod haud ſcio an æquè rectum ſit, in l. 16. ff. de rei vend.

Fatales dies appellantur ab Impp. tempora appellationibus peragendis præſtituta. l. 32. C. de appellatio. l. 2. C. de temp. appellat. l. vlt. C. vbi ſenator.

FATVOS inſulſos interpretatur Donat. in Eunuch. Terentiana, Seruius in 7. Æneid. inconſideratè loquentes, à Fatua Fauni vxore, quæ hoc nomen à fando, id eſt, vaticinando ſortita eſt. quemadmodum & Iſidorus libro 10. Etymolog. probat. quod & Iuſtinus libr. 43. tradidit. Fauno, ait, fuit vxor nomine Fatua, quæ aſſiduè diuino ſpiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: vnde adhuc qui inſpirari ſolent, fatuari dicuntur. Fatuos igitur commotioris animi homines in libris noſtris interpretabimur, qui tales ſint, vt meritò eis curator conſtituatur. l. 2. ff. de poſtul. l. 21. ff. de rebus auctoritate iudicis.

FAMILIÆ appellatio interdum ad res, interdum ad perſonas refertur. Ad res relata pro hæreditate & ſubſtantia bonorum ponitur. l. vltim. in fine. C. de verbor. ſignification. vt in illis 12. tab. verbis, *Proximus agnatus familiam habeto.* Hoc ſenſu familiæ erciſcundæ actio accipienda eſt, quæ hæredibus de diuidenda hæreditate competit. §. quędam actiones. Inſtitutio. de actio. Eademq́; eſt huius verbi vis in illo Terentii verſu Heautontimor.

Decem dierum vix mihi erit familia.

Hinc familiæ emptor, qui imaginaria venditione à teſtatore hæreditatem emebat, vt eſt ab Vlpian. in Inſtitution. titul. de teſtament. & à Iuſtinian. quoque in ſuis Inſtitution. ſub eod. titul. traditum. Quintilian. Declamatione 308. Non dixerim ego teſtamentum, cui libripens & emptor familiæ, & cætera iuri neceſſaria deerunt. Sic enim locus ille corrigendus eſt. Sueton. in Nerone capit. 4. Ex hoc Domitius naſcitur, quem emptorem familiæ pecuniæq́; in teſtamento Auguſti fuiſſe mox vulgò notatum eſt. Ita familiæ mancipationem apud eundem Vlpian. intellige titul. 28.

Ad perſonas verò cùm refertur, interdum corpus ſignificat, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi cognationis nomine continetur. Iure proprio familiam dicimus plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura, aut iure ſubiectæ. Hac enim appellatione non ſerui modò, ſed & liberi qui in poteſtate noſtra ſunt, continentur. l. 40. §. familiæ. l. 195. §. 1. ff. de verbor. ſignific. l. 23. ff. de adoptio.

Hinc Patresfa. Matresfam. Filiifam. dicuntur. ff. de his qui ſunt ſui, vel al. l. 11. ff. de liber. & poſt. Sic in Ædilitio edicto familiæ appellatione & filiifamil. & omnes, qui in ſeruitio ſunt,

ſunt, liberi quoque homines bona fide ſeruientes, demonſtrantur. l. 25. §. 1. l. 31. §. idem Pædius. ff. de ædilit. ed. Eodemq; modo in edicto Vi bonorum raptorum familiæ nomen eos, qui in miniſterio ſunt, continere dicitur, etiamſi liberi eſſe proponantur, vel alieni bona fide nobis ſeruientes. l. 2. §. familiæ. ff. vi bono. raptor. Eadem fit & in interdicto Vnde vi familiæ interpretatio. d. l. 195. §. pen. ff. de verb. ſignificat. l. 1. §. familiæ. ff. de vi arm. Vbi etiam familiæ appellatione duos ſeruos contineri Paul. lib. 5. Sentent. tit. 7. ſcribit. Hoc amplius, Vlpian. in d. l. 1. & ſi vnus ſeruus deiecerit, familiam videri deieciſſe ait. Quanquam aliàs vnicum ſeruum familiæ appellatione contineri negetur, ac nec duo quidem familiam facere dicantur. l. 40. §. vlt. ff. de verbor. ſignification. Quæ legum noſtratum diſcordia ita optimè Ciceronis interuentu ſedabitur, ſi quemadmodum ille in Orat. pro Cæcin. ſcribit, dixerimus ex vi quidem Latini ſermonis in vno ſeruulo familiæ nomen non contineri, familiam ex ſeruis pluribus conſtare. Cæterùm rationem iuris interdictiq; vim & Prætorum voluntatem facere, vt & ſi vnus ſeruus deiecerit, familia intelligatur deieciſſe. Non enim alia cauſa eſt æquitatis in vno ſeruo & in pluribus.

Planè in edicto De publicanis familia corpus quoddam ſignificat paratum vectigalis cauſa. d. l. 195. de verb. ſignif. nec ad ſeruos modò publicanorum pertinet, verumetiam ad quoſcunq;, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant, ſiue ſerui, ſiue liberi ſint, ſiue bona fide, ſiue mala fide poſſideantur. l. 1. §. familiæ. & l. 12. ff. de publican.

Familiam ſeruilem accipimus & in titu. Si famil. furtum feciſſe dic. l. 9. ff. de iuriſdictio. l. 32. ff. ad leg. Aquil. l. 32. ff. de dolo. l. 5. ff. de petit. hæredit.

Familiam publicam in l. 1. ff. de offic. præf. vig. interpretamur ſeruos publicos, qui præſtò ædilibus aderant: quales etiam curatoribus aquarum adfuiſſe Frontin. libr. 2. de Aquæductibus oſtendit. Ita familiam in vrbanam & ruſticam diuidimus. l. 3. ff. de penu leg. l. 67. ff. de leg. lib. 3. l. 166. ff. de verb. ſignifi. Quamobrem in hoc veterum clementiam & humanitatem laudandam Seneca lib. 6. Epiſtol. ſcribit, quòd omnem inuidiam dominis, omnem contumeliam ſeruis detrahentes, patres potius quàm dominos familiàs, appellarint, & ſeruos familiares. Quod in Mimis ad ſua vſque tempora manſiſſe ſcribit. Familiarem planè filium dicit & Plaut. in Aſinar. qui ex familia ſit. Et familiares in conſtitutionibus recentiorum Impp. ſeruilia miniſteria præſtantes intelliguntur. l. vlt. circa fin. C. de his, qui ad eccleſ. cõfug. l. pe. C. qui accuſare poſſ.

Familiæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur: fœminarum verò liberi in familia earum nõ ſunt, quoniam qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur. l. 196. ff. de verbor. ſignifi. Et hoc eſt, quod in d. l. 195. in fin. dicitur, Mulierem familiæ ſuæ & caput & finem eſſe. Secundum hanc, quam ſuprà expoſuimus, ſignificationem, familiare funus interpretabimur domeſticum funus. l. 2. in fi. ff. de in ius voc. l. 4. §. præterea. ff. ſi quis cautio.

Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum, qui ex eadem domo & gente proditi ſunt. d. l. 195. vt eiuſdem familiæ rectè dicantur, qui eiuſdem nominis ſunt. Ac proinde patroni & liberti, & omnes propinqui ad fideicommiſſum, quod familiæ relinquitur, inuitati intelliguntur. l. vltim. C. de verbor. ſignific. Etenim cùm fideicommiſſum familiæ relinquitur, ad eius petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur: quo in numero & liberti & filii quoque poſtea emancipati habentur. l. 32. in fine. l. 69. §. vltim. l. 77. §. cùm inter. ff. de legat. libr. 2. l. 114. §. cùm pater. ff. de legat. libr. 1.

Hoc modo familiaria ſepulchra dicimus, quæ quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit. l. 5. ff. de religioſ. in quæ tamen hæredes, etiamſi extranei ſint, inferri poſſunt. l. 6. l. 4. & l. 13. C. de religioſ. affines & cognati non item, niſi hęredes ſcripti ſint. l. 8. & l. 14. C. eod. tit.

Familiaris res, publicæ opponitur. l. 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. 4. ff. de public. iudic. priuatam enim & familiarem pro eodem dici liquet, ex dict. §. ſi paciſcar. cum l. 77. §. pacta. ff. eod.

Familiarica veſtimenta ſunt, quæ ad familiam veſtiendam parata ſunt. l. 23. in fin. ff. de auro, arg. Sic familiaricas ſellas dixit Varro libro 1. de re ruſt. c. 13.

FAVIA lex de plagiariis, quę vulgò appellatur, Fabia dicenda eſt, qua quid caueretur, exponitur in l. penult. in fine. ff. de leg. Fabia. Meminit eius l. 51. ff. pro ſoc. l. 1. §. 1. ff. de fugitiu. & l. 3. ff. de lib. hom. exhib. l. 12. §. ſi deportatus. ff. de captiu. l. 34. & l. 82. §. penultim. ff. de furt. l. 12. ff. de manumiſſionib. l. 18. §. iudex. ff. comm. diuid. l. vlt. victum ciuiliter criminalit. ag. C. Theod. Et Paul. libr. 5. Sentent. titul. 7. Malè autem in Iuſtinian. Cod. noui emendatores Flauiam pro Fabia ſubſtituêre in tit. ad l. Fab. de plag. libr. 9. Cod. l. vn. C. quando ciui. act. §. eſt & inter. Inſtitut. de public. iudic.

Fabiana actio ea dicitur, qua quæ in fraudem patroni à liberto alienata ſunt, à patrono liberiſve eius reuocantur. l. 38. §. in Fabiana. ff. de vſur. l. 16. ff. de iure patro. l. 2. ff. ſi quis à

par. man. & in tit. ſi quid in frau. patr. paſſim.

Appellatur & Fabiana formula à Paulo lib. 3. Sentent. tit. 3. Eiuſdem rei gratia comparata eſt Caluiſiana, & ideò hæ actiones ſubalternatione plerunq; in eadem cauſa nominantur. l. 2. ff. ſi quis à par. l. 1. §. ſi plurib. l. vlt. ff. ſi quid in fraud. patr.

Feræ beſtiæ manſuetis contrariæ ſunt. l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. l. 3. §. itē feras. ff. de acq. poſſeſſ. Cuiuſmodi ſunt vrſi, leones, pantheræ, elephanti, tigrides, ſed & camelorum fera natura eſt, licet iumentorum vicem præſtent. l. 2. ff. ad l. Aquil.

Fera eſt & natura apum, pauonum, columbarum, ceruorum: non etiam gallinarum, vel anſerum. §. apum. cum ſeq. Inſtit. de rer. diuiſio. l. 5. §. apum. ff. de acq. rer. domin.

Ferias appellari notum eſt tempus illud, quo forenſib. negotiis & iure dicendo vacabant. tit. de feriis. Earum autē aliæ ſolennes erant, aliæ repentinæ, & quæ extra ordinem indicebantur. l. 26. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 3. C. de dilatio. Illæ ſtatæ & certę erant, quarū exempla ex Varro. libr. 5. de lingua Lat. & Kalendario Roma. in promptu ſunt. Hę verò è re nata indicebantur, ob res puto proſperè geſtas, & in honorem principis. l. 1. C. de feriis. Hinc feriati dies in l. pen. ff. de fer. l. 12. ff. de public. iud. l. 36. ff. de recep. qui arbitr. l. 4. §. quomodo & quan. iud. l. 2. in fin. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Et feriatici in l. 2. ff. de feriis.

Ferre propriè dicimus quæ quis corpore ſuo baiulat. l. 235. ff. de verb. ſignif.

Ferre iudicē antiqua iudiciaria locutio fuit. Cic. 2. de Orat. Vt Sergius ille Galba cùm iudices L. Scribonio Trib. pleb. ferret familiares ſuos. Idem eo. Cùm ei M. Flaccus multis probris obiectis, P. Mucium iudicem tuliſſet: Eiero, inquit, iniquus eſt. Liuius lib. 3. Ni ita eſſet, multi priuatim ferebant Volſcio iudicem. Et eo. lib. Proinde vt ille iterum ac ſæpius prouocet, ſic ſe iterum ac ſæpius iudicem illi ferre.

Ferrvminatio in l. 23. §. item quæcunq;. ff. de rei vend. Et Ferruminare in l. 27. ff. de acq. rer. dom. In cuius legis poſtrema parte etiam ita ſcriptum eſt, Cùm partes duorum dominorū ferrumine cohæreant, id eſt, ferruminatione iunctæ ſint.

Ad Ferrum damnatos in l. 8. ff. de teſtamētis. interpretor, qui ad depugnādas beſtias damnati ſunt. quemadmodum apud Vlpian. Inſtit. tit. 1. Dati vt ferro depugnarent: Sueto. in Nero. cap. 12. Exhibuit autē ad ferrum etiam quadringentos Senatores, ſexcentosq; equites Rom.

Ferrarii in l. vlt. ff. de iure imm. l. 1. de excuſ. arti. lib. 10. C. & apud Veget. libr. 2. c. 11. qui in legionibus habebantur fabricę ferrariæ cauſa.

Fides publica in l. 24. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. pro eo quod vulgo creditū dicimus, ſicut à Cicero. in Orat. pro lege Manilia accipitur, cùm ait: Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cum illis Aſiaticis pecuniis, & cohæret. Et alio loco: Scimus Romę ſolutione impedita fidem concidiſſe.

Fides tacita, clàm & occultè in fraudem legis fiſci vel commodata. l. 13. §. cùm ante. ff. de iur. fiſci. l. 15. §. pen. ff. ad municipal. l. 11. ff. de his quæ vt indig. Et apud Vlpian. in Inſtit. tit. 25. l. 46. ff. de pet. hæred. Dicitur autem interponi & accommodari. l. 43. §. vlt. ff. de vulg. & pupill. l. 10. ff. de his quæ vt indign. & Commodari fides. l. pen. ff. ſi quid in fraud. patr. Fides emptori haberi dicitur etiam ſine ſatiſfactione. §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſio. l. 19. ff. de contr. empt.

Fide dominica agros colunt, qui non penſionis certa quantitate, neq; mercede, ſed arbitrio domini rationes reddituri colunt. l. 18. §. cùm de vilico. l. 20. §. 1. ff. de inſtruct. vel inſtrument.

Fideiuberi, fidem ſuam pro alio obligare, in fidem ſuam recipere, idem valent. l. 27. in fin. ff. ad Velleia. l. 29. §. legatum. ff. de liber. leg. Quod & fide promittere dixit Paul. lib. 1. Sentent. tit. 9.

Inde Fideiuſſores qui alieno nomine obligantur. l. 1. §. verbis. ff. de oblig. & actio. Quorum varia ſunt genera. Fideiuſſor exercitationis litis à fideiuſſore iudicati actionis ſeparatur in l. 8. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſoribus. Hi ſunt, qui fideiuſſores ad litem & pro lite dati appellantur in l. 41. ff. de hæred. pet. & l. 10. ff. iudic. ſol. qui ſcilicet vel iudicio ſiſti, vel rem defendi, & iudicatum ſolui promittunt.

Fideiuſſor ob euictionem datus, quem vulgo auctorem ſecundum vocant. l. 4. ff. de euictio. in omnem autem cauſam accipi dicitur fideiuſſor, qui in id omne, quod ex ea obligatione, cui accedit, naſci poteſt, ſe obligat. l. 56. ff. de ædilit. ed. l. 54. ff. loca. l. 36. §. penult. ff. de fideiuſſorib.

Non ex fide, id eſt, fraudulenter. l. 19. ff. de adm. tutor. §. ſuſpectus autem eſt. & §. nouiſſimè. Inſtit. de ſuſpect. tutorib.

Fideicommiſſum eſt, quod non ciuilibus verbis, ſed precatiuè relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiſcitur, ſed ex voluntate datur relinquentis. Vlpian. in Inſtitut. titu. 25. quod inde nomen habet, quòd ex fide hæredum primùm penderet, nec vllo vinculo iuris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur contineretur. Inſtitut. de fideicomm. hær. in prin. & §. vlt. Itaque Theoph. φιδεϊκόμμισσα παρὰ τὸ πεπιστεῦσθαι, ait, τουτέστι τῇ πίστει καταπιστεύεσθαι. Totum enim alienæ fidei primùm commit-

committebatur. Arnob. lib. aduerſ. Gent. 6. prouerbialiter hoc verbum vſurpat. Per tramites ergo, inquit, quoſdam, & per quædā fideicommiſſa, vt dicitur, veſtras ſumunt, atq; accipiunt cultiones. Tertullian. etiam lib. ad vxor. Tu modò vt ſolidum poſſis capere admonitionis noſtræ fideicommiſſum.

Hinc fideicommiſſaria hæreditas, quam alij reſtituere hæres rogatus eſt, & fideicommiſſarius is, cui ea hæreditas reſtituitur, qui Trebellianus fideicommiſſarius appellatur. l. 15. §. 1. ff. vt legat. ſeu fideic. Quo nomine interdum hæres quoq; fideicommiſſo oneratus appellatur. l. 51. ff. de iudic. Etiā qui de fideicommiſſis Romæ ius diceret conſtitutus Prætor, fideicommiſſarius dicebatur. l. 4. ad fi. ff. qui & à quibus l. 78. ſ. penult. ff. de leg. lib. 3. l. 43. ff. de actio. empt. l. 2. C. qui potio. in pign. l. 92. ff. de conditio. & dem.

Fideicommiſſaria verba in l. 29. ff. ad Trebellian. quæ & fideicommiſſi verba dicuntur. l. 69. ſ. vlt. ff. de legat. 2. & in l. 11. §. vlt. ff. de legat. 3. & l. 12. ſ. vlt. ff. de iniuſto rupto. Et precaria, vt alias oſtendam.

FIDVCIA Boëtio auctore in Topic. Cicero. contrahitur, cùm res alicui ea lege mancipatur, vt eam mancipanti remancipet: aut ſi quis in tempus dubium timens amico potentiori fundū mancipet, vt ei, cùm tempus quod ſuſpectum eſt, præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nōminatur, idcirco quod reſtituendi fides interponitur. Itaq; contracta fiducia manumitti olim dicebantur, quos patres remancipandi vel redhibendi ſibi lege, manumittebant. l. 2. ſ. ſed neq; auus. ff. ad S. C. Tertyllian. ſ. vlt. Inſtitut. de legit. agna. ſucc. Et qui ſub ea fiduciæ lege mancipatum ſibi filium accipiebat, is fiduciarius pater dicebatur, vt ex Gaio Inſtit. lib. 1. tit. 6. patet. Fiduciaria verò tutela quænam diceretur, expoſuit ſatis apertè Iuſtinian. Inſtitut. lib. 1. Ex quo fiduciarius tutor apud Vlpian. in Inſtit. tit. 11. & l. 4. ff. de legit. tutoribus.

Fiducia etiam pro pignore accipi videtur apud Paul. lib. 1. Sentent. tit. 9. lib. 2. tit. 13. & lib. 3. titul. 8.

Inter pignus tamen & fiduciam hoc interfuiſſe Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 21. ſignificat, quòd pignus manente apud debitorem dominio nudam poſſeſſionem transferret: per fiduciam verò res aliqua mutuæ pecuniæ gratia vel mācipabatur, vel in iure cedebatur: Quam tamen, vt verbum conueniat, ſub ea lege factā fuiſſe mancipationem neceſſe eſt, vt ſoluta pecunia redderetur & reſtitueretur: Eaq; ratione à pignore fiducia ſeparatur apud Cic. in lib. 3. Offic. & alias Tertullian. etiam in lib. de Idololatr. pignoribus fiduciari dixit. Pecuniam, ait, ab Ethnicis mutuantes ſub pignoribus fiduciati, iurati cauent, & ſic negant. Et hinc fiduciarius ſeruus apud eundem Paul. lib. 2. Sent. tit. 12. qui ea lege in pignoris cauſam mancipatus eſt.

Fiduciarius verò hæres in l. 46. & 67. in fin. ff. ad Trebellian. dicitur is, cuius fideicommiſſum eſt, vt hæreditatem reſtituat. Eodem modo fiduciaria hæreditas pro fideicommiſſaria ponitur in l. 9. ſ. 1. ff. ſi cert. pet.

FIGLINÆ & figulinæ in l. 6. ff. de ſeruitut. ruſtic.

Figlinum opus. l. 19. ſ. penult. ff. de ſeru. vrb.

Fictilia pro vaſis ex terra fictis in l. 3. ſ. vitrea. ff. de ſupel. leg.

Fictilis ſupellex in l. 7. ff. eod. titul.

FIGVRA pro ſpecie & forma accipitur in l. 1. ff. de oblig. & act. l. 69. ff. de hæred. inſtit. l. 31. ff. de mort. cauſa donat. l. 30. ſ. tametſi. ff. ad leg. Falcid. & Inſtit. de legat. in prin.

Aliter planè figura verborum in l. 116. ff. de verb. ſignif. & figura literarum in l. 38. ff. de oblig. & actio. & figuratio in l. 124. ff. de verbor. ſignif. quæ verba per ſe patent.

FILIORVM anguſtior eſt quàm liberorum ſignificatio. Propriè enim filiorum nomine aliter atque liberorum nepotes non continentur. l. 6. ff. de teſt. tut. ſ. vltim. Inſtitut. qui teſt. tuto. da. niſi cùm aliud voluntatis coniectura ſuadet. Tunc enim benigna interpretatione, non etiam ex verbi proprietate filiorum appellatione nepotes comprehenduntur. l. 84. l. 201. l. 220. ff. de verbor. ſignific. l. 59. ff. de ritu nupt. l. 41. ſ. concubinæ. ff. de legat. lib. 3.

Filiorum certè nomine filias quoque contineri non eſt dubium. l. 16. ff. de teſt. tut. & ſi Labeoni quandoq; aliter viſum indicet l. 116. ff. de verb. ſignific. Et in dubium quoque id in nonnullis ſpeciebus vocatum, ſignificet l. 122. ff. de verbor. ſignific. Filiorum præterea nomen in poſtumos poſtumaſque cadit. l. 16. ff. de teſt. tut. ſ. vlt. Inſtitut. qui teſt. tut. l. 15. in fin. l. 17. ff. de leg. lib. 1. l. 164. ff. de verbor. ſignific. quæ ad d. l. 17. vel ipſa inſcriptione teſte referenda eſt.

Filiifamiliarum dicuntur, qui in patris poteſtate ſunt. l. 4. ff. de his, qui ſunt ſui vel al. qui quaſi domini viuis etiamnum patribus exiſtimantur. Vnde vt illi patresfa. ita & ipſi filiifam. appellantur, ſola ea nota adiecta, qua genitor ab eo, qui genitus eſt, diſtinguatur. l. 11. ff. de liber. & poſt.

Filiorum hæ ſunt differentiæ, iuſti, legitimi, naturales, adoptiui. de quibus ſingulis ſuis locis dicemus.

FILIPPI nummi genus in l. 27. ſ. cui legatum. ff. de auro, argent. ab Horatio regale nūmiſma appellatur lib. 2. Epiſtol. Fit & apud Trebellium Poll. in Claudio, & Vopiſcum in

Bonoſo, & in Aureliano, & in Probo Philippeorum aureorum æreorumque mentio, qui licet imagine vultus recentiorum principum ſignati, priſcum tamen nomen retinuere.

Finem ſæpè Iureconſulti pro modo accipiunt, vt eſt à Fra. Duar. lib. 1. Anniuer. diſput. notatum. Itaque Fini, &, Ad finem, ad modum & quantitatem ſignificat in l. 19. ff. de compenſatio. l. 1. §. pacto ff. de vſur. l. 5. ff. de collat. dot. l. 15. ff. ad leg. Falc. l. 25. ff. de adim. legat. l. 4. §. vlt. ff. de nautic. fœn. l. 42. §. 1. ff. ſolut. matr. l. 17. in fi. ff. de caſtr. pecul. l. 26. ff. quando dies legat. cedit. Sic & in l. 66. in fin. ff. de euictionibus. & l. 33. §. ſi inter. ff. de donation. inter virum.

Finis pro definitione quandoq; accipitur, eoq; redditur verbum Græcū ὅρος. Sic in l. 223. ff. de verb. ſignif. Prçterea fines appellant Iureconſulti, quos Dialectici terminos. l. 124. ff. de verb. ſignif.

Fines denique agrorum termini & limites appellantur. l. 16. §. 1. ff. de vſu & habit. l. 18. §. pen. & vlt. de acqu. poſſeſſ. l. 2. §. cùm Stichum. ff. pro emptor. l. 21. ff. quæ in fraud. cred. Sic apud Terent. Heautont. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. & Cicer. 1. Offic. Arbitrum Neapolitanis & Nolanis de finibus datum. Eadem eſt & huius verbi vis in finium regundorum actione: qua inter eos agitur, qui confines agros habent. §. quædam. Inſtitution. de actionibus. Iſidorus lib. 5. Etymolog. capit. 25. Regi enim, Boëtio interprete in Topic. fines dicuntur, quoties vnuſquiſque ager propriis finibus terminatur. Hinc & finitorem dixit Plautus in Prologo Pœnuli, qui fines determinet.

Fiscus principis ærarium dicitur, à fiſcis, id eſt ſportis, quibus pecuniæ publicæ olim aſportari concludique ſolebant, vt Aſcon. Pædia. in 2. Verrin. & Feſt. lib. 15. & Iſidor. lib. vlt. cap. 9. probant. Sueton. in Claud. capite. 18. Poſitis ante ſe cum pecunia fiſcis. & Tacit. lib. 1. Primam ac viceſimam legiones Cæcinna legatus in vrbem Vibiorum reduxit, turpi agmine, cùm fiſci de Imperatore rapti inter ſigna, interque aquilas veherentur. Etiam fiſci quibus olea premitur in l. 19. §. illud. ff. loca. Inde igitur fiſcus priuatum principis ærarium, quod à publico, id eſt, populi ærario ſeparatur à Plinio in Panegyr. & à Spartian. in Hadrian. Item fiſcales res, id eſt, quæ in fiſci patrimonio ſunt quaſi propriæ & priuatæ principis eſſe dicuntur. l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco pub His autem tuendis & procuratores & patroni à principibus conſtituebantur.

Fistvlæ tubi ſunt vel canales, per quos aqua ducitur. l. 47. & l. 49. ff. de contrahend. empt. l. 38. §. vlt. ff. de actio. empt. l. 17. ff. de ſeruit. vrb. l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de legat. lib. 1. l. 13. ff. ſi ſeruit. vind. Dictam autem inde ſcribit Iſidor. lib. 19. cap. 10. quòd aquas emitterent, ἀπὸ τοῦ στέλλειν, quod mittere eſt. Addit ille formas earum pro magnitudine aquæ & capacitate fieri, per quas aquæ modulis certis diuiduntur. Plinius verò lib. 31. cap. 6. Fiſtulas denum pedum longitudinis eſſe legitimum eſſe ait. Et ſi quinariæ ſint, ſexagena pondo pendere: ſi octonariæ centena: ſi denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denariæ autem dicuntur, quarum lamina antequam curuetur, digitorum eſt decem. Sed de tota fiſtularum differentia, videndus eſt Frontin. lib. 1. de Aquæductib.

Fiſtulæ porrò interdum fictiles, vt plurimū verò plumbeæ fiebant. l. 15. ff. de ſeruitut. ruſt. l. 6. de Aquæductibus lib. 11. C. Vitruu. lib. 8. cap. 7. & Pallad. lib. 9. cap. 11. Collocabantur autem in riuis. l. 3. §. vlt. ff. de aqu. quotid. l. 3. §. ſi quis nouum. ff. de riuis. & ſalientibus iungebantur. l. 15. ff. de actio. empt. vel caſtellis. l. 78. ff. de contrahend. empt. l. 17. §. epitonia. de actio. empt.

Fiſtula etiam genus morbi in l. 1. §. medicos. ff. de var. & extraord.

Flvminvm quçdam ſunt perennia, quçdam torrētia. Perenne eſt, quod ſemper fluat, ὁ ἀέναος: Torrens ὁ χείμαρρος. Quæ perennia ſunt, ea & publica flumina appellant. l. 1. ff. de fluminibus.

Fluminis ſeruitus ſtillicidio grauior habetur, & eſt ius aquæ in alienum effundendæ. Cuius mentio fit in l. 1. & l. 19. §. ſtillicidium. & l. 27. ff. de ſeruit. vrb. l. 13. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 1. §. item ſciendum. ff. de aqu. & aq. plu. Varro lib. 4. de lingua Lat. Fluuius, ait, quod fluit. item flumen à quo lege prædiorum vrbanorum ſcribitur, Stillicidia fluminaque, vt ita fluant cadantque: flumina autem à ſtillicidiis hoc diſtant, quòd illa ex inferiore, hæc ex ſuperiore loco conſtituantur. Illa cum impetu & colluuie, hæc guttatim & ſtillatim emittantur. Sed & Ælius Gallus aquam ipſam, quæ fluit, flumen appellari lib. 2. ſignificatio. quæ ad ius pertinent, ſcribit apud Feſtum lib. 18.

Focaria, quæ focum curat. l. 12. §. Trebatius. cum §. ſeq. & l. 15. ff. de inſtr. vel inſtrum. l. 3. C. de conditio. inſert.

Focariæ etiam concubinæ quaſi foco adſidentes accipiendæ ſunt in l. 3. C. de donationibus inter vir. Focarij in l. 1. §. caupones. ff. nautæ, caupon.

Follis in l. 82. ff. de cōditio. & demonſtr. & l. 1. ſi quis pecun. conflauer. in C. Theod. Crumenam & ſacculum pecuniæ ſignificat, vt & Vegetius lib. 2. cap. 20. probat. Denique, ait, decem folles, hoc eſt, decem ſacci per cohortes ſingulas ponebantur, in quibus hæc ratio

ratio condebatur. Addebatur etiam ſaccus vndecimus, in quem tota legio particulam aliquam cõferebat, ſepulturæ ſcilicet cauſa. φόλλεις planè ὀβολοὺς interpretatur Suidas. Quomodo accipiendos folles cenſeo in l. 3. de ſuariis. in C. Th. & l. 2. l. 3. quor. appellatio. non recip. in eod. C. Indeque emendandum Conſtantinum puto, apud quem in legibus Agrariis titul. 2. φόλλας non ſemel pro φόλλεις ſcriptũ eſt. Euſebius lib. 10. hiſt. eccleſ. ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ.

Formæ nomen latiſſimè patet. Dicimus formam iuris, legis, edicti, ſenatuſconſulti. l. 7. §. ſi paciſcar. l. 42. ff. de pact. l. 22. ff. de minoribus. l. 1. C. de vendit. rer. fiſc. l. 1. in fin. l. 15. C. ſi cert. pet. l. 14. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. C. de vſufru. l. 1. C. de rei vendicat. Et forma abſolutè in l. 31. ff. de adminiſtr. tutor. l. 15. C. de ſacroſanc. eccleſiis. Dicimus & formam contractus. l. 7. §. ex contrario. ff. ſolut. matr. l. 52. ff. de verbor. oblig. Forma prouinciæ. l. 7. §. 1. ff. de interdict. & releg.

Forma cenſualis. l. 4. ff. de cenſib.

Forma agrorum. l. 8. ff. ad leg. Iul. pecul. & Sicul. Flacc. & Hygen. ſæpè. Quod expoſui lib. 4. Antiquit.

Forma etiam aquæductus. l. 27. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. & aquæ forma in l. 39. §. hæres. ff. de leg. lib. 1. & in l. 3. & l. 6. de aquæductib. lib. 11. C. & apud Frontin. in lib. de Aquæductib. non ſemel. Sed & in Itinerario Anton. Nunc nomina aquarum, quę vſibus æternę vrbis formarum conſtructionibus aduectę ſunt, indicemus. Sic aquam formarum apud Caſſiod. lib. 3. Variar. epiſt. ad Senat. vrb. Rom. & formarum curam apud eundem auctorem lib. 5. Variar. epiſt. ad vniuerſos poſſeſſor. Harum formarum Comes Romæ poſterioribus temporibus conſtitutus fuit, vt ex Notitia, quo loco de Præfecto vrbis Romæ agit, & ex eodẽ Caſſiodoro lib. 7. Variar. intelligimus, vbi formula Comitiuæ huius traditur. Ex his efficitur in l. 1. ff. de aquæductibus. lib. 11. C. formarum meatus legendum eſſe: non, vt alij emendant, fornarum. Nam formas etiam per agros trãſeuntes eodem modo Vlpia. dixit in d. §. ſi quid cloacarij. Et tàm ſulcum publicarum aquarum per agros meantium maceriis quibuſdã incluſum, quàm ipſam fabricam aquæductus, formam veteres appellant. Formam quoque calcei legimus in l. 5. in fi. ff. ad leg. Aquil. l. 13. §. item Iulianus. ff. loca. Et formas in quibus æra fundantur dixit Plin. lib. 36. cap. 22.

Formale precium in l. 63. in fi. ff. ad leg. Falcid. alij formatum & præſcriptum à cõtrahentibus interpretantur. Alij forma cenſuali definitum, in qua exactiſſima rerum inibatur æſtimatio.

Formare actionem. l. 7. §. quinimò. ff. de pact. l. 15. ff. de neg. geſt. Formari etiam contractus dicitur pacto quod ineſt, formamq; ac legem & modum dat. l. 10. C. de iure dot. Formare inſtrumentum, concipere eſt. l. 9. §. ſolent. ff. de pœn.

Formulas Latini auctores pro actionibus accipiunt, quas ne populus prout vellet, inſtitueret, certas ſolenneſque eſſe Romani prudentes voluerunt. l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. Cicero. pro Roſc. Com. Sunt iura, ſunt formulę de omnibus rebus conſtitutę, ne quis aut in genere iniuriæ, aut in genere actionis erraret. Expreſſæ ſunt enim de vnius cuiuſque damno, dolore, incommodo, calamitate publicè à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur. Quintilian. Declamatio. 260. Si tolerabile formula errare, & in petione pecuniæ. Sic formulæ familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum ab Vlpian. dicuntur in Inſtitut. tit. 19. & vulgaris formula pro actione de peculio in l. 42. ff. de furt. Et damni dati formula apud Plin. lib. 9. cap. 59. pro actione damni iniuriæ. De qua & Quintilian. Declamatio. 13. ſentiens. Et tamen, ait, quis indignetur apes formula vindicari? Et formula Fabiana apud Paul. lib. 3. Sentent. titul. 3. Et formula iniuriarum apud Sueton. in Vitell. cap. 7. & Senecam lib. 6. cõtrouerſiar. Formula item ad exhibendum, apud Plin. lib. 5. Epiſtol. ad Tranquil. Et formula Hypothecaria, ad quam Marcia. librũ ſingularem ſcripſit, vt inſcriptiones multarum legum teſtantur. Et formula de dolo malo, apud Cicer. lib. 3. Offic. Sic formulas accipio apud Quintilian. lib. 7. cap. 4. Sed etiam in formulis, ait, cùm pœnariæ ſunt actiones, nos ita cauſam partimur, an commiſſa ſit pœna, an exigi debeat. Sic & à Tacito, in lib. de Oratoribus vſurpatur. Eodemque ſenſu accipio quod ab Vlpian. in Inſtitut. tit. 25. ſcribitur, fideicommiſſa non per formulam peto, id eſt, ordinario iure per actionem à Prætore datam extra ordinem cognitione prætoria. In ordinariis enim tantùm iudiciis formularum conceptio ſpectabatur: in extraordinariis non item. l. 47. ff. de neg. geſt. Hinc & ſub formula iudicare dicebantur iudices à Prætore dati, qui formulæ cancellis adſtringebantur. Sic enim ille in lib. 2. de Clement. Clementia, ait, liberum arbitrium habet, non ſub formula iudicat. Quintilian. lib. 3. cap. 11. Priuata quoque iudicia ſæpè vnum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent. Ita atrocitatem formularum apud eundem auctorem accipe lib. 7. cap. 1. Et formulam fiduciæ apud Cicero. lib. 7. Epiſtol. ad Trebat. Formularum autem nomen etiam ad alia pertinebat. Nam & ſtipulationum & teſtamentorum formulæ

vocabantur. Cæterùm qui formulas concipiebant, formularij appellabantur à Quintilian. lib. 12. cap. 3. ad fin. Cicero formularum cautorem vocat lib. 1. de Oratore. Formula çadere expoſui lib. 3.

FORNICATOR in l. 14. ff. de inſtruct. vel inſtru. qui, vt quidam interpretātur, in balneo accendendi ignis curam gerit. Fornicarius etiam appellatur in l. 23. §. ſi fornicarius. ff. ad legem Aquil. qui ad fornacem ſtat. At in l. 17. §. fiſcus. ff. de vſur. vbi antea Fornicarij legebatur, Florentini libri habent Foricarij. Quod ſi rectum eſt, eos quantum coniicio ſignificare Vlpian. voluit, qui foricarum vectigal à fiſco conducebant, de quibus & Iuuenalis Satur. 3. meminit:

Munera, ait, *nunc edunt, & verſo pollice vulgi*
Quemlibet occidunt populariter. Inde reuerſi
Conducunt foricas.

Conſtat verò vrinæ vectigal à Veſpaſian. Romæ impoſitum fuiſſe.

FORTIVS, pro, multò magis. in l. 2. in fin. ff. ne quis eum, qui in ius. l. penult. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. item ſi filiifam. ff. fam. erciſ. l. 3. §. vlt. de vſu & habit. l. 5. §. ſi pupillus. ff. de reb. eor. l. 15. §. ſi negauerint. ff. de adulter. l. 3. §. vlt. ff. vſufr. quemadmod. cau.

FORVM, vt ait Iſidor. eſt exercendarum litium locus, ipſumq́; cuiuſque iudicis tribunal forum appellatur. Vnde ius fori in l. 8. ff. qui ſatiſd. cog. Et fori præſcriptiones, quibus iudicum tribunal cognitioq́; declinatur.

Forum agere ſeu conuentum, quæ locutio in Cic. lib. 3. Epiſt. famil. & 7. Act. in Verr. frequens eſt, dicebatur, qui prouinciæ præerat, cùm ciuitates vocabat, & de controuerſiis eorum cognoſcebat, auctore Feſto lib. 6. Seruius ad illa Vergilij 5. Æneid. verba: Indicitque forum, id eſt, ait, tempus & locum agendorū negociorum deſignat, qui conuentus vocatur. Quod verbum apud Cæſarem & Plin. ſæpenumero reperies.

Foro cedere argentarij, numularij, menſularijq́; dicebantur, qui actum ſuum deſerebāt, &, vt vulgò loquimur, Bancham ruptam faciebant. Ab eo, quod circa forum eorū tabernæ depoſitæ eſſent. Sic in l. 7. §. quoties. ff. depoſ. & l. vlt. ff. de curator. bon. dan. Et apud Senec. lib. 4. de Benefic. cap. 25. Pecuniæ etiā malè creditæ exactio eſt. Et appellare debitorem ad diem poſſum, & ſi foro ceſſerit, portionem feram.

Cui foro interdicitur, huic omnimodo forenſibus negotiis accommodare ſe non permittitur. l. 9. §. 1. ff. de pœn.

Forenſis actio criminis executioni opponitur in l. 1. C. de incendio, rui. Forenſia inſtrumenta, quæ ἀγοραῖα à Iuſtinian. in Nouell. de Tabellio. ſunt publicè confecta inſtrumenta. l. 19. C. de fide inſtrument.

FOSSA eſt receptaculum aquæ manu factum. l. vn. ff. vt in flum. publ. l. vn. in fi. ff. de ripa mun. l. 1. §. caput. ff. de aqua quotid. l. 26. ff. de dam. infect. Foſſæ agrorum ſiccandorum cauſa factæ. l. 1. §. ſed & foſſas. & §. vlt. & l. 2. §. 1. & l. 24. ff. de aq. & aqu. plu.

Foſſatum pro foſſa & vallo in l. 3. §. is qui in exploratione. ff. de re milit. Veget. lib. 4. cap. 16. Muſculos dicunt maiores machinas quibus protecti bellatores, ſi lutum obſuerit, aut ciuitatis foſſatum, apportatis lapidibus, lignis, ac terra non ſolùm complent, ſed etiam ſolidant. Suidas σίδητον τὸ φωσσάτον. Conſtantin. lib. 6. Epit. tit. 5. τοὺς ἐν φωσσάτῳ κλέπτοντας εἰ μὲν ὅπλα, σφοδρῶς περιστέλλομεν τύπτεσθαι. In libello etiam varior. auctorum de limitibus ita ſcriptum eſt: Foſſatum deciſum, paruum in fine pro termino poſuimus.

FRATRVM alij conſanguinei ſunt, qui ſcilicet, vt ſuprà diximus, eodem patre nati ſunt, licet diuerſas matres habeant: Alij vterini, qui ex eadem matre tantùm nati ſunt. l. 27. C. de inoffic. l. penult. ad fi. & l. vlt. C. de legit. hære. l. 21. C. de excuſ. tut.

Fratrum autem appellatione etiam ſorores continentur. l. 93. §. quæſitum. ff. de leg. lib. 3. l. 36. ff. de pact. l. 78. §. mœnia. ff. ad Trebell.

Fratres patrueles dicuntur, qui ex duobus fratribus procreantur. l. 1. §. quarto. l. vlt. §. eodem gradu. ff. de gradibus & affin. §. 1. Inſtit. de legit. agna. ſucc. & Gaius lib. 2. Inſtit. tit. 8. Paul. lib. 4. Sentent. tit. 10. Fit & horum mentio in l. penult. ff. de S. C. Silan. & l. 16. §. 1. ff. de caſtr. pec. l. 8. C. ſi quis alt. vel ſibi. l. 4. C. qui teſtam. fac. l. 2. C. de ord. cognitio.

Fratriæ, Fratrum inter ſe vxores appellātur, auctoribus Feſto lib. 5. & Non. Marc. cap. vlt. de proprietat. ſermo.

FRAVS dolum ſignificat. l. 21. ff. de inoffic. teſt. l. 63. ff. de rei vendic. l. 7. §. 1. ff. de ſuſp. tut. l. 7. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. Ideoque ſolent hæc duo coniungi. l. 3. in fi. ff. pro ſoc. l. 5. in fi. ff. de obſeq. à liber. l. 10. C. de procurato.

Tertullia. in lib. de Idololatr. Fraudis conditio ea eſt opinor, ſi quis alienum rapiat, aut alij debitum deneget.

Fraus quoq́; ipſa noxa dicitur & quaſi pœnæ quædam præparatio. l. 131. ff. de verb. ſign.

Quinetiā fraudem pro pœna veteres ponere ſolebant, Vlpiano teſte in l. 23. §. excipitur. ff. de ædilit. ed. Quod & Seruius in 11. Æneid. ex antiquo iure adnotat. Itaq́; in Ædilium edicto capitalem fraudem eiuſmodi admiſſum interpretamur, propter quod capite puniendus quis ſit. l. 1. & l. 23. §. excipitur. ff. de ædilit. ed. Cic. 1. de Orat. Erat enim Atheum reo damnato ſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœnæ æſtimatio.

Item,

Item, ſine fraude eſt ſine pœna, ſine periculo, & impunè. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. l. 26. §. hęc clauſula. ff. ex quib. cau. maio. l. 32. ff. de iniur. l. 25. ff. de adulter. l. 8. ff. de accuſatio.

Fraus fit legi, ſenatuſconſulto, edicto, conſtitutioni. Fraudem legi facit, qui ſaluis legis verbis ſententiam eius circumuenit. Fraus enim legi fit, vbi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit. l. 29. & l. 30. ff. de legibus. Exempla ſunt in l. 7. in fi. ff. qui & à quib. l. 63. ff. de conditio. & dem. l. 16. ff. de iur. patr. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel al. l. 7. §. prætor ait. ff. de pact. l. 3. §. pen. & l. 7. in princ. & §. mutui dationem. ff. de S.C. Macedo. l. 8. §. planè. & l. 29. ff. ad Velleia. l. vltim. ff. ſi famil. furt. fec. l. 27. in fin. ff. de probatio.

In fraudem legis iuriſq; fidem accommodaſſe dicitur, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacitè promittit ſe reſtituturum ei perſonæ, quæ legibus ex teſtamento capere non poteſt, ſiue Chirographum eo nomine dederit, ſiue nuda pollicitatione repromiſerit. l. 10. ff. de his quæ vt indig. Et aliàs in tacitis fideicommiſſis fraudē legi fieri videri traditur, quoties quis neq; teſtamento, neq; codicillis rogaretur, ſed domeſtica cautione vel chirographo ſe obligaret ad præſtandum fideicommiſſum ei, qui capere non poteſt. l. 103. ff. de leg. lib. 1. l. 3. ff. de iure fiſc.

Fraudis cauſa adſcripta conditio in l. 27. ff. ad leg. Falcid. dicitur, quæ fraudandæ l. Falcidię gratia adſcripta eſt. Similiter & in fraudem legis Iuliæ miſcellæ fit in l. 64. ff. de conditio. & demonſtr.

In fraudem fiſci alienat, qui iam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum ſequitur, vel futurum proſpiciens, vt damnetur, alienat. l. 45. ff. de iur. fiſc. Cæterùm ſi capitis reus filium emācipet vt is hæreditatem adeat, non videbitur in fraudem fiſci factum quod acquiſitum non eſt. l. 26. ff. de iur. fiſc. In fraudem fiſci adoptio facta videtur, etiam ſi non in reatu, ſed deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet in hoc, vt ex bonis, quæ ſe amiſſurum cogitat, portio detrahatur. l. vlt. ff. de bon. damnat.

Fit & fraus conuentioni. l. vlt. C. ſi mancip. ita venier.

Fraus etiam creditoribus & patronis fit. In fraudem autem creditorum manumittit, qui vel eo tempore, quo manumittit, ſoluendo nō eſt, vel datis libertatibus deſiturus eſt ſoluendo eſſe. l. 10. ff. qui & à quibus §. in fraudem. Inſtit. quibus manumitt. lic.

Fraudem porrò in alienationibus manumiſſionibúsve, quæ in creditorum patronive fraudem fiunt, in damno pecuniario accipimus. l. 1. §. & aliàs. ff. ſi quid in fraudem pat. Eamq; quod ad libertatum præſtitarum cauſam attinet, & ex conſilio & euentu ſimul æſtimamus. l. 80. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 4. §. ſi quis autem. ff. de fideicommiſſ. lib. Inſtitut. quibus manumitt. non lic. l. 15. ff. quæ in fraud. cred. Vtrubiq; verò in fraudem eſt, vt Theophil. Inſtit. quibus manumitt. lic. & in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actionibus interpretatur, πρὸς βλάβην καὶ ἀπάτην καὶ περιγραφὴν τῶν χρεωστῶν. Non fraudātur creditores, cùm quid non acquiritur à debitoribus, ſed cùm diminuitur de bonis. l. 177. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 6. ff. quæ in fraud. cred.

Nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. l. 118. ff. de diuerſ. reg.

Fraudationis cauſa latitat, qui hoc animo latitat, vt fraudet creditores. l. 7. §. 1. & §. ſed is qui. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 50. ff. de pecul.

Inde fraudator vocatur, qui creditorū fraudandorum conſilium init. l. 9. §. ſed & ſi quis. ff. de iureiur. l. 8. §. ſi fraudator. & l. vlt. in princ. & §. 1. ff. quæ in fraud. credit.

Fraudem pro damno accipi credo in l. 79. ff. de diuerſ. reg. & in l. 33. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 1. ff. de alienat. iud. mut. l. 18. in fi. ff. de iudic.

Fraudat vectigal qui merces non profitetur. Vnde fraudati vectigalis crimen. l. 8. ff. de publican. Et fraudare annonam in l. 1. ff. de leg. Iul. de annon. Et fraudati cenſus crimen. l. 1. C. de quæſtionib. Fraudatorium interdictum, quo in fraudem creditorum geſta reuocātur. l. 67. in princ. ff. ad Trebellian. l. 96. ff. de ſolutio. Cuius verba quædam puto referri in l. 68. ff. pro ſoc.

FRIBVSCVLVM in l. 32. §. ſi diuortium. ff. de donat. inter vir. à diuortio ſeparatur, & leue iurgium ſignificat vt oſtēdit l. 31. ff. de iure dot. l. 27. ff. de pact. dotalib. Iſidorus friuolum videtur legiſſe. Sic enim ille lib. 9. Etymolog. cap. vlt. Friuolum eſt, ait, cùm eo animo ſeparātur coniuges, vt ad ſe inuicem reuertantur. Nam friuolum eſt velut quaſſæ mentis & fluxæ nec ſtabilis. Propriè autem friuola vocantur fictilia vaſa minimi precij. Vnde pro leuis precij ſupellectile hoc verbum vſurpatur. l. 11. §. penult. ff. de pignor. actio. Seneca lib. 3. Controuerſ. Ego illos in friuola inuitaui noſtra: quæ illis meā promiſi domum, ſuam eripiam?

Frons agri in l. 30. & l. 56. ff. de acqu. rer. do. μεταφορικῶς dicitur. Quod verò antiquitus monumentis inſcribi ſolebat. In frontem pedes tot, In longitudinem tot pedes, ſepulchrū patere ſignificabat interprete Acro. ad Horat. lib.

Frui plus eſt, quàm Vti. Nam Vti eſt ad vſum & neceſſitatem vti, Frui eſt omnem rei fructum commoditatemq; & vtilitatem percipere. Itaque qui fruitur, non ad vſum modò quotidianum, ſed & ad abuſum & ad com-

pendium & quæſtum vti poteſt. Dicimus autem locum fruendum locari & conduci. l. 1. ff. de loco publ. fruend. l. 1. in fi. ff. ſi ag. vectig. l. 7. §. Papinianus. ff. ſol. matr. Vitruu. lib. 7. cap. 8. Non minus etiam Lemno cuius inſulæ vectigalia Athenienſibus Senatus P.Q.R. conceſſit fruenda. Feſtus lib. 10. Lacus Lucrinus in vectigalibus primus locatur fruendus ominis gratia. Sic enim illic legendum eſt.

FRVGEM pro reditu accipimus, nō ſolùm qui ex frumentis aut leguminibus, verùm etiam qui ex vino vel ex ſiluis cæduis, vel cretæfodinis, lapidicinis, capitur. Fruges verò anguſtius, quæ non ariſta, ſed ſiliqua continentur, dicimus. Et à frumento ſeparamus, cuius appellatione id quod ariſta in ſe tenet, ſignificatur. l. 77. ff. de verb. ſignif. Et ita fruges & frumentum ſeparantur in l. 12. §. 1. ff. de vſu & habit. Frugib. tamē legatis tam legumina, quàm hordeum & triticum contineri benè Paul. lib. 3. Sentent. tit. 9. ſcribit.

FRVCTVS verbum interdum ius, interdum corpus ſignificat. l. 43. ff. de euictio. Ad ius cùm refertur, ius vtendi fruendi ſignificat. Vſusfructus itaque an fructus legetur, nihil intereſt. Nam & fructui vſus ineſt. l. 14. §. 1. ff. de vſu & habit. l. 41. ff. de vſufruct. leg. Exemplis huius ſignificationis libri noſtri abundāt, quibus, vt notis, prætermiſſis. hoc tantùm adnotabo, Fructum quandoq; ſine vſu conſtitui. l. 5. §. ſed & ſi vſus. ff. vſufr. quemad. cau. l. 13. §. ſi quis vſumfruct. ff. de acceptil. l. 14. in fi. ff. de vſu & habit.

Fructuarius & vſufructuarius idem valent. Vtroque enim verbo is ſignificatur, qui ius vtendi fruendi habet. Quanquam & interdum fructuarius quoque fundus ſeruúsve appelletur, in quo vſumfructum quis habet. l. 1. ff. ſi vſusfruct. pet. l. 37. §. penult. ff. de acqu. rer. do. l. 27. ff. de ſtip. ſer. l. 11. ff. de acceptilat. l. 22. ff. de vſufruct.

Fructus nomen, cùm ad corpus refertur, eos propriè qui ex re ipſa naturaliter enaſcuntur, fructus complectitur, ac proinde & ab vſuris & à penſionibus, mercedibus, vecturis iumentorum, cæteriſque obuentionibus ſeparatur. l. 29. ff. de hæredi. pet. l. 34. ff. de vſur. l. 39. §. fructus. ff. de leg. lib. 1. l. 11. de donatio. Hæc enim omnia non fructus eſſe, ſed fructuum vicem obtinere dicuntur. d. l. 34. & l. 83. ff. de legat. lib. 3. cùm non natura perueniant, neque ex ipſo corpore ſint, ſed iure percipiantur & ex obligatione. l. 62. ff. de rei vendic. l. 121. ff. de verbor. ſignific. In fructu planè fundi arundo cædua & ſilua eſt. l. 40. §. penult. ff. dę contr. empt. Venatio fructus fundi non eſt, niſi fructus fundi ex venatione cōſtet. l. 26. ff. de vſur. Silua cædua etſi intempeſtiuè cæſa in fructu eſt, ſicut oliua immatura lecta, item fœnum immaturum cæſum. l. 48. ff. de vſufruct.

In pecudum fructu fœtus eſt, & lac, & pilus, & lana. l. 28. ff. de vſur. l. 48. §. vlt. ff. de acqu. rer. do. l. 12. §. ſed ſi pecoris. ff. de vſu & habit. §. in pecudum. Inſtit. de rer. diuiſio.

Partum planè ancillę in fructu non eſſe, exploſa veterum quorundam ſentētia, obtinuit. l. 68. ff. de vſufruct. §. partus. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 27. ff. de petit. hæred. l. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebellian. Itaq; à fructibus partus & partuum partus ſeparantur. l. 4. ff. de vſur. l. 12. ff. quod met. cauſ.

Horum fructuum alij pendentes, alij percepti dicuntur. Pendentes ſunt, qui terra adhuc continentur, qui terræ & fundo cohærent. l. 44. ff. de rei vendic. l. 12. §. Iulianus. l. 27. ff. de vſufruct. l. 25. §. non ſolùm. ff. quæ in fraud. credit.

Appellantur & ſtantes fructus in l. 7. §. interdum. ff. ſol. matr. & l. 26. ff. de furt.

His opponuntur percepti, qui ſcilicet iam à ſolo ſeparati ſunt. §. is verò. Inſtitut. de rer. diuiſio. Perceptio autem fructuum quomodo recipienda ſit, dicam lib. 15.

Fructus in quocunq; poſſeſſore intelliguntur, qui deductis neceſſariis impenſis circa eos factis ſuperſunt. l. 36. §. vlt. ff. de hæred. petit. l. 7. ff. ſol. matr. l. 1. C. de fructib. & lit. exp. l. 4. ff. de oper. ſeruo.

Interdum latius fructum pro omni commodo vtilitateque rei accipimus, vt ecce quod dicitur in confeſſoriam fructus venire, hunc ſenſum habet, vt omne commodum veniat, quod habiturus fuiſſet actor, ſi ſeruitute vſus eſſet. l. 6. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 19. in fin. ff. de vſur. Itaque & vſuras pecuniæ fructum vocat. l. 88. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. Et mercedes ſeruorum vecturæque iumentorum fructus appellantur in l. 8. §. 1. ff. de reb. auct. iud. l. 39. ff. de legat. lib. 1. l. vn. §. cùm autem. C. de rei vxo. act. Sed & fructus rei eſſe dicitur vel pignori dare licere. l. vlt. ff. de vſur. l. 72. ff. de diuerſis regul. iur.

FRVSTRARI ſignificat morari, tergiuerſari, cunctari. l. 24. & l. 25. ff. ex quib. cauſ. maio. l. 2. §. quod ſi pater. ff. ad Tertyllian. l. 223. ff. de verbor. ſignificat. l. 4. ff. de appell. recip. Fruſtrari ergo dicuntur, qui qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt, ne ſecum agi vel ad exitum controuerſia deduci poſſit. l. vlt. ff. de procuratoribus. Et ita accipio quod in l. 3. ff. de iudic. ſcribitur fruſtrandæ actionis cauſa latitare. Et fruſtrari tempus in l. 26. §. actio. ff. ex quibus cauſ. maior. Hinc fruſtrator qui iudicio deeſt. l. 31. §. litem. ff. de negot. geſt. l. 7. C. de fructibus & lit. exp. Item qui tergiuerſationibus executionem rei iudicatę remoratur. l. 7. C. de execut. rei iud. Fruſtrator etiam pro moroſo debitore in l. vlt. ff. de vi & vi arm. Et Fruſtratio pro mora

pro mora in l.89.ff.ad leg.Falcid.l.3.in fi.ff.de vſur.l.37.ff.manda.l.5.§.ſatisfactionis.ff. vt in poſſ.leg.Et ſic in §.1.& §.ſi ad exhibendum.Inſtitut. de offic.iud. Sine fruſtratione, id eſt, vt Theophil. ὐ δὲ ὑπερθέσεων.

Fuga pro exilio in l.4.§. ad tempus. ff. de re milit.l.5.ff. de interdict.& releg. Scribit autem Donat. in 11. Æneid. veteres properantium iter, fugam appellaſſe. Et inde Fugitiui nomen.

Fugitiuum porrò Ofilius definiebat eũ eſſe qui extra domini domum fugæ cauſa quo ſe à domino celaret manſit.Cęlius eũ,qui ea mente diſcederet, vt ne ad dominum rediret.Conuenit autem fugituum ex animo & affectu fugæ, non ex ipſo fugæ actu æſtimandum. l. 17. in princ. & §.1.cum ſequ.ff. de ædilit. ed. Quod ſic accipiendum eſt,vt tamen ſolo propoſito & conſilio fugiendi à domino ſeruus fugitiuus non fiat, niſi in ipſum factum fugæ vitium mentis deduxerit. l. 225. ff. de verbor. ſignificat.

Fugitiuarius qui fugitiuos reducit.l.18.ff.de præſcript.verb.vel qui dominis indicat vbi fugitiui celentur, vt l.15.eo.tit.

Fugientes pro reis Impp. dicunt ad Græcorũ exemplũ qui φεύγοντας appellant. l.11. §. & ſi quidem.C.de iud.l.vlt.§.vbi autẽ.C.de bon. mater. l. 2. in princ. & §. 1. C. de iureiurand. propt. calum.

Fugam facere pro fugere & in fugam ſe dare. l.4.ff.de re milit. Saluſtius in bello Iugurth. Poſtquam eos impeditos ramis arborum atque ita diſiectos circumueniri vident, fugam faciunt.

Fugam vendere dicebantur, qui ſeruos in fuga conſtitutos vendebãt.Quod ſenatuſconſulto,prohibitum erat. Qui verò abſentes ſeruos vendebant, aut etiam fugitiuos quærere & diſtrahi mandabant, in ſenatuſconſultum quaſi fugæ venditores non committebant.l.2. ff.ad l.Fab.l.6.C.eo.l.35.§.ſi quis amico. ff. de contr. empt.

Fvllo eſt,qui polienda,curanda,lauanda veſtimenta accipit.l.2.ff.de condict. ſine cauſ. l.15.§.ſi fullo.ff.loca.l.12.& l.82.ff.de furt.l.vn. ff.de via publ.

Fullonica meritoria.l.13.§.vlt.ff.de vſufruct. Fullonicas inſtituere. l.3.ff. de aqua & aq.pluu.

Fvndvs integrum aliquid eſt, agrumque cum ædificio & villa ſignificat.l.60. l.211.ff.de verb. ſign.ab eo, quòd, quemadmodum Varro lib.4.de lingua Lat.& Seruius in 2.Georgic. ſcribunt,fundat quotannis multa, pecuniæq; ſit ac pecudum fundamentum. Vnde Plaut. in Trucul. de nouo amatore liberali, Nunc, ait, is eſt fundus nobis.Feſtus autem huius appellationis originem aliunde lib. 6. ducit. Ait enim agrum inde fundum dici, quòd planus ſit ad ſimilitudinem fundi vaſorum. Dicimus enim ſcyphi & vaſis fundum.l.23.§.ſi quis rem. ff.de rei vendic.l.26.§.1.ff. de acqu. rer. do. Vtrumuis probemus, illud ex noſtris auctoribus conſtat, fundum duob. conſtare, Agro & Villa.l.81.§ qui fundum.ff. de legat. lib.1.l.35.ff.de vſufruct.leg.l.9.ff.de ſeruit. l.17. §. idem Cælius.ff.de ædilit.ed.Ideoq́ue & villa fundi pars atq; acceſſio appellatur in l.8. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt.l.15.in fin.ff.de inſtruct.vel inſtrument.

Porrò vel modicus locus fundus dici poteſt, ſi eum fundi animo habuerimus. Conſtitutione enim & deſtinatione noſtra fundi efficiuntur.l.60.ff. de verb. ſignif. l.24.§. penult. ff.de leg.lib.1. Etiam pars fundi rectè fundus appellatur.l.34.§.vlt. de legat. lib.1. Diuiduntur autem fundi regionibus & locis. l.23 §. vlt. ff.de ſeruit.ruſt.l.6.§.1.ff.com.præd.l.3.§. vlt. ff.qui potio. in pign.l.31.ff.de vſufruct. leg. συγκτήσεις appellant Græci Latifundia & poſſeſſiones.l.34.§.1.ff.de leg.lib.2.l.30.§. Titia.ff. de adim.leg.

Fundum fieri populum quid ſit, vide Cicer. pro Corn.Balbo,& Feſtum lib.6.

Fvneraria actio dicitur, quæ de impenſis funeris cauſa factis datur. l.14 §. hæc actio.l.16.& l.20.in fi.& l.21.l.31.§.1.& l.32.ff.de religioſ.& ſumpt. fun.l.17. ff. de reb. auct. iud. Appellatur Funeraticia actio in l.30.ff.de religioſ.Inde Funerarium priuilegium in l. vlt. ff. eod. tit. Funeris autem cauſa ſumptus factus videtur, qui ideò fit, vt funus ducatur: Vt puta ſi quid in elationem mortui, vel ſi quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus illatus eſt. Funeris denique ſumptus accipitur, quidquid corporis cauſa veluti vnguentorum, ſarcophagi & aliorũ cauſa impenſum eſt: item & precium loci, quo defunctus eſt humatus. l. 14.§.funeris.& l.37.ff.de religioſ.

Fvnesta familia in l.vlt.ff.de ſtip.ſer.cuius dominus mortuus eſt.Scribit autem Varro lib.4.de lingua Lat. quamdiu in ſepulchrum defuncti gleba abiecta non eſſet, aut os mortui ad familiam expurgãdam exceptum eſſet, tamdiu funeſtam eam manſiſſe. Hinc Cicero lib.2.de legibus, Neq; neceſſe eſt ediſſeri à nobis quis finis ſit funeſtæ familię.Septem autem diebus deplorari domi cadauer ſolebat, octauo die efferebatur, nono tumulabatur.Eæque erant denicales feriæ, quarum Cicero in libris de legibus & Feſtus lib.4.meminere: quo tempore quaſi funere polluta familia, funeſta dici & expiari expurgarique porca præcidanea Cereri mactata atq; aliis ceremoniis ſolebat.

Fvngi res dicuntur, quæ officium ſuum præſtant.Sic Vlpian.in Inſtitut.titul.6.Dotem fungi dicit, quæ in matrimoniũ datur. Et fungi monumentum in l.43.ff.de rei vendicat.in

quod corpus infertur. Et functionē res in ſuo genere recipere Paulus in l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. petat. ſcribit, quæ, vt alias idem ipſe auctor loquitur, mutua vice funguntur, & tantundem præſtant. l. 6. ff. ſi cert. pet. Nam his rebus, quæ vſu conſumuntur ac pereunt, quo inter homines communicari poſſent, ea eſt tributa natura, vt communi quaſi ſpecie contineantur, permutationemq́; in ſuo genere recipiant, & alterius vicem ac poteſtatem altera omnimodo expleat.

Defungi precio æſtimationeq́; pro æſtimationem præſtare & exoluere Iureconſulti dicunt. l. 11. §. idem lib. 2. ff. de actio. empt. l. 1. ff. ſi famil. furt. fec. l. 37. in fin. ff. ad leg. Aquil. & dotis collatione, noxæ deditione, litis æſtimatione, tributione fungi, pro eo quod eſt noxæ dedere, litis æſtimationem ſoluere, & dotem tributáve conferre. l. 3. ff. de collat. dot. l. 22. §. vlt. ff. ad municipal. l. 37. ff. ad leg. Aquil. Inſtit. de noxalib. in princ. Ex quo fit, vt intributiones collationesq́; & penſitationes publicę functiones vocentur. l. 4. C. de donation. l. 3. de apoch. publ. lib. 10. C. l. vlt. de exactor. tribut. eo. l. 9. & l. 13. C. de actio. empt. l. 2. C. de iu. emphyteut. l. vn. C. in quib. cauſ. milit.

Fungi pignoribus in vicem ſatiſdationis, id eſt, loco fideiuſſorum pignora præſtare. l. 7. ff. de præt. ſtip.

Muneribus legatorum fungi, id eſt, legata præſtare. l. 33. in fin. ff. de legat. lib. 2. l. 2. ff. ad Trebell. Fideicommiſſum munere Falcidiæ fungi dicitur, quod Falcidiam patitur. l. 77. §. 1. ff. de legat. lib. 2. Pœna quoq́; functi in l. 22. ff. de pœnis. dicuntur, qui pœnam ſuſtinuerunt. Precia rerum communiter funguntur. l. 63. ff. ad leg. Falcid. l. 33. ff. ad leg. Aquil. id eſt, tanti res æſtimatur, quanti ſunt apud omnes defunctoriè. l. 2. §. non ſolùm. ff. ad S. C. Tertyllian. l. 21. §. vlt. ff. de S. C. Silania.

Fvrcæ ſupplicij fit mentio in l. 28. §. famoſos. & l. 38. §. actores. ff. de pœn. l. 6. ff. ad leg. Iul. pecul. & l. 3. §. is qui ad hoſtes. ff. de re milit. Iſidor. lib. 5. cap. 28. furcam patibulum dici, eò quòd ferat caput, ſuſpenſumq́; & ſtrangulatum ſtatim exanimet, tradit. Furcam verò illam, quam ſerui pro pœna circumferre cogebantur, belle Plut. in Coriola. & Halicar. lib. 7. depingunt.

Furca autē figi, & in furcam tolli, & in furca ſuſpendi, pro eodem dicitur.

Fvriosvm à demente & furorem à dementia noſtri auctores ferè ſemper ſeparant. l. 2. ff. de inofficioſo teſtamento. l. 27. §. coram. ff. de recept. qui arbitr. l. 6. ff. de cur. fur. §. furioſi. & §. ſed ſolent. Inſtitut. de curatoribus. l. 8. §. 1. ff. de tutoribus dat. l. vlt. §. 1. C. de adminiſtrat. tutor.

Furorem Cicer. 3. Tuſculan. definit mentis ad omnia cæcitatē, & maius aliquid eſſe quàm inſaniam. Ideoq́; non eſſe in 12. tab. ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus. At dementia licet ſanitate & integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum & vitæ cultum communem tuetur. Furioſorum alij cōtinua mentis abalienatione omni intellectu carent. l. 14. ff. de offic. præſid. & hi ſunt, quos perpetuò furioſos vel perpetuò mente captos vocat l. 12. §. natura. ff. de iudic. l. 6. C. de impub. quorum morbus perpetuus eſt. l. 22. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. Alij interuallis quibuſdam ſenſu ſaniore ſunt, eorumq́; furor interuallum habere dicitur. d. §. ſi maritus. Huiuſmodi ſunt, quos Vlpian. intermiſſionem habere, Gaius interualla inſaniæ habere, ſcribunt. l. 20. §. ne furioſus. ff. de teſtamentis. Gaius lib. 2. Inſtitut. tit. 2. l. 6. C. de curat. furioſ. dan. Et ita furioſi inducias & dilucida interualla accipimus. l. 9. C. qui teſtament. fac. poſſ.

Furioſus in conſpectu inumbratæ quietis conſtitutus. l. 18. §. ſi furioſo. ff. de acquirenda poſſeſſionē.

Furioſi autem cùm mentis compotes non ſint, nihil velle ſciréve intelliguntur. Ac neque conſentire videntur. Ideoq́; abſentibus ignorantibusq́; comparantur. l. 17. §. filiofam. ff. de iniur. l. 2. §. vltim. ff. de iure codic. l. 8. §. penult. ff. de opt. legat. l. 41. l. 167. in fin. ff. de diuerſis regulis.

Fvrtvm eſt contrectatio rei alienæ, vel vſus eius inuito domino lucri faciendi cauſa. Nec enim aliter furtū committitur, quàm ſi & contrectatio interueniat, & animus atq́; affectus furandi interueniat, & contra domini voluntatem res contrectetur.

Furtum autem vel à furuo, id eſt, nigro dictum eſt, quòd clam & obſcuro fiat, vel à ferēdo & auferēdo, vel à Græco ſermone quo φῶρας fures appellant. l. 1. ff. de furt. Gell. lib. 1. cap. 18. Seruius in 3. Georgic. Virgilij, & Non. Marcell. Furti oblati, concepti, manifeſti nec manifeſti differentias vide apud Iuſtinian. Inſtit. de furt. & in l. 3. cū ſeq. ff. eod. tit. & apud Paul. lib. 2. Sentent. tit. 31.

Furem non eſſe qui dicit, quod in venditionibus ſeruorum ſæpè dicitur, de animo hominis propoſitoq́; loquitur. At qui furto noxaq́; ſolutum dicit, nemini obligatū furti promittit. l. 174. ff. de verb. ſignif. Furem, ait Tryphonin. ex animi propoſitione ſola dic ere quis poſſit etiam eum, qui nunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, ſi modo eius mentis ſit, vt occaſione data id commiſſurus fuerit. l. 225. ff. de verb. ſignific.

Furto abeſſe rem Iureconſulti dicunt, quæ ſubrepta eſt, vt lib. 1. comprobaui. Item furto periſſe. l. 35. §. ſi res vendita. ff. de contrahend. empt. l. 14. §. vlt. ff. de peric. & commo.

Fvsia

FVSIA CANINIA lex quæ vulgò dicitur, Fuſia Caninia videtur appellanda. Sic enim ea profertur in inſcriptionib. l. 37. ff. de conditio. & demonſtr. l. 215. ff. de verb. ſignific. In veteri quoq; meo Codice, ita in Rubrica & in l. vn. C. de lege Fuſia Canin. ſcriptum eſt. Furiam tamen vocat Vlpian. in Inſtitut. titul. 1. Vnde vulgata pronunciatio confirmatur, quando R. & S. inuicem commutari olim ſolita conſtet. Cōſtitutus verò erat ea lege modus ſeruorum, q̃ teſtamento manumitti poſſent. Quę res plenè explicatur à Gaio lib. 1. Inſtit. tit. 2. Breuius ab Vlpian. Inſtitut. tit. 1. Alia etiam huius legis capita Paul. perſtringit. lib. 4. Sentent. titul. vlt. Meminit & huius legis in Taciti vita Vopiſcus. Sublata eſt ea lex à Iuſtinian. titul. de l. Fuſ. Canin. toll. in Cod. & Inſtitutionibus Iuſtiniani.

FVSIONES in l. 27. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. pro functionibus & illationibus publicis. Hęc huius verbi ſignificatio mihi ex Lexico Latinogræco ædis B. Germani Pariſi. innotuit, in quo ita eſt, Fuſio ὑλισμὸς, εἰσφορὰ δημοσίων. Fuſiones ὑλισμοί, σωστέλλαι, εἰσφοραί. Acceſſit & ex Codice Theodoſ. auctoritas. Nam in l. 5. de indulgent. debit. hæc verba ponuntur. Vſque in initium fuſionis quintæ vniuerſa reliqua, quæ tam ad arcam ſublimium poteſtatum, quàm ad largitiones pertinent, relaxari præcipimus.

FVSTE percuti, occidi, animaduerti. l. 7. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 1. §. occiſorum. ff. de S. C. Silania. l. 8. §. 1. ff. de pœn.

Fuſtibus item caſtigari, cædi, admoneri Iureconſulti dicunt. l. 1. §. cùm patronus. ff. de offic. præf. vrb. l. 3. §. 1 & l. vlt. ff. de offi. præf. vigil. l. 5. C. de not. infam. l. vlt. ff. de iniur. l. 7. l. 10. ff. de pœn.

Fuſtium autem ictus à flagellorum, quæ atrociora ſunt verbera, caſtigatione ſeparatur. d. l. 7. pleniorque multo eſt fuſtium, quàm flagellorum pœna. l. vltim. ff. de iniur. l. 10. ff. de pœn. Ac Fuſtibus quidem liberi duntaxat & hi quidem tenuiores ſubiiciebantur, honeſtiores non: ſerui verò flagellis coercebantur. l. 28. §. non omnes. ff. de pœn. vt plenius lib. 3. Select. Antiquit. dixi. Fuſtes verò Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 27. ſic interpretatur, quibus iuuenes pro criminibus feriuntur, dictos ab eo quòd præfixi in foſſis ſtent, quos palos ruſtici vocant. Et conſtat planè fuſtes ligneos baculos fuiſſe, cùm inter arma & tela enumerentur. l. 54. §. furem. ff. de furt. Vlpian. in l. 3. §. armis. ff. de vi & vi arm. Arma, inquit, ſunt omnia tela, hoc eſt, & fuſtes & lapides Et mox: Planè ſi & vnus vel alter fuſtem, vel gladium tenuit. Sic fuſtibus repellere, & fuſtib. de fundo præcipitem agere, Cicero pro Cæcinna. & 7. in Verr. dixit. Denique quod Eutropius lib. 1. de geſt. Ro. cap. 11. Tarquinium Superbum fuſtes excogitaſſe ſcribit, hoc ita Suidas in verbo σκύταφος, effert μάστιγας ξυλίνους, κλοιούς. Fuſtibus autem & lignis equos publico curſui deputatos, agitari vetant Impp. in l. 1. de curſu publ. lib. 11. C.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER SEPTIMVS.

GEMMÆ à lapillis & margaritis ſeparãtur. l.25.§ vlt. ff. de auro, arg. l.1.ff. de acquir. poſſeſſ. l.3. ff. de rer. diuiſ. Et apud Arnob. lib. 1.aduerſ. Gẽti. Hæc enim inter hæc verba differentia intercedit, quòd Gemmæ perlucidæ ſint materiæ, veluti ſmaragdi, chryſolithi, amethuſti: Lapilli verò contrariæ ſuperioribus naturę, vt obſiani, venientani. Margaritæ, conchæ ſunt, quæ apud rubrum mare creſcunt & coaleſcunt. l. 19.§.penult.ff.de auro, arg.

GENER appellatur filiæ noſtræ vir. l.4 §. affines.ff.de gradib. Sed & ſponſus filiæ generi appellatione continetur. l 6.ff.eod. tit. l.5.ff. de teſtib. Ideoq; Seruius Sulpitius Generi appellationem etiam ex ſponſalib. acquiri dicebat. l.8.ff.de gradib. & affinib. Quanquam in Edicto de notatis infamia hæc verba, *genero mortuo*, de ſolo filiæ viro accipiuntur. l.1.& l.8.ff. de his qui not.infam. Spõſi enim nullus eſt luctus. l.9.ff.eo. Generi nomine & neptis & proneptis tam ex filio quàm filia editarum cæterarumq; mariti continentur. l.136.ff. de verb. ſignif. Et hanc in edicto de poſtulando huius verbi interpretationem eſſe faciendam Vlpia. admonet in l.3.ff.de poſtul.

GENITVR pro gignitur, antiquo loquendi more dixit Vlpian. in l.17.§.1.ff.de legat.lib. 1. Vt & Iulianus, in l.13.§.item ſi paterfam. ff. de reb. dub.

GENITIVOS pro ablatiuis non raròIureconſulti ponunt, vt in l.40.§.1.ff. de adoptio. Plenæ pubertatis eum præcedere debet: pro, Plena pubertate. Et in l.11.§.vlt. ff. de euictionibus. Noxæ ſolutus pro Noxa. Et pœnæ afficere: pro, pœna in l.3.ff. ad leg. Corn. de ſicar. & in l.6.§.penult.ff.de pœn. Et contentus partis in l.37.§.nuptura.ff.de legat.lib.3. Et tutelę vel curæ liberari in l.50.ff.de legat.lib.3. Et plus quartæ in l.11.§.quod vulgo in fi.ff.ad leg. Falcid. Et mortis cauſæ tacitam conditionem in l.15.ff.de manumiſſio. Et bonæ fidei, pro, bona fide in l.95.§.quod vulgo.ff.de ſolutionibus. Et ſuper pecuniæ tutelæve ſuæ in l.53. ff. de verb. ſignif.

GENIVS principis. l.13.§.vlt. ff. de iureiur. per quẽ iurare ſolitos veteres ex eo loco apparet: Tertullian. in lib.ad Scapul. Sed iidem ipſi qui per genios eorum in pridie vſq; iurauerãt, qui pro ſalute eorum hoſtias & fecerant & vouerant, hoſtes eorũ ſunt reperti. Idem in Apolog.cap.28. Citius deniq; apud vos per omnes deos quàm per vnum geniũ Cęſaris peieratur. Et cap.35. Sacra faciebant pro ſalute Imperatoris & genium eius deierabãt. Cęterùm quod in d.l.13. per genium principis, hoc per Principis, Græco dicendi genere, effertur in l.2.C.de reb. cred. vbi geniũ vel ſalutem ſuppleri oportet, vt in l.41.in fi.C. de tranſactio.

GENS & Genus ſeparantur in l.1.ff.de probatio. Genus eſt vndecunq; ortus ſui initium quis duxerit. Gens eſt eorũ, qui eodẽ nomine appellantur, quæ ex multis familiis conficitur, vt Feſt.lib.7. ſcribit. Plenius Cicero & perfectius huius verbi vim definiuit in Topicis. Gẽtiles, ait, qui inter ſe eodem nomine ſunt ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, & qui capite diminuti non ſunt. Vnde apparet inter ſeruos libertinos gentem non eſſe, ac ne in gente quidem manere eos, qui licet eiuſdem nominis ſint & ab his orti, qui ſeruitutem nunquam ſeruierint, in adoptionem tamen dati, vel emancipati familiam mutarunt. Huc pertinet & ille Varronis lib.7. de lingua Lat. locus. Vt in hominibus, ait, quædam ſunt cognationes & gẽtilitates, ſic in verbis. vt enim ab Æmilio homines orti Æmilij ac Gentiles, ſic ab Æmilij nomine declinatæ voces in gentilitate nominantur. Cic.1. de Orator. Cùm Marcelli à liberti filio ſtirpe Claudij patricij eiuſdem hominis hæreditatem ad ſe rediiſſe gente dicerent.

Generalia iudicia veluti tutelæ, negociorũ geſtorum, pro ſocio. l. 38. ff. pro ſoc.

Genere quodam pro ratione & ſpecie quadam & quodammodo. l. 36. ff. de ſtip. ſeru. l. 29. §. qui quæſtum. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 51. in fi. ff. de acq. poſſ. l. 44. ff. de acq. rer. do. Sic genere quodammodo in l. 10. ff. pro empt. Et eo genere pro, eo modo, ea ratione. l. 23. ff. de vſucapionibus. Et quaſi genus locati in l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ.

GERERE primùm facere ſignificat. Inter Geſtum tamen & factum ſubtilis quædã differentia ſtatuitur. l. 19. in fi. ff. de verb. ſignific. l. 2. ff. de curat. bon. dan. qua tamen neglecta geſtum & factum pro eodem ponimus. l. 58. ff. de verb. ſignif. Et ita Geſtum latiſſimè accipitur in l. 2. §. geſtum. ff. ad municip. In edicto autem de Minoribus verba hæc: *Quod cum minore quam* XXV. *annorum natu geſtum erit.* Vlpia. ſic interpretatur, vt *Geſtum* accipiatur qualiter qualiter, ſiue contractus ſit, ſiue quid aliud contigit: proinde ſiue emit, ſiue vendidit, ſiue ſocietatem coiit, ſiue ſoluta ei pecunia, & eam perdidit. Inde ei ſuccurretur. l. 7. ff. de minorib. ad cuius l. quæſtionem. d. l. 19. pertinuiſſe inſcriptionum ſimilitudo docet. Sed & his edicti, *Quæ fraudationis cauſa geſta erunt*, verbis quæcunq; in fraudem creditorũ fecerit quis, continentur, ſiue alienauerit de ſuo, ſiue liberationem debitoribus præſtiterit. l. 1. ff. quæ in fraud. cred. Geſtaq; accipimus non ſolùm ea, quæ contrahens geſſerit, verùm etiam ſi fortè data opera ad iudicium non adfuit, vel litem mori paſſus eſt, vel à debitore, vt tempore liberaretur, petere deſiit, vel vſumfructum, aut ſeruitutem amiſit: & omninò qui aliud fecit, vt deſinat habere quod habet, edicto continetur. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. Atq; ex his planũ fit verbum *Geſſerunt* ad teſtandi ius non pertinere. l. 20. ff. de verb. ſignif. Dicitur autem Negotium geri actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito. l. 33. ff. de condict. indeb. l. 1. §. qui mortis. ff. de donatio. l. 17. §. ſicut. ff. commod.

Itaq; ex negotio geſto, hoc eſt ex contractu vel quaſi. l. 1. §. cùm ſeruus. ff. de his qui deiecer. l. vlt. ff. de aleæ luſu.

Nam negotium geri & cõtrahi pro eodem noſtri auctores vſurpant.

Gerere etiam adminiſtrare ſignificat. Ita Gerere Rempub. in l. 11. ff. de vſur. l. 5. ff. de leg. lib. 3. Gerere bona in l. 23. ff. de pecul. leg. Gerere patrimonium. l. 6. C. ad Velleian. Gerere negotia toto tit. de neg. geſt. Et gerere tutelam. Geſſiſſe autem videtur tutor omninò, ſi quid pupillare attigit, etiam ſi modicum. l. 5. §. geſſiſſe. ff. de adm. tut. Geſſiſſe quoq; intelligitur & qui per alium tutelam geſſit, quique alij gerendam tutelam mandauit: ſed & qui ſatis à contutore accepit rem ſaluam pupillo futuram, eique permiſit admiſtrationem totius tutelæ. d. l. 5. §. quòd ſi quis. & l. 56. ff. de adminiſtrat. tut.

GESTARI dicebantur veteres cùm ſuccollantib. ſeruis valetudinis voluptatiſve cauſa ferebantur. l. 12. ff. de vſu & habit. l. 7. ff. de manum. vindic. Inde Geſtatio in l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam. Plinius lib. 27. cap. 3. Quinq; res maximè communium auxiliorum profeſſus abſtinentiam cibi, fricationem corporis, ambulationem, geſtationem. Ipſa etiam loca arboribus denſis opaca per quæ geſtari ſolebant, Geſtationes appellabantur. l. 13. §. fructuarius cauſam. ff. de vſufr. Et apud Plin. lib. 1. Epiſt. ad Canin. Ruf. & lib. 2. ad Gallum.

GLADII pœna. l. 1. §. quanquam. ff. de abig. cùm gladio & enſe in aliquẽ animaduertitur. Aliud enim eſt gladio, aliud ſecuri animaduerti, vel telo, vel fuſte. l. 7. §. 1. ff. de pœn. Vnde apud Spartian. Antoninus ei, qui ſecuri percuſſerat Papinianum, Gladio ait, te meum iuſſum exequi oportuit.

Itaque gladij poteſtas ab aliis coercitionibus ſeparatur. l. 6. ff. de offic. proconſ. ex qua tracta eſt l. 70. ff. de diuerſ. reg. Eſt enim gladij poteſtas ius animaduertendi gladio in facinoroſos homines. l. 3. ff. de iuriſdiction. Et ita gladij ius accipio in l. 6. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. in qua gladij ius omnes prouinciarum rectores habere ſcribitur, quos deportandi ius non habuiſſe conſtat. l. 6. ff. de interdiction. & releg. Sic & in l. 1. ne ſine iuſſu princip. in C. Theod. l. 74. de decurionibus in eod. C. Iul. Firmic. lib. 3. Matheſ. cap. 5. Faciet præpotentes, horribiles, duces, & quibus maximè committantur exercitus, qui habeant etiam vitæ necisque auctoritatem, & in magnis adminiſtrationibus iuris gladij decernit poteſtatem. Auguſtin. Epiſt. 61. ad Dulcitium Tribunum. Nec enim gladij ius in eos accepiſti.

Ad gladium damnari dicuntur, qui ad ludum gladiatorium damnantur. l. 25. §. ſi quis planè. ff. de acqu. hæred. l. 6. §. irritum fit. ff. de iniuſto, rup. Et apud Paul. lib. 5. Sentent. titul. 17. Capitolin. in Macrino. Seruos, qui à dominis fugiſſent, repertos ad gladium ludi deputabat.

Gladiator autem, vt Quintilian. Declamat. CCCII. definit, eſt qui in harena populo ſpectante pugnauit. Cuiuſmodi ſpectacula ſuſtulit Conſtantinus l. vn. de gladiatoribus lib. 10. C. vt & Niceph. lib 7. cap. 46. ſcribit.

GLANDIS nomine omnes fructus continentur in interdicto De glande legenda. l. vn. ff. de glan. leg.

GLAREA l. 1. in fi. ff. de via publ. l. 11. §. vlt. ff. de aqua & aq. pl.

GLICIA lex nobis ex vnica inſcriptione l. 4.ff.de inoffic.teſt. nota eſt.

GLOS viri ſoror dicitur à Græco γάλως. l. 4.§.gradus.ff. de gradib. & affin. Feſtus Pompeius lib.6. Non. Marcell.lib.de proprietat.ſermo. cap. vlt. Sed & in Lexico illo, cuius iam compluries mentionem feci, ita eſt, Glos ἡ τῶ ἀνδρὸς ἀδελφὴ γάλως παρὰ πλαύτῳ. Vnde ab Auſonio in Monoſyll. Polyxena, quę ad Achillis tumulum mactata eſt, Andromachæ glos ἀδελφεχτικῶς appellatur: quod ſoror eſſet Hectoris, cui Andromacha nupſerat.

GRADVS, ordines cognationum dicimus, à ſimilitudine ſcalarum locorúmve procliuiũ, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur tranſeamus.l.vlt.§.gradus.ff.de gradib.&affin. l.120.ff.de verb.ſignif.

Gradus etiam ordinem ſucceſſionis ſignificat.l.5.ff.vnde cogn.l.1.ff.ſi tabul.teſt.l.15.ff. de S.C.Silania.

Gradus quoq; in teſtamentis inſtitutorum & ſubſtitutorum dicuntur.l.3.§.filius.& §. ſed & inter.ff. de liber.& poſt.l.37.ff. de hæredib. inſtit. Sic primo & ſecũdo,& tertio gradu ſcriptos hæredes legimus, qui & priore loco hęredes ſcripti ſunt, vel aliis ſubſtituti. l.3.§.vlt.l.4. & l.5.ff.de iniuſto rupt.l.2.§.defertur.ff. de ſecundis tabul.l.53.ff.de hæredibus inſtituendis.

Eſt & gradus menſurę genus pedes duos & ſemis continens, vt & Iſidorus ſcribit, & in fragmentis, quæ libris variorum auctorum de limitibus ſubiecta ſunt, traditur. At apud Conſtantin.lib.2.Epitomar. βῆμα traditur habere πήχεις β. ἤτοι πόδας γ. παλαιστὰς β.

Extra ſuum gradum moti fines dicũtur, qui loco ſuo moti ſunt.l.vlt.ff. de termino moto.

GRANARIA in l.93.§.penult.ff.de leg. lib.3.l.12.ff.de inſtr.vel inſtr.quę ex tabulis fieri ſolita oſtendit. l.18.ff. de actio. empt. ſtipitibus vel in terra defixis, vel ſupra terram poſitis & collocatis. Hoc eſt, quod horreum frumentarium mobile ex tabulis ligneis factum dicit. l.60.ff.de acq. rer. do.

GRATIA pro fauore. l.7.§. quæſitum. ff. de minoribus.l.26.§.item per magiſtratum.ff. ex quibus cauſ.maior.l.8.§.vlt.ff.mandat.l.15. in fi.l.79.in fi.ff.de iudic.l.50.§.1.ff.de leg. lib.1. l.1.§. ſi præſes.ff. de magiſtr. conu.l.7.§. competet.ff.de adm.tut.l.3.C. de arbitr.

Et ita Gratioſè, id eſt, per gratiã & fauorem in l.9.ff.de adm. rer. ad ciuit. Et Gratioſa ſententia.l.5.ff. de calumniatoribus. Et Gratioſa emptio.l.2.de fide inſtr.lib.10. C. Et Gratioſa auctio.l.16.C.de reſcind. vendit.

Gratiam facere iuriſiurandi in l.6.& l.32.& l.41.ff.de iureiur.eſt ſoluere neceſſitate iurandi, & vt Paul. lib.2. Sentent. titul.1. loquitur, remittere neceſſitatem iuriſiurandi. At in l.vlt. ff.ad municipal.ſignificat ſoluere religione iuriſiurandi & diſpenſare, vt vulgò loquimur. Sicut & gratiam facere decreti in l.1.§. ſi quis vltro. ff. de quæſtionibus. Et Gratiam facere edicti apud Sueton.in Domitian.cap.14.Idem in Auguſt.cap.16.Bononienſibus quoque publicè quod in Antoniorum clientela erãt, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus ſuis.

GREMIA virgulæ tenues ſiccæ aridęque, & ad comburendum aptę.l.55.§ lignis.ff.de legat.lib.3. Vnde Gremiales arbores in l.7.§. ſi fundum.ff.ſol.matr. & apud Columell. lib.12. cap.19.

GYNÆCIVM, vel, vt in Codice Theodoſij & in Notitia ſcribitur, gyneceum, eſt textrinum ad veſtes principis conficiendas conſtitutum.l.5.C.ad l.Iul. repet.l.2. & l.5. de murileg. & gynæciar.lib.11.C. Nam quod in d.l.5. dicitur gynæcij, hoc in l. ſeq. dicitur textrini. Sic & in l.2.de veſtibus olober. lib.11.vbi tamẽ vulgo gynæciariis pro gynæciis malè ſcriptum eſt, vt apparet ex l.1. eod.tit. in Cod. Th. Paul. Diaco.in Iuſtiniano, de Sophia & Narſete eunucho: Cui illa inter cætera quòd Eunuchus erat, hoc fertur mandaſſe, vt cum puellis in gynæcio lanarum penſa diuideret. Sic enim hæc verba relata ſunt ab Aimono Monacho lib. 3. de geſt.Franc.cap.10. Credo etiam in Notitia cùm adminiſtratio Comitis ſacrarum largitionum occidentis exponitur, perperam Cynegij, pro Gynecei non ſemel inuerſis literis legi. Hinc gynæciarij in l.3.& l.13.de murilegul. & gynæciariis. lib.11.C. & l. vlt. de mil. veſt.lib.12.

Et procuratores gynæceorum, in Notitia Imperij Ro. qui Comiti ſacrarum largitionum parebant: Qui procuratores textrinorum vocantur, in l. penult. de murilegul. lib.11.C. Et procuratores gynæciariorum in l.3. de indulgent. debit.in C.Theod.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER OCTAVVS.

HABENA cædi ſeruos ſolitos patet ex l. 1. §. impuberi. ff. de S. C. Silania. & ex Horatii verſu lib. 2. Epiſtol. qui ita habet, In Scalis latuit metuens pēdentis habenæ.

HABERE duobus modis accipitur: Altero iure dominii: Altero obtinere ſine interpellatione id, quod quis emerit. l. 188. ff. de verbor. ſignification. Habere enim & eum dicimus, qui dominus eſt, & eum, qui dominus quidem non eſt, ſed tenet. l. 38. §. habere. ff. de verbor. obligation. Itaque in interdicto Vnde vi, verba hæc *Quæque ibi habuit*, ſic accipiuntur, vt omnes res, non ſolùm quæ propriæ eius, qui deiectus eſt, fuerint, verumetiam quæ apud eum depoſitæ vel commodatæ vel locatæ vel pignoratæ fuerunt, vel quarum vſum, vel vſumfructum, vel cuſtodiam habuerit, contineantur. l. 1. §. quod autem ait Prætor. ff. de vi arm. In edicto quoque, Ne quid in loco publico, in publico factum immiſſúmve habere videtur, qui vtitur & iure poſſeſſionis fruitur, ſiue ipſe opus fecit, ſiue ex cauſa emptionis, vel conductionis, vel legato, vel hæreditate, vel quo alio modo acquiſiuit. Videtur & is factum habere, qui vſum eius operis habet, licet alius fecerit. l. 2. §. habere. & §. Idem Labeo. ff. ne quid in loco public. Habere licere qui promittit, hoc præſtare debet, vt ne alius rem euincat, vtque ſine controuerſia & interpellatione cuiuſquam rem ſibi habere & poſſidere liceat. l. 11. §. venditorem. & §. vltim. ff. de act. empt. l. 45. §. vlt. ff. de legat. lib. 1. l. 8. ff. de euictio. l. 3. & l. 83. ff. de verbor. obligat. Habere non licet, ſi quis controuerſiam vel de proprietate, vel de poſſeſſione, vel de vſufructu, vel vſu, vel quo alio iure eius quod diſtractum eſt, faciat, vel omninò ſi quid de iure quod habuit minuatur. l. 38. §. 1. cum ſequen. ff. de verbor. obligat. Fugitiuum habere non licet. l. 13. §. 1. ff. de actio. empt. nec eum cuius ſi precium emptor non dediſſet, ei auferretur. l. 21. ff. de euictio. Habere planè licere rem videtur emptor, & ſi is, qui eum in euictione rei vicerit, ante abductam vel ablatam rem ſine ſucceſſore deceſſerit, ita vt neque ad fiſcum bona peruenire poſſint, neque priuatim à creditoribus diſtrahi. l. 57. ff. de euictio. Hæc autem verba ius non factum ſignificant, & in ſeruilem perſonam propriè non cadunt. l. 49. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. 39. §. hi qui ſunt. ff. de verbor. obligat.

Habetur porrò, & id quod peti poteſt. Id ergo apud ſe quis habere videtur, de quo actionem habet. l. 143. ff. de verborum ſignificatione. Et habere rem ipſam videtur, qui actionem ad eam reciperandam habet. l. 15. ff. de diuerſ. reg.

Habere actionem non videtur is, cui propter inopiam debitoris ea inanis eſt. l. 6. ff. de dolo.

Habere filium mortis tempore creditur, quæ exciſo vtero edere poſſit. l. 141. ff. de verbor. ſignific.

Habere contractum & conuentionem, & obligationem, pro contrahere frequentiſſimè Impp. dicunt. l. 1. C. ne vxor pro mari. l. 10. C. ſi cert. petat. l. 21. C. de donationibus inter virum & vxor. l. 4. C. de rer. permutat. l. 2. C. ſine cenſu vel reliq. l. 6: & 7. C. ſi quis alt. vel ſibi. l. vlt. C. de inſtitor. l. 8. C. de pact. int. empt. l. vlt. C. de ædilit. actio. l. 2. C. ad Velleian. l. 5. C. de obligat. & act.

Eodemq; ſenſu habere tractatum in l. 32. ff. pro ſoc. Habita ſententia pro lata & dicta in l. 21. ff. de his qui not. infa.

HABITATIO neque vſusfructus, neque vſus eſt, ſed quaſi proprium aliquod ius. §. ſed ſi cui habitatio. Inſtit. de vſu & habit. Nam in facto potius, quàm in iure habitationis legatum conſiſtit. l. penultim. ff. de capi. minut.

Ideò capitis minutione non intercidit. Effectu tamen idem penè eſt, legatum vſus & habitationis.l.10.ff. de vſu & habitatione. Habitationis itaque exceptione ſiue temporalis, ſiue vſque ad mortem vſum videri exceptum Pomponius ſcribit in l.32.ff. de vſufruct.

Habitatio pro ædificio in l.20.§.Gaio.ff.de inſtruc.vel inſtru.

HAMA inſtrumentum incendiis arcendis reſtinguendiſq; accommodatum.l.3.§.ſciendum.ff.de offic.præf.vig.l.12.§.ſi domus.ff.de inſtruct.vel inſtrument.Et apud Plin. libr.10. Epiſtol.ad Traian. Meminit & hamarum ferrearum Plinius lib.19.Natur.hiſtor.cap.1.quibus ad pectendas & decorticandas ſtipulas vtebantur.

HARENA ea pars theatri dicebatur, in qua beſtiarum gladiatorumque pugnæ exhibebantur & edebantur.l.36.§.vltim.ff. de rei vendication.l.1.§.beſtias.ff. de poſtul.l.1.ff.de ædilit.ed.l.4.ff.de legatio.l.8.§.1. Cod. de repudiis.

Vnde Harenarii, qui in harenā depugnandi cauſa prodierunt, qui ſe in harenam ad depugnandas beſtias dederunt.l.21.§.ſi ea rei.ff. de teſtibus.l.38.ff.de oper.libert.l.5.ff.ad Trebellian.l.11.C. de inoffic. teſtamen.l.1.C. de natur.lib.l.vltim.ff.de ſeruis fugit.l.7.C.de inceſt.nupt.& apud Firmic. lib. 8. Matheſ. cap. 10. Sic Harena miſſum accipe in l.4.ff. de legationibus.

Harenoſus locus.l.24.§.adiicitur.ff. de damno infecto.

Heranifodinæ in l.13.§. inde eſt quæſitum. ff. de vſufruct. loca. ex quibus harena effoditur.l.7.§.ſi vir in fundo.ff.ſolut.matr.Harenarias vocant Varro libr.1.de re Ruſt. cap. 2. Caius in l.13. ff. de publican. Et Cic.in Orat. pro Cluentio Auito.Ius harenæ fodiendæ.l.6.§.1. ff.de ſeruit.ruſtic.

HARVNDO cædua in l.59.§.vlt. ff. de vſufruct.l.7.§.notauimus.ff.quod vi aut clam.l.3. ff arb. furt. cæſ. Sine aſpiratione ſcribitur hæc dictio in l.40.§. cùm fundum. ff. de contrah. empt. Vt Arundinetum in l.9.§.vltim.ff.de vſufruct.&l.12.§.ſi aliqua.ff.de inſtruct.vel inſtrumen.

Harundine autem Ægyptios pro ligno vti, & illic Arundines comburi, traditur in l.55.§. lignorum.ff.de leg.lib.3.

HASTÆ, vt Feſt.lib.8.ſcribit, ſubiiciebant veteres ea quæ publicè venundabant. Cic. 2. Officior. Sic par eſt agere cum ciuibus, non vt bis iam vidimus Haſtam in foro ponere, & bona ciuium voci ſubiicere præconis. Ita ſub haſta diſtracta prædia.l. vlt. Cod. ſi propt. publ. penſit. Et haſta fiſcalis in l.8. Cod. de remiſſ. pign. Rubr. de fide inſtr. & iur. haſt. fiſ. lib.10. C. A fiſco enim res haſtarum ſolennitate diſtrahebantur. l.1. & 2. de adminiſt.rer. pupill.lib.11.C.l.vlt.C.ſi aduerſ.fiſc.l.1. de domib.ad rem priuat.pert.in C. Theod. Et ſubhaſtatæ res dicuntur, quæ ſub haſta venales propoſitæ ſunt.l.3. C.de execut. rei iudic. Et ſubhaſtatio in l.16. C. de reſcind. vend. Quæ autem ſub haſta venibant res, præconibus proclamantibus venibant, quos ad haſtam ſtetiſſe & oblata precia nunciaſſe Acron in Sat.6.lib.1.Sermo.Horatii ſcribit.

HÆREDITAS nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit.l.24. de verbor. ſignificat. Succeſſionem accipe ius ſuccedendi. Hæreditas enim vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis demonſtrat.l.208.ff.de verbor. ſignification. iuriſque nomen eſt.l.3.ff.de bon.poſſeſ.l.119.& l.138.§.1. ff. de verbor. ſignification. Et in iure conſiſtere dicitur.l.1. ff.de rer. diuiſ.§.1. Inſtitution. de reb. corp. ac proinde, & abſque vllo corpore iuris intellectum habet.l. 30. ff. de petit.hæredit. Itaque hæreditatis appellatio etiam damnoſam hæreditatem continet. d.l.119. Eóque intereſſe dicitur, vtrùm hæreditas, an bonorum pars legetur, quod hæreditatis parte legata, neque funeris impenſæ, neque manumiſſorum precia deducantur, contra atque bonorum parte legata fiat. l.8.§. vlt.cum l.ſeq.ff.de legat.lib.2. Hæreditatis appellatione etiam bonorum poſſeſſio continetur.l.138.ff.de verbor.ſignificat. hæc namque etiam vniuerſitatem ſucceſſionis iure prætorio demonſtrat.

Hæreditatis verbum interdum pro rebus ipſis & corporibus hęreditariis vſurpatur. Sic expilari hæreditatem, & hęreditati furtum fieri dicimus. Et inde etiam Cicero Topic. Hæreditatem pecuniam eſſe definit, quæ alicuius morte ad alium peruenit. Quæ tamen res Senecæ lib. 6. de Benefic. capit. 5. ridendi Iureconſultos anſam prębuit. Sed inſulſus eſt eius locus.

Hęreditas dicitur Iacere, Deferri, Adiri, Agnoſci, Repudiari. Iacet hęreditas, quę nondum adita eſt.l.13.§.quæſitum.ff.quod vi aut clàm. l. 1. ff. de ſucceſſ. ed. Defertur hęreditas, quàm adeundo conſequi poſſumus.l.131. ff. de verbor. ſignification. Defertur autem vel ex teſtamento, vel ab inteſtato. 12. tabulis aliiſq; legibus aut Senatuſconſultis.l.1.2.& 3. ff.de petit.hęred.l.1.§.captis.ff. ad Tertyllian. l.8.ff.de cap.min. Atque ex eo hęreditas quędam teſtamentaria, quędam legitima appellatur.l.6.§.1. ff. quę in fraud. cred. Aditur hæreditas, cùm quis hæredem ſe eſſe dicto factóve demonſtrat. Repudiatur, cùm ea repellitur. Omittitur, cùm quis ab ea tempore excludi ſe patitur.

Hæredes ſunt, qui in ius & locum defuncti ſucce-

ſuccedunt.l.9.§.1.ff.de eden.l.34. ff. de iudic.l. 43. ff. de diuerſ. reg.l.37. ff. de acquir. hæred. Ab eo quòd quaſi heri ſint, id eſt domini. §. vltim. Inſtitution. de hæred. qualit. l. 1. ff. de ſucc. ed. licet ab ære id nomen Iſidorus libro 9. Etymolog. cap. 5. alii etiam ab hęrendo contra veterem ſcripturæ rationem deducant. Hæredum autem alii Sui, alii Neceſſarii, alii Extranei appellantur. De quibus ſingillatim ſuis locis. Sunt & etiam teſtamentarii & legitimi hæredes. Sed enim hi demū hæredum nomen obtinent, qui iure ciuili ſuccedunt, Prætorii ſucceſſores hæredes non appellantur. Hæredes enim lex tantùm facit 12. tab. lex item Cornelia captiuis, aut Senatuſconſultum, vt Orphitianum & Tertullianum, vel principis conſtitutio, vt in filiorumfam. militum hæreditate accidit. Prætor verò hæredes non facit. §. quos autem. Inſtitut. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. vltim. ff. vnde legit. Vnde quod in l. 6. ff. quæ in fraud. cred. antehac legebatur hæreditatem vel honorariam, à Pandect. Florent. rectè abeſt. Et in l. 1. C. ſi quis ignor. rem minor. hæreditario & honorario titulo ſuccedere diuerſa fiunt. Itaque & fideicommiſſarii, & bonorum poſſeſſores ab hæredibus ferè ſemper ſeparantur, nec hæredes, ſed velut hæredes, aut hæredibus ſimiles perſonæ perpetuò dicuntur. l. 1. ff. de poſſeſſor. hæred. pet. l. 20. §. licet. ff. de petit. hæred. l. 1. §. ſi apud. ff. depoſ. l. 58. ff. de obligat. & actio. l. 28. ff. de re iudic. l. 5. §. & ſi hæres. vt in poſſeſſ. leg. l. 9. in fin. ff. de reb. auct. iudic. l. 118. ff. de diuerſ. reg. l. 3. in fine. ff. de tabul. exhiben. l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco publ. l. 25. ff. famil. erciſc. l. 1. §. 1. l. 47. in fin. ff. ad leg. Falcid. §. reſtituta. Inſtitut. de fideicom. hær. l. 10. in fin. ff. quæ in fraud. cred. l. 1. §. vlt. ne vis fiat ei, qui in poſſ. Vlpian. in Inſtitut. tit. 28. Theoph. in tit. de perpet. & temporalibus act. ad fin. princ.

Hæredum etiam loco habentur adrogator, ad quem per vniuerſitatem bona tranſeunt, & pater filii inteſtati caſtrenſia bona veluti peculii iure occupans: Item fiſcus ex delicto, vel bona vacantia capiens: Item pater dominúsve, quibus hæreditatis emolumentum & commodum acquiritur. l. 2. §. ſi defunctus. ff. pro empto. l. 6. ff. de in integer. reſt. l. 1. §. ſed & ſi morte. ff. quando act. de pecul. l. 40. ff. ad Trebell. l. 14. ff. de diuerſ. & temp. Erat olim etiam honorarius ſucceſſor, Bonorum emptor, qui creditoribus debitoris bona diſtrahentibus emerat, vt Theophil. in titul. de ſucceſſio. bonor. exponit. Atque hi omnes non directas, ſed vtiles actiones exercebant. Eademq; ratione & qui poſt abſtentionem repudiationémve à Prætore in integrum reſtituebantur, vt adirent, hæredes non fiebant, ſed vtiles tantùm actiones habebant. l. 7. §. ſed quod Papinia. ff. de minorib. l. 21. §. vlt. ff. quod met. cau.

Hæredes aut inſtituti dicuntur, aut ſubſtituti. l. 1. ff. de vulg. & pup. Illi primi hæredes, hi ſecundi appellantur. l. 25. ff. qui teſt. fac. l. 8. ff. de lib. & poſt.

Hæredis porrò appellatio per multas ſucceſſiones accipitur, nec tantùm ad proximum hæredem, ſed & ad vlteriores refertur, ita vt hæredis hæres, & deinceps ea appellatione contineatur. l. 65. l. 170. ff. de verbor. ſignific. l. 2. ff. de liber. leg. exceptis paucis ſpeciebus, in quibus hæredis appellatio proximum tantùm continet: vt in ſubſtitutione impuberi his verbis facta, *Quiſquis mihi hæres erit*, & in l. Ælia Sentia, & in Edicti Prætorii his verbis, *Tum quem ei hæredem eſſe oportet*. l. 70. & l. 227. ff. de verbor. ſignificat. l. 1. ff. vnde legit. Quinimò & ita in ſecundis tabulis facta ſubſtitutione, *Quiſquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres eſto*: ſcriptos tantùm hæredes, & qui ex teſtamento hæredes exiſterent, contineri placuit: Et ideò non tantùm hæredes hæredem, ſed & patrem, qui per filium: dominum, qui per ſeruum hæres extiterit, ab hac ſubſtitutione repelli, quia hi omnes non ex iudicio veniunt. l. 3. & l. 8. ff. de vulg. & pup. l. 27. §. qui ſuſpectā. & l. 55. §. qui fideicomm. in fin. ad Trebellian. Cæterùm, qui ſemel hæres extiterit, etiam ſi viuo pupillo hæres eſſe deſierit, hæreditate fortè vel ex cauſa inofficioſi teſtamenti, vel vt indigno ablata, ad hęreditatem nihilominus admittetur. l. 31. l. 43. §. vltim. ff. de vulg. Eſt & alius caſus, in quo hęredis appellatio proximum tantùm complectitur, qui traditur in l. 14. C. de vſufruct.

Porrò his verbis ſtipulationis, *Te hæredémque tuum dare ſpondes?* & ſi plures ſint hęredes, continentur. l. 158. ff. de verbor. ſignificat. Planè ſi quis ita dixerit, *Hæres meus damnas eſto dare aureos quinque*, non quilibet hęres, ſed omnes videntur damnati, vt vnà quinque dent. Ad omnes vtique hæredes etiam ſi plures gradus teſtamento facti ſint, ea verba pertinebunt. l. 44. ff. de legat. lib. 2. l. 98. ff. de legat. lib. 3. Itaque & qui ita dixit, *Quantum hæres meus habebit, tantum dato*, pro eo eſt ac ſi ita dixiſſet, Quantum omnes hæredes mei habebunt. l. 43. ff. de leg. lib. 2. Quanquam autem hæredis verbo iuris tantùm ſucceſſor demonſtratur, quod tamen alicui ita datum fuerit, vt & ad hæredes pertineat, etiā ad legatarium voluntatis potius, quàm verborum ratione transferri poterit. l. 219. ff. de verb. ſignification.

Pro hærede gerere quemadmodum Paul. lib. 4. Sentent. titul. 8. ſcribit, eſt deſtinatione

futuri domini aliquid ex hæreditariis rebus vſurpare. Et ideò pro hærede gerere videtur, qui fundorum hæreditariorum culturas rationesq́; diſponit, & qui ſeruis hæreditariis, iumentis, aliisve rebus pro domino vtitur. Vlpian. quoque Inſtit. tit. 22. Pro hærede, ait, gerit qui rebus hæreditariis tanquam dominus vtitur, veluti qui auctionem rerum hæreditariarum facit, aut ſeruis hæreditariis cibaria mandat. Idem lib. 61. ad edict. Pro hærede gerere eum videri ſcribit, qui aliquid facit, quaſi hæres: nec hoc tam facti eſſe quàm animi, Nec enim aliquid hæreditarium attingere ſatis eſt, ſed hoc amplius eo animo eſſe debet, qui attingit, vt hæres eſſe velit. l. 20. ff. de hæred. inſtit. Itaque gerit pro hærede, qui animo ſucceſſionem agnoſcit, licet nihil hæreditarium attingat: veluti qui re non hæreditaria tanquam hæreditaria vtitur. l. 21. §. 1. l. 86. in fi. l. 88. ff. de acq. hæred. Denique qui pro domino aliquid facit quod citra ius & nomen hæredis facere non poſſit. Quòd ſi ſepulchri violati egerit, vel operas à liberto paterno petierit filius, nihilomagis pro hærede gerere intelligitur: quoniam illa etiam in non hæredem cadunt. l. 20. §. pen. & vlt. de acq. hæred. l. pen. ff. de ſepul. viol. Ita pro hærede gerere accipimus in l. 59. §. Titius. ff. de hæred. inſtit. l. 5. ff. de caſtr. pec. l. 4. & l. 5. C. de iure delib. l. 4. C. ad Trebellia. Et pro hærede geritionem in l. 14. §. plerique. ff. de religioſ. Et pro hærede geſtio. l. 19. C. de iure delib. Iuſtinian. Nouel. 1. δίδομεν ἅπασι τοῖς τοιούτοις προσγενομένοις γινώσκειν κληρονόμοις, καὶ ἀδιτίονος ἤτοι προαιρέσεως χρόνος ἔχειν δίκαιον.

Hic obiter adnotabo etiam fœminino genere hæredem dici cõtra quàm Soſipater credat. Etenim ſuam hæredem dixit Tryphonin. in l. vlt. de dot. collatio.

Hæreditariæ actiones, in titul. de hæred. actio. Cod. accipiendæ ſunt, quæ ex negotiis cum defuncto geſtis vel ex delictis in hæredes dantur. Quo in numero & legatorum actiones haberi placet, quamuis ab hærede cœperint. l. 39. ff. de obligat. & act. Eodemq́; modo & hæreditarium æs alienum id etiam intelligitur, de quo cum defuncto agi non potuit: veluti ſi debiti conditio poſt mortem extitit, vel is ſe daturum cùm moreretur promiſerit, vel ſi fideiuſſor pro eo poſt mortem ſoluit. l. 7. ff. de rebus auct. iud. poſſid. Ita hæreditarios creditores accipimus.

Hæreditariæ & illæ actiones appellantur, quæ in hæreditate & defuncti bonis ſunt. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 59. ff. ad Trebellia. l. 20. §. cùm prædixerimus. ff. de petit. hæredit. Quæ verò ex defuncti perſona hęredi dantur, etiam ſi defuncto nunquã competierunt, hæreditariæ tamen dicentur. l. vt in ſpecie. l. 84. ff. ad leg. Falcid. Planè quæ patrono ad reuocanda ea, quę in fraudem eius alienata ſunt, datur actio, hęreditaria non eſt, id eſt, ex bonis liberti, ſed propria patroni. l. 1. §. hęc actio. ff. ſi quid in fraud. pat.

Hęreditarius debitor & is dicitur, qui hęreditati non defuncto obſtrictus eſt: veluti, qui ſeruo hęreditario promiſit, vel ante aditam hęreditatem damnum dedit, aut aliquid ſubripuit, aut negotia hęreditaria geſſit. l. 14. l. 15. l. 16. §. non ſolùm. ff. de hęred. pet.

Hęreditaria ſepulchra appellãtur, quę quis ſibi hęredibusque ſuis conſtituit, vel quæ paterfa. iure hęreditario acquiſiuit. l. 5. & l. 6. ff. de religioſ.

Hęreditario iure capi in l. 91. ff. ad leg. Falcid. dicuntur, quę quis eo ipſo quòd hæres ſit, capit.

Hęreditaria onera ſunt, funeris, æris alieni, & legatorum ſumptus. l. 20. §. 1. ff. de acquir. hęred. l. 2. §. illud tenendum. & §. ſi quid publici. ff. de hered. vend.

Hęredium, vt Feſt libr. 7. ſcribit, prædium paruulum appellabatur. In XII. Tab. hortum ſcribit ſignificatum Plinius lib. 19. cap. 4. Vnde hęrediolum ὑποκοριστικῶς à Latinis quoque auctoribus dicitur.

Hermaphroditvs vtriusq; ſexus homo dicitur. l. 10. ff. de ſta. hom. l. 15. ff. de teſtib. l. 6. in fi. ff. de liber. & poſt. Plin. lib. 11. c. 49. Tertullia. in lib. aduerſ. Valentinia. Iul. Firmic. lib. 3. Matheſ. cap. 6. Androgynus vocatur à Iulio Obſeq. in lib. de prodigiis non ſemel. De eo extat elegantiſſimum Auſonii carmen:

Mercurio genitore ſatus, genitrice Cythere
Nominis vt mixti, ſic corporis Hermaphroditus
Concretus ſexu, ſed non perfectus vtroq́.

Hodie quo ſenſu in aliquot Pandactarum locis accipiendum ſit, expoſui libr. 1. Select. Antiquit.

Homeri teſtimonio Iureconſulti vtuntur in l. 1. ff. de cont. empt. l. 65. §. pecorib. ff. de legat. lib. 3. l. 4. §. gradus. ff. de gradib. & affin. l. 16. §. vlt. ff. de pœn. l. 236. ff. de verb. ſignif. l. 9. §. 1. ff. de ſupell. leg.

Hominis appellatione tam maſculus, quàm fœmina continetur. l. 152. ff. de verbor. ſignificat. Inde humanum, quod in hominem cadit. Terent. Heautontim. Homo ſum, Humani nihil à me alienum puto. Et Adelph. Iam id peccatum magnum, at humanum tamen. Ita rem humanam paſſus dicitur, qui obdormiuit ad fornacem. l. 27. §. ſi fornicarius. ff. ad leg. Aquil. Et Humanitas in l. 38. in fin. ff. ex quibus cauſ. maio. l. 6. & l. 14. §. ſed interim. ff. de religioſ. pro humana ſorte & conditione, quibus verbis vtuntur Iureconſulti in l. 21. ff. de euictio. l. 35. §. mortis cauſa. ff. de mort.

mort.cau.don.l.27.ff.de conditio.inſtitut.

Honor municipalis à munere ſeparatur. Rub.de munerib.& honorib.l.2.ff. de priuileg.veter.l.2.§.vlt.& l.7.§.1.ff. de decurionib. l.3.C.ne vxor pro mar. Et honor definitur eſſe adminiſtratio Reip. cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu,ſiue ſine erogatione contingens.l.14.ff.de munerib.& honorib. Erant in hoc genere Decurionatus,Duumuiratus,Ædilitas,& cæteræ dignitates.l.7.§.is qui.& l.12.ff.de decurio.l.12.ff.de munerib.& honor.l.5.ff.de vacat.muner.l.2.de his qui ſpontè publ. mun.lib.10.C.

Honorariũ ius Antiqui appellarunt quod ex edictis Prætorum deſcendit. Sicq́; vt ſcribit Papinianus, ad honorem Prætorum nominatum. Pomponius verò quod ab honore Prætoris venerat.l.7.in fin.ff. de iuſtit.& iur. l.2.§.eodem tempore.ff.de orig.iur.

Inde Honoraria iudicia, Honorariæq́; actiones ex Prætoris iuriſdictione comparatæ. l.28.ff.de legat.lib.1.l.25.ff.ad Velleia.l.11. ff.de fideiuſ.l.39.ff.de noxalib.act.

Et Honoraria obligatio.§.1.Inſtit.de obligatio.l.5.ff.de pignorib.

Et honorarii ſucceſſores veluti bonorum poſſeſſores.l.6.ff.ad Trebell.l.10.ad Velleian. l.7.§.in publiciana.ff.de publicia.l.1.§.non ſolum.ff.vt legat.nom.cau.

Honorarii curatores, qui à Prætore conſtituuntur apud Vlpian.in Inſtitut.tit.12.Alio ſenſu,Honorarii tutores, qui honoris gratia dantur.l.2.§.1.de adm.tut.l.60.ff. de ritu nupt. l.14.§.1.ff.de ſolutio.Honoris autem cauſa datus tutor non videtur, quem pater à cæteris tutoribus, quibus negotio gerenda mandauit,rationes accipere voluit.l.26.§.1.ff.de teſt.tut.

Honorarius titulus, ſine adminiſtratione. l.21.C.de epiſc.& cler.vt in l.vlt.C.vbi ſenator.Viri illuſtres,qui ſine adminiſtratione honorariis fuerint decorati codicillis.

Honorarius arbiter apud Cic.5.Tuſcul.Et in libello de Fato.Et Honoraria arbitria apud eundem in Orat.pro Q.Roſc.Com.

Honoraria vocata ſunt mercedes,quæ aduocatis, iureconſultis,medicis,liberalium artium profeſſoribus, menſoribus, & cæteris, qui operam beneficii loco preſtabant,dabantur. Mercedes enim eas dicere diſplicuit,cùm non crederent inter huiuſmodi perſonas locationem & conductionem contrahi. l.1.ff.ſi menſ.falſ.mod.l.1.ff.de extr.cog.l.38.ff.loca.l. 3.C.de poſtul.l.9.§.de adm.tut.l.2.ff.de legat. lib.10.C.l.13.C.de iudic. Honorarium autem quod patrocinii nomine datur συνηγορικὸν ab Ariſtoph.in Veſpis vocatur.

Honorati in l.1.C. de offic.ciuil.iudic.l.18. C.de epiſc.& cler.l.3.C.de offi.diuerſ.iud.l.6. C.de poſtul.Rub.de honorator.vehicul.libr. 11.C.l.1.quib.equor.vſus.in Cod.Th.l.pen.ad l.Iul.reper.in eod.Cod.Puto autem eos ſignificari,qui ſine adminiſtratione honorariis decorabantur codicillis, vt in l.vlt.C.vbi ſenator. Iuſtinia.Nouel.70. ἴσμεν γὰρ, ὡς τὸ ἀρχαῖον ἦν τινὸς ὑπαρχότητος σχῆμα, ἣν ὀνορεξίαν ἐκάλουν, κωδικέλλων ἐκ τῆς βασιλείας ἐπ᾽ αὐτῇ παρεχομένων. Ταύτην δὲ οὕτως ὠνόμαζον ὡς οὐδενὸς ἑτέρου πλὴν ἢ ψιλῆς τιμῆς τοῖς ταύτης ἠξιωμένοις παρεχομένης. Sic in l.41. de decurionibus. in C. Theodoſ. Cæteriq́; aiunt Impp. qui ſine adminiſtratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint: & in l.74.eodem tit.Inanes verò vmbras & capſas imagines dignitatum codicillis honorariis ſectantes nihil adiuuari præcipimus. & in l. vnica qui à præbitio.tiron. eod.C. Honorarios vocatos ab antiquitate ſcribunt, qui ſine adminiſtratione titulos dignitatum ſunt cõſequuti.

Honestus plerunque locupletem ſignificat,atque humili opponitur.l.38.§.qui nondum.ff.de pœnis.§.item lex Iulia. Inſtit. de publ.iud.l.3.§.pen.ff.ad l.Corn.de ſicar, Et apud Arnob.lib.7.Si ex duob.facientib.res ſacras, honeſtus vnus & locuples, alter anguſto lare.

Honeſtæ Matresfam. matronæve intelliguntur, quæ nullo ſe vnquam probro commacularunt.l.41.ff.de ritu nupt.l.1.§.& notandum.ff.de vent.inſp. Honeſtum à licito ſeparatur in l.1.ff.de iuſti.& iur.l.42.ff.de ritu nup. ex qua ſumpta eſt l.197.ff. de diuerſ.reg. Non enim omne quod licet Honeſtum eſt.l.144. ff.de diuerſ.reg.

Horreum frumentarium.l.60.ff.de acquir.rer.dom.

Horreum vinarium in l.7.ff.de inſtruct.vel inſtrum.leg.Horreum penuarium in l.3.§.vlt. ff.de penu leg.

Horrea etiam mercibus & rebus quibuſque precioſiſſimis reponendis cuſtodiendisq́; deſtinabantur. l.1.§.effracturæ.ff.de offic.præf. vig.l.10.§.proinde.in fi.ff.de iudic.l.32.§.idem cùm quæreretur.ff.de auro.arg.l.1.& 2.C.loca.l.2.C.de peric.& commod.l.12.§.idem reſpondit.ff.de inſtruct.vel inſtr.& l.9.§.item ſi quis merces.ff.de acq.rer.do.& aliis locis,quę in libris Antiquit.notaui.Horrea Cęſaris.l.vlt. in fin.ff.qui potio.in pign. Inde Horrearius, horrei conductor dicitur.l.5.§.horrearius.ff. de his qui deiecer.vel effud.l.5.ff.ad exhib.l. 60.§.vlt.ff.loca.

Hortensia lex à Q.Hortenſio dictatore lata, qua plebiſcitis legum vis atque auctoritas tributa eſt.l.2.§.deinde cùm eſſet.ff.de orig.iur.§.plebiſcita.Inſtit.de iur.natur.

Hortus in 12.Tab. idem valebat quod villa,vt Plin.lib.19.c.3.auctor eſt.

Horti olitorii venearii(q;).l.13.§.fructuarius. ff.de vſufr.l.198.ff. de verb.ſignif.

Horti Saluſtiani Romæ Auguſti horti erant.l.39.§.vlt.ff.de leg. libr.1. Et in Panegyrico Conſtantino Conſtantii filio dicto, cuius incertus eſt auctor. Nam in Saluſtianos hortos ire peregrinatio & expeditio putabatur. Vopiſc. in Aureliano, Diſplicebat ei cùm eſſet Romæ habitare in palatio, ac magis placebat in hortis Saluſtii, vel Domitiæ viuere. Miliarenſem denique porticum in hortis Saluſtii ornauit.

Hospitis recipiendi munus patrimonii fuit.l.3.§.eos milites.l.vlt.§.penult. & vlt. ff.de munerib. & honor. l.10.§. angariarum. ff. de vacat.mun.l.1.C.de epiſc.& cleri. ἐπισταθμίας appellari à Modeſtino in l.6.ff. de excuſ. tut. Bud. & Auguſtin. credunt. Cogebantur autem prouinciales hoſpitio milites officialesq; præſidum per municipia iter facientes excipere, vt oſtendit l.5.§. ne tenues. ff. de officio præſidis.l.3.§. eos milites. ff. de muneribus & honoribus.

Hoſpitiola in l.5.§.1.ff. de his qui deiecer. Habebant autem veteres, vt Vitruu. libr.6.c.10. indicat propria quædam triclinia & cubicula, quibus aduenientes hoſpites recipiebant, quæ hoſpitalia dicebantur. Erant & olim in bene moratis ciuitatibus publica hoſpitibus deſtinata loca, quæ xenodochia & xenones appellabantur, quorum meminit l.16.& l.18.C.de ſacroſanct.eccleſ.l.31.§. pen.l.37.de epiſc. & cleric. Eorum locorum qui adminiſtrationem habebant, xenodochi dicebantur.l.31.§.priuilegium.l.37.ff.de epiſcop.& cler.

Xenoparochi etiam in municipiis memorantur in 1.vlt.de muneribus & honorib.quos eoſdem fuiſſe puto cum parochis, de quibus Horat. libro 1. Epiſtolarum, & ibi Acron & Porphyr.

Hostes ſunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus, cæteri latrunculi vel prædones ſunt.l.118.ff. de verb. ſignif.l.24.ff. de captiu. Itaque non vt ab hoſtibus capti, ita qui à latronibus detinentur, ſtatum mutant.l.13.ff.qui teſtam.fac.l.19.§. à piratis.ff.de captiu.& poſtl. Quos autem nunc hoſtes, eos Antiqui perduelles vocabant, hoſtium appellatione peregrinos ſignificantes, vt Gaius in l.234.ff.de verbor.ſignif. Et Varro & Cicero & Feſtus & alii ſcribunt ab hoſtiendo, id eſt æquando, quòd pari cum ciuibus iure cenſerentur. A quo verbo Hoſtilinæ deæ nomen impoſitum, quod ei ſacra fierent, cùm ſegetes nouis ariſtis æquabantur: Auguſtin.lib.3. Ciuit. dei c.8.tradit.

In Hoſtico, abſolutè pro in hoſtico loco dixit Vlpian.in l. vlt. ff. de teſtam. milit. eadem figura qua alii, in barbarico & in paganico dicunt, vt aliàs adnotamus. Atque ita in l. vn.ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit. ſcribendum, vbi Codices quidam in hoſtilico, alii, in hoſticolo ſcriptum habent, Pet. Faber vir mihi iiſdem ſtudiis eademq; voluntate coniunctiſſimus, & nunc honoribus florentiſſimus, exiſtimat. Cuius hic incredibilem morum ſuauitatem, ſingularem ſupra ætatem doctrinam, ſummamque in me beneuolentiam tacitus præterire nullo modo poſſum. Qua ille ductus, qua potuit, acceſſione noſtrum hoc opus locupletauit. Eam verò phraſin aliorum auctorum teſtimoniis mihi bellè probauit Liuius libr.6. Romano contra etiam in hoſtico morandi erat cauſa, vt hoſtes alliceret. Idem lib.8. Sine commeatu milites vagi in hoſtico errent immemores ſacramenti. Sic & idem auctor lib.28.& lib.29. ſub initium, & lib.33. & aliàs ſæpius locutus eſt. Plinius in Panegyrico. Quippe non vt ex hoſtico raptæ, perituræq; in horreis merces ſociis auferuntur. Sic Latini auctores exemplo Græcorum loquuntur qui τὴν πολεμίαν, ſimpliciter, γῆν ſupplentes dicunt. Herodotus, vt alios omittam, lib.1. ἀπαλλαγῆναι μὲν τῆς ἐν τῇ πολεμίᾳ διατριβῆς.

Hoſtiarii ſerui in l.12.§. idem reſpondit. ff. de inſtruc. vel inſtru. leg. quos more vetere in catena fuiſſe Sueto. in lib. de clar. Grammat. ſcribit. Hoſtiarii etiam eccleſiaſticum officium in l.6.C. de epiſc. & cler. dicti ab eo, vt Iſidor.lib.8.cap.12. ſcribit, quòd præeſſent hoſtiis templi: Ipſi enim, ait ille, tenentes clauem omnia intus extraq; cuſtodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles.

Hostilia lex, qua permiſſum fuit furti agere eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut Reip. cauſa abeſſent. Inſtit. de his per quos ag. poſſ.

Hoſtilianas etiam actiones Cicer. lib.1. de Orat. dixit.

Humiles & Abiectæ perſonæ quænam intelligantur, explicant Imperatores in l.7. C. de inceſt. nupt.

Hyacinthus gemma in l.6.ff. de auro, arg.l.vlt.§.ſpecies.ff. de publican.l.vn. nulli licere in fren.lib.11.C.

Hypæthrium in l. 242.§. plumbum. ff. de verb. ſignif. locus erat. Cuius & Vitruu. meminit lib.5.cap.11.

Hypobolon Conſtantin. libr.4.titu.10. ſcribit eſſe, τὸ ἐπὶ τῇ ποσότητι τῆς προικός, ὅταν ἀποθανούσης τῆς γυναικὸς ἡ προὶξ ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ ἀνδρός, ὑποβαλλόμενον ἤγουν ὑποτιθέμενον ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν. quod quandoq; eſt, ὑπό τι ἰσχυρότερον καὶ πλέον ἢ ἄλλο τι καὶ ἀσθενέστερον καὶ βραχύτερον τιθέναι. Euſtathius ὑπόβολον, ait, οὐ μόνον τὸ παρὰ νομικοῖς, ἀλλὰ

καὶ τὸ

καὶ τὸ ἀποβεβλημένον ἤγουν ἀποκείμενον ἐπὶ ἐβολιμαίῳ τόκῳ.

Hypotheca à pignore interdum ſeparatur.l.3.&l.6.C.de pignor.act.l.2.&l.16.§.vlt.ff.de pignorib.l.97.ff.de ſolutionib.l.33.in fi.ff.de vſur.l.12.ff.qui potio. in pign.l.7.ff. de diſtr. pign.l.38.ff de legat.lib.3.l.4.ff. de naut. fœn. l.23.ff. de probatio.l.vlt.ff. de contrah. empt. Propriè enim pignus dicimus, cuius poſſeſſio trãſit ad creditorem: Hypothecam verò, cùm non tranſit,nec poſſeſſio ad creditorem l.9.§. propriè.ff.de pign.act. Hæc tamen differentia à Iureconſultis non obſeruatur, qui pignus & hypothecam pro eodẽ dicunt,vt meritò Marcia. inter pignus & hypothecam tantùm nominis ſonum differre dixerit.l.5.in fin.ff.de pignoribus. Alterum enim Latinum, alterum Græcum verbum eſt, à ſuppoſitione deductum.Id enim Græcis eſt ὑποτίθεσθαι. Quorum exemplo etiam ſupponere,pro,oppignerare, & ſuppoſitas res, pro, pignori obligatis Impp. dicunt.l.6.C.de pignor.act.l.7.&l.8.§.1. C.de præſcript. trigint. l.vlt.C. de remiſſ.pign. l.vlt.§. ſed pater. C. de bon. matern.l.vlt.C.ſi maior fact. l.8.§. ſi verò filio.C. de repud.l.vlt. C.quando muli. tut. offic. Sic in Rubr. de reb. eor. qui ſub tut. vel cura ſunt, ſine dec. non al. vel ſupponendis,id eſt,pignori obligandis.Latini certè auctores etiam pignori opponere dicunt.l.27.ff.de pignoribus.Terentius Phorm. Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas. Vnde iocus ille Catullianus:

Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt,nec ad Fauoni,
Verùm ad milia quindecim ducenta.

Hypothecaria actio, quæ & quaſi Seruiana dicitur,in rem actio eſt, quæ creditori pignoris perſequendi cauſa datur. Vnde & pignoris vindicatio, petitio, perſecutioque appellatur.l.9.in fin. C. de pignor. act.l.2. C. ſi vn. ex pluribus. l.59.ff. ad Trebellian. Marcia. ad hypothecariã formulam librum ſingularem ſcripſerat.

Hypothecarij creditores,quibus ſub hypotheca debet.l.1.§.ſciendum.ff.de ſeparatio.l.1. C.de his,qui in prior. credit.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER NONVS.

Iacere dicitur hæreditas, quandiu ſine domino eſt.l.5.§. ſatisfactionis.ff.vt in poſſ. legat.l.13.§. quæſitum.ff. quod vi aut clam. Eodem ſenſu bona hæreditaria iacere & vacua ſine domino iacere Papinian.& Vlpian. dicunt.l.1. ff.de bonor.poſſeſſ.furio.l.1.ff.de ſucceſſ. ed.

Iactas res accipimus nonnunquam,quæ in tempeſtate maris nauis leuandę cauſa eiiciuntur.l.21.§.1.ff.de acqu.poſſeſſ.l.penult.§.1.ff.pro derelic.l.9.§.vlt.ff.de acquir.rer.do.

Et ita iactus in tit. de l. Rodia de iactu.& in l.4.§. ſi iactum.ff. de furt. Seneca lib.4. Declamation. Neceſſitas eſt, quæ nauigia iactu exonerat.

Dicitur & iactura in l.2.§. cùm in eandem. & §.iacturam.& l.4.ff.de l.Rodia.Cic.3. Offic. Quærit ſi in mari iactura facienda ſit, equine precioſi potius iacturam faciat,an ſerui vilis.

Iactum etiam retis dicimus.l.12.ff. de act. empt.Et iactum ſimpliciter.Valer. lib.4.cap.1. A piſcatorib. in Mileſia verriculum trahentib. quidam iactum emerat.Apul.Apolog.1. Eum memoria prodiderunt,cùm animaduertiſſet à quibuſdam piſcatorib. euerriculum trahi,fortunam eius iactus emiſſe. Suet. in lib. de Clar. Rhetorib. βόλον appellauit. Littus ait,ingreſſi piſcatores trahentes rete adiere & petiere bolon quanti emerent.Sic enim legendum cẽſeo non vt vulgò ſcribitur bolũ.Ex hoc rete quoddam piſcatorium iaculum eſt appellatum Iſidoro teſte,lib.18.Etymolog.cap.21.

Ianthina in l.1. C. quæ res vendi non poſſ. Sic enim illic ex ſcriptis Codicibus legendum eſt, non vt vulgo legitur hiacynthina. Ianthinum enim purpuræ genus fuit violaceo colore infectum. Vlpian. in l.68.§.vlt.ff. de legat. 3. Purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri puto. Sed coccum non continebitur: fucinum & ianthinum continebitur. Plin. lib.20. cap.6. violas purpureas à Græcis ἴα appellari tradit, & ab his ianthinam veſtem. Idemq; eiuſdem libri cap.8. in veſtib. florem commendari tradit purpureum qui in amethyſto & viola eſt. Anton. Thileſ. in lib. de coloribus. Violaceus qui & Ianthinus. Ex quo Tyrianthinus è purpura, vt nomen indicat, factus, & è viola.

Ianitrices Latinis duorum fratrum vxores appellantur, quas Græci εἰνατέρες vocant. l.4.§. affines. in fi.ff. de gradib. & affin. in Lexico Germani ſæpius à me iam citato ſcriptum hoc verbum ita reperi, Ianitrices αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες, αἱ σύνυμφοι: Quæ etiam eſt εἰνατέρων interpretatio apud Heſychium.

Verbum, *id eſt*, plerunque non definiendi gratia, ſed exempli loco & παραδειγματικῶς ponitur, vt eſt, à Duareno notatum. Patet ex l.7.§.pactorum.ff. de pact. l.8.ff. de vulg. & pup. l.penult. ff. de annu. leg. l.2. ff. de ſupell. leg. l.3. in fin.ff. de exceptio. l.3. C. ad. leg. Iul. de adulter. Sic apud Gaium lib.2. Inſtitut. tit. 8. Adgnati ſunt per virilem ſexum propinquitate coniuncti, id eſt, conſanguinei fratres. Alias hoc verbum διασαφητικόν eſt & explicatiuum, vt in l.9.ff. de minoribus. l.3.§. ſaltus. ff. de acqu. poſſeſſ. l.9. ff. ſi ſeruit. vindic. l.13.§. etiam.ff. de pignoribus. l.43 ff. de iniur. Interdum etiam idem valet, quod ſcilicet. Cuiac. in l.4.§. ſi viam. ff. de vſucapio. l.16.ff. de re iudic. l.1.ff. de legit. tutoribus. l.68. in fin. ff. de vſufruct.

Ibi, in interdicto De vi, quemadmodum accipiendum ſit, exponitur in l.1.§. ibi autem. ff. de vi & vi arm. Appellatione eorum, quæ ibi ſunt, neque ea, quæ ad tempus vel caſu in eo loco ſunt, neque nummi & nomina continentur, ſed ea demum quæ, vt perpetuò ibi ſint, poſita ſunt: quæ quanquam ad tempus vel caſu abſint, non eo minus tamen continentur. l.44. l.67. l.78. §.1. l.89. §.1. de legatis, lib.3.

Ibi, id eſt, in ea re. l.18.ff. rem rat. hab. l.43.ff. de dam. infect.

Ibi, pro in leges. l.9.§. penultim.ff. de rerum diuiſione.

Ibi, pro in ea cauſa & ſpecie. l.1.ff. de in ius voc. vt eant. l.35. in fi.ff. de neg. geſt.

Ibi, pro illic: & opponitur particulæ Hic. l.4.§. ſi quis aduentu.ff. vi bon. rap.

Idoneus accipitur locuples, & qui ſoluendo eſt. Ita idoneum debitorem, tutorem, hæredem, fideiuſſorem interpretamur. l.14. l.27. §. penult.ff. de minorib. l.42.ff. mand. l.2.ff. de fundo dot. l.9.ff. de tutel. l.9.§. quòd ſi dies. l.14. l.39.§. tutor. l.45.ff. de adm. tut. l.46. in fi. l.47.ff. de iure fiſc. l.5.ff. de ſeparatio. l. antepenult. ff. de condit. & dem. l.14.ff. de in diem add. l.19. ff. qui potio. in pign. l.3.ff. de fideiuſſorib. l.6.§. planè.ff. de muneribus & hon. l.7.ff. qui ſatiſd. cog. l.9.ff. de publican.

Eodem ſenſu Idonea hæreditas in l.51.§.1. ff. de acqu. hæred. l.5.ff. de ſeparatio. l. vltim.ff. de dolo.

Idonea nomina. l.13.§.1. & l.35. & l.45.ff. de adm. tut. l.89.ff. ad leg. Falcid. l.102.§.1.ff. de ſolutio. l.19.§. denique.ff. ad Velleia. Non diſſimiliter idoneum vel non idoneum pignus dicimus. l.28.ff. ſi cert. pet. l.33. in fi.ff. de vſufr. Et idoneam cautionem ſatiſdationémve in l.4.§.1.ff. de ad. rer. l.1.§. ſi pecunia. l.14.ff. depoſ. l. vlt. ad fin. C. de teſt. manu. Idonea autem cautio non intelligitur, ſi neq; fideiuſſor, neq; pignora interceſſerint. l.59. in fi.ff. manda. Et ita idoneè cauere in l.41.ff. de pet. hęred. l.1.§. vlt.ff. de magiſtr. conu. Et idoneè ſatiſdare in l.3. C. de poſtlim. reuerſ.

Idoneus alienæ litis defenſor alienæve rei expromiſſor nemo ſine ſatiſdatione habetur, l.3.§.1.ff. de diuerſ. reg. l.46.§. qui alium.ff. de procurator. Porrò neque fœmina, neque miles, neq; qui Reip. cauſa abfuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut magiſtratum initurus eſt, aut inuitus iudicium pati non poteſt, idoneus defenſor intelligitur. l.54.ff. de procuratorib. Et ſic idoneè defendere in l.1.ff. de diuerſ. temp. Et idoneum defenſorem in l.5.ff. de rebus auct. iud. Et idoneum patremfam. accipiemus in l.10.ff. de adm. tut.

Idonei promiſſores plerunque non tam ex patrimonio & facultatibus, quàm ex fide accipiuntur. l.112. in fin.ff. de verb. obligat. Idóneos ſanè tutores mater petiiſſe intelligitur, ſi locupletes & facultatibus licet non moribus idoneos petierit. l.2.§. idoneos. ff. ad S.C. Tertyllian.

Idoneus homo alias integræ exiſtimationis hominem & minimè probroſum ſignificat. l.42.ff. de verb. ſignif. l. vlt. ff. de tab. exhib.

Idoneus paries oneri ferundo aptus. l.7.ff. ſi ſer. vind. l.37.ff. de dam. inf. Item integer & minimè vitiatus paries. l.45. in fin.ff. ad legem Aquil. Ita autem idoneus iudicatur paries communis, ſi vtrarumque ædium onera iure impoſita ſuſtinere poſſit. l.36.ff. de damn. inf. Idoneè, pro, rectè in l.13.ff. de actio. empt. l.41.ff. de damn. inf.

Ignominia auctore Nonio eſt nominis nota M. Tullius de Republic. lib.4. Cenſoris iudicium nihil ferè damnato affert niſi ruborem. Ita-

rem. Itaq; vt omnis ea iudicatio verſatur tantummodo in nomine, animaduerſio illa Ignominia dicta eſt. Sic enim illum locum Cicero. apud Nonium emendandum puto. Iſidorus etiam eandem notationem huius verbi refert lib. 5. Etymolog. cap. 27. Itaq; pro cenſoria nota ignominię verbo vſus eſt Cicero non ſemel in Oratio. pro Cluentio. Refertur & inter militares animaduerſiones à Feſto lib. 4. Ignominioſa vtique miſſio ab Vlpian. definitur eſſe, quoties is, qui mittit, addit nominatim ignominiæ cauſa ſe mittere. l. 2. §. miſſionem. ff. de his, qui not. inf.

Ignorantia alia facti eſt, alia iuris, toto tit. de iur. & fac. ig. l. 11. §. penu. ff. de his qui not. infa. l. 29. §. non malè. ff. manda. Ignorantia facti eſt, verbi gratia, ſi quis cognatum ſuum deceſſiſſe ignoret: iuris verò, ſi cognatis bonorũ poſſeſſionem deferri neſciat. Ignorantia etiam quædam diſſoluta, craſſa, & ſupina dicitur, quæ in ſupinum hominem cadit. l. 6. ff. de iur. & fac. igno. l. 55. ff. de ædilit. ed. l. 15. §. 1. ff. de contr. empt.

Illvstris, titulus eſt dignitatis. l. 60. l. 61. de decurionib. lib. 10. C. l. vlt. C. de iniur. Tribuitur hic titulus Præfectis prætorio. Pręfectis vrbi, Quæſtoribus, Magiſtris militum, Magiſtris officiorum, Comitibus rerum priuatarũ, Comitibus domeſticorum, Principib. agentium in rebus. l. 32. C. de appel. l. 2. §. ſin autem. C. de temporib. appel. l. 6. C. vbi cauſæ fiſcal. l. vnica. C. ne rei milit. Comitib. l. 11. C. de aſſeſſori. l. 8. C. de defenſorib. ciuit. l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. vlt. de decurionib. lib. 10. C. l. vlt. de ſuſceptorib. eod. Ita illuſtrem dignitatem & illuſtrem adminiſtrationem in Conſtitutionib. interpretabimur. l. 32. & l. 36. C. de appell. l. 63. & l. 65. de decurio. lib. 10. C. Et illuſtratus gradum in l. 11. §. ſin autem vtraque. C. de iudic. Et illuſtres perſonas in l. 26. §. 1. C. de vſur. Et illuſtrem mulierem. l. 5. C. ad Orphitia. Erat autẽ illuſtrium dignitas omnibus aliis ſuperior, & omnes alias antecedebat, vt apparet ex Nouel. de appellat. & intra quæ temp. ad fi. & ex l. vn. C. de ratiocin. oper. pub. & ex l. vlt. C. de ſportul. l. 1. C. vbi ſenator.

Imaginarii contractus intelliguntur, in quib. fides facti ſimulatur non intercedente veritate. l. 54. ff. de oblig. & actio. Ita imaginariæ venditiones eæ appellabantur, in quibus nummus vnus aut item alter dicis cauſa ad ſimilitudinem precij intercedebat. Quemadmodum in emancipationibus, adoptionibus, & teſtamentis fiebat: vt in §. præterea. Inſtitut. quibus modus ius patr. pot. ſol. & tit. de teſtament. in princ. & in l. vlt. C. de emancipatio. & l. vlt. C. de adoptio. & à Gaio lib. 1. Inſtitut. tit. 6. traditur.

Igitur Imaginaria venditio eſt, in qua nummorum aliquid, ſpecie precij numeratur, cùm re vera aliud agatur, quàm vt emptio contrahatur. l. 55 ff. de contr. emp. l. 1. §. diui fratres. ff. de quæſtio. l. 20. C. de donatio. int. vir. Et apud Paul. lib. 2. Sentent. tit. 23. Conſtantinus lib. 3. Epit. εἰκονικὴ δέ ἐστιν πρᾶσις, ait, ἡ ἐσχηματισμένη καὶ οὐ καλῶς γενομένη: &, vt mox ſubdit, ἥ τις ἄλλου πραττομένου συναλλάγματος κατὰ τὸ σεσιγημένον περιλαμβάνεται, κατὰ τὸ φανερὸν ὡς πρόφασίς τις καὶ πρόσχημα οὐ πρᾶσις. Quarũ definitionum exempla profert, quæ illic vide. Eadem ratione & imaginarias eas locationes vocabimus, de quibus in l. 46. ff. loca. l. 10. in fi. ff. de acq. poſſeſſ. Imaginarius & ille emptor dicitur, qui nomen duntaxat alienę emptioni accommodat, nihil de ſuo impendens. l. 4. §. ſi ab ignoto. & §. ſiue autem. ff. de manumiſſionibus. l. 10. C. de diſtract. pign. Imaginarium quoque colonum ſubiectum quendam coloni loco, qui re vera non conduxerat, Hermogenia. dixit in l. 49. ff. de actio. emp. Imaginarios nuncios dicunt & Impp. repudia non verè & ex animo, ſed ſpecie tantùm & ſimulatione miſſa. l. 3. C. de repud. Et Imaginarias apochas in l. 2. de annon. & tribut. in Cod. Th.

Imbvere, interprete Nonio Marc. initiare ſignificat. Imbutos ergo in l. 25. ff. de pignor. act. interpretor iam initiatos. Planè Cicero in oratio. pro Milone inſtitutis imbutos opponit, & hoc ad naturalem propenſionem, illud ad doctrinam referens.

Immatvra virgo in l. 25. ff. de iniur. l. 32. §. ſi quis ſponſam. ff. de donat. inter vir. Et apud Paul. lib. 1. Sentent. tit. 13. id eſt, nondum viripotens. l. 1. §. impubes. ff. de S. C. Silania. l. 38. §. qui nondum. ff. de pœn. l. 65. ff. de donat. int. vir. Sueton. in Tiber. cap. 61. Immaturæ puellę, quia more tradito nefas eſſet virgines ſtrangulari, vitiatæ priùs à carnifice, dein ſtrangulatæ. Quod & Tacit. lib. 5. narrat. Tertullian. etiam in lib. de virginibus velandis immaturè compreſſam dixit, quæ antequam viripotens eſſet corrupta eſt. Dicitur autem immatura virgo ante duodecimum annum, metaphora ducta à fructibus, à quibus & acerbam virginem eodem ſenſu dixit Varro Agathone, vt eſt apud Nonium. Maiores, ait ille, noſtri aures virginis acerbæ venereis vocabulis imbui noluerunt. Huic contraria eſt matura virgo & viripotens ac nubilis. Et, vt Virgilius ait:

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Sic Horat. lib. 3. Od.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo.

Sic Vitruu. lib. 8. cap. 4. Puellas maturas dixit. Græci ὡραίας dicunt. Gellius tempeſtiuas reddidit lib. 6. cap. 8.

Maturam quoq; & Immaturam ſiluam atque oleã dicimus, quæ tempeſtiuè, vel intem-

peſtiuè cædatur. l.18.ff. quod vi aut clam. l.27. §.ſi oliuam.ff.ad leg. Aquil.l.48. in fin. ff. de vſufruct.

Immiscere hæreditati ſe propriè ſui vel neceſſarij hæredes dicuntur, quemadmodum extranei adire. §. extraneis. Inſtitut. de hæred. qualit. l.3.§.ſuo. l.7.§.non ſolùm.ff. de minoribus. l.14.§. plerique.ff.de religioſ.l.1.§.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis om. cauſ.teſt. l.11. l.57.ff. de acquir.hæred.l.5.in fi.ff. quod cum eo. l.6. §.ſed & ad filium.ff. ad Trebell.l.pen.ff. de ſepul.viol.l.8.& l.10.C.de iure delib.l.1.C. ſi minor ſe ab hæred.abſt. Ideoq; miſceri & adire ſeparantur in l.7.§. reſtitutus. ff. de minorib. l.6. §.ſi filius.ff.de bon.libert.

Immitti dicitur, quod ita prouehitur, vt aliquo loco requieſcat, veluti tigna, trabes, quę immittuntur. l.242.§.1.ff. de verb. ſignif. l.3.ff. de precar. Hinc Tigni immittendi ſeruitus, vel immittendi ſimpliciter. l.1. & l.2.ff. de ſeruit. vrb.l.8.§.1.ff.ſi ſeruit.vindic. l.pen.ff. ſi menſor falſ.mod. Et Tigni immiſſi ſeruitus in l.6.ff. de ſeruitut.vrb. Ita immiſſa & immittere accipimus in l.5.§.meminiſſe.ff.de oper. no. nunc. & l.15.§.precario.ff. de precar. Sed & cloacam & ſtillicidium ac flumen & lumina & fumum, & aquam immittere dicimus.l.1.§.item ſciendũ. ff. de aqu. & aqu. plu.l.16.& l. 8.§. Ariſto. ff. ſi ſeruit.vindic l.8.ff.quemad. ſeruit. amitt.l.13. §.ſed ſi ædium.ff.de vſufru.l.1.§. idem Labeo. ff.de cloac. Itaq; interdicto quo Prætor in via publica immittere aliquid vetat, etiã qui cloacam immittit, & qui foſſam in ſuo facit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat, tenetur. l.2. § ait prætor. & §. ſi quis cloacam. ff. ne quid in loco publ.

Impar matrimonium appellabatur teſte Vlpian.in Inſtit.tit.16. cùm maior quinquagenario minori quinquagenario nubebat. Eo alludens Apul.lib.6.de Aſino aur. Iam faxo, ait, nuptias non impares, ſed legitimas & iure ciuili congruas. At Boët.in Topic. Impar matrimonium vocat, cùm ciuis Romana Latino vel peregrino, vel ſeruo quibuſcum connubium non eſt, nuptias contraxit.

Impendia litis, ſunt in litem facti ſumptus. l.46.§. litis.ff. de procuratorib. l.8.§. vlt. ff. rem rat.hab. Impendia valetudinis, impendia cibariorum, in curationẽ ægri exhibitionémve ſerui factæ expenſæ. l.45.ff.de vſufruct.l.18. §.poſſunt.ff.commodat.

Impensarum quædam ſunt neceſſariæ, quædam vtiles, quædam verò voluptuariæ. Neceſſariæ hæ dicuntur, quæ habent in ſe neceſſitatem impendendi. l.1.ff. de impenſ. in res dot. Et, vt Paul. ait, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit. l.79.ff. de verb. ſignif. Quibus ferè verbis & Vlpian. eaſdem impenſas definiuit Inſtitut.tit.6. Idem etiam lib.5.Regul. Impenſas neceſſarias eſſe ait, quibus non factis dos imminuitur: veluti aggeres facere, flumina auertere, ædificia vetera fulcire, itemq; reficere, arbores in locum mortuarum reponere. l.14.ff. de impenſ. in res dot. Cibaria ergo mancipiis dotalibus data, item modica ædificiorum refectio & agrorum cultura, in ſpecie neceſſariarum impenſarũ ſunt, quanquam his dos vt aliis impenſis, quæ extra tutelam neceſſariam fiunt nõ minuatur, cùm res dotales vir ſuo ſumptu tueri debeat. l.penult. & vlt.ff. de impenſ. Alia exempla colligi poſſunt, ex l.1.l.2.& l.3.& l.4.ff.de impenſ. in res dot. l.7.§. vlt. ff. ſol. matr. l.39. ff. de hæred. petit. l.8.ff. de pignor. act. Vtiles impenſæ ſunt, quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem eſſe ſinant, ex quibus reditus mulieri acquiratur. l.79.de verbor. ſignific. vel, vt Vlpian. in Inſtitutio. ait, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuoſior effecta eſt: veluti ſi olivueta, vineta, arbuſta, paſtina, ſtercorationes fiant. l. 14. ff. de impenſ. in res dot. l. 39. ff. de petit. hæred. l.vltim.ff.de pact.dot. Voluptariæ ſiue voluptuoſæ ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non fructum augent. Quibus omiſſis neque deterior res fieret, neque factis fructuoſior ſit: vt ſunt viridia, picturæ, tectoria, balnea. d.l. 79.& l. 14. in fi.ff. de impenſ. in res dot. Et Vlpian. in Inſtitutio. Et Gaius in l.39.ff.de petit. hæred.

Imperatorem noſtrum cùm dicit Vlpianus, Antoninum Caracallam intellige, vt ex collatione l.1. & l.vlt.ff. de cenſib. & l.1.§. 1. ff.de ſuis & legit. l.2. §. vlt.ff.ad Tertyllian.& l. 3.ff.de donat. int. vir. liquet. Sic & in l.43.ff.de iure fiſc.l.1. & l.2.ff. de pollicitatio. l.5.§.1.ff. de publ. iud. l.1.§.pen.ff. de calumniatoribus.l.1 §. in honorariis.ff.de var. & extr. l.1.§. hi quibus. ff.de legat. lib.3. & alias ſemper vbi Vlpianus, Imperator noſter cum patre ſuo, ait, Seuerum & Caracallam accipe. Eoſdem Impp. Papinian. optimos maximoſque principes ſuos vocat in l.16.§.1.ff. de his quæ vt indig. l.30. ff. de excuſ. tut. l. vlt. ff. de accuſatio. coniuncta cum l.3.ff. de re milit. Idemque Seuerum ſolum, optimum maximumque principem appellat. l.7. & l.8.ff. de vacat.mun. l.17. ff. de quæſtionibus.

Imperium, magiſtratus poteſtatẽ ſignificat. l.212.ff.de verb. ſignif. Imperium itaque habere magiſtratus dicuntur, qui coercere aliquem poſſunt & iubere in carcerem duci. l.2. ff.de in ius voc. vt ſunt Coſſ. & Prætores. l.26.§. ait prætor.ff.ex quibus cauſ.maior. Et ſine imperio eſſe magiſtratus, qui hanc poteſtatẽ non habent. l.32.ff. de iniur.

Imperium verò quo magiſtratus vtitur, ſecundum Vlpiani diuiſionem, aut merum, aut mixtum

mixtum eſt. Merum eſt, habere poteſtatem gladij ad animaduertendum in facinoroſos homines. Mixtum eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. l. 3. ff. de iuriſdictio. Ab aliis Imperium diuiditur in merũ, & in id quod non eſt merum, ſed iuriſdictioni cohæret, & in modica coercitione non etiam animaduerſione, conſiſtit. l. 1. §. vlt. & l. vlt. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. Imperium etiam Prætoris pro auctoritate & iuſſu accipitur in l. 2. ff. de adoptio. l. 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact.

IMPLERE intentionem, petitionem, exceptionem. Iureconſultis eſt, probare quod intendimus, petimus, excipimus. l. 21. C. de rei vend. l. penult. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 19. in princ. ff. de exceptio. l. 9. C. de præſcript. longi tem. l. 14. ff. de inoffic. teſt. Et implere probationes in d. l. 19. in fin. Quinetiam præciſè plerunq; & imminutè Implere Impp. dicunt pro implere intentionem vel probationem. l. 1. & l. 23. C. de probatio. l. 3. C. de non numer. pec. Implere cautionem. l. 24. ff. de vſufru. leg. Impleri quoq; vſucapio, id eſt, perfici dicitur. l. 12. §. facti. ff. de captiu. l. 7. ff. de vſucapio.

IMPERFECTVM pro nullo, inutili & inualido. l. 9. & l. 35. §. 1. ff. de contrah. emp. l. 65. ff. de condict. indeb. l. 7. ff. de mort. cau. don. l. 115. ff. de verb. oblig. l. 14. ff. de acceptilatio. l. 30. ff. de legat. lib. 2. l. 23. ff. de teſtament. Planè Imperfecta res dicitur in l. 9. §. ſed quod Prætor. ff. quod met. cau. ſi ſtipulationem numeratio non ſit ſecuta.

IMPLORARI iudicium & cognitio dicitur, id eſt, deſiderari. l. 7. verſic. planè. ff. de petit. hær. l. 3. §. 1. ff. vt in poſſ. legat. Edictum etiam implorari, id eſt, beneficium edicti in l. 1. §. vlt. ff. eod. tit.

IMPOSSIBILE eſt, cui natura vel lex impedimento eſt, quominus exiſtat. Atque ita impoſſibilem conditionem definimus, quæ per rerum naturam exiſtere non poſſit. Paul. lib. 3. Sentent. tit. 4. §. ſi impoſſibilis. Inſtitut. de inutil. ſtip. l. 15. ff. de conditio. Inſtitut. quæ interdum Græco verbo ἀδύνατος appellatur. l. 20. ff. de condit. Inſtit. l. 104. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Cui contraria eſt Poſſibilis conditio. l. 3. ff. de ſtatu lib. l. 16. ff. de iniuſto rupt. Sed & quæ factu difficilia ſunt, pro impoſſibilibus plerunque haberi Cicer. in Partitio. ſcribit, & probatur ex l. 4. §. puto. ff. de hæred. inſtitue. Impoſſibile præceptum iudicis habetur, cui pareri per rerum naturam non poſſit. l. vlt. ff. quæ ſent. ſine appellat.

IMPROBVS eſt, qui bonam fidem non agnoſcit, veluti qui bis idem petit. l. 51. ff. de re iudic.

Improbè ergo eſt contra bonam fidem. l. 12. ff. de tranſactio. l. 17. ff. de euictio. l. 12. §. ex cauſa. ff. de interrog. in iur. fac. l. 31. ff. de rei vend. l. 41. ff. de pign. act.

Improbè, mala mente. l. 6. §. ſed ſi quis. ff. de negot. geſt.

Improba lis in l. 10. ff. de iudic. l. 8. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſt. Et Improbus litigator. l. 2. §. quòd ſi actor. C. de iureiur. propt. cal. §. hęc autem. Inſtit. de pœna tem litig.

Improbus nõ eſt, qui ignorat quantum ſoluere debeat. l. 100. ff. de diuerſ. reg.

Improbus eſt, qui de viui hæreditate ſollicitus eſt. l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pup. l. 27. §. à patre. ff. ad Trebellian.

IMPRVDENS emere dicitur, qui bona fide emit. l. 24. § 1. ff. de act. empt. l. 20. §. ſi cum me abſente. ff. de neg. geſt. l. 38. ff. de rei vend. l. 31. §. 1. ff. ſi cert. pet.

Imprudens pro ignorante ponitur in l. penult. §. mulier. ff. ad Velleian. Et Damna fatalia imprudentibus accidere dicuntur, id eſt, nihil tale opinantibus & præter ſpem ac cogitationem. l. 52. §. damna. ff. pro ſoc.

Imprudentia etiam pro ignorantia & imperitia in l. 51. ff. de euictio. Et imprudenter, minus conſideratè in l. 21. in fi. ff. neg. geſt.

IMPVBERES intelliguntur maſculi minores 14. annorum, puellæ minores 12. Gaius lib. 2. Inſtitut. titul. 2. & Inſtit. quibus mod. tut. finitur.

IMPVTANDI verbum duobus modis accipitur in titul. ad leg. Falcid. Imputari enim primum eſt in quadrãtis computationem venire. Et ita in Falcidiam imputari id dicimus, quod hæredi ad quartam explendam computatur. l. 19. l. 91. cum aliis multis. ff. ad leg. Falcid. l. 26. ff. de bon. libert. l. 44. ff. de ſolutio. Interdum in Falcidiam imputari dicitur, quod Falcidiam patitur. l. 1. §. item ſi ita legatum. ff. ad leg. Falcid.

IN libertate eſſe aliud eſt, longè aliud liberum eſſe. In libertate enim ſunt, qui ſe liberos putant, & ſe pro liberis gerunt, quamuis ſerui ſint. l. 7. §. vlt. l. 10. & l. 11. & l. 12. & l. 28. ff. de liber. cau. Quod eleganter à Quintiliano exponitur Declamatio. 340. & 342. Vnde multa ad ſuperiorum legum interpretationẽ ſumi poſſunt. Non abſimiliter aliud eſt In poſſeſſione eſſe, aliud poſſidere. Deniq; rei ſeruandæ cauſa, legatorum, damni infecti, non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cuſtodiæ cauſa. l. 10. ff. de acq. poſſ.

In bello admiſſum dicitur, quod propter belli cauſam admittitur. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. & ruin.

Verba hæc, *In diebus*, quę ſenſum habeant, vide l. 217. in fi. ff. de verb. ſign. In formula planè cretionis verba hęc, *In centum diebus*, ſic accipienda ſunt, vt & centeſimus dies contineatur. l. 1. §. ſi intra. ff. de ſucceſſ. ed.

INANE propriè vacuum ſignificat, μεταφορικῶς verò quod eſt ſine vi, ſine effectu. l. 19. ff. de contra. tabul. Sic inanis actio appellatur, quam inopia aduerſarij, vel aliqua exceptio ratióve eludit & excludit. l. 6. ff. de dolo. l. 24. ff. de liber. cauſa. l. 24. ff. manda. Paul. lib. 2. Sentent. tit. 15. Stipulatio quoque inanis, id eſt, inutilis & inefficax propter exceptionem l. penult. ff. de condict. ob turp. cauſ. Inanis etiam ſtipulatio nullius momenti, ex qua actio non datur. l. 39. ff. de donat. int. vir. l. 42. §. penult. ff. ſolut. matr. & apud Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Eodem modo inanis obligatio in l. 8. §. Marcellus. ff. ad Velleian. l. 95. §. aliquando. ff. de ſolutio.

Inanes tabulę & Inane Chirographum poſt ſolutam pecuniam. l. 27. ff. de furt. l. vlt. ff. ad exhib. l. vlt. Si debito perſoluto in C. Theod. Sic & Inanis ſcriptura & Inanis epiſtola in l. 39. ff. de dolo. l. 12. ff. de probatio. Et Inanis cautio nulla ſecuta numeratione. l. vltim. C. ſi pignor. conuentio.

Inane nomen hęredis, nudum & ſine re. l. 3. C. de inoffic. don.

INAVRES in l. 27. ff. de auro, arg. leg. Ab aurium foraminibus ita nuncupatæ ex quibus precioſi lapilli pendebant, auctore Iſidoro lib. 19. Etymolog. cap. 30. Solebant enim veteres foratis auribus gemmas, & lapillos inſerere, Tertullian. in lib. de habitu muliebri. Graciles, ait, aurium cutes Kalendariũ expendunt. Idemq; auctor eodem libro anxiè forari margaritas conſueuiſſe, vt penderent, ſcribit. Sed & in lib. de Pallio aurem foratu effœminari queritur. Plinius quoque lib. 9. cap. 35. de elenchis loquens: Hos, ait, digitis ſuſpendere & binos ac ternos auribus, fœminarum gloria eſt.

INCENDIARIVS in l. 10. ff. ad leg. Corn. de ſic. & l. 28. §. incendiarij. ff. de pœn. quos vulgò *Boutefeux* appellamus.

INCESTVM, vt Paul. in l. 39. ff. de ritu nupt. tradit, committere intelligitur, qui ex his, quas legibus aut moribus prohibemur vxores ducere, aliquam duxerit. Vlpian. quoque in Inſtitutio. tit. 5. Si quis eam, ait, quam non licet, vxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit. Idem & Gaius Inſtitutionum lib. 1. tit. 5. Sed & Papinian. in l. 38. §. 1. ff. de adulter. per illicitam matrimonij cõiunctionem inceſtum admitti docet. Quod & verbi notatio oſtendit. Nam, vt Iſidor. lib. 5. cap. 26. & lib. 10. tradit, inceſtum propter illicitam cõiunctionem vocatur quaſi incaſtum. Inceſtum autem committit, qui cognatam violat contra fas. l. 5. ff. de quæſtionib. Cæterùm inceſtum vel iure gentium, vel ciuili committitur. Iure gentium quidem, quoties ex gradu aſcendentium, vel deſcendentium vxor ducitur. Iure verò ciuili quoties ſola iuris ciuilis obſeruatio interuenit, veluti cùm ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel affinem, quam propter publicam honeſtatem impedimur. l. vlt. ff. de ritu nupt. l. 38. §. 1. ff. de adulter. Inceſtum ergo & cum priuigna, nuru, nouerca, ſocero, committitur. Et quidem iure gentium, vt Papinian. in l. vlt. ad fin. ff. de condict. ſine cau. ſcribit, ea quemadmodum exiſtimo ratione, quòd hæ perſonæ inter ſe parentum liberorumq; loco ſint. l. 16. ff. ſolut. matrimon. §. ſocrum. Inſtitut. de nupt. Sed etſi concubinam quis habuerit ſororis filiam, licet libertinam, inceſtum committit. l. 56. ff. de ritu nupt.

INCERTVS homo legari promittive dicitur, qui generaliter & indiſtinctè legatur, promittitúrve. l. 13. ff. de leg. lib. 1. l. 25. §. ſi incerto. ff. fam. erciſc. l. 3. ff. qui ſine manumiſſ. Incertas res eodem modo dixit Mecianus in genere relictas. l. 30. §. incertæ. ff. ad l. Falcid. Et Incertum corpus Pompon. in l. 85. ff. de legat. lib. 3.

Incerta ſtipulatio eſt, vbi non apparet quid quale quantumque eſt in ſtipulatione. Quod fuſiſſimè exponitur in l. 75. ff. de verbor. oblig. Adde & l. 68. ff. eod. tit. Atq; hinc Incerti actio ex ſtipulatu datur. l. 4. ff. de vſur. Inſtit. de verb. obligat. in princ. Incerti actiones etiam condictionesq; illæ omnes appellantur, ex quibus aliquid incertum, & quod neq; demonſtrari, neq; tangi poſſit, petitur. l. 1. ff. de vſufruct. leg. l. 46. §. 1. & l. 59. §. ex aſſe. ff. de iure dot. l. 5. in fi. & l. 8. ff. de actio. empt. l. penult. ff. depoſ. l. 2. §. aliud. ff. de donatio. l. 3. ff. de condict. ſine cauſa. l. 12. ff. de nouatio. l. 22. in fi. l. 40. §. penult. ff. de condict. indeb. l. 16. §. Pomponius. ff. de minoribus. l. 5. §. 1. & l. 8. ff. de vſufr. ear. rer. l. 35. ff. de ſeruit. vrb. l. 12. in fin. ff. de condict. furt. l. 75. §. vlt. ff. de legat. lib. 1. l. 27. in fi. ff. de recept. qui arbitr. l. vlt. ff. ſi quis in ius voc. non ier. l. 8. §. penult. ff. de liber. leg. Nonnunquam Incerti actio, pro præſcriptis verbis actione ſumitur, vt in l. 6. & l. 16. ff. de præſcript. verb. l. 19. in fi. ff. de precar. l. 23. in fin. ff. commun. diuid. l. 7. ff. de pact. l. 6. C. de rer. permut.

Incerta pars, quę quota ſit, non apparet: veluti quidquid mei iuris in eo fundo eſt, quidquid Titius poſſidet. l. 3. §. incertam. l. 26. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. 32. §. vlt. ff. de vſucapion. Sic & in l. 76. §. 1. ff. de rei vendicatio. l. 11. §. ſi cùm eſſet. ff. de interrog. in iur. fac. l. 1. §. vlt. ff. ſi pars hæredit. petatur. l. 8. §. 1. ff. communi diuidund.

Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus. l. 39. §. vlt. ff. de verb. ſign. Incerta ſententia. l. 21. §. Pomponius. ff. de recept. qui arbitr. l. 59. ff. de re iudic.

Incertus contractus in l. 1. §. debitum. ff. de conſtit. pec. l. 9. ff. de rebus cred. l. 18. ff. de acceptilatio.

ceptilatio, qui proprium & ſpeciale nomen non habet.

Incertum confitetur, qui ſe illud aut illud debere confitetur. l. 6. §. 1. ff. de confeſſ.

Incertum abſolutè plerunque à Iureconſultis vſurpatur pro ipſa incertitudine. Sic cōditionis incertum. l. 11. ff. de ſecund. tabul. l. 1. C. de pact. Incertum cautionis. l. 16. §. idem quærit. ff. ad Trebellian. pro incerto euentu, vt in l. 6. ff. quod falſo tut. auct. Incertū rei. l. 11. ff. de hæred. vend. l. 12. ff. de act. empt. Incertum ſucceſſionis. l. 14. ff. de tranſactio. Incertum litis. l. 20. C. mandati. Incertum ætatis. l. 49. ff. ff. de fideiuſſorib. Antiquitatis incertum. l. 1. de reſponſ. pruden. in C. Theod. Incertū contentionis. l. 1. de equis curulib. in C. Theod. Et incertum maris apud Tacit. lib. 3. Belli incertum apud eundem libr. 4. Quo ex genere loquendi ſunt & illa, Lubricū tutelæ. l. 4. §. cùm Pollidius. ff. de vſur. Lubricum ætatis. l. 11. §. ſi locupleti. ff. de minorib. Lubricum linguæ in l. 7. in fi. ff. ad leg. Iul. maieſtat. Lubricum conſilii. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib.

INCIVILE dicitur, quod iniquum, inuſitatum, inconueniens eſt, & contra ius, mores, inſtitutaq; ciuitatis. l. vlt. §. pen. ff. quod met. cau. l. 15. ff. de procuratorib. l. 3. ff. de extr. cognit. l. 24. ff. de legib. Inciuiles pœnæ in l. 9. §. ſunt autem. ff. de pœn.

INCILE locus eſt depreſſus ad latus fluminis ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, vnde primùm aqua agi ex flumine poſſit. l. 1. §. incile. ff. de riuis. Ita prima foſſarum incilia dixit Vlpian. in l. 1. §. caput. ff. de aq. quotid. l. 1. §. ſi quis ex riuo. ff. ne quid in flum. pub. Feſtus libr. 9. Incilia definit foſſas, quæ fiunt in viis ad deducendam aquam. Vtitur hoc verbo & Cato de Re ruſtic. capit. 155. Apul. libr. 9. de Aſino aur. Rurſum ad viam prodeunt lacunoſis incilibus voraginoſam.

INCOLA eſt, qui aliqua regione domicilium ſuum contulit, quem Græci ἔποικον appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed & qui alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum ſe quaſi in aliquā ſedem recipiant. l. 238. §. incola. ff. de verb. ſignificat. Incola autem à ciue & municipe ſeparatur. l. 29. ff. ad municip. l. 6. in fine. & l. vlt. §. patrimonium. ff. de munerib. & honor. Incola porrò habetur, ὁ ἐν ἀγρῷ κατῳκημένος· ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἐξαιρέτοις μὴ χρώμενος οὗτος οὐ νομίζεται εἶναι incola l. 35. ff. ad municipal. Mulier quamdiu nupta eſt, incola eiuſdem ciuitatis videtur, cuius maritus eius eſt. l. vlt. §. item reſcripſerunt. ff. ad municipal. Et ita incolam accipe in l. 2. ff. de veteran. & l. 34. ff. ad municipal.

INCONTINENTI, variam ſecundū rem propoſitam interpretationem recipit. Incontinenti, cum aliquo moderato ſpatio interpretamur in l. 1. §. item ſi ita legatum. ff. ad leg. Falcid. At in l. Iulia de adulteriis qualiter hoc verbum accipiendum ſit, exponitur in l. 23. §. vlt. ff. de adulter. Incontinenti quod ad pacta quæ inſunt, interpretantur Iureconſulti & Impp. In ingreſſu contractus, vel ante contractum, aut ſtatim poſt l. 7. §. quinimò. ff. de pact. l. 3. C. de ædilit. act. l. 21. C. de vſur. l. 27. Cod. de pact. Cui opponitur Poſtea, &, Ex interuallo. d. §. quinimò. & l. 72. ff. de contr. empt.

INDEBITVM totidem, quot & Debitum, modis dicitur. Proinde & natura ſeu iure gentium, & iure ciuili, & iure honorario Indebitum dicitur. leg. 47. ff. de condictione indebiti.

Indebitum item accipimus non ſolùm ſi omninò non debeatur, ſed & ſi per aliquam exceptionem, perpetuam peti non poſſit. l. 26. in fi. ff. de condict. indeb.

Indebitum eſt, non tantùm quod omninò non debetur, ſed & quod alii debetur, ſi alii ſoluatur: aut ſi id, quod alius debebat, alius quaſi ipſe debeat, ſoluat. l. 65. in fin. ff. de condict. indeb.

INDEMNITATEM repromittere, & de Indemnitate cauere noſtri dicunt, hoc eſt, ſatiſdato, vel ſimplici & nuda promiſſione cauere alicui indemnem eum ſeruatum iri ex eo negotio quo de agatur. l. 16. §. idem quærit. ff. ad Trebellian. l. 8. §. 1. ff. ad Velleian. Et ſic Indemnitatis cautio in l. 14. in fine. ff. ad Trebellian. Indemnitatem præſtare. l. penult. ff. de magiſtr. conu.

INDEX exemplum ſignificat ex authentica ſcriptura deſcriptum. Barbari copiam vocant. l. vlt. ff. quemad. teſt. aper. l. 2. ff. de fide inſtr. Paul. lib. 5. Sent. tit. 14.

Index etiam ab indicio olim dicebatur, qui crimen aliquod indicaſſet, detuliſſet, arguiſſet. Vt Aſco. Pædia. ſcribit. Et ita ſæpè à Liuio, Salluſtio. Cicero. Tranquillo accipitur. Indicaſſe enim, interprete Vlpian. eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe. l. 197. ff. de verb. ſignif. quæ referenda eſt ad l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. & §. vtrùm is ſolus. ff. ad S. C. Silania. quod inſcriptio ipſa oſtendit. Græci in eundē ſenſum vtuntur verbo ἐνδείκνυσθαι, vt ex l. 3. ff. de via pub. patet. Hinc indici à quibus crimina nunciantur, & ad magiſtratus deferuntur. l. 1. & l. 3. §. item qui auctor. ff. de ſicar. l. 6. §. nunciatores. ff. ad Turpillia.

Indicium tam mercedem præmiumque quod ad indicandum furem fugitiuúmve datur, quàm ipſum indicationis & delationis factum ſignificat. Prioris ſignificati exemplum eſt in l. 4. §. vlt. ff. de condictio. ob turp. cauſ. & in l. 15. ff. de præſcript. verb. vbi, Si merces, ait

M 4

Iuriſconſultus, interceſſit ob indicium, hoc eſt, vt ſi indicaſſet adprehenſusq́; eſſet fugitiuus, certum aliquid daretur. Apul. lib. 6. de Aſino aur. Mercurium præmium inueſtigationis Pſyches publicè præconio ſuo edicentem facit in hæc verba: Si quis à fuga retrahere vel occultam demonſtrare poterit fugitiuam regis filiam, conueniat Mercurium prædicatorem accepturus indicii nomine ab ipſa Venere ſeptem ſuauia. Sic Paul. libr. 2. Sent. tit. pen. Ob indicium comprehendendi furis præmium promiſſum dixit. Idem Apul. lib. 7. de Aſino aur. Indicinæ præmium vocat. Poſteriore ſenſu Vindicem Vitelliorum ſeruum coniurationem indicio ſuo detexiſſe, ait Pomp. in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur. Sic indicium profiteri in l. 24. ff. de falſ. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & aliis locis, quos lib. 15. proferemus. Et Indicia ſeruorum in l. 1. §. item Seuerus. & l. 9. §. penult. ff. de quæſtio. Indicia pro argumentis in l. 6. C. de dolo. l. 1. C. de teſtib. l. 19. C. de rei vendic.

Indicere operas. l. 13. §. indicium. & l. 23. §. 1. l. 24. ff. de oper. liber. Indicere munus. l. 5. ff. de iure immunit. Vnde indictæ collationes. l. 8. §. cui muneris. ff. de vacat. muner. Et Indictiones pro tributis, quę poſſeſſionibus & patrimoniis, perſonis ve pendenda indicuntur in l. 28. ff. de vſufruct. leg. l. 13. §. idem Iulianus. ff. de act. empt. l. 2. de annon. lib. 10. C. l. 11. C. de adſeſſorib. l. vlt. C. de apparitorib. præf. præto. l. 4. C. de apparit. magiſtr. lib. 12. Et Superindictiones, Indicta, & Superindicta. l. penult. de excuſ. mun. lib. 10. C. l. 1. de indictio. lib. 10. C. Rubr. de ſuperindicto. eo.

Indictio alio ſenſu in ſubſcriptionibus Epiſtolæ de Iuſtinia. C. confir. & in Nouellis.

Indigni Hæredes ex his cauſis habentur, ſi defuncti mortem vlti non ſunt, vel iudicium eius obpugnauerunt, vel id egerunt, vt per negligentiam & culpam ſuam defunctus moreretur, vel in faudem fiſci fidem accommodauerunt, vel bona viuentis adhuc alienarunt, vel contra mandata ſenatuſconſultáve nuptias contraxerunt. l. 8. §. meminiſſe. ff. de inoff. l. 33. ff. de religioſ. l. 17. §. in tacito. ff. de vſur. l. 13. §. eos quaſi. & l. 46. ff. de iure fiſc. l. 29. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de donatio. l. pen. ff. de iure patro. l. pen. ff. de S. C. Silania. Toto titul. de his quæ vt indig. aufer. Et apud Paul. lib. 5. Senten. tit. 13. l. 22. C. de appellatio. l. 32. §. vlt. ff. de donatio. int. vir.

Indvcere pro Cancellare & delere. l. 1. & 2. ff. de his quæ in teſt. delent. l. 8. §. ſed & cùm. ff. de ſec. tabul. l. 16. §. vlt. ff. de his quæ vt indign.

Induci cognitio dicitur, quæ ex actis tollitur & aboletur. l. 9. ff. de iure fiſ. Dicitur & circumduci eodem ſenſu. l. 27. §. 1. ff. de liber. cau. l. 73. §. 1. ff. de iudic. l. 45. ff. de re iudic.

Vtuntur & Iureconſulti perducendi verbo in hoc ferè ſignificato. l. 1. ff. de his quæ in teſt. delent. l. 8. §. ſed & cum voluntatę. ff. de ſec. tab. l. 2. c. §. vlt. ff. de teſt. milit.

Inesse dicuntur pacta, quæ continentur contractu, quæ legem dant, veluti quæ in ingreſſu contractus fiunt. l. 7. §. quinimò. ff. de pact. l. 72. ff. de cont. empt.

Sic pacti & doli exceptiones bonæ fidei iudiciis ineſſe dicuntur. l. 3. ff. de reſcind. vend. l. 21. ff. ſol. matr. quod contineri dicit. l. 84. §. qui ſeruum. ff. de leg. lib. 1. Sic doli præſtatio & bona fides ineſſe contractib. l. 152. in fi. ff. de diuerſ. reg. iur. Sic arbitrium boni viri ineſſe ſtipulationi. l. 3. §. ſi legatarius. ff. ſi cui plus quàm per l. Falcid.

Infames perſonæ quæ ſunt, petendum eſt ex l. 1. ff. de his qui not. infa.

Infans quaſi fandi impos intelligitur, qui ſeptem annis minor eſt. l. 18. C. de iure delib. l. 1. §. ſufficit. ff. de adm. tut. Infantes Theophil. in §. pupillus. Inſtit. de inutilib. ſtip. ait, dici τοὺς ἔτι θηλάζοντας καὶ μικρῷ μείζονας. Infantem ἑπταετῆ interpretatur Conſtantin. lib. 6. Epito. tit. 6. Eoq́; modo infantis ætas exaudienda eſt in l. 55. ff. de vſufruct. Proximos verò infantiæ Theophil. in ſupradicto loco accipit τοὺς ἀρξαμένους λαλεῖν καλῶς ὁποῖοι εἰσὶ ἕβδομον ἢ ὄγδοον ἄγοντες ἐνιαυτόν. Infantilis veſtis in l. 25. §. muliebri. ff. de auro, argent.

Inferre pœnam. l. 12. ff. de manumiſſio. l. 29. in fi. ff. ad l. Corn. de falſ. l. 3. §. non perpetuæ. ff. de ſepul. viol.

Inferre reliqua. l. 40. §. ſeruus teſtamēto. ff. de ſtatu lib. l. 4. C. de teſtam. manum.

Inferri penſiones. l. 58. ff. de vſufr.

Inferre pecuniam rationib. l. 38. ff. de neg. geſt. l. 32. §. idem quæſiit. ff. de vſufr. leg.

Inferre portionem virilem. l. 101. ff. de ſolution.

Inferre vſuras. l. 11. ff. de vſur.

Inferre vectigal. l. 7. in fi. ff. de publican.

Inferre in ſepulchrum. l. 3. §. ſi quis in hæreditarium. ff. de ſepul. viol. l. 6. §. ſi quis in communem. ff. comm. diuid. l. 4. l. 6. & aliàs paſſim. ff. de religioſ.

Infinitvm pro immenſo & immodico. l. 61. ff. ad l. Falcid. l. 40. ff. de damn. infect. l. 192. ff. de verb. ſignif. Vnde In infinitum iurare pro immenſum. l. 68. ff. de rei vindic. l. 4. §. iurare. ff. de in lit. iur. Infinita vel immoderata æſtimatio, in l. 40. ff. dam. infect. In infinito, in l. 9. ff. de ſeruitutib. l. 1. §. apud Viuianum. ff. de ædilit. ed. l. 24. ff. de ſeruitutib. vrb. l. 1. §. ſi cui ita ſit legatum. ff. vt legat. ſeu fideicom. In infinitū. l. 11. §. ſi quis. decē. ff. de leg. lib. 3. l. 4. §. parentū. ff. de in ius voc. & apud Vlpia. in Inſtit. tit. 6. Quod & infinitè ab eod. Vlpia. Inſtit. tit. 5.

Infitia-

INFITIARI. l.2. in fin. ff. de exceptio. l.14. ff. depoſ. l.67. ff. de furt. Creditum depoſitúmve abnegare ſignificat. Hinc inficiatio. l.16. ff. iud. ſol. & d. l.67. & §. quædam. Inſtit. de actio. verba autem hæc in malam partem capiuntur. Itaque Feſt. libr.9. Inficiari, ait eſſe, creditum fraudare: Et Iſidor. lib.5. Etymol. cap.26. Inficiationẽ eſſe rei debitæ negationem, cùm ea à creditore repoſcitur. Martialis, In ius ô fallax atq; inficiator eamus. Quintilia. lib.7. c. 2. A perſonis, an illum depoſuiſſe apud hunc, vel hunc credidiſſe credibile ſit, an petitorem calumniari, an reum inficiatorem eſſe, vel furem. Cic.1. de Orat. Vt ſi ille inficiator probaſſet iudici ante petitam pecuniam, quam eſſet cœpta deberi: Vbi inficiatorem pro eo vnde petebatur accipit. Inficiatione creſcẽtem cauſam. l.7. ff. de ſolutio. accipe ex ea actione, quę aduerſus fatentem in ſimplum, aduerſus negantem in duplum competit, qualis eſt Aquiliæ actio. l.23. §. vlt. ff. ad l. Aquil.

INFECTA materia, dicitur rudis & in opera nulla coniecta, quæq; adhuc in maſſa habetur. l.6. ff. de rei vendic. Eodemq; ſenſu Infectum argentum accipitur l. 19. ff. de furt. Cuius appellatione rudem materiam, id eſt, non factam contineri tradit. l. 19. §. infecti. ff. de auro, arg. Sic infectum ęs apud Feſtum lib. 16. in verbo Rodus, ſignato opponitur. Et infecta lana, infectumq; linum in l.20. ff. de leg. lib.3. Et infecta purpura in l.1. §. ſi quis argentum. ff. depoſ.

Infectum damnum quod nõdum factum eſt, ſed futurum veremur. l.2. ff. de dam. infec. quod & intactum appellatur in l. 3. §. penult. ff. de riuis.

INGENIVM naturam ſignificat, & ad ea quoq;, quæ anima & ſenſu carent, transfertur, vt in l.6. C. de bon. præſcript. Ingenium ruris. Vergilius 2. Georg. Nunc locus aruorum ingeniis. Tacit. libr. 5. Locorumq; ingenio ſeſe contra imbelles regias copias tutabantur. Et apud Non. Saluſtius lib.3. hiſt. Caſtriſq; collatis pugna tamen ingenio prohibebantur. ingenio, ſcilicet, loci. Ingenium etiam ingenitam cuiq; animali vim denotat in l.38. §. quæſitum. ff. de ædilit. ed.

INGENVVS eſt, qui ſtatim vt natus eſt, liber eſt, ſiue libera conceptus, ſiue editus ſit, ſiue medio duntaxat tempore matrem liberam habuerit. Inſtit. de ingenu. & Gaius lib.1. Inſtitut. Ingenuum accipimus & eum, qui ingenuus pronunciatus eſt. Sententia enim hæc ius facit, & pro veritate accipitur. l. 25. ff. de ſtatu hom.

INGRATVS libertus eſt, qui obſequium quod debet patrono non præſtat, vel res eius filiorúmve tutelam adminiſtrare detrectat. l. 19. ff. de iu. patro. Sic in l.4. ff. de obſequ. l.1. & 2. C. de libert. & eor. lib. l.21. ff. quod met. cau. Vide & l.6. §. vlt. ff. de lib. agn.

Ingrata planè non eſt liberta eò quod arte ſua contra patronæ voluntatem vtatur. l. vlt. ff. de obſeq. à lib. Hinc Ingrati actio vel accuſatio contra libertos patronis competens. l. 1. & 3. C. de libert. & eor. lib. & Nouel. Valentinia. tit.6.

Ingrata teſtamenta quæ appellarentur expoſuit Cuiac. lib.3. Obſeruatio.

Ingratus in l. 36. §. vlt. ff. manda. pro inuitus & nolens. Vnde Ingratis aduerbium in Plauto frequens, & à Terentio vſurpatum in Eunucho.

INIVRIA generaliter dicitur omne quod non iure fit. l.1. ff. de iniur. Iuſtinian. Inſtitut. de iniur. in prin. Ius enim & iniuria aduerſa ſunt. Vnde & iniuriam facere bruta negantur, quia nec iure quicquam facere poſſunt. l.1. §. 1. ff. ſi quadrup.

Specialiter autem iniuria contumelia dicitur, quæ Græcè ὕβρις: quemadmodum circa iniuriam actionem accipimus. l.5. ff. ad leg. Aquil. Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum ſignificatur, quod Græci ἀδίκημα vocant: vt in leg. Aquilia d. l.1. & Iuſtinian. in titul. de iniur. Vnde Vlpian. in l.5. § 1. ff. ad l. Aquil. Iniuriam, ait, hîc nos accipere oportet, ſi contra ius, hoc eſt, ſi culpa quis occiderit. Et mox. Igitur iniuriam hic damnum accipiemus culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit. Et Iuſtin. in §.1. Inſtitut. de leg. Aquil. Iniuria autem occidere intelligitur qui nullo iure occidit.

Ita damnum iniuria dare patiq; dicimus. l. 9. §. nunc videndum. ff. de minorib. l.6. ff. nautę, caupo. l.19. ff. commod. l.41. ff. locati. Et damni iniuria actio. l.1. ff. de publican. l.54. ff. de acq. rer. do. l.10. in fi. ff. de eden. l.6. §.1. ff. nautæ, caupo. l.111. ff. de diuerſ. reg. fit huius actionis mentio apud Quintilia. Declamatio. 13. & Declamatio. 385. & apud Cicer. pro Q. Roſc. Com. Damnum autem iniuria dediſſe non videtur qui defendẽdi non ſui cauſa vicini ædificium orto incendio diſturbauit. l.3. §. pen. ff. de incend. ru. l.49. §. vlt. ff. ad l. Aquil.

Iniuria aliàs iniquitatem & iniuſtitiam ſignificat. Veluti cùm contra ius aliquid iudex facit, vel iniquè decernit, aut iudicat. Sic in l.1. ff. de iniur. l.45. §. procurator. ff. de procuratorib. l.50. ff. de pecul. l.51. ff. de euictio. l.50. ff. de legat. lib.1. l.52. §. vlt. ff. pro ſoc. l.22. § cùm autem. ff. rat. rem hab. l. 3. ff. quod met. cau. l.13. ff. quib. mod. pign. l.67. ff. de fideiuſſorib. l.1. C. de rer. permut.

Iniuria atrox quæ ſit lib.1. expoſui.

INIVSTVM teſtamentum dicitur quod non iure factum eſt, vbi ſcilicet ſolennia iuris defuerunt, & in quo ſi omnia ritè facta eſſent,

iure factum teſtamentum diceretur. l. 1. ff. de iniuſto rup. l. 6. ff ad leg. Corn. de falſ. l. 2. §. 1. ff. quemad. teſt. aper. l. 26. ff. de inoffic. teſtam. l. 9. C. de ſuis & legit. Appellatur non iuſtum teſtamentum. l. 1. ff. de except. rei iudic. l. 3. ff. *de confirm. tut. l. 22. ff. de acqui. hæred. Iniuſtum etiam dicitur teſtamentum, quod inutile & nullius momenti eſt, præterito eo, qui in poteſtate erat. l. 3. §. ex his apparet. l. 6. §. ſed ſi pater. ff. de iniuſto rupt. l. penult. ff. de lib. & poſt. l. 9. C. de ſuis legit.

Iniuſtum matrimonium, contra leges contractum. l. 1. ff. vnde vir & vxo. Iniuſta vxor. in l. 13. §. 1. ff. de adulter.

INOFFICIOSVM teſtamentum appellatur, quod rectè quidem factum eſt, ſed non ex officio pietatis. l. 2. ff. de inoffic. &, vt Paul. lib. 4. Sentent. titu. 5. definit, quod fruſtra liberis exhęredatis non ex officio pietatis videtur eſſe conſcriptum. Quam definitionem Iſidor. tranſcripſit lib. 5. Etymo. cap. 24. Huius enim verbi de inofficioſo vis illa eſt, docere immerentem ſe, & ideò indignè pręteritum, vel exhæredatione ſummotum. l. 5. ff. de inoffic. teſtam. Denique inofficioſum teſtamentum dicere, hoc eſt, allegare quare exhęredari vel pręteriri non debuerit. l. 3. ff. eod. tit. reſq; illo colore defenditur quaſi parum ſanæ mentis fuerit, cùm teſtamentum iniquè ordinaret. l. 2. l. 5. & l. 13. ff. de inoffic. teſtam. l. 36. ff. de leg. lib. 3. Inofficioſi vulgò querela, interdum verò actio, interdum etiam accuſatio dicitur. l. 7. ff. de leg. lib. 2. l. 6. §. vlt. l. 22. l. 27. ff. de inoffic. teſtam. l. 3. l. 8. l. 11. l. 14. l. 25. l. 27. C. eod. titul. l. pen. C. de collatio. Etiam pro eodem Iureconſulti dicunt, Queri, Agere, Dicere de inofficioſo, vel Dicere inofficioſum.

Inofficioſus libertus, id eſt, irreuerens. l. vlt. ff. de in ius voc. l. 1. ff. de iure patron.

INPORTARE actionem, item Inportare crimen pro inferre. l. vlt. §. vlt. ff. de diuort. l. 14. §. 1. ff. de bon. libert. l. 9. §. 1. ff. de ſtatu liber. Crimina ignominiam inportare dicuntur, quæ infamant. l. 5. ff. de decurionib.

INQVILINVS eſt, qui in conductis ędibus habitat. Et propriè vrbani prędii conductorē ſignificat. l. 37. ff. de acquir. poſſeſſ. l. vlt. ff. de migran. l. 4. §. Prætor ait. & l. 13. §. qui damni. & §. de illo. ff. de dam. infect. Inquilini etiam pro his, qui prædiis adſcribuntur, in l. 112. ff. de legat. lib. 1.

INQVISITIONE dari confirmariq; tutor curatórve dicitur, qui cauſa cognita & morib. fide, facultatibus eius* æſtimatis magiſtratus decreto datur, vel confirmatur. l. 2. l. 7. §. vlt. ff. de confir. tutel. l. 1. §. ſi pupillis. ff. de tut. & rationibus diſtrahend. l. 14. §. pen. ff. de ſolution. l. vlt. C. de auctor. præſt. l. 4. C. de tutoribus qui ſatiſdar. cog.

IN REM & in perſonam plerunque opponuntur. l. 4. ff. de teſt. tut. Sic actiones aliæ in rem, aliæ in perſonam eſſe ſtatuuntur. l. 25. & l. 37. ff. de oblig. & actio. Pacta etiã alia in rem ſunt, quoties generaliter paciſcimur, ne petamus. Alia in perſonam, quoties ne à perſona petamus. l. 7. §. pactorum. l. 17. §. pactum. & l. 8. §. de pignore. ff. de pignoratic. actio.

In rem ſcriptæ actiones dicuntur, quæ licet perſonales ſint, rei tamē poſſeſſorem ſequuntur. l. 9. §. vlt. ff. quod met. cau. l. 14. §. vlt. ff. de minoribus. l. 1. §. vltim. ff. de interdict. Ita & in rem ſcriptam exceptionem appellat Vlpian. in l. 4. §. penult. ff. de doli except. Reſtitutio etiam in rem datur minori, id eſt, aduerſus rei poſſeſſorem, licet cum eo non ſit cõtractum. l. 13. §. vltim. de minoribus. Paul. lib. 1. Senten. titul. 7. Operis quoque noui nunciatio in rem fieri non in perſonam dicitur. l. 10. ff. de oper. no. nunc. id eſt, ipſi rei & operi fieri non perſonæ. Ita Mora in rem, quæ absque interpellatione ſola ceſſatione committitur. l. 23. ff. de vſur.

In rem denique ἀορίστως eſt & ſine perſonæ nominatione. l. 5. ff. vſufruct. quemadmod. cau. l. 5. §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l. 12. ff. de reb. auctor. iudic. l. 5. §. quod exigimus. ff. de conſtit. pec. l. 10. ff. vt leg. nom. cau. l. 1. §. ſi fideiuſſor. ff. quar. rer. act. non dat. l. 8. §. ſi verba. ff. de liberat. leg.

In rem ſuam datus procurator intelligitur, cui mandatæ ſunt actiones. l. 2. in fin. ff. fam. erciſ. l. 8. §. vlt. ff. manda. nimirum quia non in alienam, ſed in ſuam vtilitatē procurator fit, & alienas actiones ſuo commodo exercet. l. 41. ff. de re iudic. In rem ſuam fideiubet is ad quem emolumentum & commodum negotii peruenturum eſt, vt qui pro procuratore ſuo fideiubet, item mulier fundo dotali petito pro marito ſpondens. l. 8. §. 1. ff. qui ſatiſdar. cog. l. 24. ff. de pact. l. 13. ff. ad Velleian.

INSCIENTIA in l. 28. in fi. ff. de iudic. Hoc verbum in Cicer. Rhetoricis frequens librariorum ignorantia deprauauit, vt & Georg. Fabric. admonuit.

INSPECTOR, cui res inſpicienda datur. l. 10. §. 1. ff. commod. l. 17. §. Papinianus. ff. de præſcript. verb.

Inſpectores alio ſenſu in Rubr. de cenſibus & cenſitoribus & peræquatoribus & inſpectorib. lib. 11. C. & l. 2. de indulgent. tribut. lib. 11. C. Theod. l. 33. de annon. in eo. Cod. qui ad inſpicienda prouincialium prædia, releuandaq; vel cenſitioni ſubiicienda à principe mittebantur.

Et ita Inſpectio & peræquatio in l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicior.

Inſpectio in quæſtione tituli quemadmodum teſtamen. aperian. inſpiciantur, etiam lectionem

ctionem tabularum indicat.l.2.§.ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, deſcribantur,atq; inſpiciantur.

Inſpectio pro viſione & quod Græci θεωρίαν dicunt.l.63.§. quòd ſi ſeruus.ff. de acquir. rer.do.l.44.ff.de oblig. & act.l.3.§.1.ff. depoſ. Dicitur & inſpectatio in l.12.§. ſi quis ſeruum. ff.de captiu.& poſt.

INSCRIBERE, in crimen ſubſcribere eſt, quæ res ſimilitudine ſupplicii accuſatores obligabat.l.vlt.C. de iniur. Vnde Inſcriptio pro ſubſcriptione illa, quæ ab accuſatore fiebat. l. 15.§. qui poſt inſcriptionem. ff. ad Turpillian. l.1.C.eod.tit.l.8. C.vnde vi.l.1.& l.19. C. qui accuſar. non poſſ. Inſcriptionum libelli in l. 2. §.vlt.ff.de adulter.l.3. in princ.& §.1.ff. de accuſatio. Et Inſcriptionum pagina.l. 3. C. qui accuſare non poſſ. Inſcriptio etiam titulum operi alicui præfixum ſignificat.l.2.& l.3.in fin. ff.de operib.publ.

INSIGNIA magiſtratuum.l.1. §. caſum. ff. de poſtul. Inſignia Proconſularia, in l. 1. ff. de offic. proconſulis & legati. Inſignia militaria.l. 2. §. ſed ſi ita. ff. de not. infam. Expoſui aliàs.

IN SOLIDVM vt plurimum ſignificat in integrum, & vt vulgò loquimur, *vn ſeul & pour le tout*. Aliquando tamen in ſolidum opponitur ei,quod peruenerit, vt in l. 199.§. vlt. ff.de diuerſ. reg. In contractib. ſucceſſores ex dolo defunctorum teneri dicuntur non in id tantùm quod ad eos peruenit,ſed in ſolidum, hoc eſt, vt vnuſquiſque pro ea parte, qua hæres eſt,conueniatur.l.7.§.1.ff.depoſ.

INSTANTIA acrem & aſſiduam flagitationem ſignificat.l. 32.& l.33. ff. de vſur. l. vlt. §. vltim. ff. de pignor. act.§.1. Inſtit. de pœna tem.litig. Inſtanter & ſæpius.l.vnic.ff.de libell. dimiſſ.

Inſtantia etiam lis pendens dicitur.l. 73. ff. de iudic.

INSTITOR eſt, qui tabernæ vel alii cuilibet negotiationi præponitur: ex eo dictus, quòd negotio gerendo inſtet.l.3.& l. 5.l. 13.§. vltim. ff. de inſtitor. Tam enim qui tabernæ locóve ad emendum vendendúmve præponitur, quàm qui ſine loco ad eundem actum præponitur, Inſtitor appellatur. l. 18. ff. de inſtitor.

Inſtitor mercis in l. 37. ff. de adm. tut. mercibus emendis vendendiſq; præpoſitus. Cauponæ quoque & ſtabuli inſtitor dicitur. l. 1.§. caupones.ff.nautę,caupo.l.13.& l.15.ff.de inſtruc.vel inſtr.

Inſtitoria actio tunc locum habet, vt Iuſtinian. in §.1. Inſtit. quod cum eod. ſcribit,cùm quis tabernæ fortè vel cuilibet alii negotiationi ſeruum ſuum præpoſuerit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus erit,contractum fuerit.tit.de inſtitor.l. 3.§.contractum.ff.quib. ex cauſ.in poſſeſſ.l.4.ff. de minorib.

INSTITVERE vineas, in fundo ponere, & plantare ſignificat.l.penult.ff.loca.l.1. de rei vendic.in C.Gregor. Sic inſtituere ſalictum.l. 3.ff.arb.furt. cæſ. Inſtituere æris,auri, argenti fodinas.l. 15.§. inde quæſitum. cum ſeq. ff. de vſufr. Inſtituere fullonicas. l. 3. ff. de aq.& aq. plu. Et ita Inſtituere abſolutè poſitum accipe in l.97.§.1.ff.loca.

Inſtituere hæredem dicimus quaſi ſuo loco ponere & collocare. Inſtituti autem hæredes dicuntur primo gradu, ſubſtituti ſecundo, aut tertio. l. 1. ff. de vulg.& pup. Et apud Paul.lib.3. Sentent. 4. Itaque vt illi primi, ita hi ſecundi hæredes appellantur.l.vltim.ad fin. ff.de fideicomm.lib. quemadmodum poſtea dicemus. Sed tamen & inſtitutum ſecundum hæredem dixit Vlpian.in l. 104.§.penult.ff.de legat.1.

Inſtitutum accipimus eum quoque, qui hæres ſcriptus non eſt, ſed ſolummodo nuncupatus.l. prima. ff. de hæredibus inſtituendis.

INSTRVMENTVM & Inſtructum ſeparantur in tit. de inſtruct. vel inſtrument. leg. Plenius enim eſt, & vberius inſtructi quàm inſtrumenti legatum, cùm illo non loci tantùm, ſed & patrisfam. ipſius inſtrumentum, quod vt inſtructior eſſet habuit, contineatur. l.12.§.ſed ſi fundus.ff.de inſt.vel inſtrum. Vide etiam l.1.& l.2.C.de verb.ſignific.& l.1.l. 15.§. 1.l.20.l. penult. ff. de inſtruc. vel inſtrumento legato.

Inſtrumēto verò fundi quid comprehendatur, exponitur pleniſſimè in l. 8.l.9.l.10.l. 11.l.12.l.25.ff.de inſtruc.vel inſtrument.l. 33. circa fin.ff.de ædilitio edicto.l.17.ff.de action. empt.

Inſtrumento tabernæ vel inſtructæ tabernæ appellatione quid contineatur, vide l. 13. ff.de inſtruct.vel inſtrument.l. 185. ff. de verborum ſignificatione. Sunt & cuiuſque profeſſionis & artificii inſtrumenta, veluti medicorum, pictorum, balneatorum, piſcatorum, lanionum, de quibus tractatur in leg. 17.& l.18.ff. de inſtructo vel inſtrument. leg. & apud Paul. libro tertio Sententiar. titulo ſexto.

Inſtrumenta in re iudiciaria ea omnia accipiuntur, quæ ad inſtruendam cauſam pertinent. Et ideò tam teſtimonia, quàm perſonæ inſtrumentorum loco habentur. l. 1. ff. de fide inſtrument. Vt cùm dilatio inſtrumentorum cauſa petitur, etiam in præſentiam eius perſonæ, quæ inſtruere poſſit, puta qui actum geſſit, vel qui actor fuit conſtitutus, dilatio quaſi inſtrumentorum cauſa datur. leg. 99. §. vltimo. ff. de verbor. ſignificatione.

l.1.C.de dilatio.l.18.quor.appellat.non recip. in C. Th.

Inſtrumentum ſæpè pro contractus tabulis.l.72.ff.de euictiõn. l.1.§.1.ff.de eden.l.65.ff.de iudic.l.49.ff.ſolut.matrimon.l.43.§.1.ff.de adminiſtr.tutor. Ita inſtrumenta ſtatus & inſtrumenta auctoritatis accipe in l.8.ff.quod met.cauſ.l.vlt.ff.de pignor.act.l.24.C.de fideicomm.

INSVLÆ, quemadmodum Feſtus ſcribit, appellatæ ſunt, quæ communibus parietibus non iunguntur cum vicinis, circuituq́; publico aut priuato cinguntur: à ſimilitudine earum terrarum, quæ vndiq; aquis circundantur. Cui adde quod Tacit.lib.15.refert, Neronem conſtituiſſe, vt ne communione parietum, ſed propriis quæq; domus muris ambirentur. Ita inſulæ in innumerabilib. locis Pandectarum accipiendæ ſunt. Quarum cuſtodes Inſularii vocantur. l. vlt. ff. de offic. præf. vig.l.5.ff.de inſtitor.l.10.§.1.ff.de vſu & habit. l.166.& l.203.ff.de verb.ſignif. Petron. Arbiter. Interim coctores, inſulariiq; multant excluſum & alius veru teſtis ſtridentib. plenum in oculos eius intentat.

Inſularum in mari vel fluminib. enatarum meminit l.17.ff.de leg.lib.3.l.26.in fi.ff.de except.rei iudic.l.7.§.inſula.ff.de acq.rer.do.& Plin.lib.2.cap.86. Inſulas autem in l.33.C.de appellatio.in mari Ægeo & Ionio & circa Aſianum tractum ſitas intelligi oportet, veluti Cycladas, Rhodum, Cyprũ & alias. Eodémque modo præſidem inſularum accipiemus in inſcriptione.l.pen.C.vbi de cauſa ſtat.& in Nouell.conſtitution.8.& in l.4.C.de nauicular.lib.11.in qua verbum, Ciuitatis, priore loco poſitum abundat.

INSVPER habere pro negligere & poſthabere: notauit Cuiac.lib.3.Obſeruatio.ex l.43.ff.de religioſ.& l.17.ff.de his quæ vt indign. Cui ego locum vnum ex Symmachi ad patrem epiſtola ſumptum addam: in quo ita eſt: Hæc me atq; alia huiuſmodi perpulerunt ſcribendi munus inſuper non habere.

INTEGRI reſtitutio, vt Paul. lib. 1. Sent. tit.7.tradit, eſt redintegrandæ rei, vel cauſæ actio, quam Prætor ex his cauſis tribuit, quæ per metum, dolum, ſtatus permutationem, & iuſtum errorem, & abſentiam neceſſariam & infirmitatem ætatis geſta eſſe dicuntur. l.1.& 2.ff.de in integer.reſt. Eſt autem in integrum reſtituere nihil aliud, quàm in priſtinam cauſam priſtinumq́; ius reſtituere. In integrum pro inſolidum in l.25.ff.de re iudic.l.122.ff.de verb.oblig.

INTENDERE pro agere, & vt vulgò loquimur concludere.l.5.ff.ſi vſusfruct.pet.l.30.ff.de pecul.l.22.§.item pater.ff.ſolut.matrim.l.85.§.in ſolidum.& l.103.& l.139.ff.de verborum obligationibus.l.8.& l.19.ff.ſi ſeruitus vindicet.

Intentio, pro actione, quæ in iudicio inſtituitur, aut certè pro libello actionis.l.66.ff.de iudic.l.9.§.proinde.ff.ad exhib.l.18.ff.commun.præd.l.6.§.hæc actio.ff.ſi ſeruit.vindic. l.17.ff.de euictio.§.ſi quis agens.Inſtitutio.de action.

Intentio pro voluntate & mente.l.10.ff.de aliment.leg.l.14.§.ſed interdum.ff.de religioſ.ſumptib.

Intentio voluntatis.l.77.§.donationis.ff.de legat.3.

INTER ſicarios, pro, De ſicariis Latini auctores dicũt. Cic.lib.2.de Inuentio. Non enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, præiudiciũ fieri. Idem in Orat. pro Cluentio. In Q. Sergii Senatoris eius qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit. Et lib.1.De finib. inter ſicarios quæſtionem exercere.

INTERCEDERE, fidẽ ſuam pro alio obligare alienamq́; obligationem in ſe ſuſcipere ſignificat.l.2.§.vltim.& paſſim ſub tit.ad S.C. Velleia. quod Senatuſconſultum de interceſſionibus appellatur.

Interceſſores pro Interuentorib.fideiuſſoribus, & expromiſſoribus.l.23.ff.de hæredit. vend.l.3.§.ſi filiusfam.ff.de pecul. Interceſſio pro fideiuſſione.l.32.§.1.ff.de receptis, qui arbitr.

INTERCALARI, id eſt, interponi & interſeri in l.3.§.minorem.ff.de minorbus. Vnde intercalaris dies, qui vt ratio anni ſolis curſui conueniret, extremo diei Februarii menſis addebatur.l.98.ff.de verb.ſignif.l.2.ff.de diuerſ.& temp. Plinius lib.2.cap.8. Deinde ſolis meatum eſſe partium quidem trecentarum ſexaginta: ſed vt obſeruatio vmbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiici, ſuperque quartam partem diei. Quam ob cauſam quinto anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio ſolis itineri congruat. Iſidor.lib.5.Etymolog.capit.17. Intercalares dies, ait, idcirco vocantur, quia interponũtur, vt ratio lunæ ſoliſque conueniat. Inde & Intercalaris verſus teſte Seruio in 8.Eclog.Virg. dicebatur, qui frequenter repetitus poſt aliquot verſus interponebatur.

INTERCIDERE ædes, aquæductum.l.7.§.eſt & alia.ff.quod vi aut clàm.l.29.§.1.l.49.§.vlt.ff.ad l.Aquil.

Intercidere rationes, codicillos.l.1.§.vlt.ff. de ſeruo corrupt.l.4.l.23.ff.ad legem Cornel. de falſ.

INTERCIPERE dicitur qui lucrifaciendi gratia, id eſt, ea mente vt lucretur, interuertit & contrectat.l.1.§.1.l.44.§.1.ff.de furt.l.penul.ff.de liber.cau.l.38.§.ſi debitorem.ff.de ſolutionib.

lutionibus.l.44.§.vlt.ff.de acquirend. rer. do. Hinc interceptarum pecuniarum reus apud Sueton. in Domitian. Vtuntur & in eadem ſignificatione Iureconſulti verbo interuertendi. l.20 l.69.ff.de furt.l.18.ff. de ſolution.

INTERDICERE modò interloqui, modò prohibere ſignificat. Vnde interdictum pro prohibitione apud Paul. lib.2. Sentent. tit.10. Et apud Horat. in Sermon. interdicto huic adimat ius Prætor, id eſt, interdictione bonorum. Ex quo interdicta appellarunt veteres formulas illas & conceptiones verborum quib. Prætor, aut iubebat fieri aliquid, aut fieri prohibebat: quod tum maximè fiebat, cùm de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur. Inſtitut. de interdict. in princ. Quò alludens Cicer. ad Volumnium. Vrbanitatis, ait, poſſeſſionem, amabo, quibuſuis interdictis defendamus. Iſidor. planè lib.5. Etymol. cap. 24. Interdictum definit, quod à iudice non in perpetuum, ſed pro reformando momento ad tempus interim dicitur, ſalua propoſitione actionis. Mihi tamen probabilius videtur à prohibitione, quæ prætoriis interdictis plerunque cõprehendebatur, Interdicta appellata, quàm quod interim vel inter duos dicerentur. §. ſunt tamen. Inſtitut. de interdict. Prætor autem interdictis tuetur poſſeſſores vel quaſi poſſeſſores. Nam & veluti poſſeſſoria interdicta de ſeruitutibus dantur. l.vlt.ff. de ſeruitutib. Interdicta porrò à primis verbis, quibus concipiebantur, nomen magna ex parte acceperunt: veluti, Vti poſſidetis, cuius verba referuntur in l.1. ff. vti poſſid. & apud Feſtũ Pomp. lib.10. Item, Vnde vi, quemadmodum ex l.1.ff. de vi & vi arm. & ex Cicero. in Oratio. pro Cæcinna cõſtat. Similiter & Quorum bonorum, Quod legatorũ, Vtrubi, Quod vi aut clam, Quod precariò, à prioribus verbis denominantur, vt ex l.1.ff.quor.bonor.l.1.ff.quod vi aut clam.l.1.ff. vtrubi.l.2.& l.vlt.§.vlt.ff. de precar. l.penult. ff. comm.præd.l.40.§.actiones.ff.de hered.petit. conſtat. Interdictum fraudatorium in l.96. ff. de ſolution. & l.67.ff. ad Trebellian. quod ad reuocandum poſſeſſionẽ eorum, quæ in fraudem alienata ſunt, datur. Dicimus autem etiam Interdicti actionem. Paul. lib.5. Sentent. titul.6. Redditur, ait, interdicti actio quæ proponitur ex eo, vt quis quod precario habet, reſtituit. Et ita actionem, Quod vi aut clam dicit. l.43. in fin.ff. ad leg. Aquil. Et Iuſtinian. interdictum Vnde vi, actionem recuperandæ poſſeſſionis appellat. in l.1.C. ſi per vim vel al. mod.

Interdicta æquè atque actiones Reddi, Edi, Accipi, Dari, Moueri, dicuntur. Iure enim ordinario & per formulam expediebantur.

Interdicere pro interdicto vti, & experiri. l.1.§.penult.ff.de via pub.l.3.§. ſi quid dolo.ff. de tabul.exhib.l.penult.ff.ne quid in loco pub. l.2.§.reſtituas.ff.ne quid in loco pub.l.1.§.cùm autem.ff.de vi & vi arm. l.3.§. Labeo quoque. ff.vti poſſid.l.1 §. præterea.ff.de aqua quotid.l.8.§. illud.ff.de precar.l.5.§.hæc verba.ff.quod vi aut clam.l.1.§. ſi tibi fundum.ff. de itin. actuque pri.l.3.§. eſt autem.ff.ad exhib. Quintilian.lib.3.cap.6. Non debuiſti interdicere ſed petere.

Interdicere aliàs Prætor dicitur, qui Interdictũ dat & proponit.l.vnic.ff. vt in flum. pub. l.1 §.deinde ait prætor.ff. de aqua quotid. l.vn. ff. de fonte. l.1.ff. de locis pub.l.1 §. æſtas.ff. ne quid in flum. pub.

Interdicti in titul. de interdict. & releg. accipiuntur, quibus vrbe, patria, regionéve aliqua interdictum eſt. Eſt autem interdictio quædam aquæ & ignis: eſt & rei certæ interdictio, & negotiationis, profeſſionis, aduocationis. l.9. ff. de pœn. l.vltim. ff. de iniur. l.6.§. penult.ff. de extr. crim.l.1.§.vltim.ff. de offic. præf. vrb.

Interdici quoque bonis dicebantur, qui adminiſtratione bonorum ſuorum, ob id interdicebantur, quòd neque modum, neq; finem expenſarum facerent: Cuius interdictionis ſolennia verba à Paulo referuntur libro 3. Sentent. Exempla huius locutionis ſunt in l. 26.ff. de contr. empt.l.18. ff. de teſtament. l.6. ff. de verbor.obligat. l.9.§. ſed & ſi ei. ff. de rebus cred.

INTERESSE tam publicè quàm priuatim dicitur. Publicè intereſt, quod in commune expedit, & ad totius Reip. vtilitatem pertinet: veluti rerum iudicatarum auctoritatem ſeruari, partus non ſubiici, dotes mulieribus ſaluas eſſe, & alia id genus, quæ publicè vtilia ſunt. l. 65.§.cùm prætor.ff.ad Trebellian.l.1.§. ſed etſi ſeruus.ff.de vent.inſpic.l.1.ff.ſol.matr.l.18.ff.de reb.auct.iud.l.16.ff.de appell. l.44.ff. de vſucapio.l.1 ff de incend.rui. Priuatim verò intereſt, quod ad ſingulorum vtilitatem ſpectat.l.71.ff. de euictionibus. l.8.§. mandati. l. penult.ff. ad exhibend.l.penult.§.vlt.ff. ne quis eum, qui in ius vocab.l.2.in fi.ff. ſi quis in ius vocat. In his autem omnib. locis pecuniariter intereſſe accipimus. Et ita in eo iure quo dicitur in rem pacta omnibus prodeſſe, quorum obligationem diſſolutam eſſe eius qui paciſcebatur, interfuit. l.21.§.vlt.ff.de pact. non quoquo modo cuiuſq; intereſt, ſed ita, ſi alioquin pecuniarium damnum immineat.l.23.ff.de pact. Sed nec quod dicitur furti actionem dari ei, cuius intereſt, ita accipiendum eſt, vt cuiuſcunque interſit rem non perire ei ea actio detur, ſed qui ob eam rem teneatur quod eius culpa ea perierit.l.14. §.an pater.ff.de furt. niſi ſi mala fide eam rem poſſideat.l.12.ff.de furt.

Id quod intereſt, à rei eiuſque æſtimatione ſeparatur. l. 1. §. conſiderandum. ff. de tutel. & rat. diſt. l. 1. ff. de actio. empt. Et proinde Id quod intereſt, & Quanti ea res eſt, diuerſa noſtri auctores faciunt. l. vn. in fin. ff. ſi quis ius dic. l. 4. §. in eum. ff. de damn. inf. l. 56. ff. ad l. Aquil. His enim verbis verum rei precium, illis omnis vtilitas, quæ modo circa rem conſiſtat, continetur. l. 139. ff. de verbor. ſignific. l. 21. §. cùm per emptorem. ff. de action. empt. Vnde Paul. in l. 13. ff. rat. rem hab. In quantum interfuit, ſic interpretatur, id eſt, quantum mihi abeſt, quantumque Lucrari potui. Exempla eius quod intereſt peti poſſunt ex l. 21. §. vltim. cum l. ſequ. ff. ad leg. Aquil. l. 3. ff. de condict. furt. l. 8. ff. de euictionibus. l. 10. §. cùm autem. ff. de eden. l. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit. l. 33. ff. loca.

Quorum intereſt, pro, Ad quorum officium ſpectat, & pertinet, dixit Paul. in l. 56. ff. loca. & Impp. in l. 3. C. de confir. tut. l. 6. & l. 7. C. de aduoc. diuerſorum iudic. l. 2. ad leg. Iul. de amb. in C. Theod. & l. 4. de fabricenſibus lib. 11. Cod. Hoc modo & Iuſtinianus Græcè loqui ſolet in Nouellis ἐξέτασει τῇ σῇ ὑπεροχῇ, pro eo quod eſt, ſpectabit ad celſitudinis tuæ officium.

Intereunt homines vel morte, vel maxima & media capitis minutione. Res verò cùm aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutant. l. 63. §. vlt. ff. pro ſoc. Itaq; fundum inundatione aquarum vel chaſmate alióve quo caſu interire dixit Vlpian. in l. 10. in fin. ff. de peric. & commo. & l. 1. C. de iu. emph. vt perire, in l. 47. §. vlt. ff. de legat. 1. Interiiſſe & tabulæ dicuntur, quæ interciderunt & perierunt. l. 1. ff. ſi tab. teſt. null. ext.

Interim in l. 37. ff. de noxal. act. ſignificat quamdiu res apud eos manet. Similiter in l. 12. in fi. ff. de diſtr. pig. Interim eſt donec res euincatur. Aliàs Interim eſt pendente die vel conditione. l. 46. ff. famil. erciſc. l. 22. ff. manda. l. 13. §. ſi ſub conditione. ff. de pignorib. l. 10. ff. de adſignand. libert. l. 36. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. l. 96. §. penult. de leg. lib. 1. Interim, eſt pendente iudicio. l. 91. §. vlt. de legat. lib. 1. Interim, dum apud hoſtes eſt. l. 6. in fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Interim in l. 8. ff. ad l. Pomp. de parricid. eſt in reatu, & pendente criminis quæſtione. Interim, id eſt, quandiu nolit in l. 41. §. penult. ff. de legat. 3.

Interleverit, Deleuerit. l. 11. §. ff. de ſeruo corrup. l. 2. ff. ad leg. Corn. de falſ. Rationis interleuiſſe. l. 67. C. de legat. lib. 1.

Internecinum teſtamentum quod diceretur expoſuit Cuiac. lib. 1. Obſeruat. Iſid. lib. 5. Etymolog. cap. 26. Internecini, ait, iudicium in eum dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat. Accuſatorem eius bonorum poſſeſſio ſequebatur. Idem lib. 10. Internecida eſt, qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit.

Interloqui Prætor, iudexq; dicitur, cùm quid inter cognoſcendum pronunciat. l. 1. §. quæro. ff. ad Turpillian. l. 32. ff. de pœn. l. 15. §. in venditione. ff. de re iud. l. 9. §. ſed ex facto. ff. quod met. cau. l. 6. §. eius qui. ff. de iniuſto rupt. l. 1. §. hunc conſequentur. ff. de appel.

De plano interloqui. l. 1. ff. de conſtit. princ.

Hinc Interlocutoria ſententia, quæ non totum negotium definit & perimit.

Interpellare eſt extra iudicium petere. Nónnunquam etiam interpellatio pro iudiciali conuentione ſumitur. l. 23. ff. de iudiciis.

Interpellare aliàs interrumpere ſignificat. Ita interpellari poſſeſſio vſucapióve dicitur. l. 14. ff. de ſeruitutibus. l. 31. §. vlt. ff. de ſeruit. vrb. l. 33. §. qui pignori. ff. de vſucapio. l. 2. §. vlt. l. 7. §. procurator. l. penult. ff. pro empto. l. 2. ff. pro hærede.

Interpolare in l. 3. ff. de ædilit. ed. Interpola veſtimenta in l. 23. ff. de contr. empt. Interpola veſtis apud Iſidor. lib. 19. cap. 17.

Interpres appellatur is, cuius miniſterio ad alienam & extraneam linguam intelligendam vtimur, qui vulgò *Truchement*, dicitur. l. 1. §. vlt. ff. verb. oblig. l. 5. in fin. ff. de captiu. & poſt. Liu. lib. 7. Gallus proceſſit magnitudine atq; armis inſignis quatienſq; ſcutum haſta cùm ſilentium feciſſet, prouocat per interpretem vnum ex Romanis. Firmicus lib. 3. Matheſ. cap. 8. Reddit etiam ſic per noctem collocatus Imperatorum aut potentiſſimorum iudicum interpretes. Plin. lib. 25. cap. 2. de Mithridate. Illum ſolum mortalium viginti duabus linguis locutum certum eſt, nec de ſubiectis gentibus vllum hominem per interpretem appellaſſe. Interpretum autem ſalarium ἑρμηνευτικὸν appellatur in l. vlt. ff. de proxenet.

Interrogari legibus dicebatur, cui apud Prętorem accuſatio intendebatur, quemadmodum exemplis comprobaui lib. 2. Antiquitat. Interrogatoriæ actiones. Rubr. de interrogatio. in iu. fac. & de interrogator. actio. quę ſcilicet in ſimplici interrogatione verſabantur, ex qua iudicium inchoabatur. Quas in deſuetudinem abiiſſe Calliſtratus ſcribit, quòd nemo ante iudicium aliquid de ſuo iure reſpondere cogatur. l. 1. §. vlt. ff. de interrogat. in iur. fac.

Intervalla honorum in l. 6. ff. de legat. & l. 4. ff. de muneribus & honorib. non cont. int. pat. & fil. & de interuallis lib. 10. C. ſunt vacationum cõceſſa tempora his qui ad eoſdem vel alios honores eademque vel alia munera denuò vocantur, vt traditur in l. 1. C. de muneribus lib. 10. Et ſignificatur in l. 12. ff. de vacat.

mun.

mun. Eaque eſt temporum præſcriptio, quam in honoribus repetendis vel aliis ſuſcipiendis dari Papinian. ſcribit in l. 17. §. præſcriptio. ff. ad municip.

Intervenire pro intercedere & acceſſionis nomine promittere, vel etiam nouãdi animo alienam obligationem ſuſcipere in l. vlt. ff. de minorib. l. 3. §. ſi filiusf. ff. de pecul. l. 6. §. ſi paſſus. ff. manda. l. 1. C. de reputatio.

Vnde interuentores, qui alieno nomine obligantur. l. 3. §. ſed ſi filiusfam. ff. de pecul. l. 7. in fi. ff. de obſeq. à lib. pat. l. vlt. §. vlt. C. de vſur. rei iud. Et interuentiones in l. 7. §. non ſolùm. ff. de minoribus. Interuenire etiam dicuntur, qui pro alio in iudicio conſiſtunt. l. 11. §. agere. ff. de iniur. l. 5. §. nunc videamus. ff. iudic. ſol. l. 10. in fin. ff. de in ius voc.

Intervsurium, commodum vſurarum medij temporis appellatur. l. 82. ff. de legat. lib. 2. l. 66. ff. ad leg. Falcid. l. 9. §. vltim. ff. de pecul. Eadem forma, alio tamen ſenſu. Interæſtimationem dixit Pompon. in l. penult. ff. de ædilit. ed.

Intestabilis eſt, qui teſtimonij dicendi ius non habet, &c, vt lexicon Latinogræcum Germanienſe μὴ προσδεκτιὸς εἰς μαρτυρίαν. Planè cùm lege quis inteſtabilis eſſe iubetur, (veluti lege 12. tabul. Cuius verba à Gellio lib. 15. cap. 13. referuntur) eò pertinet, vt ne teſtimonium eius recipiatur, néve ipſi, vt quidam exiſtimant, dicatur teſtimonium. l. 26. ff. de teſtament. §. teſtes autem. Inſtitut. eo. proinde cùm ſenatuſconſulto expreſſum ſit, vt ob carmen famoſum damnatus inteſtabilis ſit, ex eo infert Vlpianus. Nec teſtamentum eum facere poſſe, nec ad teſtamentum adhiberi. l. 18. in fin. ff. de teſtament. Sic & in l. 5. §. penult. ff. de iniur. l. 21. ff. de teſtibus. Eoq; alludens Plaut. Curgulio. Semper curato, ait, ne ſis inteſtabilis. Quod amas ama teſtibus præſentibus. Quoniam autem inuiſi erant, qui inteſtabiles eſſe iubebantur, ideò factum eſt, vt pro execrando & abominando ac deteſtabili verbum hoc accipiatur, vt apud Horat. in Sermonibus. Sacer, inteſtabilis eſto. Tacit. lib. 15. Incuſat vltrò inteſtabilem & conſceleratum. Plin. lib. 30. cap. 11. de Magia. Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam vtilitatis vmbras. Gell. lib. 7. cap. 18. Eos tamen, qui ad Hannibalem non rediſſent, vſque adeò inteſtabiles inuiſoſq; fuiſſe, vt tædium vitæ ceperint.

Intestatvs propriè eſt, qui cùm poſſet teſtamentum facere, non fecit: Sed & is qui teſtamentum non iure fecit, vel cuius teſtamentum poſtea ruptum irritúmve factum eſt, vel ex cauſa inofficioſi reſciſſum, vel ex eo hæreditas adita non eſt, inteſtatus dicitur. l. 1. ff. de ſuis & legit. Inſtitut. de hæredit. quæ ab int. def. in princ. l. 64. ff. de verbor. ſignific. l. 6. §. 1. ff. de inoffic. Quintilian. Declamatio. 308. Neq; ego negauerim nõ vno genere fieri inteſtatos. Aut enim inteſtatus eſt, qui non ſcripſerit omninò teſtamentum, aut qui id ſcripſit, quod valere non poſſit. Nam ita locus ille legendus eſt. Quinetiam qui teſtamentum facere non potuere pro inteſtatis accipiuntur. d. l. 1. de ſuis & legit. Inteſtatus quoque, quantum ad tutelam attinet, deceſſiſſe dicitur, qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit. l. 6. ff. de legit. tutor.

Intra Kalendas facere quid iuſſus, an etiam Kalendis ipſis rectè faciat, dubitat Gellius lib. 12. cap. 13. Sed hoc duobus iuriſconſultorum locis apertiſſimè determinatur. Vnus eſt in l. 133. ff. de verb. ſignif. alter in l. 1. §. ſi intra. ff. de ſucceſſ. ed. cuius verba ſubieci, Quod dicimus intra dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe, ita intelligendum eſt, vt & ipſo die centeſimo peti poſſit, quemadmodum intra Kalendas etiam ipſæ Kalendæ ſunt.

Intribvere pro cõtribuere in l. 9. §. vlt. ff. de tributor. Traia. Plinio. poſſumus eorum deſiderio indulgere, modo ne quid ideo intribuant, aut minùs illis in poſterum fiat ad neceſſarias erogationes.

Intributiones pro collationibus & contributionibus. l. 6. §. vlt. ff. de minorib. & honor. l. pen. ff. de veteran. l. 22. §. vlt. ff. ad municipal. l. ager. §. ſtipendium. ff. de verb. ſignif.

Invecta, illata à iuriſconſultis appellantur quæ ab inquilinis in ædes conductas inducuntur importanturque. l. 4. ff. de pact. l. 11. §. ſolutam. ff. de pign. act. l. 2. & l. 3. & l. 4. & l. 7. in fin. ff. in quibus cauſ. pign. l. 32. ff. de pignor. l. pen. quibus mod. pign. l. 1. ff. de migran. l. 14. ff. de religioſ.

Inventarivm pro repertorio & deſcriptione bonorum. l. 7. ff. de adm. tut. l. 1. §. pen. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. 15. ff. de rebus auctor. iudic. poſſiden. l. 1. §. officio. ff. de tut. & ratio. diſtrahend.

Invitvm accipimus nõ eum tantùm qui contradicit, verùm eum quoque qui conſenſiſſe non probatur. l. 8. §. inuitus. ff. de procuratoribus. l. 5. ff. de ſeruitutibus vrb. l. vlt. ff. de his qui ſunt ſui vel al. Quin immò & inuitum rectiùs dici eum, qui ignorat, quàm qui diſſenſit, Vlpian. ſcribit in l. 45. §. ait lex. ff. de ritu nupt. Inuitus tamen in l. 6. §. ſi paſſus. ff. mand. is tantùm intelligitur, qui vetat & prohibet. l. 40. ff. eod. l. vlt. C. de neg. geſt.

Invndari dicitur prædium, cùm vno eodemq; impetu aqua cooperitur. & hæc inundatio ſpeciem fundi non mutat. l. 7. §. aliud ſanè. l. 30. §. alluuio. ff. de acquir. rer. do. l. 23. ff. quib. mod. vſusfr. am. l. 12. in fi. ff. de reb. auct. iud. l. 1. §. ſi foſſa. ff. de fluminibus.

N 2

INVTILE eſt in l. 1. §. hæc autem. ff. depoſit. l. 12. §. 1. ff. de adminiſtrat. tutor. Exponitur huius locutionis vis à Duareno lib. 1. Anniuerſ. diſputatio.

IRE, Agere in libris noſtris ſeparantur, cùm illud hominum ſit, hoc iumentorũ. Ire etiam & ambulare ſeiunguntur in l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. Hac nimirum differẽtia, quòd qui it, porrò pergit, & vlterius progreditur: Qui verò ambulat, ſpatiis factis in ſua veſtigia ſæpius recurrit & regreditur. Cæterùm qui ſella vel lectica vehitur, ire non agere dicitur. l. 7. ff. de ſeruitut. ruſtic. Inde iter ſeruitus ruſticorum prædiorum: quam noſtri definiunt ius eundi, ambulandi hominis. l. 1. ff. de ſeruit. ruſtic. Iter enim eſt, quo quis pedes vel eques commeare poteſt. l. 12. ff. eod. Cuius latitudo certa & determinata non eſt, ſed prout demonſtrata eſt, vel ab arbitro definita, ita ſeruatur. l. 13. §. latitudo. eod.

Iter agentes pro viatorib. l. vn. in fin. ff. furti aduerſ. naut.

Iter aquæ in l. penult. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 16. in fi. & l. 16. ff. quemadmodum. ſeru. amit. l. vlt. ff. de aqua quotid. l. 19. §. vlt. ff. comm. diuid. l. 40. §. 1. ff. de contr. empt.

Itineri vnius diei 20. millia paſſuum computantur, ita tamen, vt ſi poſt hanc dinumerationem minus, quàm 20. millia ſuperſint, integrum nihilominus diẽ occupent. l. 1. ff. ſi quis caution. l. 2. §. ſi præſens. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ. l. 3. ff. de verb. ſignif. §. qui excuſare. Inſtitut. de excuſ. tutor.

Ire in bona alicuius dicuntur, qui in eorum poſſeſſionem à magiſtratu mittuntur. l. 3. §. vlt. & l. vlt. in fi. ff. de lib. hom. exhib. Et ire in poſſeſſionem. l. 30. §. item cùm Prætor. ff. de acqu. poſſ. l. 3. §. pen ff. de iureiur.

Ire ad iudicium. l. 7. §. 1. ff. de petit. hæred.

IRENARCHÆ appellabantur, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiebantur, quique facinoroſos homines conquirebant. Et, vt cùm Imperatoribus loquar, qui ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per ſingula territoria ſtare faciebant concordiam. l. 6. ff. de cuſtod. reo. l. vlt. §. irenarchæ. ff. de muneribus & honor. l. vnic. de irenarch. lib. 10. C. l. penult. de iure fiſc. lib. 10. C. & l. vltim. eod. tit. in C. Theod. & Rubr. de irenarchis in eod. Theod. C. & l. vlt. de patrocin. vicor. in eod. Cod. Meminit Herodis Irenarchæ Nicephor. lib. 3. cap. 35. Appellantur præpoſiti pacis in l. 49. de decurionib. in C. Theod. Hos etiam B. Auguſtin. intelligit epiſtol. 160. cùm ait, Circumcelliones quoſdam & clericos Donatiſtas cura eorum qui diſciplinæ publicæ inſeruiunt præmiſſa notoria ad iudicia leges que perduxit. Et epiſt. 159. cùm ait, Illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertinebat. Vtroque enim ſermone vim verbi Græci εἰρηνάρχης exprimere voluit.

IRRITVM fit teſtamentum, vel ipſo Iſidoro lib. 5. Etymolog. cap. 44. teſte, quoties teſtatori poſt teſtamentum factum aliquid contingit, quod ciuitatem ei vel libertatem adimat. l. 6. §. irritum. ff. de iniuſto rupt. Dicitur & id irritum teſtamentum, ex quo hæreditas adita non eſt. l. 1. ff. de iniuſto rupt. Sed & eorum, qui ob conſcientiam criminis mortem ſibi conſciuerint, irrita fiunt teſtamenta. l. 6. §. eius qui. ff. de iniuſto rupt. Irritum his modis interpretabimur in l. vltim. ff. de rebus cor. l. 30. § vltim. de acquir. rer. do. l. 2. §. 1. ff. quemad. teſt. aper. l. 10. ff. de ſenatuſc. Silania l. 11. § ex cauſ. ff. de interrog. in iur. fac. l. 2. ff. de condict. indeb. l. 1. ff. de except. rei iudica. l. 10. in fin. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. 87. ff. de leg. lib. 2.

ISAVRORVM fit mentio in l. vlt. C. de feriis. l. vlt. C. ad leg. Iul. de vi public. l. vlt. de quæſtionibus. Hi infami latrocinio iam inde à priſcis temporibus nobilitati ſunt, vt Dio libro 55. oſtendit Ἴσαυροί τε γὰρ, inquit, ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν μέχρι οὗ κατεδαμάσθησαν. Confirmat & Ammia. Marcellin. lib. 14. Namque & Iſauri, ait, quibus vſitatum eſt ſæpè pacari, ſæpeque inopinis excurſibus cuncta miſcere, ex latrociniis occultis alente impunitate adoleſcentem in peius audaciam ad bella grauia proruperunt. Eorum furta & latrocinia, quibus finitimos adflictabant, idem auctor lib. 19. memorat. Quamobrem à Zonara, ἔθνος χάλεπον meritò appellantur.

Hæc vox, ITERVM duas res auctore Paulo ſignificat. Alteram, qua demonſtretur tempus ſecundum quod Greci δεύτερον dicunt: Alteram, quæ ad inſequentia quoque tempora pertinet, quæ Græcè dicitur πάλιν. l. 7. ff. de edend.

Iteratione fiebat ciuis Rom. qui poſt Latinitatem, quam acceperat maior 30. annorum iterum iuſtè manumittebatur ab eo cuius ex iure Quiritium ſeruus fuerat. Vlpian. in Inſtit. titul. 3 Ex quo interpretationem recipiunt hęc Iuſtiniani Nouell 78. verba καὶ τὰς λατιναπικὰς ὡς ἀπλῶς ἐξεβάλομεν καὶ τὰς ἰτεραπτίονας περιττὰς ἀπεφήναμεν.

IVDEX appellatur, qui de re aliqua vel iure ſuo vel magiſtratus, qui iubendi poteſtatem habet, auctoritate cognoſcit, & iudicat. Prætor ipſe iudex olim appellabatur auctore Liuio. Et ita magiſtratus, qui tribunali & iuriſdictioni præſunt, iudices appellantur in Rubr. de iuriſdiction. om. iud. & de reb. auct. iudic. poſſid. l. 1. ff. de iudic. l. 22. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr. l. 3. ff. ad l. Iul. repet. Plerunq; verò magiſtratus & iudices ſeparantur.

tur.l.2.ff.de diuerſ.reg.iur. Iudicumque nomine accipiuntur, qui & iudices dati & ſpeciales iudices, & pedanei & delegati appellantur. l.46.ff. de iudic. l. penult.ff. iud. ſol. l.vlt.ff. de offic. præf. l.4.ff.de tut.dat. l.3.ff. ne quis eum, qui in ius voc.l.5.ff.de offic.præſid. Et ita iudiciales ſtipulationes à prætoriis ſeparari videmus.l.5.ff.de verb. obligat. Inſtitut. de diuiſio. ſtip. Iudicialesque eas accipimus, quæ ex mero iudicis, qui actioni addictus eſt, officio proficiſcuntur. Quanquam & Prætoriarum ſtipulationum quædam iudiciales eſſe dicantur: quæ ſcilicet propter iudicium interponuntur, veluti de rato, item Iudicatum ſolui. l.1.§.1.ff. de prætor. ſtipul. Etiam locorum iudices inuenias in conſtitutionibus.l.2.C. de exhib. re. qui τοποκριταὶ dicuntur à Iuſtinian. Nou.134.

Iudicem autem accipere & ſumere dicuntur, qui litigant.l.1.C.de in lit.iur. l.1.ff. de quibus rebus ad eund.iud. l.penult.ff.de iudic.l.2.C.eod.l.6.ff.de fideiuſſoribus tutor.l.1.§.1.ff.de vſur.l.11.§.officium.ff.de aqu.& aqu. plu.l.38.ff. manda.l.9.§.ſi teſtamento.ff. de tutel.& rat. diſtrahendis.

IVDICIVM dare dicitur Prætor, cùm agēdi poteſtatem facit, in eamq́; rem iudices dat. l.26.ff. de dolo. l.1.ff. nautæ, caup. & aliàs paſſim. Dicitur & iudicium reddere Prætor. l.21.ff. de negot. geſt.l.2.ff.de bon.eor.qui ſibi ante ſent. Vt autem Prætor dat & reddit, ita litigatores accipiunt & ſuſcipiunt iudicium. l.9.§. Labeo.ff.de dolo.l.36.ff.famil. erciſc.l.7.ff. de aqu. & aqu. plu. l.2.§. idem Pomponius.ff. de ædilit.ed.l.24.ff.de liber.cau.l.7.§. ita demum. ff.de petit. hæred.l.3.ff. de iudic. l.4.§. non ſolùm.ff.fin.regund.

Accipitur autem iudicium litis cōteſtatione. Ideoq́; hæc verba, Accepto iudicio, &, Lite conteſtata, idem ſignificant. Exempla quia in promptu ſunt, non adfero.

Actionem in iudicium perducere & rem in iudicium deducere idem valent.l.31.ff. de iudic.l.66.& l.vlt.ff. de procuratoribus.l.13.ff. de pact.l.17.§.penult.ff. de iureiur. Res autem in iudicium deducta non videtur, ſi tantùm poſtulatio ſimplex celebrata ſit, vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita. l.1.C. de lit. conteſt.

Manet & pendet iudicium quandiu ſententia dicta non eſt.l.60.ff.de condict.indeb.l.45.ff.manda.l.14.ff.de interro.in iur.fac.l.18.in fi. ff.de vi & vi arm. finitur verò ſententia lata.

Iudicatum facere pro ſoluere in l.5.ff.de feriis.l.vlt.§.vlt.ff.ſi cert.pet.l.45.§.vlt.ff. de iud. l.penult.ff. de auctor. tutor. l.25.ff. de admin. tut.l.35.ff.de noxalibus.l.20.in fin.& l.21.ff.de tutel.& ratio. diſtrahend. l.5.ff. quando ex fac. tut.l.5.C. de adminiſtr. tut.l.15.ff. de re iud.l.2.C.ſi in cauſ.iudic. pigno. Quæ locutio ex 12. tabul. manauit, in quibus Gell. ſcriptum fuiſſe teſtis eſt, Ni iudicatum faxit. Vtitur ea & Cicero pro Flacco. Iſte ait, cùm iudicatum non faceret, Hermippo addictus & ab hoc ductus eſt. Iudicatum debitorem facere pro condemnare & condemnationē aduerſus eum ferre.l.13.§.etiam.ff.de pignoribus.

Iudicatum ſolui ſtipulatio tres clauſulas in vnum collatas habet, de re defendenda, de iudicato ſoluendo, & de dolo malo.l.6.ff.iud.ſol.

Iudicati actio appellatur, quæ ex ſententia datur.l.28.§.igitur.ff. de iureiur. l.34.ff. de donatio. l.4. & l.6.§. vlt.ff. de re iudic.l.31.ff. de procuratoribus.l.8.C.de reb. cre. l.86.ff. de ſolut. l.14.§. quid ſi homo.ff. quod met. cau. Et iudicati agere. l.28.ff. de procuratoribus. l.69. ff.de ſolutio.

Iudicatio l.51.ff.de furt.l.4.§. non omnis. ff. de re milit.l.131.ff.de verb. oblig.l.2.in fi.ff.fin. regund.

Res iudicata accipitur, quæ finem controuerſiarum iudicis pronūciatione accipit quod contingit abſolutione vel condemnatione. l.1. ff.de re iudic.

Iudicium etiam pro voluntatis noſtræ ſententia accipitur.l.22.in fi.ff.de adoptio.l.8.in fi. ff.de vulg.l.19.ff.de inoffic.teſtam. l.6.in fin. ff. de leg. lib.3.l.13.ff.de doli except.& aliis multis locis.

IVGATIO agrorum poſſeſſionumq́; menſuram ſignificat, pro cuius modo certa Cæſaribus penſitatio præſtabatur.l.1.de quibus muneri. vel præſtatio.lib.10.C. l.10. de ſuſceptoribus eod.lib.l.4.de indulgent.debit.in Cod.Th. à iugis animalium, quibus poſſeſſiones exercebantur, quæ & capita vocabantur, pro quorum numero ea præſtatio inferebatur. l.6. de extraord. muneribus in C. Theod. l.1. de imponen. lucrat. deſcript.in eod.Cod. Ita iuga, & iugationem & iugorum capitationem accipe in l.3.C.de epiſc.& cleri. in l.1.& 2. de immunit. conceſſa. C.Theodoſ.l.1.l.2.l.3. ne conlatio.tranſla.poſtul.l.1.de protoſta.l.1. de priuile. dom. Auguſt.C.Theod. l.vn.ne collat. per logograf.celeb.in eod. Codi. l.6. de collatio donatar.l.11.de exactionibus & l.vn. Si per obreptio. in eod.Cod.Theod.& l.1.de imponenda lucra. deſcript.lib.10.C.l.9. de agricol. & cenſit.lib.11. Iuſtinian. Nouell.17. Ἀναγκάσεις δὲ τοὺς δημοσίους πράκτορας ἤτοι τοὺς ἀπαιτητὰς ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀποχαῖς φανερὰ ποιεῖν ἅπαντα ἐφ' οἷς αὐτὰς διδόασι, τοῦτ' ἔστι πόσον τῆς ζυγοκεφαλῶν ἢ ἰούγων ἢ ἰουγαλίων ἢ ὅπως δήποτε ἂν αὐτὰ κατὰ χώραν καλοῖεν καὶ ὑπὲρ τίνων αὐτὰ καὶ ποίων χρειῶν ἀπαιτοῦσι. Iugatio autem eadem ratione dicitur qua veteres id agri ſpacium quod iuncti boues vno die exarare poterant, Iugum appellaſſe accepimus. Quemadmodum Var-

ro lib.1.de re Ruſtic. cap.10. in Hiſpania vlteriore ſeruatum tradit. Cic.5.in Verr. Quid qui in ſingulis iugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt. Caſſiodor.lib.4. Variar.epiſt.ad Gebericum. Conſtantij ſupplicatione comperimus ſacroſanctæ Eccleſiæ ipſius vnum iugum veterum principum pietate collatum nunc quorundam violenta vſurpatione detineri.

IVLIÆ leges multæ referuntur à Iuliis, id eſt, à C.Iulio Cęſare, & Octauiano Auguſto in idem nomen adoptato latæ. veluti Iulia maieſtatis: Iulia de adulteriis, quam libro ſingulari expoſui: Iulia de vi, quę & duplex eſt, videlicet de vi publica, quæ vim armis illatam perſequitur ac vindicat: & Iulia de vi priuata, quæ ſine armis factam vim coercet. §. ſed ex conſtitutionibus. Inſtit. de Interdict. Quas leges etiam Iulias priuatorum & publicorũ appellari ſummè notandum eſt. l.1.§.1.ff. de vi & vi arm. l.32. ff. de pœn. Hæc etiam Iulia vis priuatæ vocatur in l.4.C. vnde vi. De his verò legibus & earum aliquot capitibus fit mentio in l.3.§. lege Iulia. C. de teſtibus. l.3.§.vlt. l.12.§.omnibus. ff. de accuſatio. l.8.ff. de ſepulchr. viol. §. furtiuæ. Inſtit. de vſucapio. l.vlt.ff. vi bonor. rap. lex Iulia repetundarũ, de qua proprio titulo in Pandect. tractatur, & eo ampliùs in l.10.§.vlt ff. de offic. proconſ. l.1.§.1.ff. de calumniatoribus. l.2.ff. de ſenatoribus. l.3.ff. de vacat. muner. Sunt & leges Iulię peculatus, de ambitu, de reſiduis, de annona. l.1.ff. de publ. iud. & Inſtitut. eod. titul. De quarum legum ſententia nihil hic idcirco dicam, quòd ea crimina quę perſequuntur, ſuis locis expono: ſed nec de legibus Iuliis priuatorum & publicorum iudiciorum quicquam addam ad ea quæ libro 4. Select. Antiquit. tractaui. Reſtat lex Iulia de maritandis ordinibus, de qua ſermo fit ab Vlpian. in Inſtitut. titul. 11. & l.vn.ff. vnde vir & vxor. l.6.§. vlt.ff. de iure patron. & l.44.ff. de ritu nupt. Ei lex Papia propter argumenti affinitatem in infinitis prope legum noſtrarum inſcriptionibus connectitur. Complectebatur autem ea lex totam matrimoniorum inter populi Rom. ordines pro cuiuſque ſtatu & conditione contrahendorum rationem, vt nos aliquando, ſi Deus voluerit, latiùs expoſituri ſumus. Eſt item Iulia Agraria, de qua in l.2.ff. de termino moto, & apud Sueton. in Iul. cap. 20. Præterea & lex Iulia cum Titia nominatur, quæ mulieribus pupillisve non habentibus tutores dari à Præſidibus prouinciarum iubebat, quemadmodum ab Vlpian. in Inſtitut. titul. 11. & à Iuſtinian. in titul. de Atiliano tutore ſcribitur. Poſtremò alia lex Iulia de bonis cedendis memoratur. l.4.C. qui bon. ced. poſſ. & Rubr. qui bonis ex l.Iulia ced. poſſ. in Cod. Theod.

IVMENTORVM appellatione equus, equa, mulus, mula, & cætera νωτοφόρα & dorſuaria animalia continentur. Boues verò licet collo domantur, quia tamen collo non ferunt, eadem appellatione non continentur. l.38.§. iumentorum ff. de ædilit. ed. l.89.ff. de verbor. ſignif. l.65.§ iumentis. ff. de leg. lib.3. Elephanti & Cameli iumentorum operam præſtant. l.2.in fi.ff. ad leg. Aquil.

Iumenta autem alij à iuuando, alij à iungendo detrita litera G. dicta putãt. Qua in ſententia Non. Marcellus eſt.

IVNIÆ Petroniæ legis mentio habetur in l.24.ff. de manumiſſio.

IVNIA Velleia lex, in l.10.§. qui filium. ff. de teſt. tut. l.13. in fi.ff. de iniuſt. rupt. Et ita emendandum hoc nomen eſt in §. poſthumorum. in fin. Inſtitut. de exhæred. lib. vbi vulgò perperam Iulia legitur. Idemque error eſt & apud Vlpian. in Inſtitut. tit.22. Ad eam verò legem Paulum librum ſingularem ſcripſiſſe Index comprobat. Fit autem & eius mentio in l.29. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſt. l.3.§.1.ff. de iniuſto rupt. l.2.C. de liber. præterit. l.34.C. de inoffic. teſt.

Eſt & IVNIA Norbana, de Latinis libertis: à M.Iunio. & L. Norbano Flacco Coſſ. quos tempore Tiberij Conſulatum geſſiſſe Dion lib.57. teſtis eſt, lata. Cuius meminit Iuſtinian. in titul. de libertin. §. vlt. & l. vn. in princ. C. de lat. libert. toll. & §. vltim. Inſtitut. de ſucceſſio. libertor. Et Nouella Conſtit. 78. Et Vlpian. in Inſtitut. titul.1. & titul.3. titul.11. titul.20. & tit. 22. Ea lege Latinos eſſe nominatos Vlpian. Inſtitut. titul.1. ſcribit. Vnde & Iuniani, vt plurimum ab eodem Vlpian. in eod. Inſtitutionum libello, appellantur.

IVS pluribus modis dicitur: vno modò, cùm id, quod ſemper æquum & bonum eſt, ius dicitur, vt eſt ius naturale. l.penult. ff. de iuſtit. & iur. Quod & ius gentium & ius commune aliàs appellatur. l.6. l.9. ff. eod. Altero modo, quod omnibus aut pluribus, in quaque ciuitate vtile eſt, ius dicitur, vt ius ciuile & honorarium, & ius Quiritium: Quo nomine ius proprium ciuitatis Roma. exaudiendum eſt in §. ſed ius quidem. Inſtitut. de iur. natur. vt & in vindiciarum formulis apud Cicero. pro Murena, & Boët. in Topic. & in iudicis dati formula apud eundem Cicero. lib.4. in Verr. Et apud Vlpian. in Inſtit. tit.1. Et Iuſtinia. in l.vnic. C. de vſucap. transf. & Rubr. de nudo iure Quirit. Seneca lib.3. Epiſt. Hæc res efficit non ex iure Quiritium liberum eſſe, ſed ex iure naturæ. Ex iure porrò Quiritium alicuius eſſe id dicebatur, quod ex legitimis acquirendi dominij cauſis factum eſt, quæ ab eodem Vlpia. recenſentur titul. 19. Sunt & alia iuris adtributa. Dicimus enim ius legitimum, conſtitutum,

tum,

tum, ſolenne, vetus, nouum, publicum, priuatum, commenticium, commune, ſingulare, diuinum, humanum, quæ omnia ſuis locis à nobis exponuntur.

Ius nonnunquam ipſam Iuriſprudentiam ſignificat. l. 1. ff. de iuſtit. & iur. vnde iuris ſtudioſi pro Iuriſperitis in l. 1. ff. de offic. adſeſſ. l. 9. ff. de pœn. l. 4. ff. de var. ext. cog. Et apud Suet. in Nero. & Gellium lib. 12. capit. 13. Sic alia ſignificatione ius dicitur locus, in quo ius redditur appellatione collata ab eo quod fit in eo vbi fit, quem locum ita determinare poſſumus, vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperii ſui ſaluoq́; more maiorum ius dicere conſtituit, is locus rectè ius appellatur. l. penul. ff. de iuſtit. & iur. Itaque quod ait Prætor, qui in iure interrogatus reſponderit, ſic accipiendum eſſe Vlpian. ait, apud Magiſtratus pop. Rom. vel præſides prouinciarum vel alios iudices. Ius enim eum ſolum locum eſſe vbi iuris dicundi vel iudicandi gratia conſiſtat. l. 4. §. vltim. ff. de interrog. in iur. fac. Sed & Victorin. in lib. 2. Rhetoric. Cicer. in iure interpretatur apud Prætorem. Quæ etiam interpretatio facienda eſt in l. vlt. ff. de ceſſio. bon. l. 56. §. 1. ff. manda. l. 2. ff. ad Velleian. l. 1. §. ſanè. ff. de ſucc. ed. l. 6. ff. de feriis. l. 1. §. quod ſi in lite. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 29. §. 1. ff. de donatio. l. 56. ff. de re iud. l. 12. §. poteſt. ff. de liber. cau. Et in illa vetere formula, Quando ego te in iure conſpicio, cuius Cicero in Mure. meminit, Et apud Plau. Rudente: Qui falſas lites falſis teſtimoniis petunt, quiq́; in iure abiurant pecuniam. Notandum autem eſt, In iure, &, In iudicio ſeparari, in l. 12. ff. de interrog. in iur. fac. Et apud Cicer. libr. 1. de Orat. Quandoquidem in iure, ſit apud Magiſtratum, in iudicio, etiam apud iudicem datum, vt ex l. 1. §. 1. ff. de poſtul. & ex l. 3. ff. ne quis eum, qui in ius voc. colligi poteſt. Hoc amplius, Ius poteſtatem ſignificat. Ex eo perſonæ quædam ſui iuris eſſe, quædam alieni dicuntur. tit. de his, qui ſunt ſui iur. id eſt, ſuæ poteſtatis eſſe, vel alienæ poteſtati ſubeſſe. l. 4. ff. eod. titul. l. 21. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 5. ff. de adoptio. Sui autem iuris ſunt familiarum ſuarum principes, interprete Vlpian. in Inſtitut. tit. 4. Planè hæc ſcriptura, Cùm ſui iuris fuerit factus, ex cõiectura mentis teſtatoris interpretationem accipit: & aliàs poteſtatis liberationem, aliàs pubertatem, aliàs perfectam ætatem ſignificat. l. 50. §. vltim. ff. de legat. lib. 3. Eodem intellectu in ius alienum tranſire peruenireq́; dicimus. l. 14. §. vlt. quando dies leg. ced. Ius etiam pro poteſtate ac facultate accipitur in definitione actionis, vſusfructus, & ſimilium. In iure conſiſtunt, Hæreditas, obligatio, vſusfructus: Seruitutes etiam prædiorum vrbanorum & ruſticorum iura prædiorum appellantur. l. 1. ff. de re. diuiſ. l. 66. §. fundo. ff. de leg. lib. 2. l. 15. §. precario. ff. de precar. l. 2. & l. 6. ff. de ſeruit. vrb. l. 4. ad iura. ff. de alie. iud. mut. l. 15. ff. de pignor. act. l. 11. §. vlt. ff. de pignorib. l. 1. ff. de condict. tritic. l. 9. §. eſt prçterea. ff. de rebus auct. iud. l. 3. ff. quemad. ſer. amitt. proinde ius fundi deterius factũ intelligitur amiſſa ſeruitute. l. 7. in fi. ff. de fun. dot. l. 9. §. eſt præterea. ff. de reb. auct. iud. l. 11. §. item proſpicere. ff. loca. l. 13. §. 1. ff. de damn. infect.

Ius dicere & reddere & tribuere magiſtratus dicuntur, & repræſentare in l. 1. C. vbi de cauſa ſtat. Atque ius dicebant hi ſolùm, qui tribunali & iuriſdictioni prçerant. l. 5. ff. de feriis. l. pen. ff. de iuſtit. & iur. l. 2. §. poſt originem. ff. de orig. iur. l. 3. ff. de offic. eius cui mand. l. 10. l. 18. ff. de iuriſdictio. l. 7. in fine. ff. de offic. proconſ. l. 1. in prin. & l. 2. ff. quod quiſque iur. l. 1. §. an autem. ff. de poſtul. Itaque ius dicere & Iudicare Sententiamq́; proferre diuerſa faciunt. l. 4. in fin. ff. de interro. in iur. fac. l. 57. ff. de re iud. Rub. ne quis in ſua cauſa iudic. vel ius ſibi dic. Ius dicere enim eſt actiones & iudicia dare, eaq́; omnia facere, quæ ad officium ius dicentis pertinere ſcribit Vlpian. in l. 1. ff. de iuriſdictio. Vbi ius dicens pro Prætore accipi poteſt, vt & in l. 1. ff. de iur. delib. & l. 12. ff. de vulg. & pupill.

Ius dicitur etiam de capite in l. 2. §. & quia. ff. de orig. iur. Ex quo apparet iuriſdictionis appellationem latiſſimè patere. Iuriſdictionem item ſolorum magiſtratuum eſſe, non etiam iudicum datorum. l. 5. l. 57. ff. de re iud. l. 5. ff. de verb. oblig. Inſtit. de diuiſio. ſtip. Iuriſdictioniq́; prçeſſe intelligi magiſtratus qui tribunali præſint. l. 12. ff. de legib. l. 10. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. l. pen. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ff. de poſtul.

Iuriſdictio autem omnem poteſtatem magiſtratuum ſignificat, qua & in poſſeſſionem mittere, & in integrum reſtituere, & tutores dare poſſunt: Nec quicquam aliud eſt, Pro iuriſdictione ſua, quàm Secundum ius poteſtatis ſuæ: hoc colligitur ex l. 2. ff. ſi quis in ius voc. l. vn. ff. ſi quis ius dic. l. 16. in fi. ff. de minorib. l. 3. ff. de poſtul. l. 3. §. procuratorem. in fin. ff. iud. ſol.

Iuriſdictionũ autẽ exemplo definit Vlpian. eſſe quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit. item iudicis dandi licentiam. l. 3. ff. de iuriſdictio. τὸ γὰρ διδόναι διαχειροτονεῖν, vt Conſtantin. lib. 1. tit. 4. ſcribit δικαιοδοσίας ὅρον.

Iuriſdictio autem alia voluntaria eſt, alia contentioſa. Hæc vel in nolentes imperii vi exercetur: illa inter volentes locum habet. eáque explicantur emancipationes, manumiſſiones, adoptiones, quæ magiſtratus auctoritate etiam extra territorium, & quo cuiq; lo-

co rectè fiunt.l.2. ff.de offi.proconſ.

Iuriſdictio etiam pro ſimplici notione in l. 5.ff.de re iud.l.8.§.ſed nec prætor. ff. de tranſactio.l.1.in fi.ff.de prætor.ſtip.l.1.C.ſi mancip. ita venier.

IVRIDICVS, qui ius in aliquo loco reddit. l.41.§. Lucia.ff.de fideic. libertatibus. & apud Firmic. lib. 3. Matheſ. cap. 12. qualis erat qui Alexandriæ præficiebatur: & Apuleium libr. 2.de Aſino aur.Rubr.de offi. iurid. Alex. ff. & Cod. δικαιοδότην Strabo appellat. Capitolin. in M. Anto. philoſ. Datis iuridicis Italiæ conſuluit ad id exemplum, quo Hadrianus conſulares viros iura reddere præceperat. Vnde Iuridicina, quo verbo vſus eſt Tertullian. in lib. de Pallio.

Ipſo iure vel Iure in libris noſtris fieri dicitur, quod ipſo iure ciuili, id eſt, lege ſine auxilio tuitioneq; magiſtratus, & ipſa legis poteſtate atque auctoritate fit. Nam ipſo iure, ciuili accipimus non prætorio. Denique aduerſa hæc facimus, Ipſo iure, &, Iure prætorio, vel Per tuitionem prætoris. l. 1. ff. quibus mod. vſusfruct.amitt.l.1.in fin.ff.de ſuperficiebus.l. 1.§.penult.ff. quod falſ. tut.l.9. §. illud. ff. vſufru. quemadmod. cau. Inſtitut. de perpet. & temp.act.in prin.

Opponuntur item hæc, Ipſo iure, &, Per exceptionem.l.4.ff.de ſeruit.l.34.§. ſi is cui.ff. de oblig. & act. l. 60. ff.de fideiuſſorib. l. vlt.§. cùm mihi.ff.de verb.obli.l.38.§.1.ff.de ſolutionibus.l.22.§ pen.ff. rat. rem hab.l.1.§. quæ onerandæ.ff.quar. rer. act. non det. §. in bonæ. Inſtit. de actio. Sed & Ipſo iure, &, Per fideicommiſſum oppoſuit Vlpian.in l.19.ff.de milit.teſt. Nam ipſo iure, & directò, & imperatiuè valent inſtitutiones & legata, quæ lege 12. tabul. confirmantur cùm fideicommiſſa ſola prætoris fideicommiſſarii tuitione conſiſtant. Qua ratione etiam Legitimè, &, Ex cauſa, fideicommiſſi opponuntur in l. 3. ff. ſi vſufru. pet. Reliquum eſt igitur ipſo iure fieri quod legibus fit, velut l.12.tab.l.1. cum l. 25.§. idem iuris.ff.famil.erciſc.l.6.C.eod.tit.l.49.§.1.ff.de fideiuſſorib.l.26. C.de pact. l.1. §. qui minorē. ff. vt leg. nom. cau. Item lege Ælia Sentia.l.3. C.ſi aduerſ.libert. Ipſo iure etiam fit quod leg. Falcid.fit, l.73.§.1.ff.ad l.Falcid.l.1.§. ſi quis ex mortis.ff.quod legator. Poſtremò in eo quod ipſo iure fit, partes prætoris ceſſant, nec ſe interponit prætor.l 4.& l. vlt. C.in quib. cauſ. in integr.reſt.l.3.C.ſi aduerſ.libert.

Nonnunquam ius etiam pro neceſſitudine dicimus, veluti ius cognationis, affinitatis, ſanguinis.l.vlt.ff.de iuſtit. & iure.l. 8. ff.de diuerſ. reg.l.23.ff.de adoptio.

IVSIVRANDVM eſt affirmatio religioſa numine diuino, vel alio religioſo nomine adhibito. Cuius tres ſpecies ſtatuuntur in Rubr. de iureiur. ff. Voluntarium vnum, quod ex conuentione partium extra iudicium defertur, & ſuſcipitur.l.1.l.17.l.30. ff. de iureiur.l.1. C. eod. titul. Aliud Iudiciale, quod in iudicio imminente iudice ab aduerſario defertur. Tertium Neceſſarium, quod iudex in dubiis cauſis & probationum inopia pro motu ſuo defert.l.31.ff.de iureiur.l.3. C. eo. Quibuſdam non ſine ſumma ratione id quod vulgò Iudiciale dicitur, Neceſſarium magis placet appellare, & cōtrà Iudiciale, quod neceſſarium. Sed quia iampridem his verbis in ea ſignificatione vtimur, mutandum nihil duxi, cùm re intellecta & percepta tota de nomine inanis ſit diſputatio.

Eſt & iuſiurandum in litem, quod in litem, id eſt, rem in iudiciū deductam æſtimandam à iudice defertur. Rubr.de in lit.iur.

Iuſiurandum autem defert, qui aduerſario ſuo iurandi conditionem fert. Delatum verò iuſiurandum dari, præſtari, ſuſcipi, remitti, recuſari, referri dicitur.

Remittit iuſiurandum, qui deferente ſe cùm paratus eſſet aduerſarius iurare, gratiam ei facit cōtentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi.l.6.ff.de iureiur. l. 1. C. eo. Refert, qui delatam ſibi iuriſiurandi conditionem in aduerſarium transfert.

IVSSVS vel iuſſum multùm ab auctoritate diſtat, quæ etiam perfecto negocio interponi poteſt, cùm iuſſus præcedere debeat. l. 25. §. iuſſum.ff.de acquir.hęr.§.tutor.Inſtit.de auct. tut.l.25.ff.de leg. lib. 1. Iuſſus autem neq; verba, neq; ſcripturam deſiderat, quia & nutu fieri poteſt.l.92.§.1.ff.de acq.hæred. In actione Quod iuſſu, Iuſſum accipimus ſiue teſtatò quis, ſiue per epiſtolam, ſiue verbis, aut per nuncium, ſiue ſpecialiter in vno cōtractu iuſſerit, ſiue generaliter. Sed & ſi ſerui chirographo ſubſcripſerit, vel mandauerit, vel ratum habuerit quod ſeruus eius geſſit, vel aliàs voluntate eius contractum ſit, Quod iuſſu actio datur.l.1.in prin.cum §§.ſeq.ff. quod iuſſu.l.5. §.quod ſeruus.ff.de in rem ver.

IVSTI variæ ſunt pro adiuncto ſignificationes. Iuſta pacta vulgari ſignificatione accipimus, quæ neque legibus, neque bonis moribus repugnant, nec ab æquitate naturali abhorrent. Qualia ſunt ea, quæ Prætor ſe ſeruaturum edixit.l.95.§.naturalis.ff. de ſolutionib. l.39.ff.de iureiur.l.7.§.ait Prætor.l.40.§.1.l.52. §.penult. ff. de pact.l.5. in fin.ff.de reſc. vend. Quo ſenſu iuſta exceptio in l. 67. ff. de diuerſ. reg. & Iuſta cauſa conuentionis in l. 56. ff. de pact. & iuſta obligatio in l. 1. C.ſi in cauſa iud. pign. Iuſtæ poſſeſſiones dicuntur, quæcunque ex cauſa & ſine vitio apprehenduntur.l.15.§.1. ff. de publicia.l.24. ff. de acq. poſſeſ. Iuſtè itaq; poſſident, qui iuſtas traditionis cauſas habent,

quique

quiꝗue ex emptione, venditione, permutatione, donatione, vel aliâs ex domini, vel eius quem dominum credebant, voluntate traditionéve bona fide acceperunt. l. 3. cum ll. ſeq. l. 3. ff. de publicia. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poſſ. l. 7. §. qui in rem. ff. comm. diuid. Iuſtè & is poſſidet, qui auctore prætore poſſidet. l. 11. ff. de acquir. hæred. Iuſtè poſſidet & is, qui pignori accepit. l. 22. §. 1. ff. de noxalibus. Hæc tamen poſſeſſio ad Publicianam non pertinet, vt nec illa, quæ cuſtodiæ gratia tenetur, quanquam iuſta ſit. d. l. 7. §. ſi duo. ff. com. diuid.

Iniuſtè verò poſſident, qui vi aut clàm & furtiuè ingreſſi ſunt poſſeſſionem. l. 3. ff. vti poſſid. d. l. 7. §. inter prædones. Denique iuſtus poſſeſſor dicitur qui bona fide poſſidet. l. 31. §. iuſtus. ff. de hæred. pet.

Iuſtus error eſt probabilis & excuſatione dignus. l. 2. ff. de minoribus. l. 44. ff. de vſucapio.

Iuſta ignorantia. l. 76. in fi. ff. de rei vendic. l. 43. ff. de diuerſ. reg. Iuſtum precium, id eſt, æquũ & verum. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fiſc. l. 66. ff. de leg. lib. 2. Contrarium huic eſt iniuſtum precium.

Iuſti appellatio etiam plenitudinem quandam ſignificat. Proinde iuſtum appellatur, quod ſecundum Iuris ciuilis regulas contractum eſt: veluti Iuſtæ nuptiæ, id eſt, legitimæ, quæ ſecundum iura ciuitatis Roma. inter puberes ciues contrahuntur. Inſtit. de nuptiis, in prin. l. 5. l. 12. l. 18. ff. de ſtatu ho. l. 18. l. 54. ff. de ritu nupt. l. vlt. C. qui pet. tut. l. 38. ff. de legat. lib. 3. l. 6. C. de nupt. Eodemq; ſenſu, iuſtum matrimonium. l. 13. ff. de his, quæ vt indign. l. 1. ff. vnde vir & vxor. Et apud Quintilia. lib. 5. cap. 10. & apud Sueto. in Nero. cap. 28. Iuſtum autem matrimonium eſt, Vlpia. interprete Inſtitut. tit. 5. ſi inter eos, qui nuptias contrahunt connubium ſit, & tam maſculus pubes quàm fœmina viripotens ſit & vtriq; conſentiant, ſi ſui iuris ſint.

Iuſti liberi, id eſt, legitimi, & ex iuſtis nuptiis nati. l. 25. ff. de captiu. l. 11. & l. 12. ff. de ſtatu hom. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de contr. tab. l. 4. in fi. ff. de ius voc. l. 15. C. de nupt. & Iuſtè procreati vt ait l. 2. ff. ad Tertyllia. & l. 5. §. item diuus. ff. de agnoſc. & al. lib. ad differentiam ſcilicet vulgò quæſitorum. l. 5. §. pen. ff. de ſtat. hom. Iuſtus pater, qui ex legitimis nuptiis pater eſt. l. 44. ff. de ritu nupt. d. l. 25. ff. de captiu. l. 9. ff. ad municipal.

Iuſta vxor in l. 31. ff. de ritu nupt. quæ ciuiliter, id eſt, ſecundum iuris ciuilis regulas, nupta dicitur, in l. 28. §. ſi quis eo tempore. ff. de lib. & poſt. & legitima vxor in l. 4. ff. de ritu nupt. Sueto. in Caligula cap. 24. Mox L. Caſſio Longino Conſulari collocatam abduxit & in modum iuſtæ vxoris propalam habuit. Idem in Veſpaſia. cap. 3. Antoniam libertam quondam dilectam reuocauit in contubernium, habuitq; etiam Imperator penè iuſtæ vxoris loco. Liuius lib. 49. hunc tamen ex iuſta matreſa. illum pellice ortum eſſe. At in l. 13. §. 1. ff. de adulter. Iuſta & iniuſta vxor vti accipienda ſit, expoſui in lib. ſingul. Ad leg. Iul. de adulter.

Iuſta hæreditas, quæ iure legitimo obuenit. l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. Atq; ita iuſtum ſucceſſorem pro legitimo, & qui ab inteſtato rem habiturus erat, dixit Antonin. in l. 1. C. de his qui ſibi adſcrib. Et iuſtum hæredem Iuſtin. lib. 15. Epit. Trogi. Generalius à Varro. lib. 2. de re ruſt. c. 10. Iuſta hæreditas dicitur, quæ iure defertur vel ex teſtamento vel ab inteſtato.

Iuſta ætas plerunque 25. annorum accipitur lege Lætoria adoleſcentibus ad rerum ſuarum adminiſtrationem conſequendam præſtituta. l. 16. ff. de iure fiſc. l. 2. §. 1. ff. de vacat. muner. Ex mente tamen teſtatoris ad pubertatem ſolam refertur. l. 50. in fin. ff. de leg. libr. 3. Sed & in l. 8. ff. de condict. cau. da. 12. annorum ætatem puellis ad matrimonia contrahenda ex Auguſti conſtitutione præfinitam ſignificat. vt Dio. & Zonar. in Auguſto ſcribit.

Iuſtum teſtamentum, iure factum, & in quo ſolennia iuris omnia interuenerunt. l. 3. ff. de legit. tut. l. 22. ff. de acq. hær.

Iuſtus tutor, iure datus vel iuſto teſtamento ſcriptus. l. 27. ff. de teſt. tut.

Iuſta ſeruitus, quæ gentium vel ciuili iure conſiſtit. l. 6. ff. de ſtatu hom. l. 28. l. 34. ff. de noxalib. l. 34. ff. de ſtip. ſeru. Inſtitut. de libertin. in princip. Et apud Cicero. pro Cæcinna, Cùm hi, ait, qui in ſeruitute iuſta fuerint, cenſu liberentur. Planè apud Terent. Andr. Scen. 1. Iuſta ſeruitus pro facili, humana, & clementi vſurpatur.

Iuſta libertas, plena, abſoluta & perfecta libertas eſt, ex qua nimirum ciuitas Roman. contingebat, vt eueniebat, cùm teſtamento, vindicta, cenſu, ab eo, qui & dominus ex iure Quiritium, & maior 20. annis erat, libertas ſeruis 30. annorum maioribus & quorum extrinſecus ſtatus non erat ſuſpenſus, dabatur: Quemadmodum Cicero in Topic. & Vlpian. in Inſtitut. titul. 1. & Theophil. in §. vltim. Inſtitut. de liberti. ſignificant. Atque ita verbum iuſtæ libertatis accipimus in leg. 29. ff. qui & à quibus. l. 1. ff. ſi quis teſta. lib. l. 11. ff. vt in poſſ. leg. l. 16. in fine. ff. ad Trebellian. l. 2. C. de fideicomm. lib. & Inſtitut. de ingenu. & apud Senecam in libr. de beata vita, cùm ait, Hominibus prodeſſe natura iubet, ſerui liberive ſint hi, ingenui, an libertini, iuſtæ libertatis, an inter amicos datæ. Nam qui inter

amicos manumittebantur, Latini tantùm, non etiam ciues Rom. fiebant Vlpian. teſte in Inſtitut. Sic & apud Sueto. in Auguſto verbum hoc interpretandum eſt, cùm ait ſeruos non contentos multis difficultatibus à libertate iuſta remouiſſe &c. Sic & iuſtè manumiſſum accipe apud Vlpia. in Inſtitutio. tit. 3. eum, qui vindicta, vel teſtamento, vel cenſu manumiſſus eſt. Iuſtum dominium pro legitimo in l. pen. ff. de publicia. l. 57. ff. manda.

Iuſtum ſepulchrum quod religione tenetur. l. 43. ff. de religioſ. Lucan. lib. 9. Iuſto date tura ſepulchro. Sic iuſta ſepultura in l. 39. eod. tit. Iuſta quoque funerum ſolennia Latini vocant, ab eo fortè quòd lege 12. tabul. præſcripta eſſent, vt apud Athenienſes Soloniis legibus. Sic Iuſta facere. l. 2. in fin. ff. de in ius voc. l. 20. ff. de acquir. hæred. quòd & Cicer. pro Sex. Roſc. Iuſta ſoluere dixit. Iuſti denique dies dicebantur, qui iudicatis ad ſoluendum ex 12. tab. dabantur. Gell. lib. 20. c. 1. Iuſti quoque dies appellabantur & illi quibus exercitu imperato vexillum in arce ponebatur. Feſt. Pomp. lib. 9. Macrob. lib. 1. cap. 16.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVS.

LABES in agris hiatum & diſceſſionem terræ ac χάσμα ſignificat. l. 15. §. Seruius. & l. vlt. ff. locati. Notantur in Theſauro Ciceronis duo ex lib. 1. de Diuinat. loci. Tantos terræ motus in Liguribus, Gallia, compluribusq; inſulis totaq; in Italia factos eſſe, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſederint. Et alio eiuſdē libri loco. Delata etiam ad Senatum labes Priuernatis, cùm ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Sic etiam apud Liuium lib. 42. Dextra pars labe terræ in aliquantum altitudinis diruta erat. Et in lib. Varior. auct. de limitib. Tum etiam terra à tempeſtatibus vel turbinibus plerunq; labe mouebitur. Maximè autem ad d. §. Seruius. faciunt hæc Quintilian. Declamation. verba. Non enim vulgaris illa labes frumenti fuit, nec qualis aliàs accuſari ab agricolis ſolet perfidia terrarum.

LABI dicuntur facultatibus, qui ad inopiam rediguntur, ſiue caſu, ſiue dilapidatis bonis, ſic vt non ſoluendo fiant. l. 2. §. ſi eo tēpore. ff. de adm. rer. ad ciui. l. 9. §. 1. ff. de adminiſtr. tut. Etiam labi ſimpliciter in eundem ſenſum noſtri dicunt. l. 14. ff. de adm. tutor. l. 1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtr. conuen. Ineſt autem hoc in verbo repentini caſus ſubitæq; mutationis ſignificatio. Itaque labi facultatibus belliſſimè cum Papiniano interpretabimur rem familiarem inopinato fortunæ impetu amittere. l. 4. ff. vt in poſſeſſion. legati.

LACVM à ſtagno in edicti prætorii interpretatione Vlpian. eo ſeparat, quòd lacus perpetuam habeat aquam, ſtagnum temporalem ibidē ſtagnantem. l. vn. ff. vt in flum. pub. l. vn. in fi. ff. de ripa mun. Inde lacus perpetuus in l. 23. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. Lacus etiā dicitur, qui non perpetuam habet aquam, ſed quandoq; areſcit. l. 12. ff. de acq. rer. do. l. 24. in fi. ff. de aq. & aq. plu. l. 28. ff. de ſeruitut. vrban. præd.

Lacus piſcatorii. l. 4. §. lacus. ff. de cenſib. Huiuſmodi olim erat lacus Lucrinus, qui publicè fruendus dabatur, auctore Feſto lib. 10. ad fi.

Laccus vino plenus in l. 27. ad fi. ff. ad l. Aquil. Iſidor. lib. 15. Etymol. c. 6. Laccū dictum ſcribit, quòd ibi decurrat frugum liquor.

LÆTORIÆ legis capita quædā obſeruando à me notata expoſui lib. 3. Select. Antiquit.

LANÆ appellatione, id continetur, quod tinctum non eſt, ſed αὐτοφυής. Nec refert neta ſit lana, an non ſuccida, an lota. Lanę planè ap-

pellatio

pellatio eatenus extenditur, quatenus ad telam peruenit. Vide plura in l.70. ff. de leg. lib. 3. Et apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. Lana vtiq; legata veſtis ex ea facta non debebitur. l. 88. ff. de leg. lib. 3.

Lanificæ in l. 12. §. ſed ad inſtrumenti. ff. de inſtruc. vel inſtr.

Lanipendia in l. 31. ff. de donat. int. vir. dicitur, quę operas ad laneum veſtimentum conficiendum præſtat.

Laneum corpus in l. 26. ff. de acq. rerum domin. Lanea veſtimenta. l. 23. §. 1. ff. de auro, argento.

Lana de ligno in l. 70. §. lana. ff. de legat. lib. 3. Pollux lib. 7. Onomaſt. cap. 17. ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἂν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι πλὴν τοῦ πάχους. Theophraſtus quoq; apud Indos & in Arabia arbores laniferas eſſe ſcribit.

LAPIS pro milliario ſeu mille paſſibus in l. 21. §. 1. ff. de excuſ. tut. §. qui excuſare. Inſtitut. eod. Cuius rei cauſam expoſuimus lib. 3. *Select.* Antiquit.

Lapis ſtratus, quadratus, ſtructilis. in l. 6. §. modus. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 17. §. 1. ff. de aqua & aq. plu.

Lapilli iactus prohibendi gratia, operiſque inhibendi cauſa fiebat. l. 5. §. meminiſſe. ff. de ope. nou. nunc. l. 1. §. ſed ſi quis. l. 20. ff. quod vi aut clam. l. 6. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindic.

Lapidicinæ marmoreæ in l. vlt. ff. de pact. dotalib. l. 7. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. matr. Nam & marmorũ lapides dicuntur. l. vlt. §. vlt. ff. qui potior. in pign. Lapidarii in l. 5. §. ſed interdum. ff. commod. l. vlt. ff. de iu. immunit. l. 2. de excuſatio. artif. in C. Th.

LARGIANVM Senatuſconſultum de libertorum ſucceſſione ſcriptum, quo cauebatur, vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati in Latinorum libertorum bonis extraneis eorum hæredibus præferrentur. §. vlt. Inſtitut. de ſucceſſion. libert. l. vn. in princ. C. de Lat. libert. toll. Nou. Iuſtin. 78.

Largiri pro ſufficere nonnullis Iureconſultorum locis vſurpatum obſeruaui. l. 11. §. ſi filio. ff. ad l. Falcid. l. 14. §. poſt annum. ff. quod met. cau. l. 30. ff. de minorib. l. 35. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 7. ff. de fideicom. liber. l. 1. §. 1. ff. ſi tabul. teſt. null. ext. l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. ed. Si beneficium ætatis largitur. l. 2. C. de in integr. reſtit. l. 1. C. ſi aduerſus rem iud.

Largiri annuam præſtationem dicitur reditus in l. 25. in fin. ff. ad leg. Falcid. & l. 21. §. 1. ff. de annu. leg. ex quo annua præſtatio redigi poteſt.

Largitiones principis. l. 21. C. de appellatio. l. 11. §. ſin autem vtraq;. C. de iudic.

Largitiones ſacræ pro theſauris munerationum principis, &, vt vulgò loquimur, financiis l. vlt. de his qui ex publ. ratioc. lib. 10. C. l. 1. de cano. largit. tit. lib. 11. & aliis infinitis illorum librorum & Codicis Theodoſiani locis. Interpretatio autem noſtra probatur ex l. 10. C. de palatin. ſacr. largit. lib. 12. Nam qui in ea Rubr. palatini ſacrarum largitionum vocantur, hi in d. l. 10. palatini ſacrarum munerationum rationem tractantes appellantur, quemadmodum eò loci ſcripti libri impreſſis emendatiores ſcriptum habent. Symmach. lib. 1. Epiſtol. 29. Palatini munerationum ſacrarum Amicus & Caſtor quæſtus publicos ementes &c. Sed & munerationum ſacrarum Comites in l. 2. C. de commeatu. lib. 12. appellantur, qui aliàs Comites largitionum vocantur.

Hinc Largitionales tituli. l. 12. C. de vectigalib. Et Largitionale aurum. l. 3. de ſuſceptorib. lib. 10. C.

LASER in l. 5. ff. de pen. leg. l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. ſuccum herbæ, quam Latini Laſerpitium, Græci σίλφιον vocant, ſignificat, interprete Plinio lib. 19. cap. 3. adſtipulante Columella lib. 6. cap. 17. Vide & Iſidor. lib. 17. c. 9. Hoc verbum è Latino in Græcum vertens Trallia. lib. 11. λάσαρον vocat. Meminit huius ſucci B. Auguſti. in lib. de Morib. Manicheor. Carnes quoq; laſere infectas dixit Apul. libr. 10. de Aſino aur.

LATA vel latior culpa in l. 32. ff. depoſ. l. 31. §. culpam. ff. de ædilit. ed. l. 8. §. ſi ſeruitute. ff. de precar. l. penult. ff. de incend. rui. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi menſor falſ. mod. l. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 2. C. arbitr. tut. l. 2. C. de in lit. iur. l. 1. C. de hæred. tut. l. 2. C. de magiſtr. conuen. quæ & lata negligentia in l. 8. §. competit. ff. de adm. tut. l. 7. §. 1. ff. de ſuſpect. tut. Et magna culpa in l. 226. ff. de verbor. ſignificat. Craſſa eſt, & ſupina & diſſoluta negligentia & proximè ad dolum accedens, veluti ſi quis quod omnes intelligunt, non intelligat. l. 223. ff. de verbor. ſignificatio. minorem rebus depoſitis quàm ſuis diligentiam præſtet. d. l. 32. ff. depoſ. gratia ductus alium emere patiatur id, de quo emendo mandatum ſuſceperat. l. 8. §. vlt. ff. manda. Vnde dolo proxima culpa appellatur. l. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebellian. l. 4. ff. de magiſtr. conuen.

Lati claui meminit l. 43. ff. de donatio. int. vir. & l. 9. C. de teſt. milit. Fuit hoc ſenatorum ornamentum, de quo lib. 3. *Select.* Antiquit. diximus.

LATERARIA Viatoria in quibus chirographa & pecuniæ condebantur. l. penult. ff. de leg. lib. 3.

Hoc latere, pro hac parte in l. 118. ff. de verbor. obligat. l. 49. §. vlt. ff. de fideiuſſoribus. In contrario latere in l. 11. ff. de dam. infect. in aduerſa & contraria ſpecie. Ex vtroque latere, ex vtraque parte & vtrinque in l. 39. §. ſi ſta-

tus.ff.de procuratorib.l.3.§.ſi quis ita ſimpliciter.ff.neg.geſt.

Ex latere ſiue ex tranſuerſo venire coniungive nobis dicuntur fratres, ſorores, liberiq; eorum,& conuenienter patrui, amitæ, auunculi & materteræ, quique ex his procreantur. l.1.ff.de gradibus.Inſtit.de gradibus.cognatio. l.1.ff. de ritu nupt.§. inter eas. Inſtit. de nupt. quos ex lateribus cognatos vocat Paul. in l. vlt.§. ſunt & ex lateribus.ff. de gradibus & ex tranſuerſa linea venientes. Imp.in l.21.C. de inoffi. Vnde tranſuerſos gradus idem Paul.in d.l.vlt.§.idem in tranſuerſis. Conſtantin.libr. 4.Epit.ſecutus Iuſtinia.in Nou.89.& Nou.118. τοὺς ἐκ πλαγίου vocat, & ita definit, οἱ μήτε ἡμᾶς γεγεννηκότες, μήτε ἐξ ἡμῶν γεννώμενοι. τῆς δὲ αὐτῆς γονῆς καὶ ῥίζης ἡμῖν κεκοινωνηκότες, οἷον ἀδελφὸς ἀδελφή, θεῖος θεῖα, ἀνεψιὸς ἀνεψιά, ἐξάδελφος ἐξαδέλφη, καὶ οἱ ἐκ τούτων καταγόμενοι. Theophilus verò τοὺς ἀπὸ λοξότητος ἐρχομένους, οἵτινες λέγονται ἐκ πλαγίου.

LATERCVLVM.l.1.ad fin.ff.de offi.præf. pr. Afric.l.1.& 2.C.de offic. quæſt.l.vltim.C. de offic. mag. offic. Nouell.8. Duplex autem fuit, Maius, & Minus: Illud apud principem ſubſidebat: hoc ſub diſpoſitione Quæſtoris erat. Continebat autem laterculum totam officiorũ ac dignitatum adminiſtrationúmque & ciuilium & militarium rationem. Laterculenſis nomen dignitatis fuit in ſcrinio memoriæ, vt colligitur ex l.13.& l.vltim. ff. de proxim.ſac.ſcrin.lib.12.& l.5.in fin.C.qui milit.poſſ.

LATINI liberti auctore Gaio & Vlpian.in Inſtitutio.fiebant, qui per Epiſtolam aut inter amicos, aut conuiuii adhibitione, aut ab eo, qui in bonis duntaxat habebat, manumittebantur. Quod & Iſidor. lib. 9. Etymol.cap.5. Et Theoph.ad fin.titul. de libertin.tradunt. Erat verò eorum ſtatus ciuitate Romana inferior: ad quam tamen aliquibus modis peruenire poterant, quos Vlpian.Inſtitut. titul.3.recenſet. Latinos autem ad ſimilitudinem antiquæ latinitatis, quæ in colonias mittebatur, introductos Iuſtinian.in l.vn.C. de Lat. liber. tradit. Et ideò hi Latini Iuniani ad diſcrimen Colonariorum, ab Vlpiano in Inſtitut. titul.1. tit.11.& 17.& 19. & 20. appellantur: ex eo nimirum quod lege Iunia Norbana de eorum ſtatu cautum erat.§.libertinorum. Inſtitut. de libertin.§.vlt.Inſtit.de ſucceſſio.libert. l. vn.in princip.C.de Lat.lib.toll.Ita Latinæ conditionis mulierem accipe apud Sueto. in Veſpaſia. cap. 3. De his propediem plura me dicturum confido.

LATITATIONEM Cicero definiebat turpem occultationem ſui: Quæ definitio anguſtior eſt definito, cùm etiam poſſit quis non turpi de cauſa latitare.Itaq; plures ſunt ſpecies latitationis. Vna, fraudationis cauſa, quæ edicto Quib.ex cauſ. in poſſ. eat.continetur, quæ fit eo animo, vt fraudentur creditores.l. 7. §. quid ſit autem latitare.cum §.ſeq.ff. quibus ex cauſ.in poſſeſſ.l.50.ff.de pecul. Quiſquis autem occurſum creditorum euitans ſe occultat, hoc modo latitare dicitur, ſiue eodem loci, ſiue alio, ſiue peregrè agens.l.7.§. illud ſciendum.& l.36.ff.de reb.auct.iud. Fraudationis planè cauſa latitare non videtur minor, qui ſui idoneus defenſor non eſt.l.5.ff. de reb. auct.iud.

Alia eſt fruſtrandæ actionis cauſa latitatio. l.3.ff.de iudic.cum quis ne ſecum aliqua actio moueatur, vel vt actio eximatur latet. Sed & fideicommiſſi fraudandi gratia latitat, qui, vt libertatum præſtationem differat, ſui poteſtatem non facit.l.1.l.26.§.pen.& vlt.l.27.l.28.& paſſim.ff.de fideicom.liber.l.11. C.eo.tit. Latitare denique dicitur, qui non comparet, & ſui copiam, vt ſecum agi vel lis ad exitum deduci poſſit, non facit.l.42.§.vlt.ff.de procuratorib.l.12.§.pen.& l.23.ff.ex quib.cauſ.maior. l.52.ff.de diuerſ.reg.

LATRONES ſiue Latrunculi appellantur, quibus bellum publicè pop.Ro.non decreuit, vel ipſi populo Rom. quiq; non iuſto indicto bello prædantur.l.6.& l.24.ff.de captiu.l.118. ff.de verb. ſignif.l.1. ff.de leg. lib.3.l.35.§.pen. in fin.ff.de donatio.l.3.§.Labeo.ff.de incend. rui.l.9.ff.ex quib.cauſ. maio.l.3.§. aduerſus.ff. de ſepul. viol. Itaque ab hoſtibus perpetuò ſeparantur.l.18.ff.commodati.l.9.§.ſed licet.ff. quod met.cau.l.13.ff.de teſtament.l.5.ff.de iure dot.l.20.& l.21 ff.ſol.matr.l.30.ff. ad l.Falcid.l.12.in fin.ff.de reb.auct.iud.Et apud Paul. lib.1.Sentent.titul.7.& lib.5.tit.11. Quamobrem non vt ab hoſtibus capti, ita qui à latronibus detinentur libertatem amittunt. l. 13.ff. qui teſtament.fac.l.19.§.à piratis.ff. de captiu. & poſtl.

Vnde Latrunculator in l.61.§.vlt.ff. de iud. qui ad conquirendos & perſequendos latrones à principe mittitur, quem Iuſtinia. λῃστοδιώκτην vocat. Nouel.8.

Latrones etiam viarum obſeſſores dici notum eſt. Latrocinium à furto perſpicuè ſeparatur in l.52.§.damna.ff.pro ſoc.

LAVDARE, vti Gellius lib. 2. Noct. Attic.cap.6.& Feſt.Pompe.lib.10. teſtantur, priſca lingua nominare ſignificabat. Et ita in actionibus ciuilibus vſurpabatur. Inde illa locutio. Auctorem laudare.l.6.§.ſi tibi iter. ff. de actio.empt.l.63.§.1.ff. de euictionibus.l.7.C. eod.titul.l.2. C.de in lit.dan. tut.Sic & teſtem laudare, Nouel.Marcian.ex veterum libris interpretatur.

LAVTVMIÆ (ſic enim Pand.Flor.ſcriptũ habent) Aſconio in 3.contra Verr. Orat. interpre-

terprete, lapidibus cæſis execta loca appellantur, in quæ noxii damnari ſolebant. l. 9. ff. ex quibus cauſ. maio. l. 1. in fin. ff. de aleæ luſu. Huiuſmodi erant lapidicinæ Syracuſis in Sicilia.

LAXAMENTVM temporis, ſpacium & temperamentum ſignificat. l. 7. §. vſuræ. ff. de adm. tutor. laxamentum itineris in l. 4. ff. de vacat. mun.

LECTICARII ſerui, qui lecticam geſtabant & portabant eam humeris ſubeuntes. l. 8. §. vlt. ff. de leg. lib. 1. l. 65. ff. de leg. lib. 2. l. 49. ff. de leg. lib. 3. l. 14. ff. de auro, arg. Nã ita diuites Rom. vehi ſolebant. Seneca Epiſtol. 29. libr. 4. Non turba ſeruorum lecticam tuam per itinera vrbana ac peregrina portantium. & lib. 19. Epiſt. Cohors culta ſeruorum, lectica formoſis impoſita calonib. Quod ex Tertulliano quoq; in libro ad vxor. patet.

Lecticarii etiam qui lecticas faciunt. l. 1. ff. de leg. lib. 3. Etiam lecticarii ſeu Decani olim eccleſiaſticum munus fuit, qui efferendis cadaueribus deſeruiebant. Nouell. Conſtit. 43. qui & κοπιάται vocantur τὰς τῶν νεκρῶν κλίνας ἄγοντες.

LEGATVM Florẽtinus delibationem hæreditatis definit, qua teſtator ex eo, quod vniuerſum hæredis foret, alicui quid collatum velit. Modeſtinus donationem quandam teſtamento relictam. Iuſtinian. Donationem à defuncto relictam ab hærede præſtandam. Vlpia. quod legis modo, id eſt, imperatiuè relinquitur. l. 116. ff. de leg. lib. 1. l. 36. ff. de legat. lib. 2. Iuſtinia. Inſtit. de legat. in princ. Vlpian. Inſtitut. titul. 24. Dicitur autem Legatum à lege, vt Eutychus lib. 2. de diſcernend. coniugatio. ſcribit. Porrò & fideicommiſſum & mortis cauſa donatio legati appellatione continentur. l. 87. ff. de leg. lib. 3. In generali quoque repetitione legatorum etiam libertates datas contineri ex mente legis 12. tab. traditur, quæ his verbis, *Vti quiſque legaſſet ſuæ rei ita ius eſto*, latiſſimam tribuit poteſtatem & hæredes inſtituendi & legata & libertates dandi, tutelas quoq; conſtituendi. l. 80. & l. 120. ff. de verb. ſignif. l. 63. ff. de leg. lib. 3.

LEGATI primùm appellantur, qui à municipio vel prouincia cum mandatis ad principem mittuntur. l. 2. §. 1. l. 8. l. 24. ff. de iudic. l. 8. ff. ex quib. cauſ. maio. Hoc eſt ex eo nomen habent, vt Varro lib. 5. de lingua Latin. ſcribit, quòd vt publicè mittantur, leguntur. Eorum viaticum legatiuum appellatur in l. vlt. §. legati. ff. de munerib. & honor. l. 2. §. vlt. ff. de legatio. Munus ipſum legatio dicebatur.

Erant & legati Proconſulum vel Præſidum, quibus Proconſul iuriſdictionem ſuam mandabat. l. 4. §. vlt. cum l. ſequ. l. 6. ff. de offic. proconſ. l. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſt. milit. l. 2. ff. qui & à quibus. & apud Plin. in Præfatio. lib. 19.

Legati etiam Cæſarum appellabantur Prȩſides, qui prouinciis à Cæſare præficiebantur. l. pen. ff. de offic. præſid. l. 12. ff. de accuſatio. l. 19. §. vlt. ff. loca. l. 7. ff. de manum. vind. l. 4. ff. de offic. aſſeſſor.

Ita Aquitaniæ legatum accipio in l. 12. ff. de cuſtod. reor. & apud Plin. lib. 26. cap. 1. Et legatũ Numidiæ, ac Ciliciæ in l. 7. ff. de legat præſt. l. 3. ff. de teſtib. l. 2. in fi. ff. de iure immunit. Et Galliæ, Lyciæq; legatum apud Plin. lib. 9. c. 5. & 12. cap. 1. Et legatum Lygdonenſem in l. 15. §. vlt. ff. de excuſatio. tutor.

LENO eſt, qui proſtituta habet mancipia, vt Seneca lib. 6. de Benefic. definit. Lenocinium itaque facere cum Vlpia. ad edictum Prætoris interpretatur, qui quæſtuaria mancipia habet, ſiue principaliter hoc negocium gerat, ſiue alterius negociationis acceſſione vtatur. l. 4. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. 1. in fin. ff. de extraord. crim. Idem Vlpian. libr. 1. ad leg. Iul. & Pap. Lenas eas dici ſcribit, quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt, etiam ſi alterius nomine hoc vitæ genus exerceant. l. 43. §. 1. ff. de ritu nupt.

Lenocinii crimen contrahit maritus, qui deprehenſam in adulterio vxorem retinuerit quæſtúmve ex adulterio vxoris ſuæ fecerit. l. 29. in prin. & §. qui quæſtum. ff. ad l. Iul. de adulter. l. 2. C. eod. tit.

LEVIR mariti frater appellatur. l. 4. §. affines. ff. de gradib. & affin. Feſt. lib. 10. quaſi leuus vir vt ſcribit Non. Marcel. cap. vlt. De proprietat. ſermon. in Lexico B. Germani Leuir ἀνδράδελφος vertitur.

LEVEM culpam præſtat, qui reb. ſuis conſuetam diligentiam & eam quam quilibet paterfa. mediocriter circumſpectus adhiberet, præſtat. l. 20. C. de neg. geſt. l. 22. §. ſed enim. ff. ad Trebellian. Leuiſſimam verò qui exactiſſimam rei cuſtodiendæ diligentiam exhibere debet. l. 45. ff. ad l. Aquil.

Leuiſſima libertatis conditio ea intelligenda eſt quæ ad libertatem perducit, quamuis natura grauior & durior ſit. l. 35. ff. de conditio. & demonſtr.

LEX eſt, quæ ſcripto ſancit quod vult, aut iubendo, aut vetando, à delectu, vt Cicer. libr. 1. de legibus ſcribit. Propriè autem lex dicitur, quam populus ſenatorio magiſtratu, veluti conſule interrogante tulit. §. lex eſt. Inſtit. de iur. natur. Et ideo leges è plebiſcitis, ſenatuſconſultiſq; ſeparantur. l. 7. ff. de iuſtit. & iur. l. 7. §. ait Prætor. ff. de pact. l. 1. §. ait Prætor. ff. de pact. l. 1. in fin. ff. ex quibus cauſis maior. l. 2. §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur. l. 2. ff. ne quid in loco pub. Interdum tamen latius legis nomen accipitur, vt & plebiſcita com-

prehendat.l.6.ff. de pact.l.1.ff.de offi.eius cui mand. Nam & Aquiliam & Falcidiam leges appellamus, quæ plebiſcita ſunt, cùm ea Aquilius & Falcidius tribuni plebis à plebe rogauerunt.l.1.ff.ad legem Aquil. l. 1. ff. ad leg. Falcid.

Legem planè cùm abſolutè dicunt noſtri, plerunque 12.tabul.intelligunt:vt in l.3.ff. de vſurp.& vſucapio. l. 7. §. ſi paciſc. ff. de pact.l. vltim. ff. de colleg.l.18.ff. de teſtament. l.1.ff. de cur.fur.l.5.in fine.ff. de acquiren.hæred. l. 13.§.vltim. de ſeruit.ruſt. l. 4. §. ſi quis condemnatus.l.6.§.1.l.7.ff.de re iud.l.130. ff. de verbor.ſignif.

Lex pro lege Ælia Sentia,in l.17.§. vltim. l. vlt.in princip.ff.qui & à quib.l.4.ff.de teſt.milit.l.4.ff.de ſeru.exp.

Lex pro lege Iulia, Papia Poppæa in l. 16.ff. de iure patron.l.37.§.nihil.ff.de oper. libert.l. 2.ff.de minoribus.l.38.§.1.ff. ex quibus cauſis maiores.

Lex pro lege Iulia de adulteriis in l. 12. ff. qui & à quib.

Hinc legitimum quod lege aliqua vel Senatuſconſulto introductum,inſtitutum, confirmatum, comprobatumq́; eſt. Ita legitimas conuentiones pacta Paul. definit in l. 6. ff. de pact.quales ſunt,quæ de furto & iniuria fiunt. Hæc enim lex 12.tab. cõprobat ita legitimum ius,quod ex lege deſcendit.quale eſt ius agnationis quod ex 12.tab.deſcendit.l. 3. §. de illo. ff.pro ſoc.l.69.in fi.prin.ff.de leg.lib.2.l.1.§.vocantur.l.11.§.vltim.ff.de contr.tabul.l. 22. ff. ſi quid in fr.pat.l.6.ff.de bonor.poſſeſſ.l.1.§. non quærimus.ff.ſi quis om. cau. teſt. Et apud Vlpian.in Inſtitut.tit.28.ad fi.& l.vlt. C. de legit. hæred. Et quodcunq; aliud ius quod ex legib. proficiſcitur legitimum vocatur.l.4.§.vlt.ff.de fideiuſſorib.tut.l.vlt.C.de teſtib.

Legitima hæreditas quæ lege 12.tabul.defertur.Item quæ ex nouis legibus obuenit.l.1. 2.& 3.ff.de petit.hæred.l.1.§.capitis.ff.ad Tertyl.l.7.ff.de cap.min.

Et ita legitimi hæredes,qui ab inteſtato hęredes vel ex 12. tab. vel alia lege Senatuſconſultóve fiunt.l.2.§.vlt.ff.vnde legit.

Legitima tutela, quæ l. 12. tabul. agnatis & conſanguineis defertur. l.1. & l. 5. ff. de legit. tutor.Legitimi, ait Vlpian.in Inſtitut. titul.11. tutores, qui ex l. 12. tabul. introducuntur ſeu propalam, quales ſunt agnati, ſeu per conſequentiam, quales ſunt patroni. Etenim Legitima & illa appellatur tutela, quæ patronis defertur,non quòd nominatim in lege de hac tutela caueretur, ſed quia per interpretationem perinde accepta eſt, atque ſi verbis legis introducta eſſet. Inſtitut. de legit. patronor. tut. Ex legibus enim eſt tam quod ex verbis, quàm quod ex ſententia & mente legum proficiſcitur.l.6.§.1.ff.de verb. ſign.Eodem modo & legitimi curatores qui ex lege 12.tab.dantur apud Vlpian.in Inſtit.tit.12.

Legitimæ actiones legibus proditæ & ex iure ciuili deſcendentes.§. ſed iſta. Inſtit. de actio.l.1.l.11.& l.15.§. vlt.ff. de præſcript. verb.l. 22.§.vlt.ff.de aq.& aq.plu.

Legitimæ nuptiæ, quæ ſecundum iura ciuitatis Romanæ contractæ ſunt. Inſtitut. de nupt.in prin.Gaius lib.1.Inſtit. tit.4. l. 19.ff.de ſtatu hom.

Legitima vxor,quæ nobis ſecundum leges & ciuiliter nupſit.l.4.ff.de ritu nupt.

Legitimi liberi naturalibus oppoſiti eos ſignificant, qui iure, id eſt, ex iuſtis & legitimis nuptiis ſunt quæſiti. l. 45.ff. de vulga. Interdum etiam legitimi adoptione quæſiti accipiuntur.

Legitima crimina, de quibus lege aliqua quęſtio conſtituta eſt, vel quę lege aliqua vindicantur, vt ſunt publica.l.3.§ pœna.ff. ſtellionat.coniuncta l. 3.§. ſtellionatus.ff. de his qui not.infa.

Legitimum tempus in l. 5.ff. de vſufruct. l. 3.ff. quemadm. ſeruit. amit. l. 24.ff.de donat. int.vir.l.12.§. ſi quis ſeruum.ff. de captiu. lege 12.tabul.vſucapioni præfinitum tempus ſignificat.Cic.Topic.& pro Cæcinna.l.3.ff.de vſucapio.quod aliàs conſtitutum tempus appellari ſuprà docuimus. At in l.3.ff.de vſur.& l. 4.§. ſi quis condemnatus.ff. de re iudic.& l. 1.C.de vſur.rei iudic. Legitimum tempus intelligitur, quod condemnatis ad ſoluendum lege 12. tab. datur. Eadem lege ſtatutum ad dotem reſtituendam tempus legitimum appellatur in l. 24.§.ſiue autem mariti.ff.ſol.mat. l.7.§.adeò.ff.de pact.

Simili modo legitimum tempus in l. 19. ff. de minorib. Legibus ſtatutum tempus ad petendam in integrum reſtitutionem.l.1.Cod.ſi minor ſe maior. Et legitima tempora,quibus lis perit.l. 19.§.ſi cuius dolo.ff.de dolo. l.72.ff. de procuratori.l.2.ff. de diuerſ. & temp.l.7.ff. de munerib.& honor.l. 11.ff. de iudic. l. vn. C. vt intra cert.temp.Legitima tempora in l. 32. ff.de iudic.ad iudicandum lege credo Iulia iudiciaria præſtituta.

Legitimum tempus luctus.l.8.l.10.l.11.ff. de his qui not. infa.l. 2.§.1.C. de ſecun.nupt. idcirco opinor quod Numæ Pompilii lege decem menſium ſpacium ad lugendos viros mulierib. præſcriptum fuit, quod poſtea duobus menſibus auctum eſt. Apul. lib. 8. de Aſino aur. Boni ergo & optimi conſules, ſi luctu legitimo miſerrimæ fœminæ neceſſariũ conceſſeris tempus, quoad reſiduis menſibus ſpacium reliquum compleatur anni. Seneca lib. 7.Epiſt. Annum fœminis ad lugendum conſtituere.

Legitima

Legitima tempora apud Quintilia. Declamatio. 6. lege puta Pompeia ad dicendum & orandum præſtituta.

Legitima ætas 25. annorum ætas appellatur, quòd lege Lætoria in id vſque tempus adoleſcentes curatorum auctoritate regerentur, vt aliàs probaui. Sic accipitur in l. 32. §. vlt. ff. de teſt. tut. l. 20. §. vlt. ff. de liberat. leg. l. 1. ff. de fideiuſſorib. tutor. l. 27. ff. de neg. geſt. l. vlt. §. diuus. ff. de publican. l. 41. ff. de fideiuſſorib. l. vlt. in fi. ff. de appellat. l. 16. C. eod. l. 12. C. de adminiſtr. tut. l. 1. C. de tutorib. & cur. qui ſatis non ded. l. 2. C. ſi mater indemnit. l. 1. C. de cur. fur. l. 1. C. ſi quis ignor. rem minor. l. 1. C. ſi maior fact. l. 2. C. de temp. in integr. reſt. l. 4. C. de tranſactio. l. 1. C. ſi tut. vel cur. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud. l. 2. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. C. de his qui ven. ætat. l. 2. qui ætat. vel profeſſ. lib. 10. C.

Ita Legitimum ſtatum ætatis interpretor in l. 77. §. curatoris. ff. de leg. lib. 2. & l. pen. C. quando dies leg. ced.

Legitimum ſpacium in l. 14. ff. de ſeruit. vrb. quo lex 12. tab. ambitum ædificiorum definit.

Legitima quoque latitudo in l. 13. §. latitudo. ff. de ſeruit. ruſti. quæ lege 12. tab. comprehenſa, definita ac determinata eſt. l. 8. ff. eo. tit. l. 6. §. nec video. ff. quemadmod. ſeruit. amitt.

Et Legitimus modus in l. 3. §. 1. ff. de mort. inf. quo abeſſe ab ædificiis buſta monumentaq; lex 12. tab. conſtituit. Cicer. lib. 3. de legib. Legitimus modus in l. 21. ff. de donation. qui donationibus lege præſtitutus eſt, olim erat, cuius meminere l. 24. ff. eod. tit. & l. 36. ff. de mort. cau. donatio. l. 5. §. ſi donaui. & §. ſi eum qui de deli except. l. 1. ff. quib. mod. pig. Quod & illa Pauli verba comprobant, quæ ſunt libr. 5. Sentent. tit. 11. Ei qui aliquem à latrunculis vel hoſtibus eripuit in infinitum donare non prohibemur.

Legitima portio liberis debita quarta pars fuit eius, quod ab inteſtato ad liberos peruenire ſiue lege Falcidia, ſiue qua alia, vel conſtitutionibus principum definita. §. ſed hæc ita. Inſtitution. de inoffic. teſt. l. 9. C. de impuber. & al. ſubſtitut. l. 8. l. 31. l. 34. C. de inoffic. l. 2. C. de inoffic. donatio. Sic & portio patronis ex l. Papia debita legitima appellatur. l. 19. ff. de bon. libert. l. 1. C. ſi in fraud. patron. l. 1. C. de bon. poſſ. cont. tab. libert.

Legitimam vſuram centeſimam accipiendam eſſe docui lib. 3. Selectar. Antiquitat. Legitimum modum vſurarum vſque ad duplum interpretor in l. 26. ff. de condictio. indebit. Aliàs centeſimæ modum ſignificat. Legitimæ planè vſuræ in l. 17. C. de loca. licitæ, & quæ ex more regionis frequentantur, accipiendæ ſunt.

Legitimus modus honorarii in ſingulis cauſis vſque ad centum aureos. l. 1. §. honorariis. & §. licita. ff. de ext. cognitio. l. 3. C. de poſtul. quem Senatuſconſulto conſtitutum Tacit. lib. 10. auctor eſt.

Legitimus numerus apud Paul. lib. 4. Sent. tit. 1. eſt lege Caninia præſcriptus.

Legitima verba in l. vlt. C. de teſt. tut. l. pen. C. de teſt. manum. Latina intelligenda ſunt. Nam Græcè directò nihil olim relinqui teſtamento poterat, vt oſtendit Vlpian. in Inſtit. titul. 25.

Legitima accuſatio, quæ ex leg. Iul. de adulteriis inſtituitur. l. 11. §. quæ propter. ff. ad leg. Iul. de adult.

Legitimè ordinati inſcriptionum libelli dicuntur, qui ſecundum formam. l. Iuliæ publicorum iudiciorum præſcriptam cõcepti ſunt. l. 3. §. 1. ff. de accuſatio.

Legitima obſeruatio, quæ diuortio faciendo vel l. 12. tab. vel lege Iulia de adulteriis præfinita eſt. l. 35. ff. de donat. int. vir. l. pen. ff. ad l. Iul. de adulteriis.

Legitimum tempus in l. 8. C. de non num. pec. quinquennii intra quod ex principalibus conſtitutionibus non numeratæ pecuniæ exceptio apponi debuit. l. 9. & l. 14. C. eod. tit. Inſtitut. de liter. oblig. l. 1. de cauta & non numer. pec. in fragmentis Codicum. Theophil. in §. idem iuris. Inſtitut. de exceptio. Quomodo etiam ſtatutum tempus interpretari oportet in l. vltim. C. de condictio. ex leg. & l. 5. C. ſi cert. pet.

Legitimi teſtes, qui ex legibus teſtamento adhibendi ſunt. l. 16. §. 1. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtitut.

Legitimę cognationes, quę agnatorum ius habent, quod ipſum ciuile, & lege 12. tab. introductum eſt. l. 12. §. vlt. ff. de ritu nupt. §. vlt. Inſtit. de cap. dim. Etiam Modeſtinus Legitimam cognationem ſiue ciuilem interpretatur, quæ per adoptionem contingit in l. 4. §. cognationis. ff. de gradib. & adfinib.

Legitima pœna in l. 7. §. 1. ff. de condict. fur. l. 9. C. de furt. quæ furto imponitur. Ea dupli eſt, ex 12. tabul. teſte Gellio. Legitima verò pœna in l. 1. §. ſed non vtique. ff. ad Turpillian. eſt, quæ lege Remmia calumniatoribus irrogatur.

Legitima quantitas in l. 25. C. de donat. int. vir. quæ legibus conſtitutionibúsve definita ac præſcripta eſt. l. 34. C. de donationib.

Legitimos actus quoſdam enumerat. l. 78. ff. de diuerſ. reg. Legis actiones quæ ſint, quid item ſit lege agere, expoſui lib. 4. Selectar. Antiquitat.

Cæterùm & municipiis ſuæ erant leges, quæ municipales leges vocãtur. l. 25. ff. ad municipal. l. 1. ff. de albo ſcrib. l. 3. & l. vlt. ff. de de-

cret.ab ord. fac.l. 11. §. 1.ff. de munerib. & honor.l. 3. §. diuus.ff. de ſepul. viol.l. 10.ff.de decurion. l. 6.ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. 3. §. planè ff. quod vi aut clàm. Et ea lex ſignificatur in l. 3.ff.quod cuiusque vniuerſit.l.12.ff.de appellatio.

Legitimusq; numerus in l. 2.ff. de decret. ab ordin.fac.eſt municipii lege præfinitus.l. 3. eod.tit.

Lex quoq; familiarum eſt.l. 195.ff.de verb. ſignificat. Alio ſenſu lex pactum ſignificat & conditionem obligationi dictam.l. 22.ff. de ſtatu hom.l.1.ff.de in rem ver.l. 23. in fi.ff.depoſ.l.50.& l.51.ff. de act.empt.l. 1. & l. 3.ff. de ſeru.export. Propriè autem hoc nomine ea pacta appellantur, quæ contractibus inſunt, propterea quod ea formam & legem dant. l. 7.§.vt puta.ff.de pact.l.1.§. ſi conueniat. ff. depoſ.l. 24.ff.de diuerſ.reg.

Ita Legem venditionis, locationis, donationis, traditionis intelligimus in tit.de contrah. empt.paſſim & in l. 16.§.vlt.ff. de ſeruit. vrb.l. 29.ff.de ſeruit.ruſt.l.6.ff.comm. præd.l. 27.ff. de man. vind.l. 1.ff. de loco publ. l. 3.§. cæterùm.ff. vti poſſid. l. 1.ff.de ſuperficieb. l. 77.ff. pro ſoc. Theoph.Inſtitut. de ſucceſſionib. bonor. legem venditionis bonorũ ὅρον τῶν διαπιπρασκομένων vertit. Sic legem oleæ vendendæ apud Cato.de re ruſt. Et Manilianas venalium vendundorum leges accipe apud Cicer. lib.1. de Orat. Eo verò ſenſu lex commiſſoria dicta eſt, qua conuenit, vti niſi intra certum diem precium ſit ſolutum, res ſit inempta.l.2. & l.4.ff.de l.commiſſ. Lex enim commiſſoria non populi Rom. (quod quoſdam tradidiſſe miror) ſed contractus lex eſt. l. 13.§ idem Papinianus.ff.de actio.empt. Quomodo & lex Cenſoria accipienda eſt, quæ a Cenſoribus in vectigalium locatione dicebatur. l. 203.ff. de verbor. ſignificat. Meminit Cic. 5. in Verr. & Epiſt. 1. ad Q.Frat. & Varro libr. 2. de re ruſtic. cap.1. Et Feſt.Pomp.lib.17. Appellatur lex vectigalis in l. 2.§. ſi publicanus. ff. de vi bonor. rapt. qua ſcilicet lege publica locantur. Ita legem prædii interpretabimur apud Cicero. in Partitio.cùm ait, Aut cum ex lege prædii quęritur, quæ ſint ruta & cæſa. Et legem mancipii apud eundem auctorem lib.1. de Orat. & libr. 3.Officior. Et apud Varro.lib.5. de lingua Latin. Eodemq; modo legem ædium dixit Paul. in l.33.ff.de ſeruit.vrb. Et Vitruu.lib. 1. cap. 1. Et Plin. libr.36. capit. 23. Et leges vrbanorum prædiorum. Varro lib.4. de lingua Latin. Et legem ſaltui datam Gordia.in l. 2. C.de noxalib. Et leges Colonicas Varro lib.1. de re ruſtic. cap. 2. Leges etiam agris dicuntur de eorum conditionibus. l. 1.§. vltim.ff. de aqua quotid. ab his ſcilicet qui eos agros conſtituerunt, finieruntq;, vt Hygen.in lib.de limitib.agroꝝ.ſignificat. Porrò legem dici, dari, cõſcribi, inſeri, conſignari noſtri dicunt.l.15.§. vltim.ff.de ſtatu liber.l.14.ff.comm.præd.l.13.§. idem Iulianus.ff.de act.empt.l.40.ff.de pact. l. 16.in fi. ff. de manum. vind.l. 15.§. ſi quid vitio.ff. de damn.inf.l.42.ff. de mort.cau.donat.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis. l. 47.ff. de verborum ſignificat. Liberarique dicitur is, qui quocunque modo obligatione ſoluitur. In Rubrica tamen de ſolution.& liberatio.hæc duo ſeparantur: quòd ſolutio naturalem numerationem, Liberatio cæteros omnes modos, quibus ab obligationis nexu quis dimittitur, complectatur. Liberare etiam libertate donare, & liberari pro libertatem conſequi, in l. 12.§. manumittendo.ff. de captiu. & poſtl.l. penultim.ff.in quibus cauſ.pign. Et apud Vlpian.in Inſtitut. titul.1. ad fin. Præterea Liberare, eſt luere & nexum pignoris diſſoluere.l. 57.ff.de leg. lib.1.l.21.ff.de liber.leg.l.16.ff. de dote releg. Liberare quoque prædia ſeruitutem ab his debitam remittere ſignificat.l. 2. ff. ſi vſusfruct.pet. Liberum autem prædium dicitur, & quod nulli ſeruit, & quod nulli obligatum eſt.l.8.l.51.§.1.ff.de actio. empt.l. 6.§.ſi in venditione.ff.commun.præ.l.90.ff.de verbor.ſignif.

Libera peculii adminiſtratione conceſſa quid contineatur, exponitur in l.7.ff.de donatio.l.12.ff. quæ in fraud.cred.l. 42.§. vltim.ff. de rei vendic.l.1.§.1.ff. quæ res pign.l.29.ff. de pact.l. 4.ff. ad Macedonia.l. 8.§. an paciſci.ff. quib.mod. pign.l. 14.ff. de acq. poſſ. l.10.C. quod cum eo.

Liberæ legationes dicebantur, quæ à ſenatoribus vel voti cauſa, vel hæreditatis ſyngraphæve perſequendæ, vel aliarum rerum priuatarum gratia in prouincias profecturis impetrabantur, vt aliqua honeſta profectionis ratio eis conſtaret. l. 14.ff. de legatio. Meminit Cicero libro 3. de legib. & libro 2. Epiſtol. ad Attic. Et in Oratio. pro Flacco. Sueton.in Tiber. Brut.epiſtol. ad Cicero. libr. 11. Epiſtol.

Liberalia iudicia, & liberales cauſæ propriè appellantur, in quibus de libertate quæſtio vertitur. Rubr. de liber. cau.l.42.§.1. ff. ſolut.matrim.l.32.§.de liberal.ff. de recept. qui arbitr.recep.l.6.§.1. ff. de Carb. ed.l.3.§.ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 36. & l. 38. ff. de re iud.l.3.ff.de feriis.l.7.§.1.ff. de petitio. hæred. Ita liberale iudicium apud Quintilian.lib. 6.cap.de riſu.

Liberorvm appellatione filii, nepotes, pronepotes, cæterique, qui ex his deinceps deſcendunt, continentur.l.220. ff. de verbor. ſignificat.l.47. ff. ſolut.matr.l.16.ff.de teſt.tut. l.9.§.penultim.ff.de pœn.l.3.in fin. ff. de aſſig. libert.

libert.§.vlt.Inſtitution. qui teſtam.tut.l.11.§. liberos.ff.de in ius voc. Nec intereſt, in poteſtate ſint, an ſui iuris: virilis, an fœminini ſexus, exve fœmineo ſexu deſcendentes.l.56.§.vlt. ff.de verbor.ſignificat.l.2.§.quòd ait.ff.qui ſatiſd.cogant. Itaque inter liberos nepos quoque ex filia habetur.l.9.& l.vlt.ff.de pollicitatio.qui tamen ex genere non eſt.l.1.ff. de iure immunit. Ad poſtumos etiam liberorum nomen pertinet.l.5.ff. de oper.lib. Porrò in contra tabulas bonorum poſſeſſione liberos accipimus ſiue naturales, ſiue adoptiuos, ſi neque inſtituti, neque exhæredati ſint.l.1.ff. de contr.tabul.l.1.§.liberos.ff.ſi tabul.teſtam. nullæ extab. Aliàs liberorum nomine naturales tantùm, & iuſti, non etiam adoptiui exaudiuntur.l.51.in fine.ff.de leg.lib.2.l.75.ff.de conditio.& demonſtrat. vt in ea conditione, Si ſine liberis deceſſerit, quæ, ne naturalibus quidem liberis relictis deficit, niſi his quoque ſenſiſſe eum, qui conditionem iniecit, approbetur.l.17.§.ſi quis rogatus.ff.ad Trebellian. Cæterùm non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia eſt. Liberorum enim nomen multitudinis tantùm numero profertur.l.148. ff.de verbor.ſignific. quanquam & ſingulari numero extulerit Iuſtinian.in l.33.C.de inoffic.teſtam. Eſt & à diuo Marco reſcriptum non videri ſine liberis deceſſiſſe eum, qui nepotem ſuum hæredem reliquit.l.220.§.pen. de verb.ſignif.

Liberi verò quod ad Senatuſconſultum Tertyllianum attinet, non ſunt qui cõtra formam humani generis conuerſo more procreantur.l.14.ff.de ſtatu hom.Paul.lib.4.Sentent.titul.9.licet in l.Papia etiam portentoſi, monſtroſi, & prodigioſi partus matri proſint. l.13.ff.de verb.ſignif.

LIBERTATEM Cicero Paradoxis definit poteſtatem viuendi vt velis. Noſter Florentinus libertatem ait eſſe naturalem facultatem eius, quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibeatur.l.4.ff.de ſtatu hom. Quod Perſius his verſibus expreſſit:

Vindicta poſtquam meus à Prætore receſſi,
Cur mihi non liceat iuſsit quodcunque voluntas,
Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit?

Pleniſſima libertas & in tit.de libertin.Inſtitut.& in l.1.§.ſin autem ſocius.C.de comm. ſer.man. accipienda eſt, ex qua ciuitas Rom. competit: quàm & iuſtam appellari diximus, & ex iure Quiritium. Vnde Seneca lib.3.Natur.quæſtio. Quid eſt præcipuum? Inprimis liberum animum habere: Hæc res efficit non è iure Quiritium, vt ſit liber, ſed ex iure naturæ.

Libertatem imponere dicunt noſtri auctores.l.41.in fin.ff.de bon.libert.l.4.ff.de man. vind.l.11.§.1.ff. de minorib.l.vltim.in princip. C.de teſtam.manumiſſ.l.vlt.ff.qui ſine manumiſſ.l.10.C.qui teſtament.fac.l.vlt.C.de fideicomm.libert.l.vn.C.de comm.ſer.man.l.1.& 2.C.com.de manumiſſ. ab eo quod capiti ſerui, qui manumittebatur, vindicta lictoris virga imponi ſolebat.

Libertas etiam auibus & feris, quæ cuſtodia humana non coërcentur, tribuitur. Naturalem enim libertatẽ accipere aues, feræq; intelliguntur, cùm in ſuam naturalem laxitatem peruenerunt, vel oculos noſtros effugerunt, vel ita ſunt in conſpectu noſtro, vt difficilis ſit earum perſecutio.l.44.& l.55.ff.de acq. rer.do.l.3.§.item feras.ff.de acquir.poſſ.§.feræ.in fi.Inſtit.de rer.diuiſio.

LIBERTINI dicuntur, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. Inſtit.de libertin.in prin. l.6.ff.de ſtatu hom. etſi aliter hoc verbum acceptum antiquitus Sueton.in Claud.cap.24. tradit. Eodem ſenſu & libertinas perſonas apud Vlpia.in l.2.ff.de oper.libert. accipiemus. Libertorum porrò appellatione etiam libertæ continentur.l.172.ff.de verb.ſignificat. At libertorum noſtrorum liberti non continentur.l.58.in fin.l.172.ff.de verb.ſignific.

Libertorum autem triplex olim erat differentia. Alii enim ciues Rom. alii Latini erant: alii dediticii. Ciues Rom. fiebant qui vindicta, cenſu, vel teſtamento, aut, quod à Conſtantino conſtitutum fuit, in eccleſiis manumittebantur, vt Cic.Topic. Vlpian.& Gaius Inſtitutio.tit.1.Theoph.ad fi.tit.de libertin. tradunt. Latini fiebant, qui in conuiuio, vel inter amicos, vel ab eo, qui in bonis tantùm, non etiam ex iure Quiritium ſeruum habebat, manumittebantur. Dediticii verò, qui vincti tortive aliquando fuerant, quibúsve notæ inuſtæ, vt ex iiſdem Vlpiani, Gaii & Theophili locis intelligitur, & ex Iuſtinia.tit.de lat.libert.toll.& de dediticia libert.toll.C.

LIBITINARII, quos Græci νεκροθάπτας appellant, qui funera curant.l.5.§.idem ait.ff. de inſtitor. à Libitina, cuius in templo Romæ quæ ad funera pertinebant, venibant.

LIBONIANO ſenatuſconſulto legis Corneliæ de falſis pœna aduerſus eos conſtituta eſt, qui in alterius teſtamento vel codicillis legatum hæreditatémve ſibi ſua manu adſcripſiſſent. Rubr.ff.ad leg.Cornel.de falſ.& de ſen.Libonia.l.29.ff.de teſt.tut.l.1.ff.de his, quæ pro non ſcript.hab. Ad hoc Senatuſconſultum Paul. vt ex indice conſtat, librum ſingularem ſcripſerat, eique Claudianum coniunxerat. Nam & in eandem ſententiam edictum Diui Claudii ſcriptum fuerat, vt oſtendit l.15.ff.ad leg.Cornel.de falſ.l.3.Cod. de his, qui ſibi adſcrib. Et hoc Senatuſconſultum intelligendum eſt in l.15.§.ſi quis ſeſcri-

bat. ff. de milit. teſt. l. 14. in princ. & l. 15. §. item Senatus. ff. de falſis. l. 3. & l. vlt. C. de his qui ſibi adſcrib. Nomen autem habet à Scribonio Libone, qui Claudii temporibus conſulatum cum Tauro geſſit.

LIBRAM auri ſeptuaginta & duorum ſolidorum eſſe Impp. definiunt, Libram verò argenti quinis ſolidis æſtimant. l. 5. C. de ſuſceptorib. & arcar. lib. 10. C. l. vn. de argenti prec. lib. 10. C.

Libripēs appellabatur, qui in mancipationib. ſtaterā tenebat, vt eſt hodie apud Gaium ſcriptum lib. 1. Inſtit. tit. 7. Quem tamē auctorem ſcripſiſſe puto, qui libram æneam tenebat. Sic enim & Boëti. in Topic. & Priſcia. lib. 6. eius ex lib. 1. Inſtitu. de nexu faciendo verba referentes habent. Inuenitur hoc verbum apud Iuſtinia. in §. acceſſit. Inſtit. de teſtament. & Quintilia. Declamatio. 308. & Vlpia. in Inſtit. tit. 20. & Tertullia. lib. 2. aduerſus Marcio.

LIBRATORES aquæ prout in l. 1. de excuſatio. artific. lib. 10. C. legendum. l. 2. eod. tit. in C. Theod. docet, ſunt qui vt in l. vlt. eod. titul. ſcribitur, aquarum inuentos ductus & modos docili libratione oſtēdunt. Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traia. Supereſt, vt in libratorem vel architectum mittas, qui diligenter exploret, ſitne locus altior mari. Cæterum in d. l. 1. de excuſatio. artific. quid manus Triboniani præſtiterit, intelliget qui eam cum illa quæ ſub eo. tit. in C. Theod. legitur, contulerit.

LIBRORVM appellatione continentur omnia volumina, ſiue in charta ſiue in membrana, vel tilia, vel philyra, aliáve materia ſcripta ſint. l. 52. ff. de leg. lib. 3. Antiquis certè temporib. in tilia & philyra libros cōſcribi ſolitos non ille tantùm Iureconſultorum noſtrorum locus docet, ſed & Plin. lib. 13. cap. 12. & Herodia. lib. 1. hiſtor. Et Marcia. Cap. lib. 2. de nupt. Phil. Et Septimius in epiſtola hiſtoriæ Dictys Cretenſis præpoſita.

Libellus, precum libellum & requeſtam vt vulgo loquimur ſignificat in l. 6. §. 1. ff. de offic. præſid. l. vlt. ff. de offi. proconſ. Cæſ. l. 2. §. item diui fratres. ff. de iure fiſc. l. 33. ff. de re iud. l. 4. ff. de app. recipi. l. 15. ff. de in ius voc. l. 15. ff. de legatio. Ita libellos agere dicuntur, qui libellis principi datis ſubſcribendis vacant. l. 12. ff. de diſtr. pign. Et libellorum magiſtri, qui hoc munus gerunt, in inſcriptio. l. vn. ff. de offic. præf. præt. & aliis locis, quos libro proximo in verbo Magiſter, adnoto.

Hinc & Libellenſes in l. 32. C. de appellat. l. 14. C. de proxim. ſacr. ſcrinior. lib. 12. qui & Libellenſes ſacri ſcrinii. l. vlt. C. vbi ſenator. Libellus etiam, quo intentio actoris continetur. l. 6. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de inoff. teſt. l. 1. §. 1. ff. de eden. Libellus conuentionis appellatur in §. tripli. Inſtit. de actionib.

Sunt & accuſatorii libelli, quibus crimina deferuntur, & denunciantur. l. 17. C. de accuſat. l. 7. l. 29. §. penult. ff. de adulter. Iuuenal. Satyra 6.

—Si rea non eſt,
Componunt ipſæ per ſe formantq́; libellos:

Hic etiam libelli inſcriptionum vocantur. l. 3. de accuſa. l. 2. §. vlt. ff. de adulter. Sunt & libelli appellatorii & dimiſſorii. l. 1. in fin. & l. 5. §. vlt. ff. de appellatio. l. vnic. ff. de libell. dimiſſor. Præterea libellus diuortii. l. 7. ff. de diuort. l. 6. C. de repud. Libellus rerum. l. 10. §. palnè. ff. de iure dot. Libellus familiæ. l. 99. ff. de leg. lib. 3. Sic & in l. 8. de cuſtod. reor. lib. 9. C. Theod.

Libellus pro breui vt loquuntur Impp. in l. 9. §. dotis. ff. de iure dot. l. 4. §. 1. ff. de publican. l. 44. §. ſolent. ff. de furt.

Librarii, qui libros inſtrumentaque conſcribebant. l. 93. ff. de diuerſ. reg. l. 29. ff. de rei vendicat. l. 15. §. 1. ff. de vſufruct. l. 7. §. dabitur. & l. 59. ff. de oper. libert. l. 1. §. ludi. ff. de var. & extr. Librarii in caſtris fuēre, vt Veget. libr. 2. cap. 7. docet, qui rationes ad milites pertinentes in libros & commentarios referebant. Hinc Librarii horreorum, depoſitorum, caducorum inter miniſteria militaria recenſentur in l. vltim. ff. de iure immunit. Librarii depoſitorum erant, qui ſtipendiorum donatiuorúmve partem à militibus apud ſigna deponi ſolitam in commentarios referebant, vt idem Veget. lib. 2. cap. 20. & Sueto. in Domitia. cap. 7. probant. Librarii verò caducorum, qui caduca legionum in libros referebant.

LICERE, vt Cic. 13. in Anto. Oratio. exponit, dicimus, quod legibus, moribus, inſtitutiſq́; conceditur. Nec enim quod quiſque poteſt, id & licet. nec ſi non obſtatur, propterea permittitur. Idem & ex l. 28. §. quod eis. ff. ex quib. cauſ. maio. colligitur. Et ita in l. 7. §. ſi paciſcar. l. 7. in fi. ff. quod met. cau. licere dicitur quod lex 12. tab. & lex Iulia de adulteriis permittunt. Licitum itaq; eſt, quod per leges permittitur, Illicitum quod prohibetur. l. 1. ff. de iuſtit. & iur. Vbi licitum ab honeſto ſeparatur, vt & in l. 42. ff. de ritu nupt. l. 158. ff. de diuerſ. reg. l. 1. C. de liber. cauſa. Nec enim quidquid licet, honeſtum eſt. l. 168. ff. de diuerſ. reg. Cic. pro Corn. Balbo. Eſt aliquid quod non oporteat, tametſi licet: Quidquid verò non licet, certè non oportet.

Illicitè ergo fit quod contra leges, conſtitutiones, decreta, edicta principum fit, vt in l. vltim. in fin. ff. de his quæ vt indign. l. 11. §. ſi quis illicitè. ff. de legat. lib. 3. coniuncta l. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco publ. & l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nunc. Licito iure in l. 3. ff. quod met. cauſ. l. 9. §. 1. ff. de donat. int. vir. l. vlt. ff. de damn. infect. l. 1. ff. de pronexet. l. 20. ff. de liber.

ber.cauſ.l.10.C.de his, quæ vt indign.

Licinnia lege ei, qui iudicij communi diuidundo euitandi cauſa rem alienauerit, interdicitur, ne communi diuidũdo iudicio experiatur. l. vlt. ff. de alienat. iud. mut.

Ligni appellatio generalis eſt, ſed ſic ſeparatur, vt aliud ſit materia, aliud lignum. Materia eſt, quæ ad ædificandum fulciendumq; neceſſaria eſt: Lignum, quidquid comburendi cauſa paratũ eſt. l. 53. ff. de legat. lib. 3. Quod eodem lex fuſius exponit. Itaq; ſatius eſſe videtur in l. 12. de excuſa. mun. lib. 10. C. ſic diſiunctim legi, Materiam, lignũ, tabulata, vt etiamnum in l. 15. de extraord. munerib. in C. Theodoſ. legitur, quàm vt in Codice Iuſtiniani vulgo ſcriptum eſt Materiam lignorum. Nam & illam lectionem l. 18. de extraord. mun. in C. Theod. comprobat.

Lignarij fabri in l. 235. ff. de verb. ſignif. Et apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. & Pallad. lib. 1. cap. 6. Iſidor. lib. 19. cap. 19. Lignarius generaliter ligni opifex appellatur. Sic & apud Veget. lib. 2. cap. 11. hoc verbum accipe.

Lignsticvm in l. 5. ff. de penu leg. olus eſſe Iſidor. lib. 17. ca. vlt. ſcribit, odore aromatico & guſtu acre: quod à regione ſua nomẽ accepit. Naſcitur enim plurimũ in Liguriæ montibus, vt & Plin. lib. 19. cap. 8. tradit.

Limites, vt Sicul. Flacc. in lib. de conditio. agror. ſcribit, à Liminibus vocabula acceperunt. Quemadmodum enim limina introitus exituſque locis præſtant, ſimiliter introitus exituſq;, qui in agris diuiſis & adſignatis ſemper peruij eſſe debent tam itineribus quàm menſuris agendis, limites appellantur. Hygenus verò à limo verbo antiquo, quod tranſuerſum & obliquum ſignificat limites dictos tradit. Vnde Feſtus lib. 10. Limites nunc terminos, nunc vias tranſuerſas ſignificare ſcribit. Denique quidquid ad obſeruationem finium in agro opera manuum factum eſt, limes auctore Aggeno Vrbico appellatur.

Itaq; Limitati agri appellabantur, qui propriis limitibus & finib. circumſcripti & in centurias diuiſi erant, vt Feſtus eodem lib. 10. interpretatur. Limitatus enim ager, vt Frontinus ait, Decumanis & cardinibus continetur. Et ita Limitatum agrum accipe in l. 16. ff. de acqu. rer. do. l. 1. §. ſi inſula. ff. de fluminib. Horat. Metatum appellat Satyra 2.

Duos autem præcipuos fuiſſe & maximos agrorum limites Plin. lib. 18. cap. 33. & Feſtus lib. 4. & Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. 14. poſt Sicul. Flacc. Hygen. & alios tradunt: Cardinem videlicet, & Decumanum.

Cardo eſt, qui à Septentrione in Meridiem dirigitur, ab eo quòd à cardine cœli ſit: Nam in Septentrionali axe nobis cœlum vertitur. Decumanus verò eſt, qui ab Oriente in Occidentem per tranſuerſum dirigitur: qui ex eo quòd formam denarij numeri faciat, Decumanus eſt appellatus.

Limites etiam Romani imperij fines dicuntur, l. 5. de annon. lib. 10. Cod. Vnde Illyricanum, Ægyptiacum, Rheticum limitem legimus. l. 1. C. quibus muneribus aut præſtatio. l. 13. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 13. C. de excuſ. mun. lib. 10.

Et inde Limitrophi agri, qui in finibus ſunt, & limitibus imperij, tit. de fund. limitroph. lib. 11. C. Qui & Limitanei in l. 2. de offic. præf. præt. Afric. Et Limitanei milites qui in limitibus excubabant, eorumque defenſioni operam nauabant. l. vlt. C. de offic. præf. præt. Afr. l. vlt. C. de offic. milit. iud. Et apud Spartian. in Peſcennino Nigro, & Lamprid. in Alexandro, quemadmodum planiſſimè Suidas his verbis exponit, οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τὴν τῆς πολιτείας ἐσχατιὰν, πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα μοῖραν, ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν Περσῶν καὶ Σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, οὕσπερ λιμιτανέους ἐκάλουν.

Linea apud Antiquos funiculum ſignificat, quo & ad perpendiculum vtebantur. Vitruu. lib. 2. cap. vlt. Ab oculo lineæ duæ ſi fuerint extenſæ & vna tetigerit imam operis partem, altera ſummam: quæ ſummam tetigerit, longior fiet. Hoc ſenſu aliis quoque locis hoc verbo ille idem auctor vſus eſt: vt & noſter Paul. in l. 29. ff. de acqu. rer. do. Et ita lineam margaritarum accipi oportet in l. 26. ff. ad l. Falcid. in l. 27. §. ſi cũm maritus. ff. ad l. Aquil. l. vlt. §. vlt. ff. de auro, arg. l. 52. §. ſi linea. ff. de furt. Margaritæ enim lino inſerebantur, vt Tertull. lib. de cultu fœminar. ſignificat his verbis: Vno lino decies ſeſtertium inſeritur. & B. Hieronym. in vita Pauli eremitæ, Vno filo villarũ inſuunt precia. Adde quod Iſidorus lib. 19. Etymolog. cap. 18. Lineam à genere appellatam ſcribit, quòd ex lino fieret.

Lino legato tam factum, quàm infectum continetur, quodque netum, quodque in tela eſt, quodque nondum eſt detextum. Tinctum planè non continetur. l. 70. §. lino. ff. de leg. lib. 3. Lini autem, quo traiici teſtamentorum tabulas ſolitas & Paul. lib. Sentent. & Sueton. Neron. oſtendunt, meminit l. 3. §. ſi quis tabulas. ff. de S.C. Silanian. l. 1. §. ſi linum. & §. vlt. ff. de ſec. tabul. l. 20. C. de teſtament. l. 28. §. teſtamento. ff. de liber. leg. Quintilian. lib. 12. cap. 8. Denique linum ruptum aut turbata cera, aut ſine agnitione ſigna frequenter inuenies.

Linteones in l. 8. de murilegul. in C. Th. l. 13. de nauicular. in eod. Cod. Sunt qui opi-

fices linteæ, id eſt, lino contextæ, veſtis appellantur in l.6. de murilegul. in C. Theod. quomodo & linteæ (ſic enim legendum eſt) veſtis magiſtros interpretor in l. penult. C. de murilegul. lib.11. Et linteatum apud Sidon. Apollin. lib.8. Epiſt. ad Leonem, linea veſte indutum. Inuenitur autem Linteonum nomen apud Lamprid. in Alexandr. & apud Firmicũ lib.2. Matheſ. Seruius quoq; in 7. Æneid. Aut quia, ait, maiores ſtantes texebant, vt hodie linteones videmus. Appellantur & Lintearij in l.5. ff. de inſtitor. & l.16. C. de murileg. & Linifiarij, vt in ea l. traditur. Vnde emendanda eſt l.13. C. de murilegul. lib.11. in qua Lymphariorum pro Linifiariorum legi, lex illa Codicis Theodoſiani, ex qua hæc ſumpta eſt dilucidè oſtendit.

Hinc Linificia, textrina linteæ veſtis, vt in l.16. de murilegul. in C. Theod. Qualia multa in partibus Orientis & Occidentis Impp. habebant, vt ex Notitia Imperij Rom. liquet, quæ & Procuratores Linificiorum multos recenſet.

LIQVERE dicitur quod conſtat. l.5. §.1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l.7. ff. de ſupel. leg. l.2. §. ſi dubitetur. ff. quemadm. teſt. aper. l.1. §. item illud ſciẽdum. ff. de S.C. Silan. l.47. §. Sticho. ff. de fideic. lib. l.27. in fin. ff. de liber. cau. l.85. §.1. ff. de acqu. hæred.

Solebant autem iudices in re ambigua & dubia ita ſe iudicandi neceſſitate expedire, vt pronunciarent, ſibi non liquere. l.13. §. vlt. ff. de arbitr. l.36. ff. de re iudic. Aſcon. in Diuination. Gellius lib.14. cap.2. Seneca epiſt.66. Aut fer ſententiam, aut, quod facilius eſt, nega tibi liquere. Ex quo emendandus eſt Quintiliani locus Declamat.365. vbi ita vulgò ſcribitur. Quid enim aliud diceres, ſi nondum pronunciaſſent, ſi negaſſent licere ſibi de ſupplicio tuo? Legendum enim eſt, liquere.

Liquidò iurare in l.18. ff. de iureiur. eſt verè & aperta ac manifeſta veritate iurare. Eodem modo apud Terent. Chærea in Eunucho Liquet, ait, mihi deierare, id eſt, veriſſimum iuſiurandum dare poſſum. Quamobrem magis probo has notas Q.D.R.P.L.I. veteribus ſignificaſſe, Qua de re peto liquidò iures, quàm vt in Valerio Probo ſcribitur, Laudabiliter iura.

Ad liquidum diem & conſulem exquirere. l.2. §. idem Labeo. ff. de aqu. & aqu. plu. Quod explicat l.28. ff. de probatio. Velleius Patercul. priore libro. Nequeo mihi temperare, quin rem ſæpè agitatam animo meo neq; ad liquidum ratione perductam ſignem ſtylo.

LIMENARCHÆ in municipiis creari ſolebant portuum cuſtodiæ gratia. Meminit l.3. ff. de ſeru. fugitiuis. l. vlt. §. hi quoque. ff. de munerib. & honor. l.38. C. de liber. cau.

LITERÆ elementa ſignificant, & à notis ſeparantur. l.1. §. ludi. ff. de var. & extr. l.6. §. vlt. ff. de bon. poſſeſſ.

Literas planè neſcire in libris noſtris dicuntur, qui neq; legere ſciunt, neq; ſcribere. l.3. ff. de accuſatio. l.10. & l. penult. C. de teſtament. §. ſimiliter. Inſtit. de excuſ. tut. Et ita ignorantiam literarum accipimus in l.11. §.1. ff. de inſtitor. l.92. §.1. ff. de acqu. hæred. l. vlt. §. ſin autem dubius. C. de iure delib.

Et Literatos pro peritis ſcribendi & legendi. l. vlt. C. de teſtament. Quanquam aliquando literatus literis inuſtum ſignificat: quomodo literatum ſeruũ pro ſtigmatico dixit Plautus, & literatum Cilicem Seneca in libro de morte Claud.

Literis conuenti accipiuntur, qui literis ad magiſtratum vbi conſiſtunt factis, iudicio adeſſe monentur, vel adnotatos ſe eſſe requirendos certiorantur. l.1. §.1. & l.4. ff. de requirend. vel abſent. l.8. C. quomodo & quan. iud. Paul. lib.5. Sentent. tit.5.

LITVS ſolebat Aquilius Gallus per tranſlationem definire quà fluctus eluderet, vt Cic. in Topic. auctor eſt. Quintil. lib.5. cap. vltim. Etiam ipſi Iureconſulti, quorum ſummus circa verborum proprietatem labor, Litus audent eſſe dicere, qua fluctus alludit. Celſus verò litus eſſe ſcribit, quouſque maximus fluctus à mari peruenit: idque eundem Ciceronem primùm conſtituiſſe, cùm arbiter ſumptus eſſet. l.96. ff. de verbor. ſignificat. Vlpianus litus publicum eſſe eatenus, quatenus maximus fluctus exæſtuat & effluit. l.112. ff. eod. titul.

LITIS nomen rem in iudicium deductam ſignificat. Varro lib.6. de lingua Lat. Res, ait, quæ in controuerſia eſt, lis dicitur. Ideò in actionibus olim dicebatur, Quam rem ſiue litem. Atq; eo nomine Iureconſultos Cicero in Murena ridet, quòd ambigerent, Rem an litem dici oporteret: quæ & ideo disiunguntur in l.9. C. de ſuis & legit.

Vnde iuſiurandum in litem, quòd in rem, qua de agitur, æſtimandam defertur. Et litis æſtimatio, rei quę in controuerſia eſt æſtimatio. l.46. ff. de rei vendic. l.7. ff. de publicia. l.1. ff. pro empto. l.26. §. an ea. l.30. ff. famil. erciſc. l.82. §. fundus. & §. qui Caium. ff. de leg. lib.1.

Lis æſtimari dicitur, cùm quanti ea res eſt, quæ in iudicium venit, à iudice æſtimatur. l.9. ff. quod certo loco. l.15. §. in hoc. ff. quod vi aut clam. l.29. ff. de neg. geſt. Seneca libro 2. de Clement. Et ſoluere ei licet, & quanti vult æſtimare litem. Nec ciuilibus duntaxat in cauſis, ſed & in capitis iudiciis lis victis æſtimari dicebatur, vt Cicero pro Cluentio, & Liuius multis locis & Aſconius in Verrin. oſtendit.

Lis etiam

Lis etiam actionem ſignificat ſiue in rem, ſiue in perſonam. l. 36. ff. de verb. ſign. Et huic verbo veteres S. literam præpoſuiſſe Feſtus lib. 17. notat. Inde in inſcriptionibus Antiquis, *Decemuiri ſlitibus iudicandis.*

Lis in iudicium & in condemnationem deduci dicitur. l. 32. §. litem. ff. de neg. geſt. l. 3. §. ſi per venditorem. ff. de actio. empt. l. 2. C. de petit. hęred. Et res in litem deduci, in l. 31. §. ſi duo. ff. de nouatio.

Lis moritur, cùm legitimis tranſactis temporibus perit. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 2. ff. iud. ſol. l. 19. §. ſi cuius dolo. ff. de dolo. l. 11. §. ſin autem reus. ff. de iudic. vt ex contrario, lis viuere dicitur. l. vlt. in fin. C. de fide inſtr.

Perire verò lis in l. 1. §. quia autem. ff. de calumniatoribus. id eſt, amitti. l. 2. in fi. ff. de condict. ob turp. cauſ.

Perdere autē litem & amittere pro eodem Iureconſulti dicunt. l. 19. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 8. §. 1. ff. rem rat. hab.

Litem pręparaſſe in quęſtione de inofficioſo teſtamento intelligitur, qui vſq; ad denunciationem vel dationem libelli præceſſit. l. 7. l. 15. § 1. ff. de inoffic. teſt. Sic litem præparari accipe in l. 7. §. vlt. ff. de liber. cauſ.

Litem ſuam facere dicitur, in quem litis damnum transfertur, quod vel imperitè, vel dolo malo, vel ſordibus, vel euidenti gratia malè iudicarit. l. 4. §. ſi iudex. ff. de oblig. & actio. l. 15. ff. de iudic. l. vlt. ff. de var. & extr. Inſtitut. de oblig. quæ quaſi ex delic. Gellius lib. 10. cap. 1. Et ego aduerſus eum, qui doctus eſſe videbatur, Litē meam facere nolui. Theoph. vertit, κατ᾽ ἑαυτοῦ δίκην ἐγείρειν. Litem etiam facere lex dicitur, qua iudicium conſtitutum eſt. Quintil. lib. 7. cap. 1.

Litigioſa res eſt ea, de qua controuerſia mota iudiciúmve acceptum eſt. l. 1. §. 1. ff. de litig. l. 1. §. 1. ff. de iure fiſc.

Litigioſam planè rem non facit denunciatio, quæ impediendæ venditionis cauſa fit. l. 1. ff. de litigioſ.

Locationis & Conductionis appellationibus promiſcuè veteres vtebantur. l. 20. ff. de act. empt. l. 1. ff. de ſuperficieb. Itaq; ex locato conducto agere dicebant. l. 5. §. nunc videndum. ff. commodat. l. vlt. §. 1. ff. de lege Rhod. Eaq; confunduntur in l. 2. §. 1. ff. eod. Euenit autem plerunque, vt idem alia atq; alia ratione & locator & conductor dicatur. Vt ecce, qui inſulam ædificandam vel aliquod aliud opus faciendum in ſe recipit, conduxiſſe opus, dominus verò locaſſe dicitur. l. 22. §. cùm inſulam. l. 36. l. 51. §. locaui. l. 59. ff. loca. l. 2. §. conductore. ff. de adm. rer. ad ciuit. l. 27. in fin. ff. ad leg. Aquil. vice verſa artifex operas locare, dominus qui mercedem pro his præſtat, conducere dicitur. l. 22. §. 1. ff. loca. l. 2. C. eod. tit. l. 37. ff. de auro, argent. Non tantùm autem quoties faciendum aliquid, ſed & quoties vehendum datur, locatio eſt. Dominus ergo mercium vehendas merces locare. l. 1. ff. de præſ. verb. l. 2. ff. de l. Rhod. Nauicularius verò Aurigariúsve conducere dicuntur. l. 12. §. qui vinum. l. 13. §. 1. l. 19. §. ſi quis mulierem. ff. loca. l. vlt. ff. de lege Rhod. l. 5. ff. ad exhib. Velleius Patercul. Mummius tam rudis fuit, vt capta Corintho, cùm maximorum artificum perfectas manibus tabulas & ſtatuas in Italiam portandas locaret, iuberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros.

Locus eſt non fundus, ſed portio aliqua fundi: nec tantùm ad ruſtica, verumetiam ad vrbana ædificia pertinet. l. 60. ff. de verb. ſignif. l. 26. & l. 4. ff. de acqu. poſſ. Quo fit, vt à fundo locum plerunq; auctores noſtri ſeparent. l. 64. in fi. ff. de euiction. l. 38. in fin. ff. de vſucapio. §. quod autem. Iuſtit. eod. tit.

Hinc locuples, quaſi locorum & poſſeſſionum plenus, vt Cic. in Cato. Maio. & Plin. lib. 18. cap. 3. Et Gell. lib. 10. cap. 5. ſcribunt. Ouidius etiam lib. 1. Faſtor.

Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta vigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

In Locorum enim poſſeſſionibus, quemadmodum Non. Marc. notat, veterum diuitiæ erant. Locuples, Gaio interprete, in 12. tabul. quibus locupleti locuples vindex eſſe iubetur, habetur, is qui ſatis & idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor reſtitui petit. l. 234. §. 1. ff. de verbor. ſignific. Similique modo Locuples fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa pro qualitate rei, quæ petitur accipiendus eſt: Nec ex facultatibus modò, ſed & ex conueniendi facilitate locuples æſtimatur. l. 1. ff. in ius voc. vt eant. l. 2. & l. 5. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. præterquam in neceſſariis perſonis, in quibus quilibet fideiuſſor pro locuplete habetur. l. 3. ff. in ius voc. vt eant. pro locupletibus certè habentur ab arbitrio ad eos probandos dato approbati fideiuſſores. l. 10. ff. qui ſatiſd. cogantur.

Locuples reus intelligitur, qui ſoluendo eſt. l. vlt. §. vlt. ff. ſi cert. pet. l. 3. ff. de manumiſſio. l. 57. ff. de manum. teſt. Nec vnquam rei alienæ defenſor locuples videtur, quia ſemper neceſſe habet ſatiſdare. l. 127. ff. de diuerſ. reg.

Locupletior videtur factus tam qui penes ſe rē habet, quàm qui in corpus patrimonij quoquo modo conuertit, aut cuius in rem verſum eſt, licet malo euentu perierit. l. 18. ff. quod met. cauſ. l. 47. ff. de ſolutionibus. Locupletior vtique factus intelligitur, qui debito liberatus

eſt. l. 50. ff. de donat. int. vir. l. 66. ff. de ſolutionibus. arg. l. 2. ff. de calumniatoribus. Qui verò liberum hominem adquiſiit, vel rem aliquam donauit, nec ἀντίδωρα accepit, locupletior nõ exiſtimatur. l. 169. §. 1. ff. de diuerſ. reg. l. 25. §. cõſuluit. ff. de petit. hæred. Atq; hæc interpretatio locum habet in pupillis, bonæ fidei poſſeſſoribus maritis, hæredibus, qui in quantum locupletiores facti ſunt, tenentur. Id quod eo tempore diſpiciẽdum eſt, quo iudicium accipitur. l. 47. ff. de ſolutio. l. 34. ff. de minorib. l. 39. ff. de neg. geſt. l. 7. ff. de donat. int. vir. excepto eo, quod in bonę fidei poſſeſſore rei iudicatę tempus ſpectatur. l. 36. §. quo tempore. ff. de petit. hæredit.

Loculi in l. 53. in fin. ff. de leg. lib. 3. l. 23. §. 1. de pecul. leg. ſacculum pecunię, & crumenam ſignificant.

Longvm tempus, decennij inter præſentes, vicennij inter abſentes ſpatium comprehendit, auctore Paul. lib. 5. Sentent. tit. 2. & tit. 5. Et Iuſtinian. Inſtitut. de vſucapio. in prin. Et ita Longum tempus, & Longam poſſeſſionem in Pandectis accipere oportet. In quibus hæc verba vſucapioni tributa ex Triboniani adiectione legimus: qui poſt vſucapionem à Iuſtiniano transformatam quod Iureconſulti biennio capere dixerant, id ipſe longo tempore vel longa poſſeſſione capere dixit, vt Pandectis cum Codice conueniret. l. 2. §. cùm Stichum. l. 4. pro empt. l. 76. in fi. ff. de contr. emp. l. 3. l. 11. in fi. ff. de diuerſ. & temp. l. 15. in fi. ff. de condict. indeb. l. 13. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. l. 10. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 5. ff. de dam. infect. l. 3. §. vlt. ff. de acqu. poſſeſſ. l. 17. & l. 33. §. ſi dominus. ff. de vſucapio. l. 7. & l. 10. C. de petit. hæred. l. 1. C. de ſeruitutibus.

Longiſſimum verò tempus 30. vel 40. annorum eſt, titul. de longi temp. præſcript.

Lvcrativa cauſa appellatur, ex qua accipienti nihil abeſt, veluti donationis vel legati. l. 82. §. fundus. ff. de leg. lib. 1. l. 5. ff. de vſucapio. l. 12. §. ſi fundum. ff. de actio. empt. l. 4. §. ſi quis autem. ff. de doli except. l. 83. §. ſi rem. ff. de verb. oblig. l. 8. §. 1. ff. de publicia. l. 4. in fi. ff. de manumiſſio. l. 21. in fin. ff. de captiu. & §. ſi res aliena. Inſtitut. de legat. Paul. lib. 4. Sent. tit. 1. Iuſtinian. plenè in l. vnic. de lucrat. deſcriptio. lib. 10. C. Ex promiſſione planè dotis lucratiua cauſa non eſt, ſed quodammodo creditor aut emptor intelligitur, qui dotem petit. l. 19. ff. de oblig. & actio.

Lucratiua poſſeſſio, quam quis ex Lucratiua cauſa nactus eſt. l. 2. ff. ſi quis omn. cauſa teſtament.

Lvdvs pœnæ mediocris genus ſtatuitur à Paulo lib. 5. Sentent. titul. 17. Eiuſmodique damnationis fit mentio in l. 2. de pœn. in C. Theod. Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traian. in pleriſq; ciuitatib. maximè Nicomediæ & Niceæ quidam vel in opus damnati vel in ludum ſimiliaque his genera pœnarũ. Tertull. in lib. de ſpectacul. Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, vt leuiore delicti in homicidas emendatione proficiant. Erat verò ludus venatorius, in quem ſeruos ſolitos dari traditur in l. 8. §. pen. & vlt. ff. de pœn.

Item Ludus Gladiatorius. l. 1. ad leg. Fab. lib. 9. C. Theod. Iſidor. lib. 18. Etymolog. cap. 52. Ludus, ait, gladiatorius inde dictus, quod in eo iuuenes vſum armorum condiſcant, & modò inter ſe aut gladiis aut pugnis certantes, modò contra beſtias incedentes ſubeant ferale certamen. Quintilian. Declamatio. 302. Non ſumus magnæ legis interpretes: non ludum, nec harenam, nec armorum ſcientiam complexa eſt. Ludo autem Chriſtianos adiudicari vetant Impp. Valentinian. & Valens in l. 8. de pœn. in C. Theod.

Ludorum Circenſium meminere Iureconſulti in l. 12. §. equitij. ff. de vſu & habit. l. 122. ff. de leg. lib. 1. l. 1. ff. de munerib. & honorib.

Lvere pignus, liberare eſt & diſſoluere. l. 7. §. inter eos. ff. comm. diuid. l. 25. ff. de pignor. act. l. 78. §. Titia. ff. ad Trebellian. l. 52. §. 1. ff. de actio. empt. l. 57. ff. de leg. lib. 1. l. 6. C. de fideicomm. l. 33. §. cùm Seius. ff. de leg. lib. 3. Paul. lib. 2. Sent. tit. 12.

Lui etiam dicuntur, qui alterius pecunia ab hoſtibus redempti ab eo ſe liberant: quia nexu quodam pignoris pro ea pecunia tenetur. l. 15. ff. de captiu. l. 8. ff. de milit. Eiúſque nexus ſolutio, Luitio appellatur. l. 1. §. ſi filius. ff. de ſuis & legit. Qui etiam capite vel alio ſupplicio crimina luere dicuntur, id eſt, puniri, l. 16. §. locus. ff. de pœn. Luere pœnam. l. 29. ff. ad leg. Cornel. de falſ.

Lvgvbria in l. 8. ff. de his qui not. infam. pro veſte lugubri & cæteris luctus inſignibus, vt l. 15. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. l. 15. §. generaliter. ff. de iniuriis, & apud Paul. lib. 1. Sentent. titul. vlt.

Lvscitionem quibuſdam dici Vlpian. ſcribit, Vbi homo lumine adhibito nihil videt. l. 10. §. penult. ff. de ædilit. ed. Cui & Nonius conſentit. Luſcioſos dictos notans, qui ad lucernam non viderent, quos Grȩci μύωπας vocant. Citatq; illud Varronis lib. 8. diſciplinar. veſperi non videre quos appellant luſcioſos. At Feſtus lib. 10. Luſcitionem vitium eſſe oculorũ definit, cùm quis clarius veſpertino tempore, quàm meridie cernit. Quo morbo laboraſſe Tiberium Dio lib. 57. ita ſcribit, καὶ διὰ τὴν ἀμβλυωπίαν (πλεῖστον γὰρ τῷ σκότει βλέπων ἐλάχιστα τῆς ἡμέρας ἑώρα) ἐξίστασθαι ἔλεγεν. A quo Suetonius non abhorrens eundem Imperatorem etiam nocte in tenebris vidiſſe refert. Feſto Fulgentius Placiades in libello vocum An-

cum Antiquar. ad Calcidium concordat: Luſcitioſos enim dictos tradit interdiu parũ vidẽtes, quos Græci *μύωπας* vocant. Vnde & Plaut. in Mercatore Comœdia. Mirũ lolio victitare te tam vili tritico, quia luſcitioſus es. Aiunt enim lolium comedentibus oculos obſcurari. Hæc in huius verbi ſignificatione inter auctores eſt conſtituta diſſenſio.

LVMINA ſunt, quibus cœlum videtur & aër excipitur, vulgò veutas dicimus.

Vnde lumina immittere in l.13.§. ſed ſi ædium.ff.de vſufruct.l.penult.ff.de ſeruitut.vrb. Ita luminibus officere, obſtruere, obſcurareq́; lumina dicimus.l.25.§.ſi vicino.ff.loca.l.23.ff. de ſeruitut.vrb.Cicer.1.de Orator.Lumina vti eſſent, ita recepit.

Luminum ſeruitute conſtituta, id acquiſitum videtur, vt vicinus lumina noſtra excipiat, vtq́ue ius ſit immittere lumina noſtra in alienum: At cùm re luminibus officiatur, ſeruitus ceditur, hoc agitur, vt, ne quoquo modo vicino obſcurare minueréve lumina noſtra liceat.l.4.ff.de ſeruit.vrb.l.1. in fi. ff. ſi vſusfruct. pet.

Inter lumen autem & proſpectũ hoc intereſt, quod etiam ex inferiorib. locis proſpectus eſt, Lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt. l. 16.ff.de ſeruitut.vrb.Deinde in proſpectu plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem aſpectum. In luminibus autem, ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant.l.15.ff. de ſeru. vrb.

LVSORIVM eſt deriſorium, inane & ſine effectu ſignificat.l.75.ff. de iudic. l.vltim. ff. ne quid in loco publ. Luſoriè agere dicitur, qui cum aduerſario colludit.l.50.§.1.ff. de legat.lib.1. Luſoriæ naues quæ ſint, vide in verbo Nauis.

LVSTRVM quinquennij ſpacium ſignificat, vt Iſidor. lib. 5. Etymolog. capit. 37. explicat. Quod erat olim vſitatum locationum conductionumq́ue tempus. In Luſtrum enim tam publicæ quàm priuatæ res locabantur, vt apparet ex l.9.§.1.& l.13.§. qui impleto.& l.24.§. ſi domus. & §. colonus. ff. loca.l.67.§.vltim. ff. de furt.l.3.§.1.ff. de adm. rer.l.25.§.vltim.ff. ſol. matr.l.18.§. vltim. ff. de ſtip. ſeru.l.3.§. cùm quinquennium.ff. de iure fiſc.l.48.ff.de act. empt.l.17.ff.de liber.leg. l.4.§.vltim.ff. ſi cert. pet.l.7.C.de loca.l.30.§. qui hortos.ff. de leg. lib.3.l.89.ff. de verb. obligat. Hygen. in libro de Limitibus: Solent verò & hi agri accipere per ſingula luſtra mancipes.

Hinc Luſtralis cenſus ab Vlpiano in Inſtitutionibus titul.1. dictus eſt, quòd vno quoq; luſtro fieret.

LVXVRIA inſolentiam animi moti ſignificat, l.penult.ff. de incend.rui.l.1.§.vlt.ff. de ædilit. ed.

Luxurioſus.l.8.ff.pro empto.l.12.§.ſi adoleſcens manda.l.2.ff. de ſeruo corrupt.

Luxurioſè viuere.l.15.ff. de cur.fur.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER VNDECIMVS.

MAchina in l.5.§. planè. ff.commod.l.1.in fin.ff.de mort. inf. Machina frumētaria.l.12.§. ſi in aliqua. ff.de inſtr. vel inſtr.

Hinc machinarius in l. 31.ff.ad l. Aquil.qui ſcilicet machinas conficit. Mechanicum voce Græca vocat Sueton. in Veſpaſian. cap.17.Et ita Mechanicos accipe in l.vlt.de excuſatio. artif. lib. 10.C.quemadmodum illic legendum eſſe.l 3. cod.tit. in C.Theod.docet. Machinarius menſor in l. vltim.ff.ſi menſor fal. mod. Et Aſinus machinarius in l.60.in fin.ff.de leg. lib.3.l.12. §. cellararium.ff.de inſtru.vel inſtrum. Cuius ſignificationem lib.5.Select.Antiquit.Deo volente,patefaciemus.

Mæniana ſunt tabulata proiecta.l.20.ff. de ſeruit.vrb.l.2.§. cùm quidam. ff. ne quid in loco publ.l.242.§.1.ff.de verb. ſignif. & apud Plin.lib.35.cap.10.& Valer.Max.lib.9.cap.12. Sic autem appellata fuiſſe ædificia à Mænio Cenſore Feſtus lib.11. ſcribit, quod is primus in foro vltra columnas tigna proiecit quo ampliarentur ſuperiora ſpectacula. Quod & Iſidor. lib.15.Etymolog. cap.3.probat Mænium eum collegam Craſſi fuiſſe, addens quod aliquatenus ex Plin lib.34.cap.6. confirmari poteſt.Quanquam Aſconius aliam nominis huius rationem adfert.Græci ἐξάστας appellāt, auctoribus Honor. & Theod. in l. penult.C. de ædific. priu. Etiam Solaria quod ſoli pateant ea appellari Iſidor. in ſupradicto loco ſcribit. Atque ita à Zenone in Conſtitutio. περὶ καινοτομιῶν non ſemel nominantur: μηδ' ἐπιχειρεῖν ait, ἐκ μηδ' ἑτέρου μέρους σολάρια ἤτοι ἐξάστας κατασκευάζειν. Et alio loco θεσπίζομεν τὰ καλούμενα σολάρια μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανισίων οἰκοδομεῖσθαι χήματι.

Magidis fit mentio in l.36.ff. de condict. indeb. Eam inter eſcaria vaſa Varro lib. 4.de lingua Latin. ponit, & à magnitudine ita appellatam dixit. Græcum tamē hoc verbum eſſe,ſignificareq́; ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ ἄλφιτα μάττειν,quod & μάκτρα appellatur. Pollux lib.6. Onomaſt.cap.10.& lib.7.cap.5.ſcribit.Idemq́; lib.6.cap.12. μαγίδας ſuo tempore appellatas ſcribit τὰς ἐπιτηδείας καὶ αἰρομένας τραπέζας, repeririq́; apud Sophoclem hoc verbum notat: cuius verba emendatius apud eundem auctorem referuntur lib.10.cap 23.illo loco, καὶ μὴν τὰ ἐπιθήματα τοῖς τρίποσι, τράπεζαι καλοῦνται καὶ μαγίδες ὅτις γένοιτο λέγοιτο τῷ ὀνόματι κυριώτερον ἐπὶ τῆς μάκτρας, ἢ ἐπὶ τὰ ἱερὰ δεῖπνα ἢ ἐπὶ τὰ περὶ θυσίαν φερόμενα, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ εἴρηται, ἑκαταίας μαγίδος δόρπον. Plinius lances ab antiquis magidas appellatas tradit lib.33.

Magistros Paulus dici ſcribit, quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus,quibus præſunt,debent. Ipſosq́; adeò magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominari.l.57.ff. de verb. ſignif. Feſtus verò lib. 11. Magiſtrare ait,eſſe moderari: Indeq́; magiſtros non ſolùm doctores artium,ſed etiam pagorum, ſocietatum,vicorum,collegiorum, equitum dici: quia omnes hi magis cæteris poſſunt. Igitur non ludi literarij tantùm l.1.§. ludi.ff.de extr. cognit. ſed & nauis magiſtros dicimus,qui naui præſunt,& quibus tota nauis cura mandata eſt.l.1.§.1.ff. nautæ, caupo. l.1.§.1.ff. de exercitor.l.2. in princ.& §. vltim. ff.de lege Rhod.l.1 ff.de præſcript. verb.l.13.§. ſi magiſter. ff. loca. Et magiſtros vniuerſitatis. l 9.ff. rem rat. hab. Societatum l.15.ff.de pact. & apud Cicero 4 in Verr. Et pagorum apud Sicul. Flacc. in lib.de conditio.agror.& in fragmento quod ei ex libris Magonis & Vegoię coniunctum eſt. Et vicorum, apud Sueton. in Auguſto cap.30.& in cap.vlt.& inſcriptione,

quæ

quæ Romæ eſt ante portam palatij: quos vno vocabulo Vicomagiſtros Publ. Victor appellat: Magiſtrum quoque conuiuij Cicero in Cato.maio.dicit,quem Sympoſiarcham Græci vocant.

Dictator olim Magiſter populi dicebatur, vt ex Auguralium librorum auctoritate Seneca lib. 19. Epiſt. comprobat: teſtimonium etiam illud adferens, quòd qui ab eo nominabatur, eique iungebatur, Magiſter Equitum vocabatur, de quo fit mentio l.2.§.populo deinde aucto.ff. de orig. iur.l.vn.ff.de offic. præfect. prætor.

Magiſtri militum, qui στρατηλάται in Nouellis, ſæpè in conſtitutionibus Impp. nominantur: Eminentiſſimique & magnifici, excelſi, & illuſtres appellantur.l.8.C. de modo mult.l.2.C.de offic. præfect. prætor. Eos in locum legatorum, qui ex conſularibus ad exercitus mittebantur, ſubſtitutos, Veget. lib. 2. ca. 9. ſcribit. Erant autem Magiſtri tam equitum quàm peditum: Quorum quatuor erant præſentales ſiue in præſenti: Duo in Oriente, totidem in Occidente. His adiuncti erant alij: Equitum & peditum per Orientem: Equitum & peditum per Thracias: Equitum & peditum per Illyricum, Equitum & peditum per Gallias, quæ omnia ex Notitia liquent. Habebant autem hi inter militares viros vel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quæſtionum audiendi facultatem.l.6.C. de iuriſdictio.

Erant & Magiſtri Scriniorum. l.37.§.1.C. de appellationibus. Cui ſuberant Magiſtri memoriæ, epiſtolarum, libellorum.

Magiſtri Scrinij libellorum.§. ad iſtum. in Epiſt. de Iuſtinian. Cod. confir. Nouell. Valentinian. tit.3. & apud Caſſiodor. lib.6. variar. hi cognitiones & preces tractabant.

Magiſtri item Cenſus.l.30.& l.36.C. de epiſc.& cler.l.18.& l.23.C. de teſtament.l.vlt.C. de iur. emphyt. apud quos profeſſiones edebantur, teſtamenta, cæteraq; inſtrumenta publicabantur, non aliter quàm hodie apud Graphiarios inſinuationum, vt & Nouell.44. probat, quod in municipiis apud defenſores fiebat, idipſum teſtante Nouell. 16.

Erant & Magiſtri officiorum in Oriente vnus, in Occidente alter. l.2.& 3.C. vbi ſenator.l.36.C. de appellatio.l.2.§. ſin autem.C. de temporibus appell. l.2. C. de his qui per met. iud. Et apud Ammia. lib.20. & Ambroſ. Epiſt. 53. lib.7. & in Notitia, & Nicephor. lib.8. Eccl. hiſtor. cap.10. Sub horum diſpoſitione erant fabricæ: Item Scrinia memoriæ, ſcilicet, Libellorum, Epiſtolarum, & Diſpoſitionũ, Scholæ item Scutariorum, armaturarũ, ſeniorum, agentium in rebus, & deputatorum eiuſdem ſcholæ. Admiſſionales itẽ, & Cancellarij. Item curſus publici poteſtas, vt apparet ex l.9. de curſu publ. lib.12.C.

Magiſtri memoriæ epiſtolis vel libellis præerant. l.12. de excuſ. muner. lib.10.C. Ammia. lib.27. Treuellius Pollio in Claudio. Et apud Auguſtinum Epiſt.55. Hi, vt eſt in Notitia, adnotationes omnes dictabant & emittebãt, ſed & precibus reſpondebant. Eumenius Rhetor in Oratio. pro Scholis inſtaurandis, magiſtrum ſe ſacræ memoriæ fuiſſe & trecenta Seſtertia annua accepiſſe ſcribit.

Magiſtri Epiſtolarum apud Spartia. in Hadriano & Sidon. Apoll. lib.9. Epiſt. Hi legationes Ciuitatum conſultationes & preces tractabant. Erant & Magiſtri Epiſtolarum Græcarũ, qui, vt Notitia habet, eas epiſtolas quæ Græcè ſolebant emitti, aut ipſi dictabant, aut Latinè dictatas transferebant in Græcum.

Magiſtri inter agentes.§. ad iſtum. epiſt. de Iuſtinian. Cod. confir.

Magiſter rei priuatæ. l.5.C. vbi de cauſa ſtat. & l.2. de iure fiſci. in C. Theod.

Et Magiſter æris in l.vn. Cod. de anno. & captu.

Magiſtri veſtium. l. gen. de murilegul. lib. 11. Cod.

Magiſter admiſſionum. l. vn. qui à præbitio. tiron. in C. Theod.

Magiſtros porrò ſuo tempore Conſtantinopoli fuiſſe vigintiquatuor Luitprandus lib. 6. cap.5. ſcribit.

Hinc Magiſteria poteſtas. l.6.C. de iuriſdictio.l.vlt.C. vbi de curiali vel cohort.l.3.C. vbi ſenator.l.33.C. de appellatio.l.vlt.C. de fide inſtrum.l.vlt.C. de offic. milit. iud. quam Suidas μαγιστερίαν ἀρχὴν vocat. Et Magiſterium militare.l.25.C. de procuratorib. Latini auctores etiam Magiſteria numero multitudinis dicũt, vt Cicero in Cato. Me verò & Magiſteria delectant. Et apud Suetonium in Octauio cap.2. Magiſteria municipalia.

Magiſtri etiam appellantur, qui bonis debitoris diſtrahendi communi creditorum conſenſu præficiebantur. Quod verbum apud Cicero. Epiſt. ad Attic. frequens eſt. Theophil. in tit. de ſucceſſio. bonor. de creditoribus miſſis in bonorum poſſeſſionem debitoris latitantis agens, παρελθουσῶν δὲ ἐκείνων τῶν ἡμερῶν, ἐγίνετο δευτέρα προσέλευσις ὑπ' αὐτῶν αἰτούντων ὥστε αὐτοῖς ἐξουσίαν εἶναι ἵνα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι τὸν ὀφείλοντα διαπωλῆσαι τὴν περιουσίαν ἐπειδὴ γὰρ δυσχερὲς ἦν πάντας συνιέναι καθ' ταυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐχειροτόνουν ἐξ αὐτῶν ἕνα ὅστις ἐλέγετο μάγιστρος καὶ λοιπὸν αὐτὸς συνεφόρει τοῖς βουλομένοις ἀγοράσαι. Eſt in hoc verbo elegans Ciceronis à Quintiliano lib. 6. notatus iocus in Pletorium Fonteij accuſatorem, cuius

matrem dixit dum vixiſſet ludum, poſtquam mortua eſſet, magiſtros habuiſſe. Quòd infames fœminæ ad eam conuenire ſolitæ eſſent, poſt mortem bona eius venirent. Videtur autem huiuſmodi magiſter Curator bonorum in libris noſtris appellari, vt ex l. vlt. ff. de curator. bon. dan. patet. Præterea magiſtros ſcripturæ appellabant qui eius Vectigalis ſocietati præerant. Cicer. lib. 13. Epiſt. quas familiares vocant ad Silium: Terentius operas in ſcriptura pro magiſtro dat. Et lib. 5. Epiſtol. ad Attic. Pro magiſtris ſcripturæ, & portus noſtrarum Diœceſium. & 4. in Verr. in ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam L. Carpinatius.

Magiſtratus Romæ hos habitos Pompon. in l. 2. ff. de orig. iur. tradit Dictatores, Conſules, Cenſores, Prætores, Ædiles, Tribunos plebis, Quæſtores, Decemuiros, Præfectum Vrbi, Tribunos militum: Alios autem fuiſſe, qui etſi magiſtratus non eſſent, extra ordinem tamen, vtilitatis cauſa conſtituti ius dicebant, vt Præfectum annonæ & Præfectum Vigilum, de quibus accipiendum eſt quod in l. 7. in fin. ff. de offic. proconſ. ſcriptum eſt. Atque horum magiſtratuum alij maiores erant, qui imperium poteſtatémve aliquam habebant, quique coercere aliquem poterant & iubere in carcerem duci. Alij minores, qui ſine imperio & ſine poteſtate erant. l. 2. ff. de in ius voc. l. 12. §. item hi. ff. de iudic. l. 26. §. hæc clauſula. ff. ex quibus cauſis maior. l. 32. ff. de iniuriis.

Magiſtratus porrò propriè populi Rom. dicebantur, qui ſcilicet in vrbe ius dicebant. Eaque de cauſa à Præſidibus prouinciarum ſeparantur. l. 3. §. 1. ff. quod met. cau. l. 131. in fin. ff. de verbor. ſignificat. Et idcirco qui in prouincias cum imperio mittebantur, non Conſules, Prætores, Quæſtorésve appellabantur, ſed Pro Conſule, Pro Prætore, Pro Quæſtore, cùm eorum vicem in prouinciis repræſentarent. Ac poſtea coaleſcentibus in vnum vocabulis, Proconſules, Propretores, Proquæſtores dicti ſunt.

Sic Magiſtratum poteſtatemque, vt diuerſa diſiungi videmus in l. 1. ff. quod quiſque iur. l. 3. in fin. ff. de arbitr. l. 8. ff. de accuſatio. quod non omnes publica poteſtate præditi magiſtratuum nomen obtineant. Magiſtratum tamen generaliter Vlpian. à propria ſignificatione paululum recedens, eum interpretatur, qui in poteſtate aliqua ſit: veluti Proconſulem, Prætorem & alios prouinciarum rectores. l. 12. ff. de iuriſdictio. Et omnes, qui tribunali ac iuriſdictioni præſunt, iudices. Magiſtratuum etiam nomine nonnunquam municipales intelligendi ſunt. l. 27. l. 31. ff. de neg. geſtis. l. 11. l. 13. ff. ad municipal. titul. de magiſtratibus conueniend.

MAGNIFICORVM titulus tribuitur Præfectis prætorio, Magiſtris militum, Magiſtris officiorum, Magiſtris inter agentes, Quæſtoribus, Comitibus domeſticorum. l. 16. Cod. de teſt. milit. l. vltim. C. vbi Senator. l. 33. C. de appellatio. §. ad iſtum. Epiſt. de Iuſtinia. Cod. confir. Et in Epiſtol. Inſtitutio. in §. cumq́; l. 8. C. de modo mult. l. 6. & l. vltim. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. l. 6. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.

Ita Magnificos viros Magnificosq́; iudices interpretabimur in l. 32. in fin. & l. 34. ff. de appallatio.

MAIESTAS auctoritatem & amplitudinem ſignificat vel Dei. l. 32. §. ſacerdotio. ff. de arbitr. vel Principis, vel populi Rom. vel magiſtratus. l. 7. §. 1. ff. de captiu. l. pen. ff. de iuſtit. & iur. l. 9. ff. de iuriſdictio. om. iud. l. 23. ff. de iniur. toto tit. ad l. Iul. maieſt. Cic. pro Cornelio. Maieſtatem in imperio eſſe dixit atque omni populi Rom. dignitate, vt & Quintilian. refert lib. 7. cap. 3. Itaq; maieſtatis crimen illud eſſe definitur, quod aduerſus populum, vel aduerſus ſecuritatem eius committitur. l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. In hoc quoq; crimen cadit, quod aduerſus principem, in quem populus omne ſuum imperium transtulit, committitur. Cic. lib. 2. de Inuentio. Maieſtatem minuere definit, de dignitate aut amplitudine, aut poteſtate populi aut eorum quibus populus poteſtatem dedit, aliquid derogare. Olim autem, vt Tacit. libr. 1. ſcribit, in iudicium maieſtatis hæc tantùm crimina veniebant, ſi quis proditione exercitum, aut plebem ſeditionibus, denique male geſta Repub. maieſtatem populi Rom. minuiſſet: facta arguebantur, dicta impune erant, quæ poſtea etiam in iudicium vocari cœpere. Sed hæc aliàs plenius.

MAIORES apud Rom. nominabãtur Parentes ſupra tritauum, qui ſpeciale nomẽ non haberent. l. 4. §. parentem. ff. de in ius voc. l. vlt. §. parentes. ff. de gradib. & adf. Seruius in 8. Æneid. ad verſum, Lætiq; minores. Minores, ait, non dicimus, niſi quoties deficit graduum nomen, vt filius, nepos, pronepos, abnepos, trinepos: vbi iſti gradus defecerunt, meritò iam dicimus minores. Sic maiores dicimus poſt patris, proaui, abaui, atauiq; vocabulũ: Quanquam Maioribus crebriùs Latini Poſteros opponunt. Plin. in Panegyr. Cùm diuus Nerua ſanxiſſet, vt paternis bonis neceſſitate viceſimæ ſoluerentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in liberorum bonis habere. Cur enim poſteris amplior honor quàm maioribus haberetur. Vincen. Lirinenſis libr. aduerſ. profan. nouation. Idque eſſe pro-

proprium Chriſtianæ modeſtiæ & grauitatis non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare.

Maior etiam minori oppoſitus intelligitur, qui viginti quinque annos natus eſt. l.3.§. vlt.l.24.ff. de minoribus. & qui eius ætatis ſunt, maioris ætatis eſſe dicuntur. l.23.ff. eod. tit.

Maior ſeptuaginta annis nō eſt, qui annum agit ſeptuageſimum. l.3.ff. de iure immunit. Quemadmodum contra minor 20. annis nō eſt, qui diem primum anni viceſimi agit. l.1.ff. de manumiſſio.

A Maiori parte curiæ factum dicitur, cùm duæ partes adfuerunt, aut amplius quàm duæ. l.3.ff. quod cuiuſque vniuerſit. l.19.ff. ad municip. l.121.§.1.ff. de diuerſ. reg. l.45. de decurionibus lib. 10.C. l. penult. de præd. decurion. eo. Maior pars creditorum in ſpecie l.7. in fi.ff. de pact. pro modo & cumulo debiti, nō pro numero perſonarū accipitur. l.8.ff. de pact. Quòd ſi æquales ſint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus eſt, in quo ineundo plures eiuſdem pecuniæ reos ſtipulandi pro vno computamus. l.8. & l.9.ff. de pact. Ita maiorem partem accipio & in l.2.ff. de curator. bon. dan. & l. vlt. C. qui bon. ced. poſſ. Eodem autem modo & in depoſiti repetitione maiorem partem hæredum non ex numero perſonarum, ſed ex magnitudine portionum hæreditariarum intelligimus. l.14. ff. depoſi.

In Maiorem partem in eius legis interpretatione, quæ quod maior pars iudicum ſtatuerit, id reum pati iubet. Quintilian. Declamat. 365. interpretatur, in qua plures idem ſentiunt, eandem pœnam pronunciant, in eadem verba iurant. Ita in ea legis verba, quę à Cœlio lib. 8. Epiſt. referuntur, accipe.

Maiore parte anni poſſediſſe intelligitur etiam, qui duobus tantùm menſibus poſſedit, ſi modò aduerſarius eius paucioribus aut etiam nullis poſſedit. l.156.ff. de verbor. ſignificat. Quod pertinet ad interdicti Vtrubi explicationem. l.1.ff. vtrubi. §. quorum ius. Inſtit. de interdict.

MAIVMA genus ludi & ſpectaculi fuit. l.1. C. de maiuma. quod à Suida ita deſcribitur πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ ῥώμῃ κατὰ τὸν μάϊον μῆνα, τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην ὀστίαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες· ὅθεν καὶ μαϊουμᾶς ὁ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς καιρὸς ὀνομάζετο.

MALABATHRVM in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. Dioſcorides lib. 1. cap. 11. folium id eſſe ſui generis ſcribit, quod Indicæ gignunt paludes, lentis paluſtris modo innatans aquis ſine radice. quod collectum, ſtatim lino tranſſuebatur, & ſiccatum recondebatur. Plin. lib. 12. cap. 26. Dat & malabathrum Syria arborem folio conuoluto arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta. fertilior eſt eiuſdem Ægyptus. Laudatius tamen ex India venit, in paludibus ibi naſci tradunt, lentis modo, odoratius croco, nigricās ſcabrumque quodam ſalis guſtu. Meminit etiam Malabathri idem auctor libr. 14. cap. 16. & 23. cap. 4. Et Horatius quoque tinctos Aſſyrio Malobathro capillos dixit in Odis. Inde Malobathrati qui malobathrino oleo delibuti ſunt apud Sidon. Apollinar. libr. 8. Epiſtol. ad Leonem.

MALEFICOS à magis & mathematicis ſeparant Impp. in tit. de Maleficis & mathematic. B. Hieronymus in Daniele capit. 2. Maleficos ait eſſe, qui ſanguine vtuntur & victimis & ſæpè corpora contingunt mortuorum, quos etiam ab incantatoribus qui rem verbis peragunt & à Chaldæis & Magis diſtinguunt Impp. Conſtantin. & Iulia. in l.5. Cod. de malefic. Magi, aiunt, & cæteri, quos maleficos ob magnitudinem facinorum vulgus appellat. Idem in l.7. eod. tit. Si quis magus aut magicis carminibus adſuetus, qui maleficus vulgi conſuetudine nuncupatus. Eadem & B. Auguſtinus tradit in lib. de ciuitate dei, cuius verba referuntur in cap. nec mirum. 26. quæſtio. 5.

MANCEPS eſt, qui publica vectigalia conducta habet. l.53.ff. locati.

Mancipes etiam Conductores Salinarum interpretantur l.11.C. de vectigalib. Inde in l.3.C. de collatio. donatar. poſſeſſio. in C. Theo. Salinis, aiunt Impp. omnibus præter mancipum quæ populi Romani lauacris deſeruiunt. Ex quo mendum eluam, quod eſt apud Symmach. lib. 1. Epiſt. 44. in qua non ſemel municipes ſalinarum pro Mancipes cum vitio ſcriptum eſt. Patet autem ex ea epiſtola Mancipes eos obnoxios fuiſſe functioni lignorum, quæ lauacris vrebantur, vt idem auctor Epiſtol. 13. oſtendit. Erant tamen & mancipes thermarum, qui earum exhibitionem Romæ curabant, vt l.1. de mancipib. therm. in C. Theod. oſtendit. Præterea Romanis Mancipes appellatos τοὺς προεϊσταμένους τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς ὁ τῇ πόλει χορηγούμενος ἄρτος ἐπέττετο, Socrates lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſt. ſcribit. Eoque ſenſu verbum hoc accipitur in l. 1. & l.2. Cod. de frumento vrb. Conſtantin. lib. 11. & l. 2. & l. vlt. eod. tit. in C. Theod. & in l. vn. C. de piſtoribus lib. 11. In qua tamen Mancipiis vulgò vitiosè pro Mancipibus legitur.

Mancipes mutationum apud Caſſiodor. lib. 4. Variar. Epiſt. ad Godiſcal. qui equorū ad celeritatem commutari ſolitorum curam gerebant: de quibus Zeno ſentire videtur in l.48. C. de curſu publ. lib. 12.

Mancipatio ſpecies fuit alienationis, & rerum mancipi, quæ certis verbis fiebat libripende & quinque teſtibus præſentibus. Quemadmodum Vlpian. Inſtitut. titulo 19. Et Boëti. in Topic. Cicero exponunt. Meminit Paul. lib. 2. Sentent. tit. 17. Iuſtinian. in titul. de teſtament. in prin. Vnde Mancipio dare & accipere, frequens & vſitata bonis auctoribus locutio. Cicero Topic. Finge mancipio aliquem dediſſe id, quod mancipio dari non poteſt. Tacit. lib. 3. Seruos quoque Syllani actor publicus mancipio acceperat: & aliis multis locis, quæ Budæus in Annotatio. in Pandect. congeſſit. Hinc & res mancipi appellabantur, quæ ex iure Quiritium abalienari, & in alterius dominium vel nexus, vel ceſſionis in iure ſolennitate transferri poterant, vt bene Boëti. in Cicero. Topic. ſenſit. Nec mancipi verò res, quæ his modis alienari non poterant: cuiuſmodi erant omnia prouincialia prædia ante Iuſtiniani conſtitutionem: Nam cùm tributaria vel ſtipendiaria ea eſſent, non poterant mancipio à prouincialibus dari: vſus duntaxat & fructus καὶ χρῆσις eorum, prouincialium erat, mancipium & proprietas populi. Ex quibus Rubrica de vſucap. transf. & de rebus mancip. valdè illuſtratur, quæ magnas ſuperioribus temporibus exhibuit non modò bonarum literarum rudibus & imperitis, ſed & ipſis melius inſtitutis hominibus difficultates. In Italico verò ſolo prædia omnia iure mãcipij iureque optimo haberi poterant. Feræ verò beſtiæ nec mancipi erant, auctore Vlpian. in Inſtitutio.

Mandare primùm eſt gerendum aliquid alicui committere: quod his verbis explicari ſolet, *Iubeo, mando, rogo, volo*. l. 1. ff. mandatis. vnde Mandatores dicuntur, quorum mandato alij pecunia credita eſt. l. 41. in fin. l. 25. in fin. l. 71. & Rubr. ff. de fideiuſſoribus & mandato. l. 28. l. 60. ff. mandat. l. 1. §. ſi fideiuſſor. ff. ſi quid in fraud. pat. l. 95. §. ſi mandator. & §. penult. ff. de ſolutio. l. 8. C. de pignoribus. l. 12. C. de non numer. pec. l. 30. C. de loca. & cond. Qui à fideiuſſoribus eò diſtant, quòd auctores ſint contrahendi negotij, cùm plerunque fideiuſſores contractæ iam obligationi accedant. Cæterùm Mandator non eſt, qui faciendi nominis cauſa, quaſi proxeneta interuenit. Hic enim monſtrat magis nomẽ quàm mandat, tametſi laudet. l. 2. ff. de proxenetic. Mandator quoq; cauſæ dicitur, qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſationem dando probationes, allegando accuſationes. l. 2. §. diuus. cum §. ſeq. l. 22. in fi. l. 23. & l. 24. ff. de iure fiſc. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpillian. Sueton. in Tit. c. 8. Inter aduerſa temporum delatores mandatoresq; erant ex licentia veteri. Meminit huius & Conſtantin. lib. 1. tit. 5. Eumq; ita definit, quam rectè ex ſuperioribus apparet. μανδάτωρ λέγεται ὁ τῷ μένοντι ὑπουργήσας εἰς τὸ τοῦ πράγματος κατα μένουσιν. Cæterùm qui ſine mandato duntaxat hortatus eſt ad accuſationem ſuſcipiendam, pro mandatore non habetur. l. 10. ff. de his qui not. infam.

Mandata appellantur præcepta principum, quæ præſidibus in prouincias proficiſcentibus dabantur, quibus omnis eorũ poteſtas omneque munus continebatur. l. 3. & l. 19. ff. de offic. præſid. l. 27. in fin. & l. 33. ff. de pœn. l. 7. §. 1. ff. de iure patron. l. 131. in fin. ff. de verbor. ſignif. l. 4. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. l. 1. ff. de colleg. & corp. l. 6. ff. de extr. crim. l. 1. ff. de milit. teſt. l. 5. ff. de ſeruis exportan. Plinius lib. 10. Epiſt. epiſt. ad Traian. Nam ſicut mandatis tuis cautum eſt, ne reſtituam. Iuſtini. Nouell. 17. οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τελλομένοις ῥητὰ παρέχομεν παραγγέλματα mandata principis αὐτὰ καλοῦντες καὶ δι' ὧν ἐξῆν αὐτοῖς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς. Idem. 31. καὶ τῶν ἡμετέρων παραγγελμάτων ἀναμιμνησκόμενοι, ἅπερ δώσομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις. ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι Mandata principis. Atque interdum hæc mandata è præſidibus in prouinciis ſub edicto proponebantur, vt apparet ex l. 6. §. 1. ff. de cuſtod. reo.

Mandare etiam delegare ſignificat titul. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. l. 8. §. ſed nec mandare. ff. de tranſactio. l. 8. ff. de tutorib. dat.

Mandata autem iuriſdictione totum officium Iuris dicundi tranſit. l. 1. §. damus. ff. de ſuſp. tuto. Nec nudam notionẽ duntaxat, ſed iuriſdictionem, non quidem proprio, ſed alieno beneficio is, cui iuriſdictio mandatur, habet. l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appell.

Poſtremò mandare, cedere, præſtare, & exhibere actiones ſignificat. l. 25. ff. de adm. tut. l. 1. §. planè. ff. de tutel. & rat. diſtr.

Ita mandatum actionum accipe in l. 76. ff. de ſolutio.

Manifestvs fur eſt, qui cum furto deprehenditur, &, vt Græci dicunt, ἐπαυτοφώρῳ. l. 3. l. 4. & l. 5. cum ſeq. ff. de furt. Gaius lib. 2. Inſtitut. titul. vlt. Inuenias ſæpè apud Plautum in eandem cum Græco ſententiam dici manifeſto teneri. Manifeſtos quoque rerum capitalium dixit Salluſt. in coniuratio. Catil. qui manifeſto in ea noxa tenerentur.

Mansiones, ad iter metiendum diſpoſitas & hominum & animalium curſui publico deputatorum ſtationes appellabant. l. vlt. ff. de munerib. & honor. l. 7. ff. de annon. lib. 10. C. l. 2. de condit. in publ. horr. eo. l. 9. de annon. & tribut. in Cod. Theod. l. 9. de ſuſceptoribus lib. 10. C. l. 2. de lucris aduoc. lib. 12. C. Lãprid. in Alexand. Illa die, illa hora ſum exiturus, & ſi dij voluerint, in prima manſione manſurus. Deinde per ordinẽ manſiones, deinde ſtatiuę, deinde

deinde vbi annona eſſet accipienda. Ambroſ. in Oratio. de morte Valentinian. Ecce poſtridie literę de inſtruendis manſionibus, inuectio ornamentorum regalium aliaque eiuſmodi, quæ ingreſſurum iter Imperatorem ſignificarent. Et in Panegyrico incerti auctoris, qui Conſtantij filio dictus eſt, itinere confecto cōſumptis copiis manſionum, ne quis conſequi poſſet, exercitus repente intra parietes conſederat. Symmach. in Epiſt. Diligentiæ tuæ ratio derogetur, quæ poſſit oſtendere, quo numero animalia collocaris, & quo paratu inſtruxeris manſiones. In has autem manſiones etiam milites diuertebant. l. 11. C. de re milit. lib. 12. l. 2. C. de lucr. aduocat. eo. Vnde annonis & pabulis inſtruebantur, vt ex Caſſiodoro lib. 5. Variar. Epiſt. ad Gepidas, & lib. 10. Epiſt. ad Senator. & populum patet. Idem Lampridius in Alexand. Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuiſti vt in manſionib. annonas acciperent.

Mala manſio quæſtionis & tormenti genus apud Roman. fuit, qua noxij diſtendebantur. l. 7. ff. depoſ. l. 15. §. quæſtionis. ff. de iniur. Credibile eſt autem eculeum ea periphraſi ſignificari, quem ab eo quod extendat, ita appellatum Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 27. ſcribit.

MANVS poteſtatem quandoque ſignificat. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. Ex quo Manumiſſionem dictam noſtri ſcribunt, quòd per eam de manu ac poteſtate dominorum ſerui dimitterentur. l. 4. ff. de iuſtitia & iur. Etſi Feſtus à miſſionis de manu ſolennitate verbum hoc deriuatum putet. Manumittere enim Comici frequenter, Emittere è manu dicunt. Manumitti autem tam liberi quam ſerui in libris noſtris dicuntur. l. 28. ff. de adopti. l. 2. ff. de offic. proconſ. l. 107. ff. de verbor. obligat. Rubr. ſi à paren. quis manum. fuer. Nec mirum, cùm in imaginariam ſeruilem cauſam liberi in emancipationis ſolennitate peragenda deducerentur, diſtrahenturque ac manumitterentur non aliter atque ſerui. Vnde pater, qui emanciparat, manumiſſor appellabatur. l. 16. §. 1. ff. de inoffic. teſt. Crebrius tamen manumiſſio de ſeruis, emancipatio de liberis vſurpatur. l. 1. §. alienatio. ff. quando act. de pecul.

In manum quoque venire olim vxor dicebatur, quæ in poteſtatem viri per coemptionem vel confarreationem tranſibat, vt ad Cic. in Topic. Boeti. & Vlpian. in Inſtitut. tit. 9. exponunt. Apuleius lib. 8. de Aſino aur. Aut dum herilis puella in boni Tlepolemi manum conuenerat. Idem lib. 6. Sic ecce Pſyche conuenit in manum Cupidinis, & naſcitur illis maturo partu filia. Inde vxor in manu viri eſſe dicebatur, vt idem Vlpian. in Inſtitut. tit. 22. probat. Manus præterea pro turba & coactis hominibus accipitur. l. 9. §. idem ait. ff. quod met. cau. & fortè in l. 3. ff. de offic. præſid. & l. 60. ff. de acqu. rer. do. Ita manu facta, id eſt, collecta in l. 6. ff. ad leg. Iul. peculat. & apud Paul. lib. 5. Sentent. titul. 19. & titul. 20. Ita manum militarem accipere poſſumus in l. 68. ff. de rei vend. l. penult. ff. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. Planè in l. 5. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nunc. & in l. 6. §. 1. ff. ſi ſeruit. vind. Per manum, eſt per lapilli iactum.

Manu armata. l. 3. §. aduerſus. ff. de ſepulch. violato.

Manus pro cautione & chirographo, item ſcriptura alicuius manu ſubſignata ponitur. l. 15. ff. de probatio. l. 1. C. de metat. & epid. lib. 12. Manus etiā pro arte. Vnde Manuprecium quod pro artificis opera datur. l. 13. §. 1. ff. de verbor. ſignificat. l. 30. §. qui ædem. ff. locati. & aliis locis quæ libro 4. Select. Antiq. notauimus. Manus iniectionem excepiſſe dicebatur, qui ius ſibi prehendendæ atq; abducendæ rei retinuerat. l. 10. §. 1. ff. de in ius vocan. l. 9. ff. de ſeru. export. l. 20. §. 1. ff. de manumiſſionibus. l. 7. ff. qui ſine manumiſſ. l. 1. §. ſimiliq; modo. C. de Lat. liber. tol. l. 2. C. ſi ſeru. exp. Seruius in illud Vergilij 10. Æneid. Iniecere manum Parcę. Vſus eſt, ait, ſermone iuris. Nam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate expectata rem nobis debitam vindicamus. Quem Virgilij verſum etiam enarrans Macrob. lib. 3. Saturna. cap. 7. Et hic, ait, proprietatem humani & diuini iuris executus eſt. Nam ex manus iniectione pene mancipium deſignauit. Quintil. lib. 7. cap. 7. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio ſit. Vtitur & hoc verbo Ouidius eleg. 4. lib. 1. Amor. Et dicam, ait, mea ſunt: Iniiciamque manus. Idem lib. 2. Iniiciam dominas in mea iura manus. Liuius libro tertio ab vrbe condita Virginij miniſter libidinis Decemuiri manum iniecit, ſerua ſua natam, ſeruam appellans. Quintil. Declamat. 359. Publicanus noluit ſcrutari: tranſlatis manus iniicit, & ſuos dicit. Impp. in l. 15. de bon. proſcript. in C. Theodoſ. vxor proprias res velut manu iniecta mox vindicet. Et in l. 3. de his qui ad eccl. conf. ad priſtinam ſortem velut manu mox iniecta reuocentur. Nam breui fieri quid dicitur quoties celeritate actionū coniungendarum, vnus actus occultatur & interceſſiſſe iure ciuili fingitur. l. 44. §. 1. ff. de iure dot. l. 3. §. ſed ſi debitorem. ff. de donat. int. vir. vt accidit & in ſpecie l. 15. ff. ſi cert. pet.

Manu verò longa traditam nobis videri Iauol. eam pecuniam dixit, quam in conſpectu noſtro ponere debitorem noſtrū iuſſerimus. l. 79. ff. de ſolut.

Cùm manu ſata in venditione fundi excipiuntur, non quę in perpetuū ſata ſunt, nec quæ

ex ſtipula naſcuntur excipi intelliguntur, ſed quæ ſingulis annis ſeri ſolent, vt fructus eorum tollantur. l.70.§. fundi. l.80.ff. de contr. empt.

Manum mittere, Manum porrigere μεταφορικῶς in l.15 §. ſed ſi empt.ff. de re iudic. l.14. §.1.ff. de religioſ. l.2.C. quo quiſq; ordin.ten.lib. 11.l.vlt.C. de peric. nominator. lib.11.

Ad manus venire. l.11.§.pen.ff. de pœn.

MARGARITA & Margaritas promiſcuè Latini auctores dicunt & à Gemmis & Lapillis ſeparant. l.19.§.penult. l.25.§. penult.ff. de auro, arg. Seruius verò in 1. Æneid. Gemmas à margaritis eò ſeparari ait, quòd illæ diuerſi coloris, hæ albæ: vel quòd illæ integræ, hæ pertuſæ. Sed enim cùm Margaritorum & vnionum crebra fiat in libris noſtris mentio, non abs re fuerit eorum ortum ſubiectis Ammiani Marcellini verbis quæ hoc ipſum planum faciunt patefacere. Sic autem ille lib.23. ſcribit, Apud Indos & Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Cupientes enim velut coitum quendam humoris ex lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeque grauidæ edunt minutas binas aut ternas, vel vniones ſic appellatas, quòd eius terræ conchulæ ſingulas aliquoties pariunt, ſed maiores. Idque indicium eſt ętherea potiùs deriuatione, quàm ſaginis pelagi hos oriri fœtus & veſci, quòd guttæ matutini roris iiſdem infuſæ claros efficiunt lapillos & teretes: veſpertini verò flexuoſos contrà & rutilos, & maculoſos interdum. Quod genus gemmæ etiam in Britannici ſeceſſibus maris gigni legique, licet dignitate diſpari, non ignoramus. Idem etiam Plinius fuſiſſimè perſequitur lib.9. cap.35. Cui & Solinum adde cap. 54. Polyhiſtor. & Athenæum libr. 4. Dipnoſophiſt. Et Iſidorus lib. 16. Etymolog. cap.10. Inde Tertullian. in lib. de habitu muliebri. Sed ſi quid, ait, de mari Britannico aut Indico ambitio paſcatur: Conchæ genus eſt non dico conchylio aut oſtreo, ſed nec peloride gratius de ſapore. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma. Quòd ſi concha illa aliquid intrinſecus puſtulat, vitium eius magis debet eſſe quàm gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca.

MARMORE legato rudis tantùm materia continetur. l.78.§. illud.ff. de leg.lib.3.

Marmoreæ lapidicinę in l.7.§.ſi vir.ff. ſolut. matrim.

Marmoreum metallum. l.13. de metall. in Cod.Theod.

Marmorarij qui marmorum in cruſtas ſecandorum artem tenēt. l.1. de excuſ.artific. lib. 10.C. l.2.eod.tit. in C.Theod. & apud Caſſiodor. lib.1. Variar. epiſt. ad Agapit.

MARITI appellatione ſponſus continetur in l.Iul. de fundo dotali. l.3.ff. de fun.dot. l.5.C. de bon.mater. non item in l.Iulia de adulteriis, quę cum marito iure mariti adulterij accuſandi poteſtatem dedit, idem ſponſo conceſſiſſe non videtur.

MASSA, rudem materiam auri, argenti, æris ſignificat. l.10.§.ſi maſſæ.ff. quib.mod.vſuſfruct.amittat. l.19.& l.52.§.ſi quis maſſam.ff. de fur. l.7.§. cùm quis.ff. de acqu. rer. dom. l.27. in fin.ff. de auro, argent. l.penult.ff. pro ſoc. l.3. §.vlt.ff. de rei vendicat. l.88.ff. de leg. lib.3. l.44.§. ſi pocula.ff. de leg.lib.1. l.9.§. ſi quis rem. ff. ad exhib.

MATERIA, generaliter dicitur, ex qua aliquid fit. l.7.§. cùm quis ex aliena.ff. de acquir. rer.do. Materiam itaque propriè rudem & informem accipimus, & operi faciundo deſtinatam. Sed & Materiam à Ligno Iureconſulti ſeparant: hoc vocabulo ea, quæ comburendi cauſa parata ſunt, ſignificantes: illo verò ea, quæ ad ædificandum fulciendumq; accommodata ſunt l.55. de legat.lib.1. l.12.ff. de vſufr. l.167.ff. de verb. ſignif. l.18.§. ſi quis cauerit.ff. de pignor.act. l.45.§.pen.ff. de iur.fiſc. l.14 §.1. de pericul.& commod. l.47.ff. de actio.empt. Vnde legata materia nauis, arca, armariúmve ex ea factum non vindicabitur. l.57. l.88.ff. de legat.lib.3. Pali certè & perticæ in numerum materiæ rediguntur. l.56.ff. de leg.lib.3. l.168.ff. de verb. ſignificat.

Materia in l.198.ff. de verb. ſign. pro qualitate & genere vſus accipitur, vt patet ex l.166. ff. eod.tit. & l.16.C. de præd. minor.

MATERTERA matris ſororem ſignificat. l.vlt.§.amita.ff. de gradibus & affin. l.pen.ff. de legit. tut. quaſi mater altera, vt Feſtus lib.11. ſcribit.

Matertera magna, auiæ ſoror eſt. l.1.§. quarto. & l.vltim.§.matertera.ff. de gradibus. Atq; hoc loco obiter Feſti verba reſtituemus, qui vulgò ita habet, Matertera patris & matris mihi magna mater eſt, cùm legendum ſit, mihi magna matertera eſt. Matertera maior, proauiæ ſoror eſt, patris vel matris matertera magna. Maxima rurſus abauiæ ſoror patris vel matris matertera maior, vt in ſuperioribus locis traditur.

MATREMFAMILIAS accipimus eam, quæ non inhoneſtè viuit: nec intereſt nupta ſit an vidua, ingenua an libertina. l.46.§.1.ff. de verbor. ſignificat. l.3.§.vltim.ff. de liber. exhib. l.41.ff. de ritu nupt. l.29.C. ad l.Iul. de adulter. l.10.ff. eod. tit. l.15.§. ſi quis virgines.ff. de iniur. Feſtus tamē in lib.11. hoc nomine eam, quæ vidua eſt, contineri negat. Cicero planè in Topic. Matresfa. ait eſſe, quæ in manum conuene-

conuenerunt, quomodo in l. 1. ff. de concubin. accipi videntur. Eoq; à Matrona matremfam. differre Gellius lib. 18. cap. 6. tradit, Quòd matrona ſit, quæ in matrimonium cum viro quoquo modo conuenerit, Materfa. verò ea ſola, quæ in mariti manu mancipioq; ſit. Quæ eadem verba Seruius in 11. Æneid. tranſcripſit. Nonius autem dum hanc ipſam differentiam exponere ſtudet, errore ſe obruit, niſi ille in poſterioribus verbis mendoſus eſt, perinde vti eſt in eo quod pro matronæ nomine, Marcum Tullium impreſſi codices ſcriptum habent. Enimuerò matronam, vt matremfa. notæ auctoritatis ſpectatæque honeſtatis noſtri auctores accipiunt. l. 13. ff. de adulter. l. 1. §. omnem. ff. de iniur. l. 1. §. & notandum. ff. de vent. inſpic. Id quod Feſtus quoque lib. 11. ſignificat, cùm ait matronas appellatas eas ferè, quibus ſtolas habendi ius eſſet. Vnde Matronalis habitus in l. 15. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. De quo lib. 1. Select. Antiquit. abundè diximus. Nunc ad Matremfam. redeamus. Matresfam. certè dici conſtat, quæ ſuæ poteſtatis ſunt. l. 41. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l. 30. §. 1. l. 34. ff. ſolut. matr. Eaq; ratione etiam virgo Materfam. appellabitur, ſi morte patris vel emancipatione ſui iuris facta ſit, quemadmodum etiam pupillus paterfam. probè dicitur. Quod & Tertullian. in lib. de virginibus veland. ita ſcribit, Materfamiliæ vocatur licet virgo, & Paterfa. licet inueſtis.

Matricarii in Nouella 13. quæ eſt de Prætore plebis. Hoc verbum in notis quibuſdam vetuſtis ad Iuliani Patricii Epitomam ſic expoſitum inueni: Matricarii dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes & portantes ſpongias cum ferramentis, & alia per quæ poſſunt de pariete in parietem tranſire, & ita incendium extinguere.

Matrimonivm appellatur viri & vxoris coniunctio. l. 1. §. 1. ff. de iuſtit. & iur. Ex eo autem dictum quibuſdam videtur matrimonium, quòd propterea nubat mulier, vt mater fiat, quemadmodum Auguſtin. lib. 19. contra Fauſtin. ſcribit. At Gregorius in cap. vltim. de Conuerſio. infidel. datum hoc laboribus, quos in partu mulieres ſufferunt tradit, vt ab ipſis potius, quàm viris, eorum coniunctio nomen accipiat.

Matricvla pro catalogo, deſcriptione, indiceq; ab Impp. vſurpatur. l. 3. de agentibus in reb. lib. 12. C. l. 13. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 10. de cohortalib. lib. 10. C. l. penult. & vlt. C. de commeatu. lib. 12. Matriculæ militares pro numeris. l. 16. C. de teſt. milit. vtitur hoc verbo Modeſtus in Epitom. de re milit. Matricularii, Oeconomi Eccleſiarum appellantur, quos nunc *marguilliers* vocamus. Aimoinus Monach. lib. 4. de geſtis Francor. capit. 33. Prædia verò tam innumera fratribus in eodem loco deo famulantibus, ſiue matriculariis eccleſiæ contulit, vt deuotio animi eius plurimis admirabilis eſſet. Et in libro veteri formularum: Nos in Dei nomine Matricularii Sancti Martini, dum mane ad hoſtia ipſius eccleſiæ obſeruanda conueniſſemus, ibi infantulum ſanguinolentum inuenimus.

Maxime, vox hæc plerunque ita accipienda eſt, non quaſi aliàs idem ſit, ſed quaſi aliàs idem non ſit. Et idem valet quod Vtique, veluti in l. 9. ff. de vſucapio. Vſucapiuntur res maximè corporales. Quod non ſic accipiendum eſt, quaſi etiã incorporales vſucapi poſſunt. Hoc enim à iuris ratione alienum eſt, ſed quaſi corporales ſolæ. Sic & in l. 3. ff. de concubin. Ingenuam in concubinatu eſſe poſſe traditur maximè eam, quę obſcuro loco nata eſt, vel corpore quæſtũ fecerit vbi Maximè eam, pro, Eam demum dictum ſequentia verba declarant. Alioquin ſi honeſtæ vitę & ingenuam mulierem in concubinatu habere maluerit, ſine teſtatione hoc manifeſtum faciente non conceditur. Similiter in l. 2. C. an ſeruus ex ſuo fac. Creditoribus, ait Imp. qui tibi in ſeruitute mutuam pecuniam crediderunt nulla aduerſus te actio competit, maximè cùm tibi peculium non eſſe legatum proponas. Maximè: nam ſi peculium legatum proponeretur, Contra eſſet dicendum. l. 2. §. per contrarium. ff. de dote releg. Idem ipſum Petrus Faber ſingularis vir ingenii & doctrinę, dum hæc commentarer, appoſitiſſimo exemplo mihi confirmauit, ducto ex l. 12. §. ſi in agro. ff. de fun. inſtr. vbi veſtigatores & canes, & cætera ad venationem neceſſaria inſtrumento agri contineri Vlpia. tradens, Maximè addit, ſi ager ex hoc reditum habuit: qua de re Paulus in l. 22. eod. titul. & libri 3. Sentent. tit. 5. agens retia apraria & cætera venationis inſtrumenta ad inſtrumentum fundi pertinere ita definit, Si quæſtus fundi ex maxima parte in venationibus conſiſtat. Sic etiam, vt hunc locum concludam, vox Maximè, interpretanda eſt, in l. 57. §. pater. in fin. ff. de legat. lib. 3. & l. 2. §. illud. ff. de hæred. vendit. & l. 4. C. de pact. conuent. & fortè in l. 14. ff. de re iudic. l. 5. §. pen. ff. de doli except.

Mediastinvs ſeruus, & ordinarius opponuntur in l. 15. §. Prætor ait. ff. de iniur. Et Mediaſtinus & artifex in l. vltim. ff. de oper. ſeru. Mediaſtini autem dicebantur viliſſimi balnearum atque ædium miniſtri, qui in mediis ædibus ad omnia obſequia præſtò erant, nullo ordinario miniſterio fungentes, vt Porphyr. & Acron ad illum Horatii verſum adnotant,

Cùm Mediaſtinus tacito pede rura petebat.

Et Nonius Marc. qui Lucilii & Catonis teſtimonia aduocat. Priſcianus etiam in lib. de 12. carmin. Mediaſtinus quoque, ait, inde videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc eſt, in medio lauantium ſtat. Vſus eſt hoc verbo Cicer. in Catilin. & Plinius libr. 29. cap. 1.

Melior conditio, quod ad pactum addictionis in diem attinet, adferri videtur, ſi precio quid addatur. Sed etſi nihil precio addatur, ſolutio tamen offeratur facilior precii, vel maturior, vel locus oportunior ſoluendo precio dicatur, vel ſi perſona idoneior, vel quę leuiorib. conditionib. emat, & ſatiſdationem nullam exigat, melior conditio adferri intelligitur. l. 4. §. vlt. ff. de in diem addi. & omninò quicquid ad vtilitatem vẽditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet.

Memoria mortuorum damnatur eorum, qui maieſtatis & perduellionis criminibus poſt mortem arguuntur. l. 32. §. ſi maritus. ff. de don. int. vir. l. 6. §. quòd ſi quis. ff. de iniuſto rup. l. 78. in fi. ff. de legat. lib. 2. l. 2. C. de teſtam. man.

Memoriam retractare in l. 2. ff. ne de ſtatu def. eſt de ſtatu defuncti quęrere. Memoriales in ſcriniis memoriæ militantes. l. 10. C. de proxim. ſacr. ſcr. lib. 12. l. 2. de priuileg. eor. qui in ſac. pal. l. 9. & l. vltim. C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. vlt. C. de inoffic. teſt. & Nouell. Valentinian. tit. 3. Hi verò reſcripta excipiunt. l. vlt. de petit. bon. lib. 10. C. ad memoriam parẽtes Spartia. in Peſcen. Nig. de Paulo & Vlpian. agens, appellare videtur. At poſtea, ait, cùm vnus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt. Hinc & Memoriæ magiſtri, qui vt ait l. 12. C. de excuſat. muner. lib. 10. C. nomine magiſtrorum memoriæ præfuerunt: Inde ſactum ſcrinium memoriæ, in l. vlt. de decurionib. eo. libr. & aliis propè innumerabilibus locis.

Mensæ eboreæ. l. 12. §. idem reſpondit domo. ff. de inſtruc. vel inſtrum. leg. Menſæ citreæ in l. 21. §. quamuis. ff. de act. empt. Menſæ argentariæ nummulariæq; fit mentio in l. 4. ff. de eden. l. 47. ff. de pact. l. 27. ff. de furt. l. 5. §. 1. l. 19. §. 1. & l. vlt. ff. de inſtitor. l. 3. C. eod. tit. l. 77. §. menſæ. ff. de leg. lib. 2. l. 29. §. 1. ff. de liberatio. leg. & apud Gell. lib. 14. c. 2. & apud Iuſtin. Nou. 137.

Ab ea Menſularii appellabantur, qui menſam exercent, qui & menſarum præpoſiti à Firmico lib. 3. Matheſ. capit. 8. & aliàs Nummularii in d. l. 47. §. 1. & in l. 23. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. Qui & ab aliis auctoribus Menſarii vocantur. Liuius lib. 7. Solutionem æris alieni in publicam curam cõuerterunt, Quinquevuiris creatis, quos menſarios à diſpoſitione publicæ pecuniæ appellarunt. Idem lib. 23. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumuiri Menſarii, rogatione Minutii Trib. pleb. facti. Sic & apud Sueto. in Auguſto cap. 4. Nerulonenſis Menſarius: & apud Capitolin. in M. Anto. Philoſ. Leges de menſariis & auctionib. tulit.

Mensem accipimus 30. diebus conſtantem, vt ex l. 12. ff. de ſtatu hom. cum l. 2. §. vlt. ff. de ſuis & legit. colligitur: vbi tamen lex duorum menſium facit mentionem, etiam qui ſexageſimo primo die venerit, audiendus eſt. l. 102. ff. de diuerſ. reg. iur.

Mensia lex ex alterutro parente peregrino natum deterioris conditionem ſequi iubet. Vlpian. in Inſtitut. titul. de his qui in poteſtate ſunt.

Mensor agrimenſorem ſignificat in tit. ſi menſor falſ. mod. & in l. 4. §. 1. & l. 8. §. vltim. ff. fin. reg.

Sunt & Menſores operum, quorum Plinius libr. 10. Epiſtol. ad Traian. meminit. Item Menſores frumenti, quorum meminit l. 10. §. 1. ff. de vacat. mun. l. 29. ff. de excuſ. tut. l. 1. de condit. in publ. horr. libr. 11. C. Quorum Romæ certum fuiſſe corpus apparet ex d. l. 10. §. 1. & ex inſcriptionibus Antiq. Planè in l. vlt. ff. de iure immunit. in qua de militaribus muneribus agitur, Menſores, cum Vegetio lib. 2. c. 7. interpretari poſſumus, qui caſtris ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus milites tentoria figant: Leo Imperator in lib. de Bellico apparatu capit. 3. μένσωρες δὲ λέγονται οἱ τὰ φοσσᾶτα μετροῦντες καὶ καθιστῶντες, ὡς μινσουράτωρες καὶ χάλδοι. Quanquam & menſores frumenti in d. l. vlt. intelligi nihil prohibet, de quibus l. 12. in fi. ff. de re milit. & l. vlt. ff. de appellatio. recip.

Mercis appellatio ad res mobiles tantùm pertinet, veluti vinum, oleum, frumentum. l. 66. ff. de verbor. ſignificatio. l. vltim. ff. de condictio. trit. & paſſim in titul. de inſtitor. ff. Ad ſeruos verò non pertinet. l. 1. §. 1. ff. de tributor. Ob eamque rem Mangones, non mercatores, ſed venalitiarii appellati ſunt. l. 207. ff. de verborum ſignificatio. quamuis & ſerui mercis loco haberi dicantur. l. 73. §. vlt. ff. de leg. lib. 3. Et edictum de peculiaris mercis tributione ad omnes negotiationes porrigitur. dict. l. 1. & l. 28. ff. de pecul. Generaliter autem, Merx quæcunque res in emptionem deducta appellatur. l. 1. ff. de rer. permut. Et mercis cauſa parata dicuntur, quæ idcirco parata ſunt, vt veneant. l. 32. §. vxorii. ff. de vſufruct. legat.

Merces, conductionis locationiſq; precium ſignificat. Cuius rei exempla non adfero. Mercedem autem ex operis libertorum, qui capere dicantur exponitur in l. 25. §. 1. & §. vlt. ff. de oper. libert. & l. vlt. §. 1. & §. vltim. ff. qui & à quib.

à quib. Mercedes etiam appellantur τὰ δίδακτρα, quæ liberalium artium præceptoribus præſtantur. l. 12. §. vlt. ff. de adminiſtrat. tutor. l. 4. ff. vbi pupill. educ. l. 1. in princip. ff. de extr. cognit. Iuuen. Sat. 7.

Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo:
Mercedem appellas, quid enim ſcio. culpa docentis
Arguitur.

Latini Minerual quoque has mercedes appellant. Tertullian. in lib. de Idololatr. Quis ludi magiſter, ſi nō tabularia idolorum quinquatria tamen frequentabit. Ipſam primum noui diſcipuli ſtipem Mineruæ, & honori & nomini conſecrat. Et mox, Tam mineruale Mineruę quàm Saturnalia Saturni.

Mercenarii appellabantur, qui operas ſuas mercede locabant. l. 1. §. ſi filiusfam. ff. de vi & vi arm. l. 5. §. ſi quid ſeruus. ff. quod vi aut clam. l. 6. ff. de donatio. l. 20. ff. quemadm. ſeruit. amit. l. 91. ff. de furt. l. 11. §. 1. ff. de pœn. plerunque autem ita ſeruos alienos, quorum conductis operis vtebantur, vocabant. Vnde Valer. lib. 5. c. 4. Villicum, ait, in agello, quem ſeptem iugerum in Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemq; nactum mercenarium amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe. Quod idem Seneca in libro de Conſolatio. ad Albin. referens, mercenarium ſeruum dixit. Idem lib. 6. de Benefic. cap. 5. Nec conductum meum quanquam ſis dominus, intrabis, nec ſeruum tuum mercenarium meum abduces. Saluia. Maſſil. lib. 6. de vero Dei iud. ad fin. Illorum more dominorum nobiſcum barbari agunt, qui mancipia obſequiis ſuis non neceſſaria mercedibus promerendis locant. Sed & beri homines ſi operas locarent ſuas, eodem nomine appellabantur, vt ex Varro. lib. 1. de re ruſt. cap. 17. patet.

Meritoria, abſolutè ſunt diuerſoria, vel fullonica, vel ſtabula, vel quæ alia loca, quæ mercede locantur. l. 91. §. balneas. ff. de legat. lib. 3. l. 13. §. vlt. ff. de vſufruct. l. 52. §. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſoc. l. 198. ff. de verb. ſignificat. l. 5. §. domum. ff. de iniur. Prudentius in Amartigenia. Balnea, propolas, meritoria, templa, theatra. Vopiſc. in Tacito, Meritoria intra vrbem ſtare vetuit. Spartian. in Peſcennino Nigro: Pro tricliniis Popinas habent, pro cubiculis meritoria. Dixit & Meritoria cœnacula adiectiuè Sueton. in Vitell. cap. 7. Et Meritoria balnea Plinius libr. 2. Epiſtol. ad Gallum & meritoriam rhedam. Idem Sueton. in Iul. cap. 57.

Merita militiæ, commoda præmiorū, quæ emeritis & impletis ſtipendiis, veteranis dantur. l. 18. §. veterani. ff. de iure fiſc.

Merere etiam, ſtipendia merere in l. 16. §. vlt. ff. de caſtr. pec. l. 26. §. vlt. ff. de excuſ. tutor. l. 8. ff. de accuſatio. l. 18. ff. de iure fiſc. l. 23. in fi. ff. ad municip.

Merere aliquid ex iudicio patris dicuntur, qui aliquid teſtamento eius acceperunt. l. 13. ff. de doli except. Sic merere legatum dicitur, cui id teſtamento relinquitur. l. 21. ff. ad leg. Falcid. Adde etiam l. 10. de piſtorib. in Cod. Theod.

Meruiſſe quoque ſententiam deportationis dicitur, qui eam excepit. l. 3. C. de inſtitution. & ſubſtitut.

Mervm, vt Iſidor. lib. 2. Etymolog. capit. 41. ſcribit, purum ſignificat. Merum etiam Nonio interprete ſolum ſignificat. Vnde Merulam, quia ſola volet, dictam, ex quorundam opinione Quintilian. lib. 1. cap. 6. tradit, quaſi meram volantem. Atque ita merum ius gentium apud Trypho. purum, ſolum, & ſimplex, ſeparatumque à ciuilibus præceptis accipimus. l. 31. ff. depoſ. Et merum ius, pro ipſo, ſtricto, ſubtilique iure. l. 37. ff. de adminiſt. tut. l. penultim. §. vltim. ff. de contra tabulas. l. 16. ff. de minoribus. l. 4. §. ſi viam. ff. de vſucapio. l. 3. Cod. de obſeq. à liber. Eodem modo meram rationem interpretamur in l. 22. §. ſi hi. ff. manda. & l. 6. ff. de pœn. Et meram ſubtilitatem in l. 3. §. 1. ff. de adim. legat. & l. 32. in fine. ff. de vſucapio. Et meram actionem in l. 14. §. idem Labeo. ff. de religioſ. Sic & Merum officium prætoris in l. 5. ff. de verborum obligat. & Inſtitut. de diuiſio. ſtip. quod, vt Theophil. interpretatur, ἐκ μόνης δικαιοδοσίας τοῦ πραίτωρος proficiſcitur. Merum officium iudicis, non, vt quidam interpretantur, nobile, ſed potius, vt idem Theophilus, μόνον. Mera quoque voluntas nuda ſoluta & libera in l. 75. ff. de legat. lib. 1. & l. 18. ff. de adim. l. Mera pœna in l. 1. in fin. ff. ſi quis ius dic. l. 1. ff. de eo per quem fact. er. quæ rei perſecutionem non continet. Merum factum, quod dationem mixtam non habet. l. 98. §. mihi Romæ. ff. de ſolutionibus. Mera æſtimatio in l. 63. in fine. ff. de iure dot. Merum principium in l. 12. §. codicilli. ff. de captiu. Mera donatio in l. 28. ff. de pact. dot. l. 27. ff. de donatio. Merum denique imperium in l. 3. ff. de iuriſdiction. om. iudic. & l. 1. §. vltim. ff. de inoffic. eius cui mand. quod in animaduerſione non in dictione iuris conſiſtit, vt à mixto ſeparetur, cui etiam iuriſdictio ineſt. Merum enim mixto opponitur. l. 82. ff. de condit. & demonſt. Martialis:

Cùm peterem mixtum, vendidit ille merum.

Meram etiam ſpem nudam, ſolam & ſine re dixit Terent. in Phormion. Act. 1. Scen. 3. Et Meras vires Ouid. lib. 1 c. de Arte amandi.

Metalli pœna olim in vſu Romanis fuit. l. 8. §. eſt pœna. ff. de pœn. Paul. lib. 5. Sent. titul. 17. l. 24. §. quid ergo. ff. de fideicomm.

lib. l. 46. ff. de man. teſt. quam à Tarquinio Superbo excogitatam Eutropius lib. 1. cap. 10. & Suidas in verbo σούπερβος ſcribũt. Quanquam ille huius pœnæ auctor atque inuentor primus non fuit, cùm ante eum Semiramis metalla inueniſſe, eaq; per captiuos exercuiſſe feratur, vt à Diodoro Siculo & eodem Suida in verbo Semiramis notatur. Habebant autem Romani metalla multa. l. 6. §. vltim. ff. ad leg. Iul. pecul. vt in Macedonia, Epheſi, in Hiſpania, vt Liuius & Vitruuius lib. 7. cap. 9. teſtantur. Duo etiam alia Iuſtinian. Nouell. Conſtit. 22. refert, τὸ ἐν Προικοννήσῳ, καὶ τὸ ἐν τῇ Χαλκηδόνι γύψα. Proconnenſi metallo Docimenum & Troadenſe adiungitur in l. 9. & l. 11. de indulgent. debit. in Cod. Theodoſ. In hæc metalla ſontes vinculis additis ad inquirendas eruendasque venas damnabantur. Quò reſpiciens Tertullian. in lib. de Cultu fœminar. ſic ait, Terra ſcilicet planè generoſior, quoniam in maledictorum metallorum feralibus officinis pœnali opere deplorata nomen terræ in igni relinquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de ſuppliciis in delitias, de ignominiis in honores metalli refuga damnatur. Per damnatos enim & noxios metalla in honorem, deinde ventura effodiebantur. Inde toties in libris noſtris: In metallum dari, damnariq; legimus: Qua pœna damnati, Metallici appellabantur, quaſi metallo addicti & mancipati. l. 8. §. in miniſterium. l. 10. §. 1. l. 36. ff. de pœn. Adimebat verò hæc pœna libertatem, & ſeruitutem irrogabat. l. 8. §. eſt pœna. & l. 17. l. 36. ff. de pœn. l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Cæterùm diuerſa ſunt, in metallum, & in opus metalli damnari. l. 8. §. eſt pœna. & l. 9. §. iſtæ feræ. l. 29. §. diuus. ff. de pœn. l. pen. in fin. ff. de var. & extr. l. 3. §. vlt. ff. de re milit. l. 3. §. pen. ff. de crim. ſtellio. l. 5. ff. de manumiſſio. differentia vtriusque pœnæ eſt in vinculis. Nam qui in metallum damnati ſunt, grauioribus, qui in opus metalli, leuioribus vinculis premuntur. Item refugæ ex opere metalli in metallum dantur: Refugæ verò metalli grauiùs ac duriùs coërcentur. l. 8. §. inter eos. ff. de pœn. d. l. penult. in fin. ff. de var. & extraord.

Metatores in l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuerſ. iudicum. l. 9. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Vegetius lib. 2. cap. 7. Metatores ait dici eos, qui præcedentes locum eligunt caſtris, item qui diuerſoriorum & hoſpitiorum deſignant loca, quales ſunt, quos vulgò mareſchalcos hoſpitiorum & fourrerios dicimus. Nam & deputatas ſingulis domus manu ſua denotaſſe & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcripſiſſe eos, diſertè tradit l. 1. C. de metat. & epid. lib. 12. Iſidorus lib. 10. Etymolog. Metatores, ait, appellantur, qui caſtra deſignant: à metiendo ſcilicet, vt Lucanus. Heſperios audax veniam metator in agros. Cyprian. Epiſt. 1. lib. 4. Primum hoſpitiũ vobis in carcere præparauit & metator quodammodo veſter, nũc quoq; vos antecedit.

Metaxa in l. 10. de murilegul. lib. 10. C. Suidas & Zonar. σηρικὸν νῆμα interpretantur. Sic enim Suidas Σῆρες, ait, ἔθνος ἔνθα ἡ μέταξα γίνεται, ἐξ οὗ καὶ σηρικὰ τὰ ἐκ μετάξης ὑφασμένα λέγονται, καὶ σὴρ, σηρὸς ὁ σκώληξ. Et mox, σηρικὴ ὅτι ἡ μέταξά ἐστιν ἐξ ἧς εἰώθεσαν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες μηδικὴν ἐκάλουν, τὰ δὲ νῦν σηρικὴν ὀνομάζουσιν. ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ πρὸς Αἰθίοπας πρεσβεύονται Ῥωμαῖοι ὅπως οἱ Αἰθίοπες ὠνούμενοι τὴν μέταξαν ἐξ Ἰνδῶν, ἀποδόμενοι δὲ αὐτὴν ἐς Ῥωμαίους αὐτοὶ μὲν γένωνται κύριοι μεγάλων χρημάτων. Iuſtiniani enim temporibus primùm ex India inuecta eſt metaxa, vt Nicephor. ſcribit, & Zonaras in Iuſtiniano his verbis, τὸ τῶν σηρῶν νῆμα, ἡ μέταξα δηλαδὴ παρὰ Ῥωμαίοις γίγνεσθαι ἤρξατο· ἤγετο μὲν γὰρ ἐκ Περσῶν ὠνούμενον δι' ἐμπόρων παρὰ Ῥωμαίοις τὸ τῆς μετάξης χρῆμα, οὐκ ᾔδεσαν μὲν δὴ οὐδ' ὅθεν γίγνοιτο οὐδ' ὅτι νῆμα σκωληκόν ἐστιν. Fit & metaxæ mentio in l. vltim. §. ſpecies. ff. de publican. in qua tamen à Triboniano inſertum hoc verbum cùm Iureconſultorum tempore metaxæ ignotum nomen eſſet, mihi fit veriſimile. Iſidorus libro 20. Etymolog. capit. 29. metaxam à circuitu filorum, aut quòd transferatur ἀπὸ τοῦ μετάγεσθαι deducit.

Metreta vaſis olearii & vinarii genus, vt ex l. 35. §. in his. cum §. ſeq. ff. de contr. empt. l. penult. §. vlt. ff. loca. vt ex Cato. lib. de re ruſtica cap. 100. & Columella lib. 12. cap. 51. apparet. Eſt & Metretes menſuræ genus, vt Agricola lib. 1. de menſur. indicat.

Metrocomia. Rub. non licere habitatorib. metrocom. & l. vlt. de patrocin. vicor. in C. Theod.

Metropolis, caput prouinciæ appellatur. l. 4. §. ingreſſus. & l. 7. ff. de offic. procenſ. l. 6. ff. de excuſ. tut. l. vn. Cod. vt omnes iud. l. 11. de medic. & profeſſ. in Cod. Theod. quaſi mater prouinciæ, vt Theod. in l. vn. C. de metropoli Beryto verbi notationem perſtringens, quam, tametſi vulgatam, Iſidorus ignorauit. Propriè autem Metropoles, Suida interprete, erant ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν. Hæ enim matrum loco Colonicis ciuitatibus habebantur, vt Halicar. lib. 4. ſcribit. Ita Prouinciæ Ponti metropolis erat Neocæſarea, vt Iuſtinian. in Nouell. de moderato. Helenoponti ſcribit, & Syriæ Antiochia vt Xiphilin. & Sparti. in Hadri. Epheſus Ioniæ. d. §. ingreſſum. Sic in d. l. vn. Beryto (quæ ciuitas Phœniciæ fuit, in qua ius ciuile Iuſtin. temporibus

poribus docebatur, vt ex l. 1. C. qui æt. vel profeſſ. ſe exc. lib. 10. & Epiſtola Pandectis præpoſita, & ex Niceph. lib. 14. hiſt. Eccleſ. cap. 52. liquet) Metropoleos nomen ac dignitas ſaluo Tyri iure tribuitur.

Metvs, eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. l. 1. §. 1. ff. quod met. cauſ. Metum autem in edicto prætoris, non quemlibet vexationis timorem, ſed maioris mali, nec vani hominis, ſed iuſtum, & qui vel in conſtantem cadat, accipimus, id eſt, qui ſalutis periculum vel cruciatum corporis, vel vinculorum, vel verberum, vel ſtupri, vel interuerſionis inſtrumentorum ſtatus contineat. l. 5. & l. 6. & l. 7. §. proinde. & l. 8. §. 1. & l. penultim. ff. quod metus cau. l. 13. ff. de tranſactionibus.

Metum etiam præſentem accipimus, non ſuſpicionem inferendi eius. l. 9. ff. quod met. cau. Similiter & in edicto ex quib. cauſ. maior. verba hæc, *Metus cauſa abeſſe*, ſic accipiuntur, ſi iuſto timore mortis vel cruciatu corporis conterritus, non ſi ſuperuacuo & vano timore deterritus quis abſit. l. 2. in fi. & l. 3. ff. ex quibus cauſ. maior.

Mevm, Tuum, Suum, Noſtrum, verba hæc ad ius dominii pertinent, & ea quæ debentur noſtra tamen nondum facta ſunt, non continent. l. 27. §. argento. l. 34. ff. de auro, arg. Cicero Topic. Non ſi vxori vir legauit omne argentum quod ſuum eſſet, idcirco quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt in aquam ſit poſitum argentum an in tabulis debeatur. Et id proculdubio noſtrum eſt, cuius proprietas ad nos pertinet, & ſi vſusfructus alienus eſt. l. 25. ff. de verbor. ſignificat. l. 2. ff. de conditio. inſtit. Noſtrũ eſt & id, quod nobis cum alio commune eſt, pro ea vtique parte, quæ ad nos pertinet. Vnde ſi ita teſtator legauerit, *Stichum qui meus erit cùm moriar*, etiam ſi vſumfructum in eo alienauerit, peti Stichus poterit. Sed etſi is mortis tempore communis ſit, pars debebitur, niſi teſtator voluerit pro hac conditione hæc verba inſerere, *Si totus ſeruus in dominio meo remanſerit.* d. l. 2. & l. 5. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Hæc enim verba *Qui meus erit*, ſic exaudienda ſunt, quatenus meus erit, ſi modò teſtatoris voluntas non refragetur. l. 6. ff. de leg. lib. 1.

Meorum planè & tuorum appellatione etiam actiones continentur, quia & hæ in bonis ſunt. l. 30. §. 1. ff. ad Trebellian. l. 49. in fi. l. 91. ff. de verbor. ſignif. Si quis dixerit, *Veſtem meam*, de ea ſenſiſſe eum apparet, quam ipſe in vſus ſuos habuit. l. 27. §. ſi quis addiderit. ff. de auro, arg.

Meum eſt, & id quod ex re mea ſupereſt, cuius vindicãdi ius habeo. l. 49. ff. de rei vend.

Miliarivm ex l. 21. §. ſi cui fortè. ff. de auro, arg. leg. & Athenæo lib. 3. Vas eſſe ad coquendum apparet, quod non in cocinatorio tantùm, ſed & in balneatorio inſtrumẽto ponitur à Palladio, vt & à Seneca libr. 3. Natur. Quæſtio. Cuius hæc ſunt verba: Quemadmodum in balneis facere ſolemus Dracones, Miliaria & complures formas. Inuenitur & hoc verbum apud eundem auctorem libr. 4. earundem Quæſtionum, & apud Cato. de re ruſtica cap. 20. & 22. & 135. & apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6.

Miliarium vrbis in l. 154. ff. de verbor. ſignific. columnam in capite fori Romani ſtatutam accipimus, à qua omnes Italiæ viæ initium & finem capiebant, Et à qua itinerum menſura ſumebatur: Quod cùm ab Anton. Auguſtino libr. 4. Emendatio. iam notatum fuerit, prætermiſſis ab illo adductis locis, duos auctarii loco adiiciam, vnum ex Dione, qui hanc columnam ab Auguſto primùm erectam lib. 54. his verbis tradit. τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε καὶ ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων ῥαβδούχοις δύο χρωμένους προσέταξε. Alterum verò ex Publio Victore, qui in libello de regionib. vrb. Rom. miliarium aureum in 7. regione vrbis ponit in qua & forum fuit. Porrò cùm miliarium hoc aureum à Sueto. & Victore, & à Dione χρυσοῦν μίλιον, & à Plutarcho in Galba χρυσοῦς κίων vocetur, efficitur apertiſſimè columnam illam auream fuiſſe.

Milites hi demum appellantur, qui ſacramento rogati adactique & in numeros relati ſunt, vt libr. 2. Antiquitat. expoſui. Quod verò in l. vn. in fin. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. ſcribitur, Militem eſſe quamuis in numeris non ſit, ad eum pertinet, qui ex vno numero vt in alium reponeretur exemptus, eò nondum peruenerit. Interim enim miles eſt, quamuis adhuc non ſit in aliquo numero. Porrò milites Iuſtinia. definit, tam eos qui ſub magiſtris militum militiã tolerant, quàm qui in vndecim ſcholis taxati ſunt, nec non eos, qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine decorantur. l. vltim. C. de locato & cond. In claſſibus nautæ & remiges, & trierarchi milites ſunt. d. l. vn. §. penultim. Vigilum item militia quædam Romæ erat, vt aliàs diximus.

Militiam armatam dicimus ad differentiam palatinæ. l. 6. l. 18. ff. de re iud. l. 1. C. de iur. & fac. ignor. l. 4. C. qui dare tutor. Nam quicunque munus aliquod in Repub. gerebant, aliquámve adminiſtrationem habebant, militare poſteriorum Impp. temporibus dicebantur. Militiæ item appellabantur commoda illa annonarum ſalariaque, quæ armatam vel inermem militiam exercentibus pu-

blicè præſtabantur. Et ita militiæ nomen accipiendum eſt in l. 22. & l. 49. §. 1. ff. de legat. lib. 2. l. 11. §. ſi ſeruo. l. penult. §. penult. & vlt. ff. de legat. lib. 3. l. 18. §. ab hæredibus. ff. de aliment. legat. l. 53. §. inter. ff. de actio. empt. l. 3. §. ſi quid minori. ff. de minorib. l. 30. C. de inofficio. teſtament. l. 6. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.

Militare ius, ait Iſidor. lib. 5. cap. 7. eſt belli inferendi ſolennitas, fœderis faciendi nexus, ſigno dato congreſſio in hoſtem, vel commiſſio, item ſigno dato receptio, flagitii militaris diſciplina. cætera quoque ad rem diſciplinamq; militarem pertinentia eo iure continentur. Militare ius in tit. de milit. teſtam. Ius eſt proprium militum, quo eis teſtari prout libuerit, Imperatorum conſtitutionibus conceſſum eſt.

Militare delictum in l. 6. §. irritum. ff. de iniuſto rup. & l. 1. ff. de veter. & milit. ſucceſſ. l. 13. C. de teſt. milit. quod quis vt miles admittit, & quod aliter, quàm diſciplina communis exigit, committit. Cuiuſmodi eſt, deſertio, emanſio, proditio, & alia quib. diſciplina militaris violatur. l. 2. & l. 6. ff. de re milit. l. 22. §. 1. de leg. lib. 3.

Militariter, ꝓ militari more. l. 4. §. qui poſt. de re milit. Sic militariter ornatus apud Tacit. lib. 16. Et militariter ambulare apud Vopiſc. in Aurelia. Et militariter armatus apud Apuleiũ lib. 9. de Aſino aur.

MINICVLARIVS appellatur, qui minio quid inficit. l. 3. de indulgent. debitor. lib. 11. Cod. Theod. Minium verò vnde ematur, & quomodo paretur Vitruu. libr. 7. capit. 8. docet.

MINISTERIA militaria, municipalia, publica, prætoria, pro ipſis miniſtris dicimus. l. 7. ff. de offic. proconſul. l. 6. §. illicita. ff. de offic. præſid. l. 10. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 2. ff. de ſeru. fugitiu. l. 3. § qui pecuniam. ff. de ſuſpect. tut. Et apud Tertullian. aliquoties. Apul. libr. 10. de Aſino aur. Donec iuſſu magiſtratuum miniſteria publica contrectatis nequiſſimi ſerui manib. anulum ferreum deprehenſum cum ſigno ſacculi cõferunt. Miniſteria etiam pro ſeruis & mancipiis in l. 6. & l. 8. ff. de pignorib. l. 21 ff. de donat. int. vir. l. 27. §. ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil. l. 12. §. ſed ſi fundus. ff. de inſtruc. vel inſtrum. l. 24 §. 1. ff. de iudiciis. l. 41. §. pro hærede ff. de fideic. libert. Miniſtratores ſerui. l. 203. ff. de verb. ſignific. Seneca libr. 15. Epiſt. Tranſeo piſtorum turbam, tranſeo miniſtratorum, per quos ſigno dato ad inferendam cœnam diſcurritur.

MINOREM 25. annis in edicto de minoribus accipimus, qui nondum viceſimum quintum annum agit, momentis quoq; temporum ad hoc ſubductis. l. 3. §. minorem. ff. de minorib. In lege verò Ælia Sentia, qua minor 20. annis manumittere vetatur, qui Kalendis Ianuariis, natus fuerit poſt horam noctis ſextam pridie Kalend. manumittere poterit, incipiente planè non exacto die. Non enim iam minor 20. annis eſt, qui ſupremum diem anni viceſimi agit. l. 1. ff. de manumiſſionibus. Sic & in l. 8. ff. de muneribus & honor. cœptus annus viceſimus quintus pro pleno & completo habetur.

Minus ſolutũ tributumq; videtur, etiamſi nihil tributum, ſolutúmve ſit. l. 32. ff. de verb. ſignif. l. 7. §. minus. ff. de tributor.

MITTENDARII in l. 3. l. 7. l. 8. C. de palatin. ſacr. largitio. lib. 12. & apud Caſſiodor. lib. 11. Variar.

MITTI in poſſeſſionem dicuntur à Magiſtratibus, quib. cuſtodia rerum & obſeruatio, vel crediti ſeruandi cauſa, vel dotis, vel ventris, legatorúmve nomine, aut damni infecti cauſa conceditur: non vt poſſideant, ſed vt in poſſeſſione ſint, tædioq; perpetuæ cuſtodiæ vel cautionem, vel quod ſibi debetur extorqueant & exprimant. l. 3. §. vlt. & l. 10. ff. de acq. hæred. l. 1. ff. quib. ex cau. in poſſeſſ. l. 2. ff. de feriis. l. 9. ff. de rei vendic. l. 26. & l. 27. ff. de iud. Liuius lib. 49. In bona deinde L. Scipionis poſſeſſum publicè Quæſtores Prætor miſit. Qui verò mittuntur in poſſeſſionem, ire in bona, & ire in poſſeſſionem dicuntur, vt aliàs dixi. Miſſum damni infecti in l. 7. §. planè. ff. comm. diuid. interpretare ex cauſa damni infecti in poſſeſſionem miſſum.

Mitti ad iudicem. l. 8. & l. 9. ff. de liber. cau. l. vlt. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. l. 2. ff. de iudic. Mitti ad arbitrum. l. 1. §. cùm dicitur. ff. ſi quis plus quàm per leg. Falcid. Ire ad iudicem etiam non in ea Rubr. duntaxat, ſed & in l. 5. C. arbitr. tutel. & l. 3. ff. iudicat. ſol. Sed & mitti ad actionem dixit Gaius in l. 26. ff. de ædilit. ed. & remitti ad interdictum Vlpian. in l. 1. §. ſed ſi inter. ſt. vti poſſid. l. 2. in fin. ff. teſtament. quemadmod. aper. Et per interdictum ad ius ordinarium remitti, in l. 1. §. 1. ff. ſi mul. vent. nom.

Miſſionum militarium tria ſunt genera. Eſt honeſta miſſio, quæ emeritis ſtipendiis, legitimóque militiæ tempore expleto datur. l. 5. C. de teſt. milit. l. 7. C. de fide inſtrument. Quam Quintilian. Declamatio. 13. & Liuius multis locis iuſtam appellant. Eſt cauſaria, quæ ante tempus iuſta aliqua de cauſa & honeſta datur: veluti ob valetudinem. Apul. libro 4. de Aſino aur. Rebar enim me iam debilem prorſus, & exanimatum mereri cauſariam miſſionem. Vnde cauſarios milites, quibus morbus cauſa erat ne militarent, Liuius vocat. Tertia eſt ignominioſa miſſio quæ ob delictum datur. Quæ omnia à Iureconſ. traduntur

traduntur in l. 2. §. ignominiæ. ff. de his, qui not. infam. l. 13. §. miſſionum. ff. de re milit. l. 4. ff. de milit. teſt. l. 4. & l. 27 ff. de inoffic. teſt. l. 10. in princ. & §. qui autem. ff. de excuſ. tut. l. vlt. ff. de furibus balnear.

MISSILIA, quæ in vulgus iactantur à magiſtratibus principibúſve ludos edentibus. l. 9. §. penult. ff. de acquirend. rer. domin. l. 8. ff. de contrahend. empt. §. penult. Inſtitut. de rer. diuiſionibus.

Miſſibilia apud Iuſtinian. in Nouell. de Armis, quæ manumittuntur & procul iaciuntur tela. Et ita apud Vegetium in veteribus codicibus ſcriptum obſeruaui. vbicunq; vulgò Miſſilia legitur.

MIXTÆ actiones, quæ tam in rem ſunt, quàm in perſonam: quales ſunt familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum. § quædam. Inſtitut. de action. l. 1. ff. fini. regund. l. 37. in fi. ff. de oblig. & action. Item hæreditatis petitio. l. 7. C. de petit. hæred.

Mixtæ etiam actiones appellantur, quę partim rem, partim pœnam perſequuntur. §. ſequens. & §. rei perſequendæ. & §. ex maleficiis. Inſtit. de actionibus.

Mixta interdicta appellantur, quę & prohibitoria ſunt & exhibitoria. l. 1. §. interdictorum. ff. de interdict.

Mixtum imperium, cui etiam iuriſdictio ineſt. l. 3. ff. de iuriſdictio. om. iud. quod, vt aliàs dicitur, non eſt merum, ſed iuriſdictioni cohęret. l. 1. §. vlt. l. vlt. ff. de offic. eius cui mand. Mixta conditio, quæ partim in dando, partim in faciendo conſiſtit.

Mixtura in l. 82. ff. de condit. & dem. l. 30. ff. de vſucapionibus.

MOBILES res nonnunquam à ſe mouentibus ſeparantur. l. 1. ff. de ædilit. ed. l. penult. C. de iure dot. l. vn. §. cùm autem. C. de rei vx. act. l. 2. & 3. C. de quadrien. præſcriptio. l. 37. C. de epiſc. & cler. l. 13. C. de ſeruitutib. l. 4. C. familiæ erciſc.

Mouentia enim dicuntur propriè animalia, quæ per ſe mouentur, vt ſerui, iumenta, pecora. Mobilia verò, quæ anima carent, vt vaſa, veſtes, & alia id genus. Sed hæc differentia plerunq; confunditur. l. 2. ff. de ſupell. leg.

Mobilium enim appellatione etiam animalia veniunt. l. 1. ff. de rei vendic. l. 3. §. Nerua. l. 30. §. item quod mobile. ff. de acquiren. poſſeſſ. Mouentium quoque idem quod mobilium appellatione ſignificatur, ſi non appareat teſtatorem animalia duntaxat, quæ per ſe ipſa mouentur, mouentia vocitaſſe. l. 93. ff. de verbor. ſignificat. l. 15. §. in venditione. ff. de re iudic. l. 22. §. vltim. ff. de vſufruct. leg. l. vlt. ff. de requirend. vel abſentibus. l. 2. §. certè. ff. de furt. Denique coniunguntur in l. 7. C. de bonis maternis.

MODERATORES in Codice prouinciarum rectores vocantur, quos Græci ἁρμοστὰς vocant. Tribuit autem ſpecialiter hoc nomen Iuſtinianus præſidibus prouinciarum Helenoponti & Arabiæ Nouell. Conſtitution. 28. & 102.

MODICA coercitio, leuem caſtigationem ſignificat. l. vlt. ff. de offic. eius cui mand. l. 12. ff. de iuriſdictio. l. 8. §. ſi in locum. ff. de religio. Cuiuſmodi eſſe cenſeo fuſtium admonitionem: flagellorum certè atrox animaduerſio caſtigatioque habetur. l. 24. §. vlt. ff. de vſufru. l. 15. §. ſi communem. ff. de iniur. l. 11. ff. de offi. proconſul.

Modicum tempus in interdicto de itinere actuq; non minùs quàm 30. dierum accipitur. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itiner. actuq;.

Modica ſumma vſq; ad duos aureos intelligitur. l. 9. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de dolo.

MODIATIO in l. 16. C. de vſur. in l. 7. C. de rer. permut. l. vlt. de naufrag. l. vlt. de annon. ciuil. lib 11. C.

MODVS menſuram & ſpacium agri ſignificat tit. ſi menſor falſ. mod. dix. l. 40. ff. de contrah. empt. l. 4. §. vlt. de actio. empt. l. 64. ff. de euiction. & aliàs ſæpè. Propriè autem agri modum renunciare menſores dicuntur. l. 1. l. 3. l. 8. ff. ſi menſor falſ. mod. Hygen. lib. 2. de limitib. agr. Longitudinem autē quoties egeram, ego ita renunciabam, Iugera tot, vel verſus tot.

Modum quoq; olei & aquæ dicimus. l. 32. ff. de act. emp. l. 1. §. illud tamen. ff. de aqua quotid. Modus etiam legem præſcriptam vſui & qualitatem ſignificat, in l. 4. §. 1. ff. de ſeruit. vbi Modus adiici dicitur ſeruitutibus cùm definitur, quo genere vehiculi per quam partē fundi eatur, agatur, qua hora, quibus temporibus, qua parte aqua ducatur. l. 13. §. 1. de ſeruit. ruſtic. l. 11. ff. quemad. ſeruit. amitta. Et ita apud Iuſtinian. in §. finitur. Inſtitut. de vſufruct. non vtendo per modum, intellige non vtendo ſecundum modum legemq; dictam in conſtitutione vſusfructus.

Modus prætereà inſtitutionibus, legatis, donationibus adiici dicitur, cùm ſub ea cauſa quid datur relinquitúrve, vt aliquid fiat tit. de donatio. quæ ſub modo. C. l. 29. ff. de legat. lib. 1. Vbi à conditione ſeparatur, vt & in titul. de conditionibus & demonſtrationibus & modo. ff. Nam conditio per Si, modus per Vt, efferri, exprimi, & concipi ſolet. Modus obligationis alio ſenſu accipitur in l. 43. ff. de obligationibus & actionibus.

Modus legatis conſtitutus dicitur lege Falcidia: quæ ita cuique liberè legare permiſit, dum ne minus quarta parte hæreditatis apud hæredem remaneret. l. 1. in prin. §. interdum. & l. 81. in fin. ff. ad leg. Falcid. & l. 36. §. 1. ff. de ſtatu lib. l. 24. ff. de dolo. Atq; ita accipio quod

eſt à Tacito lib. 1. ſcriptum, Legata non vltra ciuilem modum reliquit. Non abſimiliter retentionis modum interpretandum exiſtimo in l. 16. C. fam. erciſc. Sic & modum vſurarum crebrò in libris noſtris legimus.

Modvli in l. 8. §. penult. de noui operis. & l. 30. §. 1. ff. de dam. infect. operis admetiendi cauſa inſtitutæ menſuræ, vt ex Vitruuio lib. 1. cap. 2. lib. 3. cap. 2. & lib. 4. cap. 3. patet. Aqua quoq; modulis erogabatur & diſtribuebatur. Frontin. lib. 1. de aquæ ductib. Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad vnciarum menſuram inſtituti ſunt.

Molæ Oliuariæ. l. 21. ff. de inſtruct. vel inſtrument. & apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. quas & trapeta à Latinis dici Seruius in lib. 2. Georgic. ſcribit. Cuius verbi fit mentio in l. 21. §. illud nobis. ff. loca.

Molæ aliæ manuariæ, quæ ab aliis auctoribus truſatiles, aliæ iumentariæ. l. 26. §. 1. ff. de inſtruct. vel inſtrum. aliæ aſinariæ, vt apud Cato. de re ruſt. cap. 11. Molæ autē pars inferior, meta, ſuperior catillus appellatur. l. 18. §. idem conſultus. ff. eod. tit.

Moles in mare vel in flumen proiectæ. l. 1. ff. de impenſ. in res dot. l. 52. §. ante domum. ff. de act. empt. Molem ſingulari numero dixit Vlpia. in l. 1. §. aduerſus. ff. ne quid in loco pub. Sueton. in Caligula. Et iactæ itaq; moles profundo atq; infeſto mari. Paterculus vol. poſter. de Lucullo. Quem ob iniectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus in terras mare, haud infacetè Pompeius Xerxem togatum vocare conſueuerat. Seneca lib. 5. Declamat. Maria proiectis molibus ſubmouentur. Idem lib. 14. Epiſt. Quid lapideas moles in rotūdum ac leue formatas, quibus porticus & capacia populorum tecta ſuſcipimus? Iaci autem dicuntur moles in mare, Acrone interprete in 3. Odar. Horat. quoties excluditur aqua. Pilarū quoque in mare iactatum fit mentio in l. 30. §. vltim. ff. de acqu. rer. do. & l. 3. ff. ne quid in loco pub. Sunt verò pilæ grandiora ſaxa aceruatim congeſta ad contignationem aliquam ſuſtinendam. Plinius lib. 6. Epiſtol. Saxis deinde pilæ adiiciuntur, quæ procedente tempore enatam inſulam imitentur. Dionyſius Halicar. lib. 3. Horatiam pilam χωναίαν σπιλάδα interpretatur. Sic pilæ lapideæ apud Vitruu. lib. 2. cap. 9.

Momenta pro horis & articulis temporum in l. 3. §. minorem. ff. de minoribus. l. 6. ff. de vſucap. l. 23. ff. de acqu. rer. do. l. 44. in prin. & §. 1. ff. de acqu. poſſ. l. penult. ff. de diuerſ. & temp. l. 134. ff. de verbor. ſignific. l. 3. in fin. ff. vt in poſſ. leg. l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 63. in fi. ff. ad leg. Falcid.

Momentum etiam Aniano & Iſidoro interpretibus celerem poſſeſſionis reformationem ſignificat, quæ vi deiecto reſtituitur. l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. & apud Caſſiod. lib. 4. variar. Epiſt. ad Antonium.

Vnde momentaria poſſeſſio. l. 1. C. ſi per vim vel al. mod. quæ deiecto ſtatim reddenda eſt. Et momentariæ poſſeſſionis interdictum pro Vnde vi interdicto. l. vlt. C. qui legit. perſon. ſtand. in iud. l. 8. C. vnde vi. l. 1. C. ſi per vim vel al. mo. l. 1. C. vbi de poſſeſſio. agi op. & l. vn. C. victum ciuil. in C. Thedoſ.

Moneta, vt Conſtantin. lib. 5. Epit. tit. 13. definit χαλεῖται τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον ἢ βυλλωτήριον μεθ' οὗ ὁ τῶν II. τύπος διαχαράττεται. Suidas Iunonem Monetam cultam à Roman. ſcribit quaſi σύμβουλον, quòd in bello aduerſus Pyrrhum, & Tarentinos de pecunia laborantes benigno reſponſo, ope, conſilioq; iuuiſſet. In cuius templo nummum cudi inſtitutum fuit.

Vnde Monetarij, qui, vt Iuriſconſultus loquitur, in moneta publica operantur. l. 6. §. 1. ff. ad leg. Iul. peculat. Sic in l. 2. C. quibus ex cauſ. ſer. pro præm. & in l. 1. & l. 7. & l. 13. de murilegul. lib. 11. C. l. 6. C. de dignitatibus lib. 11. & apud Firmicum lib. 8. cap. 17. Et Vopiſcum in Aureliano. Cui adde hæc Suidæ verba. μονιτάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται, οἳ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα φιλικίσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον· οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος ὑπερβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο.

ΜΟΝΟΜΕΡΗΣ condictio in l. 13. §. item Iulianus. ff. de iureiur. dicitur, quæ ex eo duntaxat latere conſiſtit quo quaſi cum furis hærede agitur in l. vlt. ff. ad Trebellian.

Μονομερῶς victus dicitur, qui cùm ſolus egiſſet, cauſa cecidit. Apud Rhetoras vt Chir. Fortunatia. lib. 1. ſcribit. Monomeres dicitur, cùm ex prima parte tantùm conſtat controuerſia, nec quicquam ex ſecunda adferri poteſt. Et Heſychius ἐρήμην δίκην μονομερῆ definit, quòd altera parte abſente iudiciū fiat. Conſtantin. etiam lib. 1. Epito. tit. 6. μονομερῶς δικάζονται τοὺς μάρτυρας, cùm ex vna tantum parte audiuntur.

Monitores appellabantur, qui opera ruſtica vrgebant, & operi inſtabant, ceſſatoreſque increpabant. l. 8. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Et apud Paulum lib. 3. Sentent. titul. 6. Et apud Columellam aliquoties. Monitores etiam in ſcena, auctore Feſto, dicebantur, qui actoribus ſuggerebant quæ dicturi eſſent, ſi eos memoria deficeret: Eodemque nomine appellabantur, qui dicentibus oratoribus eiuſdem ſubſidij cauſa præſto aderant, vt ex Cicero. in Diuinatio. patet. Plin. etiam in Panegyr. pro nomenculatore hoc nomen vſurpaſſe videtur.

Monvmentvm quemadmodū in l. 2. §.

præter.

prætor.& l.42.ff.de religioſ.traditur, generaliter eſt res memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum: Si verò nihil inferatur, erit monumentum memoriȩ cauſa factum, quod κενοτάφιον appellatur. Poteſt ergo monumentum purum eſſe, quod etiam probatur l.5.§. conceſſum.ff.de donat. int.vir.& l.6.in fi.ff.de religioſ. Vnde Cicero ad Atticum, Sed ego, ait, quæ monumenti ratio ſit nomine ipſo admoneor. Ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad prȩſentis temporis gratiam. Benè itaque Feſtus lib.11. Quamuis, ait, monumentum mortui cauſa factum ſit, nõ tamen ſignificat ibi ſepultum. Alibi alluſione quadã ſcriptum eſt, monumentum ſepulchri id eſſe, quod munumenti, id eſt cauſa muniendi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. l.37.ff.de religioſ.

MORA ceſſatio eſt & fruſtratio, & improba dilatio, vt ex l.3.in fin.ff.de vſur.& l.17.l.21.ff.de vſuris liquet. Mora autem dupliciter fit, ex re, & ex perſona. Ex re mora fit, cùm abſq; denunciatione interpellationéve vlla ex ſolo temporis curſu quis moram facere intelligitur: quæ & mora in rem appellatur. l.5.ff. de minoribus. l.26.§. apparet.ff. de fideicomm. lib.l.3.§.1.ff. de adim.leg.l.23.l.38.ff. de vſur. Ex perſona verò fit mora, quoties opportuno loco & tempore debitor interpellatus non dat, non ſoluit. l.32.ff. de vſur. Vnde Paul.lib.3.Sentent. titul. vltimo. Moram fieri videri definit cùm poſtulanti non datur. Itaque vbi nulla petitio eſt, ibi mora committi non intelligitur. l.89. ff. de diuerſ. reg.iur. Quod ſic meo quidem iudicio accipiendum eſt, vt à quo exceptione aliqua pecunia peti non poteſt, is moram facere non videatur, vt Paul. tradit in l.40. in fin. ff. ſi cert. pet. quanquam aliter quidam illam regulam interpretantur. Moram planè feciſſe videtur, qui litigare maluit, quàm reſtituere. l.82. in fin.ff.de verbor. obligat. niſi ſi ſine dolo malo fruſtratio- neque ad iudicium prouocauit. l.64.ff. de diuerſ. reg.

Moram purgare pro emendare & eluere Iureconſulti dicunt. l.8.& l.14.ff.de nouationibus. l.73. & l.91.§. ſequitur.ff.de verbor.obligation.

Moratoria præſcriptio interprete Aniano in lib.1.C.Theod.titul.2.eſt, quæ cauſam prolongat, hoc eſt, quando induciæ à litigatore petuntur à iudice. Sic in l.2.C. de precibus Imp.offer.

Mora litis. l.26.C.de rei vendic.l.15.ff.vt legat.nom.

MORBVS eſt habitus cuiuſque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id facit deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit. l.1.§. ſed ſciendum. D. de ædilit. ed. Inter morbum porrò & vitium differentia quædam ponitur in l.101.§. verum.ff. de verbor. ſignificat. Et apud Gell.lib.4.cap.2. Quanquam Ædiles morbum & vitium bis κατὰ τοῦ αὐτοῦ dixiſſe alij ſentiant. Furor planè morbus dicitur. l.14.ff.de offic.præſ.l.22.§. ſi maritus.ff. ſol. matr.l.2.§. ſi non propter.ff. ſi quis cautio.

Morbus Sonticus, qui in legibus Salicis Sunnis, vt in Tilij Codice rectiùs quàm in Germanico recens impreſſo legitur, appellatur, qui cuiq; rei gerendæ impedimento eſt. l.113.ff.de verb.ſignif.l.46.ff. de iudic. l.4.§. penult. l.vlt.ff.de ædilit.ed.l.60.ff.de re iudic. Et apud Plinium lib.36.cap.19.& Gell. lib.16.cap.4.& lib.20.cap.1.& Feſtum lib.16. Verbum autem eſt 12.tabul. ab eo dictum, quod noceat. Sontes enim veteres nocentes dicebant. Vnde Sonticus, qui perpetuò noceret, Morbus appellatus eſt. Et idem Feſtus lib.9.ſcribit. Morboſi qui ſint exiſtimandi, tractatur in tit. de ædilic.ed.

MORES Vlpian.in Inſtitut.definit tacitum conſenſum populi longa conſuetudine inueteratum. Seruius in 7.Æneid. Varronem tradere ſcribit, morem eſſe communem conſenſum omnium ſimul habitantium, qui inueteratus conſuetudinem facit. Plerunq; autem, vt Quintilian.lib.5.cap.10.ſcribit, in iure non legibus, ſed moribus conſtant. Exinde ius quoddam moribus conſtitutũ dicitur.§.ex non ſcripto.Inſtit.de iur.natur. l.31.& leg.32.ff.de legibus. verbi gratia patriæ poteſtatis, item poſtliminij iura moribus recepta dicuntur. l.8.ff. de his qui ſunt ſui vel al.l.19.ff.de captiu. Moribus etiam pupillaris ſubſtitutio introducta eſt. l.2.ff.de vulg.& pup.

Moribus inter virum & vxorem donationes prohibitæ. l.1.ff.de donat. inter vir. Morib. prodigo bonorum adminiſtratione interdicitur. l.1.ff.de cur.fur. Moribus quoq; tutor datur mulieri pupillóve, qui aduerſus tutores ſuos aliquam actionem habent. Vlpian. in Inſtitut. tit.11. Morib. ciuilia officia fœminis adempta. l.1.ff. ad Velleian.l.12.ad fi.ff. de iudic. Sunt & alia multa ex moribus. l.8.ff.de acq.hȩred.l.12.§.item hi.ff.de iudic.l.2.ff.de iuriſdictio.l.34.§. omnium.ff.de cõtrah.empt.l.penult.ff. ad leg. Pomp.l.1.§.qui mandatam.ff.de offic.eius cui mand.l.11.§.1.ff. de his qui not. infa. l.35.ff. de religioſ.l.26.§.hæc clauſula.ff. ex quibus cauſis maio.l.penult.in fi.ff.de iuſtit.& iur.l.25.ff. ad municipal.l.8.l.38.in fin.ff.de nupt.l.42.ff. de verb. ſignificat.

Atq; adeò multa quæ initio moribus introducta fuerant, poſtea in leges tranſierunt, vt aliquando exemplis planum faciam.

Bonos mores cùm dicimus, non vnius ho-

minis,ſed totius ciuitatis intelligimus.l.15.§.item ait aduerſus.ff.de iniur. Ita aduerſus bonos mores factam iniuriam accipimus. d.§. itẽ aduerſus.& apud Paul.lib.5.Sentent. tit.4.l.1.§.1.ff. de extraord. crim. Et conditionem ſcripturamq; contra bonos mores in l.9.& l.14.ff. de conditio.Inſtit.l.112.§.pen.ff. de leg. lib.1.& ſtipulationem ex bonis moribus conceptam. l.121.§.1.ff.de verb.obligat. Et ſtipulationem contra bonos mores interpoſitã. l.5.C.de condict. ob turp. cauſam. Et pacta contra bonos mores.l.6.C.de pact.qualia ſunt,quę de viuentis ſucceſſione fiunt.l.vlt.C.de pact.l.30.§.vlt. ff.de donatio.Item ea, quibus euentus litis redimitur.l.7.ff.mand.l.15.C.de procuratoribus. Vnde malo more dicitur verſatus, qui de litis ſocietate pactus eſt.l.1.§. litis cauſa.ff.de var.& extraord.Sed nec ea ſecundum bonos mores interpoſita ſtipulatio videtur, qua vinculo pœnæ matrimonij libertas obſtringitur.l.134.ff. de verb. oblig.

Ex bonis moribus eſt maritorum & patronorum reuerentia.l.15.§.1.ff.ſol.matr.l.1.C. de in ius voc. Vis & metus bonis moribus aduerſantur.l.117.ff.de diuerſ.reg.

Malo & improbato more, ſignificat aſtutè, callidè,malitioſè,dolo malo, improbè,inciuiliter. l.19.§.1.ff.de negot.geſt.l.8.ff.quod met. cauſ.l.1.§. litis cauſa.ff. de extraord. cognit.l.1.in fin.ff. de acti. empt.Et,vt aliàs dicitur, mala ratione.l.40.ff.de ſtatu lib.l.3.C. de re iudic. Et apud Cornific. lib.4.ad Heren.& Vincentium Lirinenſem in libro aduerſ.propha. nouatio.

Morum nomine,vel ob mores,retentio fieri olim dicebatur, cùm propter malos & improbatos vxoris ſuæ mores qui diſcidij cauſam præſtitiſſent, maritus ex dote quid retinebat.l.vn.§.taceat. ff. de rei vx. actio. Vlpian. in Inſtitut.tit.6.

Hinc actio de moribus inter coniuges.l.vn. C.quando crimin. act.l.vn. victum ciuilit. criminalit.ag.in C.Theod.& l.vlt.de inceſt.nupt. eo.Meminit l.5.ff.de pact.dotalib.

Mors propriè eſt σώματος καὶ ψυχῆς διάλυσις,vt Gell.lib.2.cap.8.tradit, id eſt,vt Cic.1. Tuſcul. exponit, diſceſſus animæ à corpore. Eaq; vera & naturalis mors eſt. Cuius exemplo & alia à Conſultis fingitur, quæ ſalua vita ciuitatem libertatemq; adimit. Interire enim homines maxima & media capitis diminutione,vt & morte,dicuntur.l.64.§.vlt. ff. pro ſoc. Itaq; deportatos & aqua & igni interdictos, & omnes quorum bona publicantur, mortuorum loco habemus.l.1.§.vlt.ff.de contr.tabul. l.4.ff.de bon. liber.l.65.§. publicatione. ff. pro ſoc.l.29.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber.& poſt. Seruitus quoq; mortalitati comparatur.l.209. ff.de diuerſ.reg.

Mortis tamẽ appellatio in dubio ſolam naturalem continet.l.121.§. penult. ff. de verbor. obligat.l.77.§. hæreditatem.ff. de leg. lib.2.l.48.§.vlt.ff.de iure fiſc. verba hæc, *Cum moritur*,extremum vitæ tempus amplectuntur, vt & Gellius & noſtri conſulti in l.vlt.ff. quando dies leg. ced. & l.1.§. ſi ab ipſo. ff. de collatio. ſcribunt.

Mortis cauſa donatio eſt,cùm quis ita mortis imminentiſve periculi cogitatione ita donat,vt habere ſe velit, quàm eum, cui donat: magiſq; eum, cui donat, quàm hæredem ſuũ. l.1.cum ſeq.ll.ff.de mor.cau.don. Mortis cauſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, vt Feſtus lib.11.& Antiſti. Labeo tradit, quæ ita fit, vt morte promiſſoris confirmetur, vt in l.34.ff.de don. cau.mort.aut,vt quidam dixerunt,cui ſtipulationi mors fuit cauſa.

Mortis cauſa capitur,cùm propter mortem alicuius capiendi occaſio obuenit, exceptis iis capiendi figuris, quæ proprio nomine appellantur.l.31.ff.de mort. cau.don.l.1.§.item ſi ita legatum.l.15.ff.ad leg. Falcid.veluti quod conditionis implendæ cauſa datur.l.55.ff.de condit. & dem. vide l.12.l.18.& 36.ff. de mort. cau.donat.

Mortalitatem Iureconſulti pro morte & naturali fato dicunt.l.vlt.ff.de vi & vi arm.l.vlt. ff.ad leg.Iul.maieſt.l.22.in fin.princ.ff.ad Trebellian.l.15.ff.quando dies legator.l.6.§.ſicut. ff.de offic.præſid.l.40.ff.de petit. hæred.l.2.ff. de pact.dot.

Mucor in l.4.§.penult.ff.de peric.& commod.lanuginem ſignificat,quę ex nimia vetuſtate vino accedit,aut quo alio vitio contrahitur.Columella lib.12.& 43.ne ſitu penora mucorem contrahant.

Mulieres omnes dicuntur,quęcunque ſexus fœminini ſunt.l.25.§.muliebri.ff. de auro,arg.Qua de re longa oratione Tertullia. diſputat in lib.de virginib. veland.Itaq; mulieris appellatione virgo viripotens continetur. l.13.ff.de verb.ſignif.Mulieribus quoq; legatis etiam virgines debentur.l.81.ff.de leg.lib.3.Vſus tamen, quemadmodum etiam Seruius in 2.Æneid. ſcribit, obtinuit, vti innuptas, virgines, nuptas,mulieres vocemus.

Mulorum appellatione etiam mulæ cõtinentur.l.62.ff.de leg.lib.3. Mulæ carrucharię.l.38.§.quæſitum.de ædilit.ed.Mulio in l.8. ff.ad leg. Aquil.l.60.§.ſeruum.ff.loca.l.60.& l.99.§.muliones.ff.de leg.lib.3.

Mulomedicus apud Firmicũ lib.8.Matheſ. cap.14.Quomodo etiam in l.1.C.de excuſ. artific.lib.10.C.legendum non librorum modo ſcriptorum,ſed & Accurſianæ interpertationis auctoritate conſtat.

Multa,eſt ſpecialis peccati coercitio,cuius animaduerſio pecuniaria eſt, ex arbitrioq; eius

eius venit, qui dicit.l.131.ff. de verbor.ſignif. Quot locis in iure inueniatur hoc verbum, inutile eſſet referre: Illud non prætermittam quibuſdam videri multam imminuto & conciſo vocabulo dici, deeſſeque pœnam: propterea quòd Cicero vtrumque coniunxerit in lib.3. de legibus. Feſtus tamen Oſcum id verbum eſſe tradit, Varro autem libro 4. de lingua Lat. Multam pecuniam eſſe ait, quæ à magiſtratu indicta, vt exigi poſſit ob peccatum, & quòd ſingulæ dicerentur, appellatas, Multas: quod ruſtici olim vnum dicerent Multa.

Mvlsvm ex melle & vino fit. l.5.§.1.ff. de rer.vend.l.7.§.cùm ex alieno.ff. de acq.rer.do. l.9.& l.vlt.§.vlt.ff. de trit. vino §.ecce.Inſtit. de rer.diuiſio. A Græcis οἰνόμελι appellatur & μελίκρατον vt Pollux lib.6.tradit.

Mvndvs muliebris eſt, quo mulier mundior fit. l.3.& l.14.& 27.§.mundus.ff. de auro, arg. l.100.§.vxori. ff. de leg. lib.3.l.39.ff. de vſufruct. leg. Continentur autem eo ſpecula, matulæ, vnguenta, vaſa vnguentaria, argentum balneare, non etiam ornamenta, veſtes, monilia, anuli. d.§. mundus. & l.34.§. Titia. ff. de auro, argent. Mundum id neutro genere dixit Lucilius Satyra 16. vt eſt apud Gell. lib.4.cap.1.

Mundum in quod contractus ex ſcheda redigitur. l.16.C. de fide inſtr. χάρτην καθαρὸν Iuſtinianus vocat Nouell.44.

Mvnicipes primùm appellati ſunt hi, qui ſine ſuffragij iure munerum honorariorũ cum populo Rom. participes fiebant, vt & Gellius lib.16.cap.13.& Feſtus lib.11. tradunt. Poſtea abuſiuè ſuæ cuiuſq; ciuitatis ciues municipes dicti ſunt. l.1.ff. ad municipal. ab eo quòd munera ciuilia capiant.l.18.ff. de verbor. ſignific. Quinetiam qui in eodem municipio nati ſunt, municipes intelliguntur. l.228.ff. de verbor. ſignific. Hinc municipales magiſtratus. l.12.ff. de iuriſdictio. l. penult. ff. de ſeruis fugit. l.12.§. vlt. ff. de religioſ. l.3.§. ſimiliter.ff. quod vi aut clam.l.29.§.magiſtratus.ff. ad l. Aquil. Quos aliàs Duumuiros appellari notauimus.

Hinc & municipalis lex propria municipij cuiuſque lex.l.3.§.planè.ff. quod vi aut clam.l. 3.§.diuus.ff. de ſepulchr.viol. & aliis ſuprà notatis locis.

Mvnire ripam, Rubr. de ripa munien.& l.1.C. de alluuio. l.1.§. ripa autem.ff. de fluminibus. Aggen. Vrbic. in lib. de limitibus agror. Quæ res, ait, neceſſitatem ripæ muniendæ iniungit: ita tamen, vt ſine alterius damno quicquam fiat. Sic & aggerem munire. l.1.§. vlt.ff. de aqu. & aqu. pl.

Munire viam.l.31.ff. de dam.infect. Et munitio viarum.l.12.ff. de munerib.& honoribus.

Mvnvs à dono ſeparatur. l.6.circa.fi.ff. de offic. proconſ. l.18.ff. de offic. præſid. l.37.& l. 47.ff. de oper.libert. l.44.§. licet. l.vlt.§.1.ff. de liber.cauſ. l.6.in fi ff. ad leg.Iul.repet.l.53.ff. de verb. ſignif. Inter donum verò & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam donum genus eſt: munus verò donũ eſt cum cauſa, vt puta natalicium, nuptiale. l.194.ff. de verb.ſignif. l.31.§.ſi vir vxori munus. ff. de donatio.int.vir. Altero modo munus onus dicitur, quod cùm remittitur, vacationem militiæ munerisq; præſtat. Vnde immunitas appellatur. l.18.ff. de verb. ſignific. Tertio modo officium: vnde munera militaria & quoſdam milites munificos vocamus qui munera Reip. faciunt, vt & in d.l.18.& à Feſto lib.11. traditur. Iul. Firmic. lib.2. Mathe.cap.5. Quidam verò volentes hunc locum ſubtilius explicare, terna munera ſingulis decanis applicarũt, quos munifices appellandos eſſe voluerũt, hoc eſt, ſynergos. Veget. lib.2. cap.19. Faſcicularia tamen id eſt, lignum, fœnum, aquam, ſtramen etiam legitimi milites in caſtra portabant. Munifices enim ab eo appellantur, quòd hæc munia faciant. Quibus contrarij erant Beneficiarij, qui muneris officio vacabant, vt idem Feſtus lib. 3. ſcribit. Hinc & Munificium vel munificum quod muneribus obnoxium eſt. l.4.§.1.ff. de publican. l.31. de anno. & tribut. in Cod. Theodoſ. l.9.& l.11. de indulgent. debit. in eod. C. Munus itaque eſt, quod neceſſariò ſubimus lege, more, imperióve eius, qui iubendi habet poteſtatem. l.214.ff. de verbor.ſignific. Quod ab honore eo diſtat, quod honor appelletur adminiſtratio Reipubl. cum dignitate: Munus verò quod cum ſumptu ſine titulo dignitatis in Republic. ſubimus. l.14.ff. de muneribus & honor. Ita munera & honores diuerſa ſemper noſtri auctores faciunt. l.2.§. vltim. l. 7.ff. de decurionibus. l.3.§. ſi in metallum.ff. de muneribus & hono. l.2.ff. de priuileg.veter. l.5.C. qui bon. ced. poſſ. l.2.ff. de his qui non implet.ſtip.

Munera autem alia priuata ſunt, alia publica. Priuata ſunt, quæ cuiuſque officio priuatim incumbunt. Publicum verò munus eſſe definitur officium priuati hominis, ex quo commodum ad vniuerſos ſinguloſque ciues remque eorum imperio magiſtratus extraordinario peruenit. l.239.§. minus. ff. de verbor. ſignific. Publica verò munera eadem & ciuilia & municipalia appellantur. l.vltim. §. hæc autem.ff. de muneribus & hon. l.2.ff. de diuerſ. reg. iur. l.1.C. quod cum eo. l.2.§. ſi quis municipalis.ff. ſi quis cautio. l.21.§. idem reſpondi conſtante.ff. ad municip. l.3.§. his qui.ff. de munerib.& honor.

Dicuntur & onera ciuilia in l.6.ff. de cur. fur. l.9.C. quando prouoc. non eſt nec.

Munerum autem publicorum alia perſonalia ſunt, alia patrimonialia. Perſonalia ſunt, quæ cum corporis labore & animi ſolicitudine ac vigilantia principaliter ſine detrimento gerentis pertractantur. l. vlt. ff. de muneribus & honor. veluti defenſio ciuitatis, legatio ad cenſus accipiendos, patrimonij deſcriptio, exactio pecuniæ pro capitibus, curatio operum, camelaſia, ſitonia, eleemporia, angariȩ productio tironum, rerum tranſuectio, cura cuſtodiendȩ aquæductus, cura venalium inſpiciendorũ, & alia id genus. l. 1. l. 3. §. cura. l. 6 §. ſciendum. l. vlt. ff. de muneribus. In hoc numero & tutela & cura ponitur, quæ munera eſſe ciuilia & publica dicuntur in §. 1. Inſtitut. de excuſ. tutor. & d. l. 1. C. quod cum eo, quanquam qui immunitatem ciuilium publicorúmve munerum habent, à tutela non excuſantur. l. 15. §. qui accepit. ff. de excuſ. tutor. niſi nominatim hoc priuilegium eis indultum ſit. l. 6. §. grammatici. l. 189. §. non omnia. ff. de excuſ. tut. Hęc porrò perſonalia munera etiam corporalia vocantur. l. 3. §. corporalia. ff. de muneribus & honor. l. 8. de muneribus patrimon. lib. 10. C. Quorum nonnulla ſunt, quæ ſordida vocantur. l. 8. §. Philoſophos. ff. de vacat. muner. l. 2. C. de epiſc. & cler. l. 13. & l. 14. & l. 15. & l. vlt. de excuſ. mun. lib. 10. C. l. 4. C. de dignitatibus lib. 11. l. 1. de ſuariis. lib. 11. C. l. 1. C. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. l. 2. C. de præpoſit. ſac. cubic. lib. 12. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. l. 15. & l. 18. de ſordid. muneribus. lib. 11. C. Theod. ex quibus didici inter ſordida munera habita conficiendi pollinis curam, panis excoctionem, paraueredorum, parangariarum, carbonis, materiæ, item ligni, & tabulatorum præbitionem: piſtrini quoque & excoquendæ calcis obſequia, temonariam q; functionem in ſordidis muneribus habita.

Exactio vtique tributorum, inſtructioque pontium ac viarum inter ſordida munera non habebatur. l. 17. §. exigendi. ff. ad municip. l. 7. C. de ſacr. eccl. l. 4. C. de priuileg. dom. Auguſtæ. lib. 11.

Patrimoniorum verò munera ſunt, in quibus maximè ſumptus poſtulatur: cuiuſmodi ſunt, quæ patrimoniis indicuntur intributiones, veluti rei vehicularis, vel nauicularis munus, exſolutio tributorum, hoſpitum receptio, viarum munitiones, & prædiorum collationes, decaprotiæ & protoſtaſiæ munus, & alia omnia patrimoniorum poſſeſſionumq; onera. l. 1. l. 3. §. exactionem. §. decaprotos. & §. munus. l. 14. §. viarum. l. vlt. C. de munerib. & honor. l. 3. ff. ad municip. l. penult. & vlt. ff. de priuil. veter. l. 2. & l. 8. C. de muneribus patrimon. lib. 10. Addit Arcadius Chariſius tertium genus munerum, quæ mixta vocat, quæ partim labore corporis & ſolicitudine animi, partim ſumptu obeuntur, veluti exactio annonarum. Nam pro deſertis prædiis exactores fiſco ſatisfacere coguntur, & ſic ſumptu præter miniſterium corporis grauantur. l. vlt. §. vlt. de muneribus & honor.

Munerum etiam alia ordinaria ſunt, quę lege veluti ſenatuſconſulto cõſtitutionéve principis iniunguntur. Alia extraordinaria, quæ extra ordinem indicuntur. l. 1. de vacat. publ. mun. lib. 10. C. l. 2. & l. 31. §. penult. C. de epiſc. & cleric.

Munera etiam ludos gladiatorios veteres vocabant. Cuius ſignificationis exempla ſunt in l. 122. ff. de leg. lib. 1. l. 1. §. vlt. de legat. lib. 2. l. 36. ff. de condition. & demonſtr. l. 1. ad l. Fab. de plag. in C. Theod. Ac propriè funebres ludi ab officio, vt Tertullian. in lib. de ſpectacul. auctor eſt, ita appellabãtur, quoniam officium mortuis ſe talibus ſpectaculis facere veteres arbitrabantur.

Munera etiam hȩreditaria pro oneribus dicimus. l. 33. in fi. ff. de leg. lib. 2. l. 2. ff. ad ſenatuſc. Trebellian. vt munus collationis in l. 54. ff. ad Trebellia. Munus Falcidiæ, in l. 77. ff. §. ſi pars. ff. de leg. lib. 2.

Mvrrhina in l. 3. ff. de ſupell. leg. l. 21. §. penult. ff. de auro, arg. & apud Senecam lib. 7. de Benefic. cap. 9. & Capitol. in M. Anton. Philoſ. Et in Ælio Vero, & Lamprid. in Heliogabalo. Murrhea vaſa in l. 11. ff. de ſupel. leg. quæ magno in precio habita, & ex gemma ſolis calore denſata confici ſolita, variaſque ſpecies reddidiſſe Plin. lib. 37. cap. 2. tradit.

Mura in l. 25. ff. de auro, arg.

Mvrex l. 3. C. de veſtibus holobar. lib. 11. & in l. 1. C. de apparitorib. præfec. vrb. lib. 12. & in l. 9. de murilegul. in C. Theod. Conchæ genus cuius cruore infici ac tingi veſtes ſolebãt, vt Plin. lib. 9. cap. 25. vberrimè docet. Poetæ Phocacium, Getulum, Afrum, Sidoniũ & Tyrium muricem memorant. Inde Murileguli, qui muricibus legendis occupabantur. Rubr. de murilegul. lib. 11. C.

Mvria in l. 3. ff. de penu leg. Ita propriè appellatam aquam ſale commixtam Iſid. lib. 20. cap. 3. ſcribit. Sed & ſolutorum à ſalſamẽto piſciculorum humor Muria eodem auctore dicitur. Auſonius epiſt. 7. ad Paulin. Veritus diſplicuiſſe oleum quod miſeras munus iteraſti, addito etiam Barcinonenſis muriæ condimento cumulatius præſtitiſti. Scis autem me id nomen muriæ quod in vſu vulgi eſt, nec ſolere nec poſſe dicere: cùm ſcientiſſimi veterum & Græca vocabula faſtidientes Latinum in Gari appellatione non habeant. Sed quocunque nomine loquar, liquor iſte ſociorum vocatur.

Mvsivarii in l. 1. C. de excuſationib. artific. quemadmodum illic legendum eſſe docet l. 2.

cet.l.2.eod.tit. in C.Theod. à muſiuo opere, cuius meminit Spartia. in Peſcennino Nigro. Hunc, ait, in Commodianis hortis in porticu curua, pictum de muſiuo inter Commodi amiciſſimos videmus. Gregor. Turonẽſis lib. 5. Hiſtoriar.cap.45. Eccleſiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, muſiuo depinxit. Sic enim illic emendandum eſt, quemadmodum rectè apud Aimoinum lib. 3.de geſt.Francor.cap.42.ſcribitur.

MVCIANÆ cautioni locus eſt, cùm ſub his conditionibus, quæ in non faciendo conceptæ morte demum legatariorum finiuntur, & quæ niſi fine vitæ expleri non poſſunt, legatum relictum eſt: veluti ita, Si in Capitolium non aſcenderit, & ſimilibus. Tunc enim ne mora legati præſtationi fiat non faciendi eius cauſa quod teſtator fieri vetuit, cautionem ininterponi. Q. Mucius Scæuola inſtituit, quæ ab auctore nomen accepit, vt Iuſtinia.in Nou. Conſtit.22.tradit l.7.& l.72.in prin.& §.1.& l. 73.& l.77.§.1.& l.79.§. qui poſt. cum ſeq.& l. 91.§.penult.ff. de condition. & demonſt.l.76. §.qui Mucianam.ff.de legat.lib.2.l.vltim.ff.de man.teſt.l.2.C.de indicta viduit.toll. vbi verò talis conditio eſt, quæ etſi in non faciẽdo concepta ſit, viuo tamen legatario exiſtere poteſt, velut Muciana cautio præſtatur.l.71. ff.de cõditio.& dem. Appellatur & Muciana ſatiſdatio.in l.106.eod.tit.

MVTITARE in vetuſto Senatus decreto quod à Gellio libr. 2. cap. 24. refertur, mutua inter ſe cõuiuia agitare ſignificabat. Quo verbo idem auctor vſus eſt lib.8.cap. 2.

MVTVVM damus recepturi non eandem rem quam dedimus, ſed aliud tantundem, id eſt, eiuſdem ponderis, quantitatis, qualitatis, numeri cum eo quod dedimus. Appellatum eſt autem mutuum quod de meo tuum fiat.l. 2.in prin.& §.appellata.ff.ſi cert. pet. Gaius lib. 2.Inſtitut.tit.9. Vnde Boëti. in Topic. Cicero. Quod mutuum datur, ait, ex meo fit accipientis, atque ideò non cogitur eandem ipſam pecuniam debitor reſtituere creditori, ſed aliam tantam. Quintilianus Mutuationem dicit lib. 7.cap. definitio.

Mutuæ petitiones.l.38.ff. manda.l.1. §. vlt. ff.de extraor. cognit.l. 6. C. de compenſatio.l. 1.C.rer.amotar. Tertullia.lib.2. aduerſus Marcio. Repoſcunt Ægyptii de Hebræis vaſa aurea & argentea, contrà Hebræi mutuas inſtituunt petitiones. Sic & Mutuæ actiones apud Quintil. Declamat.354.

MYOPS in l.10.§. de myope.ff. de ædil. ed. De huius verbi ſignificatione, quæ ex medicorum libris didici, ea hic proferam, prætermiſſis à Budæo adductis locis. Paul. Ægineta lib.3. μυωπάζειν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. αἴτιος δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη διάθεσις ἀπὸ ἀσθενείας γινομένη τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μύωψι, τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες, τὰ πόῤῥω βλέπουσι. Aëtius lib. 7. μύωπες λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν σμικρὰ καὶ συνεγγὺς βλέποντες. τὰ δὲ μεγάλα καὶ πόῤῥω βλέπειν μὴ δυνάμενοι, τά τε γεγραμμένα ἀναγινώσκοντες συνεγγίζουσι τοὺς ὀφθαλμούς. Oribaſius quoque lib. 8. μύωπας vocari ſcribit eos, qui ita nati ſunt, vt quæ propè ſunt, videant: quæ procul, nõ item: μύωπα verò à Locrenſibus ἄγχεραι vocatum Heſychius auctor eſt.

MYSIAM prouinciã diuiſam & ſub duob. præſidibus conſtitutam ſignificat. Macer in l. 3.ff.de off.adſeſſ. Myſia itaque duplex fuit, Inferior & Superior: Illius meminit l.9.ff. de captiu. Fit & mentio Myſiæ mediterraneæ ſeu Dardaniæ in l.4.de metallar.lib.10. C. & Myſiæ primæ, in l.vlt.C.de diuerſ.offic. lib. 12. In Myſia porrò incenſores vitium grauiſſimè plecti traditur in l.19.in fin.ff.de pœn.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DVODECIMVS.

HÆC vox NAM non tantùm αἰτιολογικὴ eſt, ſed & plerunq; inceptiua: & idẽ valet quod Planè vt Donat. in Hecyr. Terent. act. 2. ſcen. 2. notat, Plautiq; teſtimonio comprobat. Sic in l. 1. §. vlt. ff. de re. diuiſio. l. 85. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. l. 10. C. ſi cert. pet. Sic & apud Valer. lib. 8. cap. 3. & alibi ſæpè.

NARDISTACHYS in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. Iſidorus lib. 17. c. 9. Nardum, ait, herba eſt ſpicoſa. Vnde & Græcis nardiſtachys appellata eſt. Naſcitur in monte, qui vno latere Indiam, altero Syriam ſpectat. Vnde & duo genera eius ſtatui ibidem tradit.

NATALIBVS reddi reſtituiq; liberti dicebantur, qui ad ingenuitatis ſtatum à principe reſtituebantur, perinde atque ſi nunquam maculam ſeruitutis ſuſtinuiſſent. l. 10. §. ſed & ſi ius. ff. de in ius voc. l. 3. ff. de bon. lib. l. 4. ff. de iure aur. anul. l. 3. & l. vlt. ff. de natalib. reſti. Vis autem huius verbi illa erat, quòd illis natalib. reſtituebantur, in quibus omnes homines initiò fuerant. l. 2. ff. de natalib. reſtit. Hoc ius Iuſtinian. τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον vocat Nou. Conſtit. 78.

NATI liberi non vidẽtur, qui mortui editi ſunt. l. 124. ff. de verb. ſignif. Natum planè accipimus etiam eum, qui exſecto ventre editus ſit: etſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen natum dicimus. l. 12. ff. de lib. & poſt. Natus tamen ab eo, qui poſt mortem matris exſecto ventre eius extractus eſt, ſeparatur in l. 13. § ex omnib. ff. de publicia. & l. 6. in fin. princ. ff. de inoffi. teſta. Quod ſi propriam verborum ſignificationem ſpectes, verum eſt. Ratio certè facit, vt de nato & eo qui exciſo vtero aditus ſit, idem cenſeri debeat.

NATVRAM Auguſtin. in lib. 2. de morib. Manichæor. nihil aliud eſſe ait, quàm id, quo in vno quoq; genere intelligitur aliquid eſſe. Vnde Natura vim, conditionem, qualitatem cuiq; rei inditam, innatam, attributamq́; ſignificat. Sic Naturam agrorum in l. 1. § fi. l. 2. §. Labeo. ff. de aqu. & aq. plu. Natura item ſua rem interiiſſe Gaius dicit, quæ fato ſuo functa ſit. l. 14. §. vlt. ff. depoſ. vt & ſua natura corrupta vina in l. 15. ff. de peric. & commo. Acceptilatio non ſua natura agit in l. 5. ff. de reſcind. vendit. id eſt, non propria vi & poteſtate. Rerum deniq; natura illa eſt, qua res quæque cõſiſtunt. l. 38. ff. ſi cert. pet. l. 15. ff. de ſtatu hom. l. 28. §. vlt. ff. de iudic. Hæc natura communis eſſe dicitur. l. 12. §. pen. ff. de accuſat. quoniam in omnes ex æquo vim ſuam diffundit & liberum à ſeruo non diſtinguit. Itaq; affectus illi & ſtimuli naturales hominib. cum brutis communes iuri naturæ tribuuntur. l. 1. ff. de iuſt. & iur. Inſtitutio. de iu. nat. gent. Ius tamẽ naturæ pro naturali ratione & iure gentium plerunq; accipitur. l. 1. ff. de ac. rer. do. l. 3. & 4. ff. de rer. diuiſio. §. ſingulorũ. Inſtit. eo. l. 50. ff. ad l. Aquil. Eademq́; valent in libris noſtris hæc, Natura, Naturaliter, Naturali iure, Naturali ratione, & Iuregentium. Nec immeritò. Nam, vt præclarè Cicero pronunciat, omni in re conſenſus gentium lex quædam naturæ putanda eſt. Et quod ius gẽtium eſt, hoc idem & naturæ eſſe. Idẽ Tullius 3. Officior. ſcribit, propterea quòd quæ ex communi ratione notioneq́; animis hominum indita proficiſcũtur, ea ad ius gentium pertineant. Quamobrem eum natura debere definimus, quem iuregentium dare oportet, cuius fidem ſecuti ſumus. l. 85. in fi. ff. de diuerſ. reg. iur.

Natura ſui apertæ dicuntur tabulæ in l. 10. §. 1. ff. quemad. teſt. aper. id eſt, *de ſoymeſmes*. Sic Natura ſua res intercidere in l. 14. §. 1. ff. de poſ. id eſt, naturali morte.

Porrò verbum Naturaliter interdum naturali ratione ſignificat, vt in l. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. l. 16. §. pen. ff. de minorib. l. [illegible]. §. vlt. ff. loca. Interdum verò per rerum naturam,

ram, vt in l. 7. ff. de diuerſ. reg. iur. Interdum ex naturali cauſa & à natura ipſa non manu facto opere. l. 20. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. l. 1. §. 1. & §. idem aiunt. ff. de aq. & aq. plu. Poſtremò Naturaliter ſignificat corporaliter, &, vt ita dicam, realiter, vt in l. 53. ff. de acq. rer. do. quod naturaliter acquiritur, id eſt, facto ipſo, realiq; & corporali adprehenſione. & in l. 49. ff. de ſolutio. Solutam pecuniam intelligimus vtique naturaliter, ſi numerata ſit creditori. Ita dicimus naturaliter tenere, poſſidere, adprehendere, id eſt, corpore & actu. l. 35. ff. famil. erciſ. l. 3. §. vlt. ff. ad exhib. l. 2. §. quod vulgò. ff. pro hærede. l. 7. §. neq; colonus. ff. comm. diuid. l. 1. l. 12. l. 23. ff. de acq. poſſ. l. vlt. §. vlt. ff. de precar. l. 4. §. tunc in poteſtatem. ff. de vſucapio. Qui enim poſſeſſioni incumbit, atq; inſiſtit, eamq; corpore contingit, is naturaliter tenere poſſidereq; dicitur. Ita naturalem poſſeſſionem accipimus. l. 38. §. ſi poſſeſſionem. ff. de vſur. l. 1. §. dicitur. ff. de vi & vi arm. Corporalem & facti poſſeſſionem Iureconſulti appellant. l. 1. §. per ſeruum. l. 23. §. 1. l. 24. l. 25. §. vlt. l. 29. l. 51. ff. de acq. poſſ. l. 40. §. vlt. ff. de pignor. act. Nec verò aliter naturalis poſſeſſio dicitur, quàm naturalis datio. l. 8. ff. de pecul.

Naturaliter quoq; interrumpitur poſſeſſio, id eſt, facto naturali & corporali, cùm ſcilicet quis de poſſeſſione vi deiicitur, vel res mobilis ei eripitur. l. 5. ff. de vſucapio. Naturaliter obligatio ſolui dicitur numeratione, præſtatione, ſolutione vel rei debitæ ante moram. l. pen. ff. de ſolutio. l. vlt. C. ad exhib. Sic etiam naturalem obligationem Paul. in l. 126. §. ſupereſt. ff. de verb. obligat. dixit, quæ ex naturali facto, id eſt, numeratione oritur, ad differentiam eius quæ verbis fit.

Naturaliter videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur. l. 4. ff. de religioſ.

Naturales liberi adoptiuis oppoſiti, eos ſignificant, qui natiuitate ex iuſtis nuptiis quæſiti ſunt. l. 1. §. ſuos. & §. vlt. ff. de ſuis & legit. l. 1. ff. de cont. tab. & ita naturalis pater ad differentiam adoptiui accipiendus eſt. l. 29. ff. de adoptio. l. 6. & l. 8. ff. de in ius voc. §. admonendi. §. ſed ea omnia. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. l. 21. ff. de adulter. Aliàs naturales vulgò quæſitos, vel ex ſerua ſuſceptos ſignificant. l. 5. in prin. ff. de præſcript. verb. l. 63. ff. ad l. Falcid. Et ita naturalis pater iuſto opponitur.

NAVEM in edicto de exercitoria accipere debemus, ſiue marina, ſiue fluuialis ſit. l. 1. §. nauem. ff. de exercitoria. Marinarum autem nauium (quæ & Maritimæ vocantur in l. 3. §. diuus. ff. de iure immun. l. 3. ff. de vacat. muner.) quædam ſunt onerariæ, quędam ἐπιβατηγὰ, quædam auctuariæ. l. 1. §. ſed & ſi. vt certis. ff. de exercitoria. l. 2. ff. de captiu. ἐπιβατηγοὺς autem in d. §. ſed & ſi accipio idoneas ad vectores traiiciendos naues, ad onera inhabiles: ἐπιβάται enim ſunt, qui traiiciendi cauſa nauem conſcendunt, quemadmodum Iſidor. libr. 19. Etymolog. capit. 1. indicat. Inter fluuiatiles naues ſunt rates, quas nauigii appellatione etiam contineri Vlpian. ſcribit. l. 1. §. nauigii. ff. de fluminibus. Quanquam à nauibus ſeparantur in l. 1. §. de exercitoribus. ff. nautæ, caupo. Vnde Ratiarius, qui rates ducit. l. 30. ff. de pignor. actio. vt lintrarius, lintrium ductor in dict. §. de exercitoribus. Eiuſdem generis ſunt Pontones, quorum Paul. in l. vlt. ff. de ſeruitutib. ruſtic. & Cæſar lib. 3. de bello ciuili. & Gellius lib. 10. cap. 25. & Auſonius in Monoſyllab. & Iſidor. lib. 19. capit. 1. meminere. His addendæ ſunt Luſoriæ naues, de quibus Veget. lib. 2. cap. 1. tractat, qui huiuſmodi nauibus in Danubio ad quotidianas excubias veteres vſos lib. vlt. cap. 33. & cap. vlt. prodidit. Et certè in veteribus Theodoſianis Codicibus libr. 7. titulus eſt, quantum audio, nondum adhuc vulgatus, qui de Luſoriis Danubii inſcribitur. Huiuſmodi nauigiorum etiam meminit Ammia. Marcellin. libr. 17. his verbis, Luſoriis nauibus diſcurrentes flumen vltro citróque milites ordinauit. Et libr. 18. Collecti nocte prouecta impoſitique omnes, quos luſoriæ naues quadraginta quæ tunc aderant, ſolæ ceperunt, decurrere iubentur per flumen. Seneca libro 7. de Benefic. capit. 20. Triremes & ceratas non mitterem, luſorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari laſciuientium mittam. Sunt & naues vinariæ, in quas vinum effundebatur. l. 21. §. ſed & ſi de naui. ff. de furt. de quibus accipienda credo hæc Varronis lib. 2. de re ruſtica, cap. 1. verba. Nauibus vindemiam condimus ex inſula Coa & Chio. Sunt & piſcatoriæ naues. l. 2. ff. de captiu.

Nauis quaſi membra ſunt, gubernacula, malus, vela, antemnæ. l. 44. ff. de euictio. Artemon vtique nauis pars non eſt. l. 242. ff. de verborum ſignific. Scapha etiam nauis pars non eſt, ſed acceſſio. l. vltim. ff. de inſtruct. vel inſtrument. Paul. libr. 2. Sentent. titul. 7. Nam ſcapha ipſa per ſe parua nauicula eſt. d. l. 44. ff. de euictio. l. 3. §. armamenta. ff. de rei vend. & l. 4. ff. de leg. Rod. l. 29. §. ſi nauis tua. ff. ad legem Aquil.

Nautas in edicto Nautæ, caupones, accipimus qui nauem exercent. l. 1. §. 1. ff. nautæ, caupo. Qui & Nauicularii dicuntur. l. 9. in fin. ff. de decurionibus. l. 5. ff. de munerib. & hono. l. 17. §. 1. ff. loca. l. 5. §. negotiatores. ff. de iure immunit. l. 1. Cod. de hæredit. decur. Rubr. de nauicular. & de præd. nauicular. lib. 11. Vopiſcus in Aurelia. Quod vt eſſet perpetuum, nauicularios Niliacos apud Ægyptum nouos, & Romæ amnicos poſuit. Vnde nauicularia

functio. in l. 2. & l. vlt. C. de præd. nauicul. lib. 11. l. 3. C. de cohortali lib. lib. 12. quæ & Naualis functio vocatur in l. 15. C. de omni agro deſer. lib. 11. Nauiculatores etiam Cicero pro lege Manilia dixit. Vocantur & naucleri in l. 1. C. de littor. & itin. cuſtod. lib. 12. l. 1. l. 2. l. 3. C. de nauicular. lib. 11. lib. 12. Nauarchi in l. vn. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. qui nauibus præſunt.

Naupegi in l. vlt. ff. de iure immunit. & apud Firmicum lib. 4. Matheſ. cap. 7.

Naula nauium. l. 39. §. 1. ff. de leg. lib. 1. l. 6. ff. qui potior. in pign. vecturas appellat. l. 29. ff. de hæred. petit.

Nautica pecunia in l. 1. §. vlt. ff. nautæ, caupon. & l. 3. ff. de naut. fœn. ea eſt, quæ aliàs traiecticia vocatur. Et Nauticum fœnus, quod pro ea exigitur. Appellat vſuras maritimas Paul. in l. 6. ff. de naut. fœn.

Ne plerunque non vetandi, ſed negandi vim habet, & pro Non, ponitur. Quod Donat. in Terent. Andr. & in Eunuch. notat, & illo Næuii verſu confirmat, Vtinã ne in nemore Pelio. Sic in l. 13. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Iurauerit ſe furtum ne feciſſe. Et in l. 62. §. vlt. de conditio. & demonſt. Si à liberis ne nupſerit. Et in l. 21. §. 1. ff. reru. amot. Pedius putat ne furtum eum facere. Adde & l. pen. §. non danda. C. de erogat. milit. an. lib. 12. Itaq; qui hoc non vident, ſine cauſa emendant illud Ciceronis in Verrem, Qui ita dicunt, Ne tollam potius quàm paciſcar, & pro Ne, Non ſubſtituũt.

Nec pro Non in 12. ſæpè poſitum Feſtus ſcribit, & ex earum capitibus, quæ hodieq; extant liquido apparet. Sic in l. 3. §. ſi duo impuberes. ff. de Carb. ed. l. 1. §. ſi ad fiſcum. ff. vt legati nom. cau. & aliàs ſæpè.

In Necem Iureconſultis ſignificat, in perniciem, fraudem, & damnum. l. 1. §. ſi fideiuſſerit. ff. ſi quid in fraud. pat. l. 10. §. verſum. ff. de in rem verſ. l. 13. ff. de minor. l. 21. ff. de pec. l. 4. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 5. §. dolum. ff. vt in poſſ. leg. l. 1. ff. de litigioſ. l. 14. ff. de appellatio. l. 3. §. item ſi quis. ff. de crim. ſtellio.

Necessarius hæres voluntario opponitur. l. 18. & l. vlt. §. vlt. ff. de vulg. l. 15. cum ſeq. l. 30. §. 1. ff. de acquiren. hæred. l. 10. §. ſi in fraudem. ff. quæ in fraude. credit. l. 3. §. qui fideicommiſſum. ff. de hæred. inſtituen. l. 13. ff. de optio. leg.

Neceſſariorum autem hęredum alii neceſſarii tantùm ſunt, alii ſui & neceſſarii, vt & Iuſtinian. in tit. de hæred. quali. tradit. Neceſſarii tantùm hæredes, quemadmodum Gaius lib. 1. Inſtitut. tit. 3. exponit, ſunt ſerui, qui cum libertate hæredes inſtituuntur, quia velint nolint neceſſe eſt eis hæredes eſſe. l. 12. ff. de teſtament. l. 8. §. ſed quod Papinian. ff. de minoribus. & tit. de hæred. inſtit. ſatis multis legibus. Sui & neceſſarii ſunt liberi qui in poteſtate morientis fuerunt. l. 10. §. 1. ff. de vulg. Quorum vtrunque Vlpian. expreſſit in Inſtitut. titul. 22. Neceſſariæ perſonæ vti ſunt accipiendæ in l. 1. ff. in ius voc. vt eant. colligitur ex l. 2. eodem tit. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. §. vlt. ff. quando appelland. ſit. l. 21. ff. ſol. matr.

Negatoria actio, quæ & negatiua in l. 5. ff. ſi vſusfruct. pet. §. æquè. Inſtitut. de actionib. & contraria actio appellatur in l. 8. ff. ſi ſeruit. vindic. In rem actione eſt, qua libertatem prædiorum noſtrorum defendimus, ac tuemur, negantes aliquam ab his ſeruitutem deberi. d. l. 5. & l. 6. §. vlt. ff. ſi vſusfr. pet. l. 2. & l. 4. §. 1. ff. ſi ſeruitus vindicet. d. §. æquè. Iuſtit. de actionib. Negatiuis autem verbis ferè ſemper concipitur, vt apparet ex l. 8. in prin. & §. Ariſto. l. 9. & l. 13. & l. 14. ff. ſi ſeruitus vindi. quanquam & adfirmatiuè concipiatur nonnunquam, vt eſt in ſpecie l. 4. §. pen. ff. eod. tit.

Negocium pro negociatione in l. 3. & 5. ff. de inſtitor. l. 19. §. 1. ff. de iudic. l. 4. §. 1. ff. de his qui not. infa. l. 69. §. pen. de leg. lib. 1. l. 1. §. quiſquis. ff. de leg. lib. 2.

Vnde negociatores ſerui, qui prępoſiti ſunt negocii exercendi cauſa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti ſunt. l. 65. ff. de leg. lib. 3. l. 49. ff. pro ſoc.

Negocium etiam cõtractum & obligationem ſignificat, & quod Græci συνάλλαγμα. l. 1. ff. de æſtimato. l. 15. l. 19. l. 22. ff. de præſcript. ver. l. 5. ff. de diuerſ. reg. l. 3. ff. de reb. auctor. iud. Ita negocium gerere, contrahere, ſuſcipere dicimus. l. pen. ff. quod iuſſu. l. 5. §. tutelæ. ff. de obligat. & action. l. 1. §. qui mortis. & l. 35. §. 1. ff. de donat. l. 33. ff. de cond. indeb. Nec aliud valet, ex negocio geſto, quàm ex contractu, vel quaſi. l. 5. §. cùm ſeruus. ff. de his, qui deiece. l. vlt. ff. de aleæ luſu. l. 4. ff. ſi menſ. falſ. mod. l. 19. ff. de acquir. rer. dom. l. 50. ff. de iure dot. l. 70. ff. de leg. lib. 1.

In eandem ſententiam Negociationis verbo Paul. vſus eſt, in l. 10. & l. 21. ff. de hæredit. vendit.

Negociatio ſagaria in l. 25. §. quidam ſagariam. ff. pro ſoc.

Nepotis aliorumq; id genus verborum notas & apud omnes peruulgatas ſignificationes prætermitto.

Neroniana Senatuſconſulta duo à noſtris citantur. Vnum ab Vlpian. in Inſtit. tit. 24. Alterum à Paulo lib. 3. Sent. tit. 7.

Nexum Mamilius quemadmodum Varro lib. 6. de lingua Lat. ſcribit, interpretabatur omne quod per æs & libram geritur, in quo eſſent mancipi. Quam interpretationem Ælius Gallus ſecutus eſt, auctore Feſto libr. 12. At Mucius Scæuola, quæ per æs & libram fierent,

rent, & obligarentur, præter quàm quæ mancipio darentur, hoc nomine ſignificari exiſtimabat. Quod verius eſſe ex ipſo verbo Varro oſtendit. Nam idem quod obligatur per libram neque ſuum ſit, inde Nexum dictum. Liber qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia, quam debet, dat dum ſoluat, Nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Cicer. pro Murena. Quòd ſi in his rebus repetendis, quæ mancipi ſunt, is periculum iudicii præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. Idem Topic. Abalienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, vbi Boëti. Nexum quandam ait iuris fuiſſe ſolennitatem, quæ ære & libra, & certis verbis explicabatur, eo quo mancipationem fieri aliàs docuimus modo. Idem Cicer. libro 7. Epiſtol. Cuius quando te proprium eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu. Sic reddidit quod Curius dixerat χρήσει καὶ κτήσει. Nexus huius in libris noſtris nulla fit mentio, ſed duntaxat Nexus pignoris. Nexa enim res alicui dicitur, quæ ei pignori obligata eſt. l. 1. §. ſi quis ideò. ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. Et Nexa pignori in l. 2. & l. 7. C. de diſtract. pign. l. 22. §. 1. ff. de iure fiſc. & Nexum facere prædiorum, id eſt, pignori obligare in l. penultim. C. ſi aliena res pignori. & Nexus venditi pro vinculo obligationis, quæ ex venditione proficiſcitur, in l. 26. §. adeò. ff. de condict. indeb.

Nihil agi noſtri dicunt, cùm fruſtra, inutiliter, & incaſſum quid fieri ſentiunt. l. 1. & l. 5. ff. de reſcind. vendit. l. 51. ff. loca. l. 74. ff. pro ſoc. l. 9. §. 1. ff. de auct. tut. l. 13. ff. de acquir. hær. l. 16. & l. 18. ff. de optio. leg.

Nili fluuii fit mentio in l. 1. §. ripa. ff. de fluminib. l. pen. §. penult. ff. de extraord. crim. tit. de Nili aggerib. non rumpen. lib. 9. C.

Nilum autem Græcam dictionem eſſe, Latineq; Mellonem vocari à Seneca & Seruio in 4. Georgic. relatum eſt.

Nomina vel rerum ſunt vel hominum. l. 4. ff. de leg. lib. 1. Illa à Grammaticis Appellatiua vel Communia vocantur, quæ ſcilicet indicandæ deſignandæque rerum naturæ & ſubſtantiæ cauſa inuenta ſunt, vt homo, veſtis, domus. Hæc propria vulgò dicuntur, quæ ad ſingulas ſpecies eiuſdem generis ambitu comprehenſas diſcernendas pertinent, velut Lucius, Titius, Gaius, Seius, Gaia, quæ nomina Iureconſultis familiaria & vſitata fuiſſe Plutarch. ἐν ῥωμαϊκοῖς, & Cicer. pro Muren. oſtendit: ex eoque dilucidè colligitur quòd his verbis Prætores in edictis vſi ſunt. l. 10. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. ff. de tabul. exhib. l. 2. §. cùm quidam. ff. ne quid in loco publ. l. 1. ff. de liber. exhib. Quæ nomina ingenuis tribuuntur, vt & ſeruis Stichi, Damæ, Pamphili, Erotis, Areſcuſæ.

Nomen porrò gentilicium erat & commune totius gentis, familiæ, agnationisve. vnde ab Halicarnaſſeo libr. 3. συγγενικὸν καὶ πατρωνυμικὸν appellatur. Hoc prænomini ſubiungebatur, cognomen verò ferè ſemper antecedebat. Tribus enim nominibus vſos Romanos notius eſt, quàm vt à me confirmari debeat. l. 1. ff. de lib. & poſt. l. 21. ff. qui teſtament. fac. l. 8. §. ſed & cùm in prænomine. ff. de ſecun. tabul. §. ſi quis in nomine. Inſtitutio. de legat. vbi Theophil. nomen interpretatur τὸ κύριον ὄνομα, οἷον Τίτιος, κόγνομεν τὸ ἐπώνυμον ὅπερ ἀπὸ ψόγου ἢ ἀπὸ ἐπαίνου λαμβάνεται.

Nomen edere. l. 1. ff. de off. conſ. l. 2. C. qui pet. tut. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertyllia. Nomen dare militiæ. l. 43. ff. de oper. libert. l. 8. ff. de re milit. l. 4. in fi. ff. de munerib. & honor.

Nomenculator in l. 7. §. dabitur. ff. de oper. lib. l. vltim. in fin. ff. de liber. cau. Sic appellabatur, qui nomina tranſeuntium ſalutantiúmve domino ſuggerebat. Senec. lib. 2. Epiſt. 19. Alioquin habebis conuiuas, quos ex turba ſalutantium nomenculator digeſſerit. Et Epiſt. 27. lib. 3. Nemo vetulus nomenculator, qui nomina non reddidit, ſed accepit. Quint. lib. 6. cap. 4. vt Afer ingrato litigatori cõſpectum eius vitanti in foro, per nomenculatorem miſſum ad eum, Amas me, inquit, quòd te non vidi. Plutarch. in Cato. ὀνοματολόγον vocat. καὶ νόμου, ait, γραφέντος ὅπως τοῖς παραγγέλλουσι ὡς ἀρχὴν ὀνοματολόγοι μὴ παρῶσιν χιλιαρχίαν μετιὼν μόνος ἐπείθετο τῷ νόμῳ καὶ δι' αὑτοῦ ποιησάμενος ἔργον ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν τοὺς ἐντυγχάνοντας.

Nominatim exhæredatus filius videtur nomine, vel prænomine, vel cognomine ſimul adſcripto, vel altero ex his. l. 1. ff. de libe. & poſt. ſed & illa nominatim videtur facta exhęredatio, quæ ita facta eſt, *Filius meus exhæres eſto*, licet nomen eius expreſſum non ſit, dummodo vnicus ſit. l. 2. ff. eo. §. nominatim. Inſtitut. de exhær. liber. Quod & Seruius quoq; ad illa Vergilii verba, quæ ſunt 4. Æneid. Ac morientem nomine clamat, tradit. Quinetiam ſi quis filium habens ita exhæredauerit, *Cæteri omnes filij filiæq; meæ exhæredes ſunto*, nominatim exhæredaſſe videbitur. l. 25. ff. eodem. tit. Poſtumus quoque nominatim exhæredatur ſiue ita dixerit teſtator, *Quicunque mihi naſcetur*, ſiue ita, *Quicunque ex Seia naſcetur*, vel ita, *Venter exhæres eſto*. l. 3. §. nominatim. ff. de iniuſto rupt. Et ita verbum Nominatim accipiendum eſt in l. 1. ff. de hæredib. inſtit. & in l. 3. & l. 13. ff. de iniuſto rupt. l. 21. ff. de libe. & poſt. l. 4. ff. vnde liber. l. penultim. §. videamus. ff. de cont. tabul. l. 20. §. exiſtimo. ff. de bon. libert. l. 10. §. qui filium. ff.

de teſtam.tut.l.2.C.de lib.præterit.l. vltim.C. de bonor.poſſ.cont.tab. Cui opponitur inter cæteros, ab Vlpian. in Inſtit.tit. 22.& à Iuſtin. in §. nominatim. & §. poſtumorum. Inſtitut. de exhæred.liber.Et ibi Theoph.& l.vlt.C.de lib.præterit.

Nominatim vti ſit accipiẽdum in lege Fuſia Caninia, quæ ſeruis libertatem teſtamento nominatim relinqui cauebat, exponitur à Paulo libro 4.Sentent. tit. 24. & in l. 24.l. 37. & l. 59. ff. de manum. teſt. Secundum quod in §.libertas. Inſtitut. de legat. & apud Vlpian. Inſtitution. tit. 1. ad fi. verbum hoc exponendum erit.

Nominatim legatur alicui quod proprio eius nomine expreſſo, vel per demonſtrationem corporis,artificii,officiive,vel affinitatis, vel neceſſitudinis relinquitur. l. 34. ff. de condition. & demonſt. Demonſtratio enim nominis vice fungitur. l. 6. ff. ſi cert. pet. l. 9. §. ſi quis nomen. ff. de hæred. inſtit. Nominatim etiam ab aliquibus relictum intelligitur, quod non ſub appellatione hæredum, in hunc modum, *Quiſquis mihi hæres erit*, ſed propriis nominibus expreſſis, vel indubitabili ſigno demonſtratis relinquitur. l. 1. §.id quod ex ſubſtitutione.ff.ad leg.Falcid.l. 124. ff. de leg. lib. 1.l.28.§.vlt.ff.de leg.lib.2.l.24.ff.ad Trebellia. Denique quod à quo legatum ſit intelligitur, licet nomen pronunciatum non ſit, id nominatim legatum cenſetur.l.90.ff.de leg.lib.3.

NOMINARI dicimus magiſtratus, tutores,& alios,qui ad munera publica aliquo ſuggerente vocantur.l.2.§.ſi eo tempore.ff.de admin.rer.l.11.&l.13.ff.ad municipal.l.14. C.de excuſ.tut.

Vnde nominatio.l.2.§.1.ff. ad municip.& l.1.de filiisfa.& lib.10. C. l. vlt. qui æt.ſe excuſ. eo.lib.C.l.38.ff.de excuſ.tut.

Et nominatores, qui aliquem tutorem decurionémve, vel Duumuirum nominarunt. Rubrica de fideiuſſorib. & nominatori. tut. lib.27. Pandect.l.5. C. de magiſtr. conuen. & Rubric.de peric.nominator.lib.11.C.l.vlt. de filiisfam.& quemad.libr.10. C.l. vn. de ſump. recuper.eod.lib.l.2.de decurionib. eo. lib.l.2. de ſuſceptorib.eo.l.2.& l.vlt.quo quiſque ord. conuen lib. 11. C.l. 1. ff.de magiſtr. conuen. l.3.C.de conuenien. fiſci debit. lib. 10.C. Nominator creator appellatur in l. 1. §. ſi eo tempore.ff.de adm.rer.ad ciuit.

Nominatos in criminibus Iureconſulti dicunt eos, qui rei criminum facti poſtulatique ſunt.l.17.§ in quæſtionib.ff.ad municipal. l. 2. ff.de bon.eor. qui ſibi ante ſent.l.6.§. vlt. ff. de interdict.& releg.ab eo quòd reorum nomen deferretur. Sueton.in Calig.cap.26. Quæſtorem ſuum in coniuratione nominatum flagellauit, veſte detracta. Plinius libr. 5. epiſtol. Inductus eſt nominatus. Egit ipſe pro ſe.

NOMINA etiam fœneraticias cautiones ſignificant, interprete Iuſtinian. in l. vlt. C. de pact.conuen. Cuius ſignificationis rationem exponens Aſcon. in 3. Verrin. titulos debitorum nomina appellata ſcribit ab eo,quod Kalendariis ſolent eorum, quib. pecuniæ credebantur, nomina præſcribi. Ex quo factum eſt, vt nominis appellatio ad omnem obligationem,omnemq́; contractum pertineat. l. 4. ff. de verb.ſignif. Vnde iocus elegans Bibaculi in Grammaticum, qui villa ſua creditorib. ceſſerat: Mirati ſumus, ait,

Vnicum magiſtrum
Summum Grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſoluere poſſe quæſtiones,
Vnum difficile, expedire nomen.

Ita nomina exaudienda ſunt in l. 31. ff. de pet.hær. l. 6. & l.17.& l.23.in fin. ff. de hæred. vend.l.2.ff. de donatio.l.3.ff. de vſufruct. ear. rer.l.2.l.6.l.7.C.de obligation.& action.l.1.C. de nouatio.l.4.C.quæ res pig.l.18. ff. de pigor. act.l.18.C.de legat.l.77.§. hæreditatem. ff. de leg.lib.2.

Nomine legato, id quod debetur, & quod in actionibus eſt, legatum videtur, vt actiones aduerſus debitorem hæres cedere & mandare neceſſe habeat. l. 46. §. cum qui. ff. de legat. lib. 1.l.59. ff. de legat. lib. 3. Nominibus olim fieri dicebatur obligatio, quæ hodie literis fieri dicitur. Inſtitut. de liter. obligat.in princ. In nominibus eſſe dicuntur, quæ ſunt in obligationibus, petitionibus, perſecutionibusq́; l.37.ff.de acquir.hæred. l.36. ff. ad Trebellian.

Nomina facere & contrahere pro eodem dicuntur.l.17.ff.de admin.tuto.l.39. ff.de neg. geſt.l.9.ff.de pact.l.64.ff.de legat.lib.3.l.4.& l. 52.§.1.ff.de pecul.l.2.ff.de proxenetic.l.1.ff. de ann.leg.l.41.§.vl.ff.de fideic.libert.l.5.§.multa. ff.de iure fiſc.Seneca lib.1. de Benefic. Nomina facturi inquirimus in vaſa debitoris,& aliàs ſæpenumero.

Nomẽ ſequi.l.19.§. cùm haberes.ff.ad Velleian.l.41.§.ſi à debitore.& l.71.ff.de iur.dot.

Bona nomina & idonea appellantur, cùm ſoluendo eſt debitor.l.19.ff.ad Velleian.l.101. ff.de ſolutionibus.l.13.§.1.l.35.& 43.ff. de admin.tutor. l. 21.§. Lucius. ff. de annu.leg.l.89. ff. ad leg. Falcid. Vbi quidam codices idoneis hominibus ſcriptum habent, eodem errore, quo in P. Flor. hominibus ſub fideiuſſore factis pro nominibus in l.2. in fine. ff. de cuſto. reor. Secundum hoc genus loquendi in S.C. Macedoniano ſcriptum eſt, bonum nomen filiifam. fieri non poſſe. l. 1. ff. de S.C. Macedo. In quo verbo elegans eſt Ciceronis iocus lib.4.Epiſtol ad Plancum,qui poſt expoſitam æris alieni, quo premebatur magnitudinem, ſe tamen

ſe tamen hoc conſecutum ait, vt bonum nomen adeptus exiſtimetur. Bonum nomen facit creditor, qui delegatum ſibi debitorem admiſit, eoque contentus fuit. l. 26. §. abeſſe. ff. mandat.

Deteriora peioráve dicuntur nomina, quorum difficilior exactio eſt, propter inopiam debitorum, qui facultatibus bonisque lapſi ſoluendo non ſunt. l. 35. ff. ſi cert. pet. l. 30. ff. ad leg. Falcid. l. vlt. §. penult. ff. de adm. rer. ad ciuit. Sic apud Columell. Alphius fœnerator optima nomina non appellando fieri mala dicit.

NON, pro, Non ſolùm, vel, Non tantùm. l. 9. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. 4. l. 96. in fin. ff. de verb. ſignificat. l. 38. ff. ad S. C. Trebellian. l. 5. ff. de pignoribus l. 5. ff. de ſeruit. vrb. l. 1. in princ. ff. de aqua quotid. l. 5. §. demũ. ff. de iniur. l. vn. §. quòd ſi. ff. furti aduerſus nautas. l. 31. §. culpam. & l. vltim. §. ſeruus. ff. de ædilit. ed. l. 2. ff. ſi ventr. nom. l. 12. §. ſed ſi fundus. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Notauit huius ſignificationis exempla quædam Anton. Auguſtin. lib. 2. Emendatio. Sic & Cicer. cùm alias ſæpè, tum Epiſt. vlt. lib. 4. ad Atticum locutus eſt: *Hæc pactio nõ verbis, ſed & nominibus, & præſcriptionibus multorum, cùm eſſe facta diceretur.* Non, pro, Nõ tam in l. 12. ff. de offic. præſid. l. 20. in princ. ff. de acqu. hæred.

NONIANVM Senatuſconſultum de colluſione detegenda. Sic enim legẽdum in l. vlt. C. de colluſio. deteg. aduuantibus libris ſcriptis exiſtimo, cùm Domitiani temporibus factum id Senatuſconſultum conſtet ex l. 1. ff. de colluſio. deteg. cuius temporibus Nonium Aſprenatem conſulatum geſſiſſe inuenio. A quo probabile eſt nomen ei Senatuſconſulto datum.

NOTÆ in l. 2. ff. de ſeru. fugit. ſigna, ſtigmata, puncta, ſeruis ſcripta atq; inuſta ſignificant. Sic Cicer. 2. Officior. Thracem compunctum notis Threiciis dixit. Et Plin. in Panegyrico. Exanguem & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis & notas ſuas rideant. Valer. lib. 6. cap. 8. Seruius ab eo vinculorum pœna coercitus inexpiabiliq; literarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus. Græco ſtigmatũ verbo vtuntur Impp. in l. 3. de fabricenſ. lib. 11. Et ſtigmatum quoq; notas dixit Sueton. in Calig. cap. 27. Quintil. lib. 7. cap. 4. Si quis fugitiuo ſtigma ſcripſerit. Vnde ſtigmatici ſerui teſte Polluce libro 3. Onoma. notis compuncti appellantur, quos Plautus literatos vocat. Notæ etiam σημεῖα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξευρεθέντα ſignificat, quorum inuentionem alij Tullio Tyroni, alij, in quibus eſt & Dio. Mæcenati tribuunt. Sic accipiuntur Notæ in l. 35. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 9. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. 41. ff. de militit. teſt. & l. 6. in fin. ff. de bon. poſſeſſ. vbi notas literas non eſſe traditur. Qua de cauſa à literis ſeparantur in l. 1. §. Iudi. ff. de var. & extr. cognit. & d. l. 41. Seneca lib. 14. Epiſt. Quid verb. notas, quibus quamuis citata excipitur oratio & celeritatem linguæ manus ſequitur. Huiuſmodi verò notis olim pleni erant Iureconſultorum libri. Sed Iuſtinian. quicquam in libris ſuis notis ſcribi vetuit. l. 2. §. penult. de vet. iu. enucl. Qua de re Iſidor. lib. 1. tractat.

A Notis Notarij dicti, qui notis loquentium ſermones dictatáve excipiebant. l. 41. ff. de milit. teſt. l. 41. §. Seio. ff. de fideicomm. liber. l. vlt. C. de comm. ſer. manu. l. 1. §. Iudi. ff. de var. & extr. l. 26. C. de pignorib. l. penult. C. qui potio. in pign. & apud Quintil. lib. 7. cap. 1. & Lampr. in Diadumeno.

Notas quoque appellabant illas, quæ Iureconſultorum ſcriptis vel reprehendendi cauſa vel explicandi attexebantur interpretationes. l. 10. ff. de caſtr. pec. l. 2. C. de vet. iur. enucl. l. vnica. de reſponſ. prud. in C. Theod. Quod ex inſcriptionib. multarum legum apparet, quæ ex Marcelli ad Iulianum, Pauli ad Neratium, aliorumque auctorum notis ſumptæ ſunt: & eo ſenſu verbum, Notat, accipimus in l. 1. §. Paulus notat. ff. de offic. eius cui mand. l. 39. ff. de hæred. inſtitue. l. vlt. ff. de his qui in teſtament. delent. l. 16. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Notæ cauſa facta exhæredatio, id eſt, iniuriæ inferendæ cauſa & notæ inurendæ. l. 18. ff. de lib. & poſt.

NOTIONIS nomen generale eſt, & tam cognitionem, quàm iuriſdictionem ſignificat. l. 99. ff. de verbor. ſignificat. l. 1. §. in initio. ff. de offic. præf. vrbi. l. penult. ff. de calumniatoribus. l. 8. ff. de tranſaction. l. vltim. in fi. ff. de obligationibus & actionibus. l. 26. ff. de pœn. l. 6. C. quomodo & quand. iud. Itaque & ad eos pertinet, qui iuriſdictionem non habent, ſed habent de quauis alia cauſa notionem. l. 5. ff. de re iudic.

NOTITIA ab Impp. recentioribus appellatur breuis, ſeu libellus in quo deſcriptio ſtatus, adminiſtrationis, & diœceſeos alicuius continetur. l. 1. C. de offic. præf. præt. Afr. l. vn. de excuſ. artific. lib. 10. l. 3. & l. 5. C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. penult. & vlt. de diuerſ. offic. lib. 12. C. Hinc de ſtatu Imperij ſub Conſtantinopolitanis Impp. agens liber, Notitia Imperij Rom. inſcribitur.

NOTORIA, pro elogiis & indiciis quibus crimina ad magiſtratus deferuntur. l. 6. § nunciatores. ff. ad Turpillian. l. 7. C. de accuſatio. l. 31. de epiſc. & cler. in C. Theodoſ. Notoriam eodem ſenſu non modò B. Auguſtinus, ſed & Apuleius lib. 7. de Aſino aureo vſurpat. Sed ille, ait, qui commodũ falſam de me notoriam pertulerat. Et Treuellius Pollio in Claudio ad

fin. Nihil me grauius accepit, quàm quòd notoria tua intimaſti Clodium parentem amicumq́; noſtrum inſinuatis ſibi falſis pleriſque grauiter iraſci.

Novalis interprete Paulo eſt terra præciſa, vel vt Iſidorus legiſſe videtur, proſciſſa quę anno ceſſat, quàm Græci νέαζιν vocant. l. 30. §. 1. ff. de verb. ſignif. cap. 21. de verb. ſignific. in Epiſt. decret. ἔθος γὰρ ἐστὶν, vt Suidę verbis vtar, τοῖς γεωργοῖς παρ' ἐνιαυτὸν ἀργὴν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίοις ἐκτρέφῃ τοὺς καρποὺς, ὡς μὴ κατ' ἔτος τοῖς σπέρμασι πονοῖτο. Pauli interpretationem Varro lib. 4. de lingua Lat. confirmat: Ager, ait, reſtibilis, qui reſtituitur ac reſeritur quotquot annis: Contrà qui intermittitur, à nouando Nouális. Iſidorus lib. 15. Etymolog. cap. 13. noualis ager eſt primùm proſciſſus, ſiue qui alternis annis vacat, nouandarum ſibi virium cauſa. Noualia enim ſemel cum fructu ſunt & ſemel vacua. Nouale in l. vlt. ff. de term. mot. Nouellum in l. 8. ff. de fund. dot. Nouellata in l. 39. ff. de pet. hæred.

Nouellæ appellatæ ſunt nouæ Iuſtiniani Conſtitutiones, vt & Paul. Wamefridus in Iuſtiniano, & lib. 1. hiſtoriar. Longobardic. cap. 25. notat.

Nouatio quid ſit, traditur in l. 1. ff. de nouation.

Nouæ leges interdum intelliguntur, quæ poſt leges 12. tabul. latæ ſunt. l. 7. ff. de cap. minut. l. 11. ff. de ſuis & legit. Quo ſenſu & Nouũ ius accipiendum eſt in l. 1. ff. de pet. hæred. Et Nouæ hæreditates, quæ ex huiuſmodi legibus, ſenatuſconſultisve poſt 12. tab. factis deferuntur. l. 1. §. capitis. ff. ad Tertyllian. Denique ad quaſcunque recens latas leges ea appellatione pertinet. l. vn. ff. de condictio. ex lege. Et ita Nouæ leges Papias ſignificant. l. vltim. ff. de reg. Cato.

Nouum ius & iniquũ. l. 1. §. 1. & l. 3. ff. quod quiſq; iur. veluti ſi quis impetrauerit, ne debitor aduerſus eum exceptione vtatur. d. l. 3. §. ſi is pro quo ſpopondiſti.

Nouæ tabulæ appellabantur, quibus publicè præpoſitis æs alienum obæratis remittebatur ac condonabatur. Meminit Cic. 2. Officior. & Inuect. 2. in Catilin. & Epiſt. vltim. lib. 5. ad Atticum, & Cæſar in princ. lib. 3. de bello ciuili. Et Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 4. Quintilian. Declamatio. 336. Et Sueton. in Iul. cap. 42.

Nouum opus facere videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat: qui autem vetus ædificium fulcit, nouum opus non facit.

Nouitij ſerui. l. 12. ff. de neg. geſt. l. 37. ff. de ædilit. ed. id eſt, noui ſerui. Nam vt Alfenus apud Gellium lib. 6. cap. 5. ſcribit. Nouum nouitium & proprium propitium, augere atque intendere volentes noui & proprij ſignificationem. Quintilian. Declamatio. 376. Nouitiis etiam ſeruulis ignoſcitur. Varro lib. 7. de lingua Lat. Etiam nouitij ſerui empti in magna familia, citò omnium conſeruorum nomina recto caſu accepto in reliquos obliquos declinant. Nouitium autem non tyrocinio animi, ſed conditione ſeruitutis intelligimus. Nam quicunque ex venalitio nouitiorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus fuerit, inter nouitios adnumerari deſinit. l. vlt. ff. de ædilit. ed. Quanquam in profeſſionibus, quæ apud publicanos fiunt, eos nouitios intelligamus, qui nondum anno ſeruierint. l. vlt. §. quoties. ff. de publicanis.

Noverca patris vxor liberis ex alia vxore natis ita appellatur. l. 4. ff. de gradibus & adf. Sic & aui proauiq; vxor nouercę appellatione cùm de prohibendis nuptiis agitur, continentur. l. 14. §. nunc videamus. ff. de rit. nupt. Nouercæ quoq; loco habetur ea, quæ adoptiui patris vxor fuit, vt ibidem traditur.

Non nolle ſignificat pati & permittere. l. 3. ff. de reg. iur. l. 3. §. ſcientiam. ff. de tribut. verba hæc, *Si non feceris, ſi non dederis*, hanc habent ſignificationem, ſi interpellatus non dederis, feceris, ſolueris: nec eſt omne vitæ tempus expectandum: ſed protinus atque per promiſſorem factum eſt, quominus ſtipulationi pareret, ſtatim eiuſmodi conditiones committuntur. l. 115. ad fin. ff. de verbor. oblig. l. 17. in fin. ff. de fideiuſſoribus. l. 24. ff. quando dies leg. ced.

Noxam Iuſtinian. ſcribit dici corpus quod nocuit: Noxiam, ipſum delictum. Inſtitut. de noxal. in princ. l. 1. in princ. ff. ſi quadr. paup. Noxa planè etiam maleficium & peccatum ſignificat. Eaque appellatione omne delictum in 12. tab. continebatur. l. 237. in fi. ff. de verb. ſignificat. Et ita Noxam noxiamque nocere. l. 45. §. 1. ff. de leg lib. 1. l. 4. ff. de noxali. Noxam committere. l. 32. ff. de noxalib. act. Et noxam caput ſequi dicimus. l. 4. ff. ſi ex nox. cau. l. 1. §. ſi apud. ff. depoſiti.

Inde & Noxales actiones, quę aduerſus dominos ex delictis ſeruorum dantur. Quarũ ea vis eſt & poteſtas, vt vel noxæ dedere ſeruum, vel litis æſtimationem ſufferre dominus cogatur. Per ſe autem nullæ ſunt Noxales actiones. Nec enim hoc propriũ & ſpeciale alicuius actionis nomen eſt, ſed qualitas quædã duntaxat, quæ actionib. ex delicto venientib. adiungitur, vt furti noxalis, de dolo noxalis, damni iniuria noxalis, arborum furtim cæſarum noxalis. l. 16. ff. ad exhib. l. 9. §. hæc de dolo. ff. de dolo. l. 19. & l. 28. ff. de noxalib. l. penult. ff. commod. l. vlt. C. de furt. §. ſunt & aliæ. Inſtitut. de noxalib. act. l. 7. §. pen. ff. arb. furt. cæſ. Eodemq; modo Noxalia interdicta ob delictũ ſeruorũ, quos

quos in poteſtate habemus aduerſus nos competunt, puta ſi quem vi deiecerunt, vel vi aut clam opus fecerunt. l. vlt. ff. de interdict. Noxalis quoque appellatur illa actio, quæ ob pauperiem datur. l. 1. §. & cum etiam. & §. ſi commune. ff. ſi quadrup. paup. & Inſtitut. eod. titul. in princip.

Noxæ dedere, in noxam dare ſignificat. l. 7. §. 1. ff. quod vi aut clam. & Ad noxam dedere in l. 10. §. 19. ff. de noxalib. Noxæ autem dedere, eſt animal mancipiúmve viuum demum tradere. l. 1. §. noxæ. ff. ſi quadrup. Quintilian. Declamatio. 9. Alebat deuotum corpus grauior omni fame ſagina, & inter noxæ dedita mancipia, contemptiſſimus tiro gladiator. Vtitur & hac locutione Columella in præfatio. lib. 1.

Noxa ſolutus, in ſtipulationibus ædilitiis intelligitur, non qui noxam nunquam commiſit, ſed qui ob eam rem noxali iudicio ſubiectus non eſt. l. 17. §. quod aiunt. ff. de ædilit. ed. l. 174. ff. de verbor. ſignif. l. 72. §. penult. ff. de ſolutionibus. l. 3. ff ſi fam. furt. fec. dicet. l. vlt. ff. de rer. permut. & Noxiis ſolutus. l. 45. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Planè Noxis ſolutum præſtari ſeruum, qui promittit, de priuatis, non etiam his quæ publicam executionem & coercitionem capitalem habent, promiſiſſe exiſtimatur. d. l. 17. §. quod aiunt. l. 11. §. vlt. ff. de euictionib. l. 200. ff. de verbor. ſignific.

NVDVM ſimplex, ſolum, purumque ſignificat: veluti nudũ pactum, cui nulla cauſa ſubeſt, præter conuentionem, & quod placiti fine ſtetit. l. 7. ff. de pact. l. 27. C. loca. l. 5. C. de contrah. ſtip. l. 10. §. interdũ. ff. de recept. qui arbitr. Conſtant. lib. 1. tit. ψιλὸν δὲ σύμφωνον ἐϛὶν ἡνίκα μὴ προσγηγένηται δόσις ἀλλὰ μόνον συϛῇ ἐπὶ δόσει. Nudum enim pactum non eſt, quoties pecunia datur, & aliquid de reddenda ea conuenit, vel alias quoties certa lege data res probatur. l. 10. C. de pact. l. 8. in fi. ff. de præſcript. verb. Nuda deniq; conuentio non eſt, quæ habet in ſe negotium aliquod, vt Græci dicũt συνάλλαγμα. l. 1. ff. de præſcript. verb. Planè in l. traditionibus. C. de pact. nuda pacta magis eſt, vt à traditione nuda interpretamur, quemadmodum & nudam voluntatem accipimus in l. 9. §. interdum. ff. de acq. rer. dom. & §. interdum. Inſtit. de rer. diuiſio. Et nudam conuentionem pro ſolo conſenſu abſq; traditione in l. 33. §. ſi rem. ff. de vſucap. l. 1. ff. de pignor. act. l. 4. ff. de pignorib. & in l. 5. in fi. ff. de reſcind. vend. Nuda verò traditio in l. nunquam. ff. de acqu. rer. do. dicitur, quæ iuſta & ad dominium transferendum idonea cauſa non nititur.

Nudum præceptum probabili nulla cauſa adiecta. l. 114. §. diui. ff. de leg. lib. 1. l. 38. §. Iulius. ff. de leg. lib. 3.

Nuda voluntas, ſola, mera, & ſimplex. l. 1. l. 16. §. 1. ff. de milit. teſt. l. 17. §. ſicut. ff. commod. l. 1. ff. de leg. lib. 3. l. 1. §. adſignare. ff. de adſig. lib. l. 3. ff. de reſc. vendit.

Nudus conſenſus, ſolus, ſine verbis, literis, ſcriptura. l. 14. ff. loca. l. 31. §. illud. ff. de ædilit. ed. l. 52. in fi. ff. de oblig. & actio. l. 80. ff. de ſolutionibus. l. 35. ff. de diuerſ. reg.

Nuda ratio quæ ſola ſcriptura continetur, cùm nulla præceſſerit cauſa debendi. l. 50. in fi. ff. de pecul. l. 26. ff. de donationibus.

Nuda proprietas, à qua vſusfr. abeſt. l. 34. ff. de rei vendic. l. 18. §. ſi nuda. ff. de pignor. act. l. 29. ff. de vſufr. l. 78. §. vxor viro. ff. de iure dot. l. 18. ff. de vſur. l. 8. ff. de vſufruct. leg.

Nudus vſus, ſine fructu. l. 3. in fi. ff. de vſufr. l. 1. ff. de vſu & habit.

Nuda poſſeſſio à proprietate & dominio ſeiuncta. l. 21. §. 1. ff. quod met. cauſ. l. 66. ff. de euictionibus. l. 78. §. ſi quis fortè. ff. de verbor. obligat.

Nuda res, abſq; fructibus & cauſa. l. 1. §. hanc autem. ff. depoſ.

Nudum factum. l. 52. in fi. ff. de verb. oblig.

Nuda cautio, quæ ſolam repromiſſionem habet. l. 2. §. ſed vtrum. ff. de iudic. vt & nuda repromiſſio in l. 56. ff. de euictio. l. 1. §. ſtipulationes. ff. de prætor. ſtip. ad differentiam ſatiſdationum.

Nuda pollicitatio, ſine ſcriptura. l. 10. ff. de his quæ vt indign.

Nudus ſermo, qui dicto finitur, ſimpliciq; adfirmatione conſtat, ſine aliqua promiſſione. l. 19. §. dictum. ff. de ædilit. ed.

Nuda vacatio muneris. l. 13. §. duo. ff. de vacat. mun. Nuda & ſola ſcientia. l. 1. §. ſed ſi ſciente. ff. de ædilit. ed. Nuda debiti ſolutio. l. 6. §. rationem. ff. de eden. Nuda verba, mera verba, ſine aliqua certa & ſolenni conceptione apud Paul. lib. 1. Sentent. titul. 3.

NVLLIVS eſſe res dicuntur, quę in nullius priuatim bonis ſunt, ſed iure gentium omnib. vacant, & occupanti conceduntur. l. 51. ff. de de contrah. empt. §. littorum. & §. ferę. Inſtitut. de rer. diuiſ. Alias nullius eſſe dicuntur, quæ in patrimonio commercioq; hominum nõ ſunt, veluti res ſacræ, ſanctæ, religioſæ. §. nullius. Inſtit. de rer. diuiſ.

NVMERARII l. 3. C. de priuileg. cor. qui in ſacr. ſcrin. lib. 12. l. vlt. C. de priuileg. ſcholar. l. vlt. C. de fabricenſib. lib. 11. hi tabulariorum munere funguntur: vt oſtendunt l. 2. & l. 4. C. de numerar. lib. 12. & l. 1. C. de apoch. public. lib. 10. & l. vlt. de executoribus & exactoribus eo. Itaque in l. 13. C. de ſuſceptoribus. lib. 10. tabularios, aiunt Impp. ſeu numerarios. Quæ tamen poſtrema verba à Triboniano addita eſſe liquet ex l. 30. eod. tit. in C. Theod. Iſidorus autem lib. 9. Etymolog. cap. 3. numerarios vocatos ſcribit eos, qui publicum numerum

ærariis inferũt. Inuenimus apud Marcellinum numerarios apparitionis magiſtri equitũ, lib. 19. Inuenitur & hoc verbũ apud Sidon. Apoll. lib. 1. Epiſt. ad Montium. Ita numerorum ſollicitudinem accipe in l. vlt. C. de primicer. & ſecundic. lib. 12.

Nvmervs catalogum militum ſeu breuiculum, quo militum nomina continentur, ſignificat, & quod recentiores Impp. matriculam vocant. l. 4. l. 39. §. 1. & l. 43. ff. de milit. teſt. l. 16. C. eod. tit. l. vn. in fin. ff. de bon. poſſ. ex teſtament. militis. Lamprid. in Alexand. Milites ſuos vbiq; ſciuit, vt haberet in cubiculo & breues & numerum & dignitates Plin. lib. 3. Epiſt. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt. Quo factum eſt, vt numeri pro ſocietatibus, ordinibus, turmiſque militum acciperentur. l. 2. §. exercitum. ff. de his qui not. infam. l. 8. §. veterani. ff. de procuratoribus. l. 4. §. qui poſt deſertionem. ff. de re milit. l. 31. Cod. de loca. l. penult. de exactoribus. lib. 10. C. l. 2. C. vbi de ratiociniis. Plin. lib. 10. Epiſt. Vt iam ſacramento dixerant, ita nondum diſtributi in numeros erant. Lamprid. in Macrino. Quòd ſi vnius numeri conſenſus acceſſiſſet. Militares etiam numeros apud Marcellinum legimus. Vnde Tribunatus numerorum in l. vlt. C. de teſt. milit. l. 9. C. de inoffic. teſtament.

Nvmmis colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratã conduxit. l. 16. ff. de furt. coniuncta l. 28. §. vis maior. ff. pro ſoc.

Nummaria quæſtio pro pecuniaria in l. vlt. ff. ne de ſtatu def.

Nvmmvlariorvm fit mentio in l. 1. §. hoc quoque. ff. de offic. præf. vrb. l. 7. §. quoties. ff. depoſ. l. 9. §. penult. ff. de eden. in qua traditur hos, ſicut & argentarios, rationes confeciſſe, accepiſſeque pecuniam & erogaſſe per partes.

Nummi inueterales. l. vltim. ff. de bon. damnatorum.

Nummus decargyrus in l. vlt. ſi quis pecun. conflauer. in C. Th.

Nvncvpare hęredem pronunciare eſt, & verbis exprimere, ac palàm nominare: opponiturq; ſcriptura nuncupationi. l. 21. l. 25. ff. de teſtament. l. 20. ff. de vulg. & pup. l. 8. §. vlt. ff. de ſecund. tabul. l. 1. §. vlt. ff. de iure codicill. l. 58. ff. de hæred. inſtit. l. 11. §. penult. ff. ad leg. Falcid. l. vlt. C. de codicill. Vnde per nuncupationem teſtamenta, id eſt, ſine ſcriptura, interpretatur Theodoſ. in l. 21. §. per nuncupationem. C. de teſtament. l. 8. C. qui teſtam. fac. Sic per nuncupationem ſubſtituere. l. 8. §. vlt. ff. de ſecund. tab. vbi ſcripto nuncupatus opponitur. Vlpian. autem Nuncupationem teſtamenti in hunc modum fieri ſolitam titul. 20. Inſtitut. tradidit, tenente tabulas teſtamenti teſtatore ac dicente, *Hæc vti his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaq; vos Quirites teſtimoniũ præbitote.* Quod & ab Iſidoro lib. 5. Etymol. cap. 24. traditum extat. Sueton. in Calig. 38. Quo metu iniecto, cùm iam & ab ignotis inter familiares & à parentibus inter libellos palam hæres nuncuparetur, deriſores vocabat, quòd poſt nuncupationem viuere perſeueraſſent. Vt autem ſecundum tabulas, ita & ſecundum nuncupationem bonorum poſſeſſio datur.

Nvnciatione noui operis in re noſtra ædificantem, vel aduerſus ſeruitutem nobis debitam quid molientem, prohibemus. Idque vel per prætorem fit, vel manu, & lapilli iactu. l. 5. §. meminiſſe. ff. de noui oper. nunc. l. 8. §. 1. ff. ſi ſeruitus vindic. Nunciatio etiam ad fiſcum fieri dicitur, quoties bona vacantia, vel caduca, vel ex aliis cauſis in fiſcum cadentia ei deferuntur. l. 1. & l. 13. §. cùm ante. l. 38. & l. 43. ff. de iure fiſc. l. 6. §. certè. Et ita ad fiſcum nunciata accipe in l. 18. ff. de vſucapio. l. 43. ff. de iure fiſc.

Nunciare cauſam, pro eo quod eſt deferre in l. 39. §. 1. ff. de iur. fiſc. & renunciare in l. 22. §. vlt. eod. tit. Et Nunciatores, qui per notoria indicia produnt. l. 6. ff. ad Turpillian.

Nuncius eſt, qui ſpecialiter certi negotii gratia ad aliquem deſtinatur, & abſenti miniſterium præbet. l. 2. ff. de pact. l. 14. §. vlt. ff. de conſtit. pec. l. 25. §. iuſſu. ff. de acquir. hæred. l. 1. ff. manda. l. 4. ff. pro ſoc. l. 1. in fin. ff. de contrahend. empt.

Nuncium mittere & remittere, coniuges, qui libello repudij miſſo à ſe inuicem diuertunt. l. 6. & l. 10. ff. de ſponſalibus. l. 5. in fin. & l. 7. §. ſi reus & l. 21. in fin. ff. de iure dot. l. 31. §. ſi ſocer. ff. de donat. int. vir. l. 2. Cod. de repud. l. 22. §. ſi maritus. ff. ſolut. matrimon. l. 45. §. hoc caput. ff. de ritu nupt. Cicer. Topic. Si mulier cùm fuiſſet nupta cum eo, cui connubij ius non eſſet, nuncium remiſit. Apul. lib. 9 de Aſino aureo. Nec ſecius piſtor ille nuncium remiſit vxori, eamque protinus de ſua proturbauit domo.

Indè Nuncios repudia interpretãtur Impp. in l. 3. C. de repud.

Nvptias definit Modeſtin. in l. 1. ff. de ritu nupt. quas à nubendo, id eſt, velando dictas Feſtus, Iſidor. & alij tradunt, quòd olim nouæ nuptæ velatæ ad viros deducerentur: vnde propriè nuptiarum nomen mulieribus conuenit. non temerè enim viros nubere Latini auctores dicunt. Et ideò ſecundum perſonas vtriuſque ſexus nuptias & matrimonium in aliquot locis diſtingui ex Triboniani tamen, quantum exiſtimo, ſubtilitate magis quàm Iureconſultorum videmus. l. 10. & l. 11. ff. de ritu nupt. § ſi aduerſus ea. Inſtitut. de nupt. §. quibus connumerari. Inſtitut.

de hæred. quæ ab int. Porrò hæc conditio, *Si nupſerit*, non impletur qualicunque coniunctione. Etenim ſi nondum nubilis ætatis ducta ſit, vel ei coniuncta cuius nuptiis interdictum eſt, non paruit conditioni. l. 10. ff. de conditio. & demonſtr. Sed & ſi pupillæ legatū ſit, *Quandoque nupſerit*, ſi ea minor 12. annis nupſerit, legatum non conſequetur, antequam viripotens facta ſit: quia non poteſt videri nupta, quæ virum pati non poteſt. l. penult. ff. quando dies leg. ced. Nuptiæ iuſtæ quæ ſint, vide in verb. iuſtus.

NVRVS appellatur filij vxor. l. 4. §. affines. ff. de gradib. & affin. Sed & ſponſa licet minus propriè nurus appellatione continetur. l. 6. & l. 8. ff. de gradibus & affi. l. 12. §. 1. ff. de ritu nupt. Nurus autem appellatio & in edicto De poſtulando, & in quæſtione prohibitarum nuptiarum, & alias ferè porrigitur. licet has pronurus quidam rectè appellent. l. 50. ff. de verbor. ſignific. l. 1. in fi. & l. 3. §. vlt. ff. de poſtul. l. 8. §. penult. ff. de legat. præſt. l. 14. §. vlt. ff. de ritu nupt. Ideoq; nepotis ex filia noſtra nati vxorem nobis nurum eſſe traditur in l. 6. ff. de gradibus & affin.

NVTRICIA mercedes nutricum. l. 1. §. penult. ff. de var. & extr.

ΝΥΚΤΑΛΩΠΑ genus morbi Græcis appellari Vlpianus in l. 10. §. penult. ff. de ædil. ed. ſcribit, vbi homo neque matutino tempore videt, neque veſpertino. De quo verbo quædam præter Budæum medicorum loca adnotabo. Ægineta lib. 3. Νυκτάλωπα λέγουσιν ὅταν συμβῇ τὴν μὲν ἡμέραν βλέπειν, δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ γενομένης οὐδ' ὅλως. Quibus verbis etiam Aëtius lib. 7. νυκτάλωπα definit, morbumq́ue hunc contingere ait διὰ τὴν ἀσθένειαν περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος παχύτητα, καὶ τῶν λοιπῶν περὶ τὸν ὀφθαλμὸν ὑγρῶν καὶ χιτώνων. Alexander Trallianus lib. 2. περὶ δὲ τοὺς κατὰ νύκτα μὴ βλέποντας οὓς νυκτάλωπας ὀνομάζουσιν ἧπαρ τράγειον τρίψας μεθ' ὕδατος ποταμίου χρῶ. Plinius lib. 28. cap. 11. Sanguine humano ſanare Luſcioſos putant, νυκτάλωπας appellant.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSTERTIVS.

OBLIGATIO iuris eſſe vinculum definitur Inſtitut. de obligatio. in princ. Et ita appellatur in l. 59. ff. de condict. indebit. l. 67. ff. de procuratoribus. l. 46. ff. de acquir. poſſeſſ. Obligationum verò aliæ ſunt, quæ ex legibus, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, principumq; conſtitutionib. manant. Aliæ honorariæ, quæ ex prætoris iuriſdictione veniunt. l. 1. §. penult. ff. de exercit. l. 8. §. 1. de fideiuſſoribus. l. 8. §. vltimo. ff. de acceptilat.

Obligatus fundus dicitur, qui pignori oppoſitus eſt. l. 45. §. vltimo. l. 57. ff. de legat. libro 1. Obligatis prædiis Cicero in Rullum ſoluta opponit, quæ ſcilicet nullo pignoris nexu tenentur.

Obligari lege dicitur, qui in legem cōmittit & incidit. l. 30. ff. de falſ. Modeſtin. in l. 51. ff. de verb. oblig. Lege obligamur, cùm obtemperantes legibus aliquid ſecundum præceptū legis vel contra facimus. Sic Gellius furti ſe obligare, pro furtum facere in lib. 7. cap. 15. dixit.

Obligari iudicio pro teneri. l. 45. ff. de oblig. & actio.

Obligari apud aliquem, pro alicui in l. 17. l. 22. §. quod ſi ſtipulator. l. 70. in fi. ff. de fideiuſſoribus, vt apud aliquem debere in l. 34. §. quidam. ff. de ſolutionibus.

OBREPERE, eſt falſis dictis & mendaciis aliquē circumuenire. l. 29. §. ſi cùm debitor. ff.

mand.l.1.§.tutores.l.29.ff.ad leg.Corn.de falſ. l.55.§.vlt.ff.de adm.tut.l.1.l.5.§.penult.ff.de reb.cor.l.3.§.puberi.ff.de Carb.ed.l.1.§.1.ff.ſi à parent.quis manum.

Obreptio l.10.§.patronum.ff.de in ius voc. l.8.§.1.ff.de neg geſt.l.49.ff.de bon.libert.l.26.§.ſubuentum.ff.de fideicom.libert.l.5.C.quomodo & quan.iud.Obreptiones reſcriptorum apud Ambroſ.lib.5.Epiſt.24.

Obryza in l.12.de ſuſceptoribus in C. Theod.l.2.& l.3.de ponderatoribus eod.Plin. lib.33.cap.3. Auriq; experimento ignis eſt, vt ſimili colore rubeat, quo ignis. Atque ipſum obryzum vocant, in cuius verbi notatione B. Hieronymus & Iſidorus diſſentiunt. Ille in Hieremiam obryzum quaſi ophiriſum appellatum tradit, quoniam ex Ophir inſula laudatiſſimum aurum aduceheretur. Hic verò lib.16. Etymolog.cap.17.ab eo quod obradi & ſplendore, & coloris ſit optimi, nomen ductum putat. Eſt & tertia opinio exiſtimantium à Græco originem hoc nomen trahere, & obryzũ quaſi ἄβρυζον dictum, quoniam purum ſit & ſyncerum aurum. Qua in ſententia Hermolaus Barbarus eſt.

Inde obryzati ſolidi in l.1.C.de oblatio.votor.lib.12.l.vlt.C.de veter.numiſmat.poteſt.

Obscvrare vulgò accuſatiuo iungitur. l.10.in fi.ff.de ſeruit.vrb.Sed tamen & Obſcurare luminibus dixit Vlpian.in l.30.ff.de vſufr. ſecundum Piſanam lectionem.

Obseqvivm liberorum libertorumque eſt erga parentes & patronos. Rubr. de obſeq. à parentib. patr.l.9.§.de plano.ff. de offic.proconſ.l.5.§.vtrum.ff. de liber.agn.l.vlt.ff.ſi libert.ingen.l.84.ff.de conditio.& dem.Iuſtinia. Nouell.78.φυλαττέτωσαν γε μὴν καὶ μετὰ ταύτην τὴν θείαν ἡμῶν διάταξιν τοῖς εἰς τοιαύτην αὐτοὺς ἄγουσι τιμὴν πᾶσαν αἰδῶ καὶ τὸ καλούμενον ὀψέκιον, καὶ τὴν ἐκ τῶν νόμων εἰσηγμένην τιμήν. Et paulò poſt reuerentiam appellat.

Obsiani lapilli.l.19.§.penult.ff.de auro, argent.Obſidianum Plin.lib.36.cap.26.& lib. 37.cap.10.vocat, & in Æthiopia ab Obſidio (vnde nomen ſumpſiſſe puto) inuentum, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddentem. Ex quo multos gemmas feciſſe ſcribit. vide & Iſidor.lib.16.Etymolog.cap.4.& cap.15.

Obsides in l.11.ff.qui teſtam.fac.l.31.& l.32.ff.de iure fiſc.qui ſint, obſcurum non eſt.

Obsignatio conſignationem pecuniæ ſignificat in l.9.C.de ſolutio.l.7.C.de pact.inter emptor.Cic.pro Cluentio, Pecuniaque obſignata quæ ad eam rem dabatur in manibus Scamandri deprehendit. Obſignatio autem ſic fiebat, vt ſacculus lino traiiceretur ſigniſque ceræ impreſſis obſignaretur. Obſignatio etiam tabularum dicitur apud Gellium lib.14. cap.2.Cicer.1.de Orat.Tu mihi cùm in circulo decipiare aduerſarij ſtipulatiuncula, & cùm obſignes tabellas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum, quo is capiatur. Obſignari etiam teſtamenta apud Cæſarem lib.1.de bello Gall. & Cicer. pro Cluent. Obſignare etiam bona & obſignare domum in l.vlt.ff.de requirend. vel abſent.l.1.§.penult.ff.de vent.in poſſ.mitt.

Obsonatores ſerui in l.65.ff.de leg.lib. 3.Seneca Epiſt.47.lib.6.Adde obſonatores quibus dominici palati noticia ſubtilis eſt, qui ſciunt, cuius rei illum ſapor excitet.

Obventiones, fructus reditusque omnes ſignificāt, qui vel ex ipſo rei corpore, vel induſtria hominis accedunt, veluti mercedes, penſionesq; ex locationibus prediorum vrbanorum debitas, vecturas iumentorũ, naulum nauium.l.1.§.exercitorem.ff.de inſtitor.l.7.ff. de vſufruct.l.34.ff.de vſur.l.5.§.non paſſim.ff. de rebus cor.Vbi tamen P.Fl.autographon habet obuenditionum.

Occisvm, quod ad leg.Aquil.attinet, accipere debemus ſiue gladio ſiue etiam fuſte, vel alio telo, vel manibus, ſi fortè ſtrangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter.l.7.§.1.ff.ad leg.Aquil. Et quanquam vulgò occidiſſe dicatur, qui mortis cauſam præbuit, (quæ & in lege Corn.de ſicariis interpretatio fieri conſueuit.l.15.ff.ad leg.Corn. de ſicar.vt à Quintiliano in Declamatio.bellè exponitur) tamen lege Aquilia is demum teneri viſus eſt, qui adhibita vi & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet, tracta videlicet interpretatione vocis à cædendo & à cæde.l.51. ff.ad leg.Aquil. Itaque in S.C.Silaniano, Occiſorum appellatione hi continentur, qui per vim aut cædem ſunt interfecti, vtputa iugulati, ſtrangulati, præcipitati, vel ſaxo, fuſte, lapide percuſſi, vel quo alio telo necati, non etiam ſi veneno vel quo alio quod clam necare ſoleat, ſiue interempti.l.1.§.occiſorum.ff.de S.C.Silania.

Occvpare alias intelligitur, qui prior litem conteſtatus eſt.l.32.ff.de procuratoribus coniuncta l.11.ff.de doli except. & l.9.ff.de verbor.obligat. Alias qui prior ad ſententiam peruenit.l.10.ff.de pecul.l.19.ff.de re iud.l.9. ff.de tributor.l.3.ff.quod cum eo.l.4.ff.de in rem verſo.

Occupantis fieri dicuntur ea, quæ in medio poſita nullius priuatim bonis ſunt.l.3.& l.7.§. inſula.ff.de acq.rer.do.Et ita occupatione ſua quæq; feciſſe eos, qui primi in vacua venerunt Cic.1.Officior.ſcribit.

Oeconomi appellabantur, quibus res eccleſiaſticæ gubernandæ mandabantur.l.14. C.de ſacr.Eccleſ.Diſpenſatorem pauperum Leo & Anthemius definiunt in l.31.§.hoc nihilomi-

hilominus.C. de epiſc.& cleric. Aliàs œconomi definiuntur, qui eccleſiaſticas tractant rationes. l. 3. Cod. de his qui ad eccleſiam confugiunt.

OENOMELI in l. 9. ff. de vino trit. ol. muſtum eſt melle admixtum vehementer commotum & agitatum. Quæ potio veteribus probabatur. Vide Dioſcor. lib. 5. cap. 1. 2. & Iſidor. lib. 20. Etymolog. cap. 3.

OFFENDERE legem, Senatuſconſultum, & offendere legi in libris noſtris inuenitur. l. 40. ff. de iudic. l. 3. §. is autem. ff. ad Macedonia. l. 1. ff. de vſur. Sine offenſa edicti. l. 6. ff. de poſtul.

OFFERRE ſe liti dicitur, qui vltrò nihil ad ſe pertinentis cauſæ nomine iudicium excipit. l. 48. ff. de hæredit. petit. l. 28. ff. de rei vēdic. l. 2. ff. de adm. tut.

Obtuliſſe ſe liti videtur procurator, qui iudicio pro domino ſe ſine mandato obtulit. l. 4. ff. de re iud. l. 61. ff. de procuratorib.

OFFICIENDI luminibus vicini ſeruitus, cùm ius eſt luminibus vicini officere. l. 2. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 2. ff. de ſeruit. ruſt. Cùm autem ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti videmur, ne ius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare, atq; ita minuere lumina noſtrorum ædificiorum. l. 4. ff. eod. tit. hoc enim obſeruatur ea ſeruitute conſtituta & ne lumina obſcuriora fiant. Siue igitur arborem ponat, ſiue quodcunque aliud faciat ad luminis impedimentum, aduerſus ſeruitutem fit. l. 15. & l. 17. eo. tit.

OMITTERE hæreditatem legatúmve & prætermittere pro eodē noſtri auctores dicūt. l. 7. & l. 59. in fin. ff. de acq. hæred. l. 33. ff. de milit. teſt. l. 20. & l. 82. §. 1. ff. de legat. lib. 3. l. 44. l. 59. §. ſi Attius. ff. de hæred. inſtit. l. 1. C. de fideicomm. liber. l. 19. ff. de inoffi. Omittere bonorum poſſeſſionem. l. 1. §. ſi duo. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab. Et ita in titul. Si quis omiſſa cauſa teſtament. accipe: vbi traditur Prætermittere cauſam teſtamenti eſſe, ſi quis repudiauerit hæreditatem: prætermittereq; videri eum, qui cùm poſſet iubere, nóluit id facere. l. 1. §. 1. & §. prætermittere. ff. ſi quis om. cau. Omittere tamen & repudiare ſeparantur. l. 24. §. Scæuola. ff. de minorib. Nam & omittit hæreditatem, qui tempore excludi ſe patitur, quod omittere aditionem dicitur in l. 14. ff. de lib. & poſt. Omittere etiam præterire teſtamento ſignificat. l. 19. ff. de inoffic. teſt. l. 16. ff. de lib. & poſt. l. 34. §. ſed ſi filiusfam. ff. de milit. teſt. §. vlt. Inſtitut. de exhæred. lib.

OFFICIVM, vt Grammaticis notum eſt, dicitur quod quiſque efficere debet. Sic officium pietatis in l. 2. ff. de inoffic. quòd à parentibus in liberos proficiſci debet. Officium etiam magiſtratus, & ius dicentis, vt prætoris, quod latiſſimè patere traditur in l. 1. ff. de iuriſdict. om. iud. l. 27. ff. de verbor. obligat. l. 22. ff. ſi cert. pet. l. 1. §. an autem. ff. de poſtul. Separaturq; ab officio iudicis in ſtipulationum diuiſione, quod in ſingulis cauſarum generibus propriam inſpectionem habet, vt ex tit. de rei vendic. fami. erciſc. comm. diuid. & ex l. 25. §. item ſciendum. ff. de ædilit. ed. patet. Officium modò munus publicum honoremque ſignificat. l. 2. ff. de his quæ vt indig. l. 4. §. 1. de offi. proconſ. l. 12. §. penult. ff. de iudic. l. 6. ff. de capit. dim. l. 2. ff. de diuerſ. reg. modò officiales ipſos & miniſtros magiſtratuum ac præſidum. l. 6. §. ne tenuis. ff. de off. præſid. l. 74. ff. de euictionibus. l. 1. §. penult. ff. de ſeru. fugit. l. 72. ff. de furt. l. 6. C. de ſentent. & interlocut. l. 33. ff. de decurionib. lib. 10. C. l. 1. C. ad Turpillian. Sic Officium Præſidum, Comitum, Præfectorum, procuratoris fiſci accipimus. l. 3. C. quando fiſc. vel priuat. l. 2. & l. 3. ad fi. de cano. largitio. titul. lib. 10. C. l. vn. in fin. de collatio. donat. l. 54. de decurio. eo. l. 1. C. ne fiſcus rem quam vend. l. 1. de bon. vacantibus. C. Et apud Tertullian. in lib. de fuga in perſecutio. ad fin. Sic Officium pręſidale in l. 1. C. de pręſcriptio. 30. an. Officium cenſuale. l. 18. ff. de teſtamen. & apud Symmach. lib. 1. Epiſtol. 46. Cohortale officium. l. 33. C. de appellatio. Officium comitianum. l. 2. Cod. de off. milit. iudic. Officia etiam prouinciæ Donat. in Phormio. vocari ſcribit Prætores, qui mittuntur in prouincia, quòd cum officio mittantur. Sed & locum ipſum, in quo officiales conſiſtunt officium appellant. l. 17. in fin. ff. qui ſatiſda. cog. l. 17. ff. de in ius voc. Plin. lib. 1. Epiſt. Paucos poſt dies ipſe me regulus conuenit in prætoris officio. Quo etiam modo Aſcon. in 2. Verr. locutus eſt. Cæterùm Officialium verbo Iureconſulti vtuntur in l. 34. ff. ſi cert. pet. l. 6. §. ſi quis comitum. ff. de pœn. l. 5. §. miſſus. ff. vt in poſſ. leg. l. pen. in fin. ff. de bon. damnator. Et Imp. in l. 4. C. de epiſc. & cleric. l. 2. de delatorib. lib. 10. C. & aliàs ſæpè. Quo tamen verbo præter Apuleium vix quenquam receptæ auctoritatis vſum credo.

Officium ſeruile miniſteriū nonnunquam ſignificat. l. 46. §. actores. ff. de iure fiſc. & ab artificio ſeparatur. l. 65. §. 1. ff. de legat. lib. 3. l. 24. ff. de manumiſſ. teſt. Imò & à miniſterio in l. 65. ff. de leg. lib. 2.

Officium autem præſtare dicuntur, qui ad patrisfa. corpus tuendum atque ipſius cultum prępoſiti deſtinatíque ſunt. Quo in genere coci, oſtiarii, cubicularii, tonſores, obſonatores, miniſtratores, atque alii, qui ad huiuſmodi vſum parati ſunt, numerantur. l. 61. l. 65. ff. de leg. lib. 3. l. 203. in fin. ff. de verbor. ſignific. Artificium verò in his eſt, qui artem aliquam exercent: Cuiuſmodi ſunt lecticarii, texto-

res, fullones. d. l. 65. §. 1. & l. penult. ff. de rebus dub. Non diſſimiliter officiales operæ ab his, quæ in artificio ſunt, ſeiunguntur. l. 26. §. libertus. ff. de condict. indeb. Meminit verò officialium operarum etiam l. 6. & l. 9. ff. de oper. libert. quæ ſcilicet in officii & obſequii præſtatione conſiſtunt: quo modo in officio mariti eſſe vxorem. Hermogenia. dixit in l. 48. ff. de oper. libert.

OLEAM immaturā plus habere reditus, quàm ſi matura legatur, tradit Iauol. in l. pen. ff. de vſufr. leg. Olearia autē vaſa, inſtrumentaq; enumerantur in l. 19. §. illud. ff. loca. Oliuariæ quoq; molæ & præli fit mentio in l. 21. ff. de inſtruct. vel inſtrum.

Oleaginea pocula. l. 30. ff. de leg. lib. 3. vel, vt in archetypo eſt Oleagina.

Oliuarum nuclei. l. 55. ff. de leg. lib. 3. l. 167. ff. de verb. ſignif.

Oliuetum in l. 58. ff. de contrah. empt. & l. 4. ff. de cenſib. in vulgatis, non item in Florentinis codicib. & l. 7. C. de bon. proſcriptor. & l. 1. C. de mancip. & colon. lib. 11. C.

OLOBERAS veſtes vel olobaras legendum cenſeo in Rubr. de veſtib. olob. libr. 11. C. vbi nonnulli malè holoſericas ſupponunt. Eſt autem hoc verbum Græcum. ; Olobera enim veſtimenta ſunt ὁλοβαρῆ, id eſt, omni parte texturæ conchylii rubore infecta & conchylio ſolidata. Quod & l. 4. eius tit. perſpicuè comprobat.

OMNINO & Omnimodo præciſam neceſſitatem plerunque ſignificant. l. 10. §. in adrogato. ff. de vulg. & pup. Idemq; valent quod indiſtinctè. l. pen. ff. pro ſuo. l. 49. ff. de iure dot. l. 11. in fin. l. 26. ff. de leg. lib. 1. l. 14. §. ſed & ſi. ff. quod met. cau. l. 1. §. hoc edictum. ff. nautæ, caupo. l. 9. ff. rat. rem hab. l. 9. in fi. & l. 32. §. ſacerdotio. ff. de recep. qui arbitr. l. 18. ff. de adim. leg. §. ſed furti. & §. item actio. Inſtit. de actio. l. pen. ff. qui ſine manumiſſ. l. 17. §. vlt. ff. ad Velleian. Omnino ſine metu exceptionis in l. 39. §. pen. ff. de dam. infect. & in l. 1. §. 1. ff. de vſur. & l. 87. §. 1. ff. de leg. lib. 2. Omnimodo eſt etiam ſine interpellatione: quo ſenſu credo accipiendum in l. 38. §. pen. ff. de vſur. Significat & in omnem euentum, &, vt Iureconſulti loquuntur, quicunque caſus inciderit, in l. 18. ff. quod met. cauſ.

ONERIS ferundi ſeruitus eſt, cùm onera vicini quis ſuſtinere cogitur. l. 1. l. 33. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. 6. §. etiam. ff. ſi ſeruit. vindic. Seruitus oneris porticus ſeruandæ in l. penult. ff. de dam. infect. Huc alludens Seneca lib. 10. Epiſtol. Nouit, ait, vires ſuas: ſcit ſe eſſe oneri ferundo.

Onus merces quaſcunque naui impoſitas ſignificat in l. 31. & l. penult. §. penult. ff. loca. l. 6. ff. de lege Rod. l. 1. §. non autem. ff. de exercitor. Vnde oneris auerſi actio in d. l. 31. & Onus auertere apud Tertullian. libr. 1. aduerſ. Marcio.

Onerandæ libertatis cauſa facta definiuntur quæ ita imponuntur, vt ſi patronum libertus offenderit, petātur ab eo, ſemperq; ſit metu exactionis ei ſubiectus: propter quem metum quoduis ſuſtineat patrono præcipiente. l. 1. §. quæ onerandę. ff. quar. rer. act. Onera hęreditatis legata & fideicommiſſa æs alienum. l. vn. §. pen. ff. ſi mul. vent. nom.

ONYX Arabicus in l. vltim. §. ſpecies. ff. de publican. ad differentiam Indici, à quo colore diſtat. Nam Indicus igniculos habet albis cingentibus zonis: Arabicus autem niger eſt cum candidis zonis. Inde autē nomen habet, quod habeat in ſe permixtum candorem in ſimilitudinem vnguis humanæ, vt Iſidor. libr. 16. c. 8. tradit. Meminit & onychum in ſolis Arabiæ montibus naſcentium Plin. lib. 36. c. 7.

OPE Conſilio furtum factum: verba hæc ſine articulo pronunciari ſolent. l. 27. §. ſi quis de manu. ff. ad leg. Aquil. l. 36. ff. de furt. l. 1. ff. furti aduerſ. naut. l. 6. ff. de condict. fur. l. 11. §. quamuis. ff. de ſeruo corrup. Et apud Cic. lib. 3. de Nat. deor. l. 10. ff. ad l. Iul. maieſt. Ope conſilioq;. l. vlt. C. fin. regund. Hæc autem verba ſeparatim accipienda Paul. admonet in l. 53. in fin. ff. de verb. ſignif. vt aliud factum ſit eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum facit. Conſilium enim dare videtur, qui perſuadet & impellit atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum: Opem fert, qui miniſterium atq; adiutorium ad ſubripiendas res præbet. l. 56. §. ope conſilio. ff. de furt. Sic & l. 52. §. neq;. & §. cum Titio. eo. tit.

OPERIS appellatione continetur quod Græci ἀποτέλεσμα dicunt, id eſt, ex opere factò corpus aliquod perfectum. l. 5. in fin. ff. de verbor. ſignific. Edictum porrò de noui operis nunciatio. id demum opus quod in ſolo fit, & ſolo coniunctum eſt, amplectitur. l. 1. §. hoc autem. ff. de ope. no. Vnde qui meſſem facit, qui arborem ſuccidit, vineam putat, licet opus faciat, tamen ad illud edictum non pertinet. Enimuerò interdicto quod vi aut clàm teneri & eum placet, qui arbores ſuccidit, quanquam ad ea quoque ſola opera quæ in ſolo fiunt, id interdictum pertineat. l. 1. §. hoc autē. & l. 7. §. notauimus. ff. quod vi aut clam. Operæ ſunt diurnum officium. l. 1. & l. 3. ff. de oper. liber. per ſingulos enim dies dantur. l. 20. §. quædam. ff. de ſtatu liber. Edere operas, id eſt, exhibere: frequens Iureconſultis locutio in titul. de oper. libert. & l. 54. §. vltim. ff. de verborum obligatio. Operarum verò editionē nihil aliud eſſe, quàm officii præſtationem Gaius ſcribit in l. 20. ff. de oper. libert. Operarum aliæ officiales ſunt, quæ in officii præſtatione

ſtatione conſiſtunt: quales ſunt, quæ à libertis patronis obſequii ratione præſtantur. Aliæ quæ in artificio veluti fabriles, pictoriæ. l. 9. l. 23. & l. 24. ff. de oper. libert. l. 6. §. libertus. ff. de condictione indeb. Operæ ſeruorum legatæ differunt à fructu, vt apparet ex l. 2. ff. de vſufruct. leg. & l. 1. & l. 2. ff. de oper. ſer. l. 5. in fin. ff. vſufructuarius quemadmod. cau. l. 1. §. ſi vſusfructus. ff. ad leg. Falcid. Reſtat, videamus, qualem intellectum habeat quod dicitur, ſeruos in quibus vſumfruct. habemus, item alienos bona fide poſſeſſos nobis ex operis ſuis acquirere. l. 10. ff. de his. l. 19. ff. de acquir. rer. do. l. 21. & l. 23. §. 1. ff. de vſufruc. Cuius dicti interpretatio aliquatenus peti poteſt ex l. 19. & l. 47. ff. de acquir. rer. dom. & l. 45. ff. de acquir. hæred. l. 20. §. 1. ff. de pecul. & Gaio in Inſtit. lib. 2. tit. 1. ad fin.

Ad opus publicū noxii olim nonnunquam dabantur. Idque vel ad tempus, vel in perpetuum. Ad opus autem damnari darive, & in opus tradi idem valent. l. 6. ff. de extraordin. cum l. 1. §. 1. & l. vltim. ff. de effractoribus. l. 8. §. quiſquis. l. 10. l. 17. & l. 28. ff. de pœn. l. 18. ff. de iure fiſc. l. 6. C. ex quib. cau. maior. & Opere etiam multari pro eodem dicunt. l. 10. §. vlt. ff. de pœn.

In opus ſalinarū ob maleficium mulierem datam legimus in l. 6. ff. de captiu.

OPHITÆ hæreticorum genus, de quibus in l. 5. l. 10. & l. penult. C. de hæretic. & Manich. Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, in hæreſeon catalogo Ophitas ſeu ſerpentinos ab eo dictos tradit, quòd colubrum colant, aſſerentes initium ſcientiæ boni & mali nobis eum primitus attuliſſe. Idem & Iſidorus de hoc hominum portento tradit libr. 8. Etymolog. cap. 5.

Verbū OPORTEBIT tam præſens, quàm futurum tempus ſignificat. l. 8. ff. de verb. ſignific. Oportet autem, præſens tantùm tempus deſignat. Et ideò hac oratione, *Quod te mihi dare facere oportet*, præſentia tantùm debita non etiam ea quorum dies nondum venit, vel quorum conditio pendet, continentur: quæ qui complecti volet, addere debet, *Oportebitve*. l. 76. §. 1. l. 89. l. 125. ff. de verb. obligat. l. 46. ff. de leg. lib. 2. l. 18. ff. de acceptilatio. Verbum autem Oportet, non ad iudicis facultatem qui pluris vel minoris condemnare poteſt, ſed ad veritatem refertur. l. 37. ff. de verb. ſignific. Sic accipiebatur in antiqua formula, Aio te mihi dare oportere: quæ apud Probum his notis ſcripta extat, A. T. M. D. O. Sic & in l. 29. l. 30. §. 1. l. vlt. ff. de iureiur. l. 19. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 9. §. vlt. ff. de liber. leg. l. 13. ff. quib. mod. pign. & aliàs ſæpè.

OPTARE, nonnunquam ſignificat eligere. l. 3. §. idem ſcribit. ff. ad exhibend. l. 5. & l. 10. ff. de leg. lib. 1. Inde optionis legatum, quo electio ſeruorum in familia relictorum legatario datur. §. optionis. Inſtit. de legat. Rubr. de optio. leg. l. 7. §. hodie. ff. de minorib. l. 3. ff. qui & à quib. l. 18. ff. fam. erciſc. l. 99. ff. de leg. lib. 1. & apud Vlpia. in Inſtitut. tit. 24.

Optiones in re militari appellabantur, qui antecedentibus ægritudine præpeditis tanquam adoptati & vicarii eorum vniuerſa curabant, vt Veget. lib. 2. cap. 7. & Non. Marcell. exponunt. Quo in ſignificato accipi optio poteſt in l. vlt. ff. de iure immunit. At in l. pen. ff. de bon. damnator. Optiones commentarienſibus adiunguntur. Etiam optiones fœderatorum dicuntur. l. vltim. C. de locato & cond. Nouell. 117.

Optiones etiam pro apparitorib. in l. pen. de iure fiſc. lib. 10. C. & l. vlt. eo. tit. in C. Theodoſ. & l. pen. de apoch. pub. eo.

OPINIO, pro eo quod vulgo Taxam dicimus in l. vlt. C. de prædiis nauicul. & l. vlt. C. de collatio. fund. fiſcal. lib. 11.

Opinatores, vt in l. penult. de exactorib. tribut. lib. 10. C. & l. 11. de erogat. milit. anno lib. 12. C. Tribonianus exponit, exactores ſunt militaris annonæ. Hanc enim illum eo loci interpretationem appinxiſſe planum fit ex l. 16. de exactionibus. in C. Theod. Sic cum eo hoc verbum accipiemus in l. 1. de excoctione & tranſlatio. milit. annon. lib. 12. & l. 34. de annon. & tribut. in C. Theod. Non diſſimulandum eſt tamen eos, qui militarem annonam curant, atque ſuſcipiunt Optiones à Iuſtinian. Nouell. 129. appellari. Illic enim ita eſt, καὶ τοὺς μὲν ἐξάρχου τάγματος ὀπτίωνας ἀποδέχεσθαι τὰ εἴδη δίχα τινὸς διαστροφῆς καὶ χορηγεῖν τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς στρατιώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννώνας. Qui & Actuarii appellantur in l. 5. l. 9. l. 16. de erogatio. milit. anno. lib. 12. Eos Iuſtinia. præcipit recauta facere, id eſt apochas, de his quæ collationibus in tranſitum militum expenduntur. B. Auguſtin. Epiſtol. 13. Fauſtus, ait, cum debito decem & ſeptem ſolidorum ab opinatoribus vrgueretur vt redderet, quod ad præſens vnde explicaret ſe non inueniebat, ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium ſanctæ eccleſiæ conuolauit. Eoſdem mox exactores appellat.

Adiectio hæc *Vti optimus maximusque eſt*, non in traditionibus modò, ſed & in emptionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, hoc ſignificat, vt liberum ab omni ſeruitute prædium præſtetur, non vt etiam ſeruitutes ei debeantur. l. 126. l. 169. ff. de verborum ſignificat. l. 8. & penultim. ff. de euictionibus. l. 69. §. ſi fundus. ff. de leg. lib. 1. Itaque parum cohæret quod Sicul. Flacc. lib. de conditio. agror. ſcribit. Quidam etiam conueniunt precariò, vt ſeruitutem præſtent his agris ad quos

neceſſe habent tranſmittere peruium. Nam & id his verbis comprehenditur, *Vti optimus maximusq́; ſit*. Plerumq; etiam ad inſtrumentum vel inſtructum prædii hæc verba referuntur. l. 92. & l. 93. §. penult. ff. de legat. lib. 3. l. 18. §. item cùm fundus. & l. 22. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Quæ & in Sententiis Pauli habetur lib. 3.

Optimo iure poſſeſſam domum. l. 26. §. 1. ff. de pignorib. accipe quæ nulli obligata eſt, nec vllo nexu pignoris tenetur liberaq; eſt ab omni onere hypothecæ. Cicer. de lege Agrar. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt libera, meliore iure ſunt quàm ſerua. Idem in oratione de Aruſpic. reſponſ. Multæ ſunt domus in hac vrbe, Patres conſcripti, atque haud ſcio, an pene cunctæ iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hæreditario.

Optimum ius legati apud Vlpian. in Inſtit. tit. 24. quod commodius eſt, & facilius.

Optimo iure libertatem conſequi dicuntur in l. 31. ff. de minorib. qui ex fideicommiſſo rectè manumiſſi ſunt. Optimo iure debentur vſuræ, quæ interrogatione præcedente promiſſæ ſunt. l. 1. C. de vſur. Optimo iure quarta bonorum curialium defunctorum, quibus alieni ab eorum conſortio hæredes extiterunt, à curia petitur. l. 1. C. quando & quib. quarta pars. Optimo iure Cenſor creatus apud Liuium lib. 9. Et optima lege capta Veſtalis apud Gell. lib. 1. cap. 12. Optima autem lex, vt Feſtus lib. 13. ſcribit, cùm nominabatur in Dictatore faciendo, quàm pleniſſimum poſſet eſſe ius ſignificabatur. Optimo iure admiſſos codicillos dixit Iuſtinian. Inſtitut. de codicill. in fi. prin. id eſt, habuiſſe νόμιμον σύστασιν, vt Theophil. vertit. Optimum vinum frumentúmve cùm quis ſtipulatur, id ſtipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. l. 75. ff. de verb. oblig.

OPTINERE dicuntur, ſecundum quos ſententia datur. l. 36. ff. de liber. cau. l. 9. ff. de iure fiſc. l. 22. ff. de his quæ vt indign. l. 2. C. eo. tit. l. 22. ff. de inofficioſo teſtamento.

ORATIONES principum vti ſunt accipiendæ in libris noſtris, expoſui lib. Select. Antiquit. 1. Eiuſmodi eſt oratio D. Marci de confeſſis, cuius meminit l. 6. §. 1. ff. de confeſſ. & l. 56. ff. de re iudic. Oratio Marci & Commodi, qua prohibentur tutores & filii eorum pupillas ſuas ducere: ad quam Paul. librum ſingularem ſcripſit. l. 60. & l. 67. §. ſed & ſi filiusfam. ff. de ritu nupt. Oratio eorundem Impp. de ſenatorum & libertinarum nuptiis. l. 16. ff. de ſponſalib. l. 16. ff. de ritu nupt. Oratio Seueri de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt ſine decreto non alienandis. l. 1. ff. de reb. cor. l. 9. C. de præd. minor. quam ſingulari libro Paulus expoſuit, vt ex Indice Florentino & inſcriptionib. aliquot conſtat. Oratio Antonini de confirmandis inter virum & vxorem donationibus. l. 32. ff. de donatio. int. vir. Similia alia exempla ſunt in l. vlt. C. de teſt. man. l. 17. C. de excuſ. tutor. l. 2. C. de cur. fur. l. pen. C. de his quæ vt indign.

ORCINI liberti appellãtur, qui teſtamento manumiſſi ſunt, quaſi teſtatoris ad orcum demiſſi liberti. l. 3. §. planè. ff. de legit. tutor. l. 8. ff. de hæred. inſtit. l. 2. ff. de ſtatu liber. l. 22. ff. de pecul. leg. l. 2. §. per contrarium. ff. de dote releg. l. 10. ff. de teſtament. manum. l. vn. §. ſed & ſi ſub conditio. C. de Latin. libert. l. 8. C. de iuris & facti ignor. §. qui autem. Inſtitut. de ſingulis rebus. Vlpian. in Inſtitut. titul. 2. Is qui directò liber eſſe iuſſus eſt, Orcinus fit libertus. Orcini etiam liberti efficiuntur, qui latitant hærede vel legatario manumittere rogato ad libertatem perducuntur, quique ob necem detectam domini præmium libertatis conſequuntur. l. 30. §. idem dicendum. & l. 49. ff. de fideicomm. libertatib. l. 5. ff. qui ſine manumiſſ. Cæterùm Orcinorum libertorum teſtator patronus habetur. l. 23. ff. de pecul. leg. qui cùm iam eſſe deſierit, idcircò Orcinos nullius eſſe libertos non malè dicitur. l. 4. ff. de bon. libert.

ORDINARI lis, iudicium, cauſa, res dicitur. l. 24. l. 25. §. 1. ff. de liber. cau. l. 8. §. 1. cum ſequent. ff. de inoffi. teſta. l. 26. §. vlt. ff. de teſt. tutel. l. 8. ff. de re milit. Vnde litis ordinator apud Senec. libr. 19. Epiſtol. Ordinati libelli, id eſt, concepti & compoſiti. l. 13. in fin. princ. ff. de accuſatio. Ordinata cauſa criminis ait Alex. in l. 1. C. de calumniatorib. id eſt, inſcriptione depoſita, fideiuſſore de lite exercenda præſtito, eoque qui accuſatur ſub cuſtodia officii facto. Ordinari etiam teſtamenta dicimus. l. 30. ff. de lib. & poſt. l. 12. ff. de iure patron. l. 9. §. 1. ff. de pœn. l. 25. C. de iure dot. l. 2. & l. 4. C. qui teſtam. fac. Seneca lib. 4. de Benefic. Et ſuprema ſua ordinare pro eodem. l. 25. §. 1. ff. de lib. & poſt. l. 39. ff. de pignor. act. l. 36. §. miles in ſupremis. ff. de milit. teſt. l. 1. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. Et ordinare poſtrema vel ſuprema iudicia. l. 15. C. de teſtament. Et apud Quintilian. lib. 6. cap. de riſu. Ordinare codicillos in l. 3. C. de codicill. & Ordinatio nouiſſimi iudicii in l. 2. C. eodem tit. & Superordinare apud Tertullian. lib. 5. aduerſus Marcio. pro teſtamento facto aliquid addere aut immutare. Ordinatum etiam edictum legimus in l. 13. ff. rer. amotar.

Ordinarium eſt, quòd rectè atque iuris ordine ciuiliterq́; & cõmuni iure fit. l. 33. §. publicè. ff. de procuratori. Ordinarium ergo ius eſt, quod per actiones & interdicta, per iudices datos, ſine prætoria cognitione, ſine ſubſcriptione

ptione in crimen, ciuiliter exercetur. l. 1. §. 1. ff. ſi vent. nom. l. vlt. ff. de priuat. delict. l. 15. §. ſi ſuper. ff. de re iudic. l. 32. §. item ſi qui. ff. de recept. qui arbit. l. 178. §. actionis. ff. de verb. ſign. l. 155. ff. de diuerſ. regul. Sueton. in Claudio c. 15. Negantem cognitionis rem ſed iuris ordinarii eſſe agere cauſam confeſtim apud ſe coëgit. Nam extraordinaria erat perſecutio ipſo magiſtratu cognoſcente. Aggenus Vrbicus: De poſſeſſione fit controuerſia quoties de totius fundi ſtatu per interdictum litigatur. Ordinaria iudicia Inſtit. de ſucceſſio. bonor. in prin. vbi Theophil. malè quemadmodum exiſtimo interpretatur Ordinaria iudicia, quę ἐκινοῦντο μόνον ἐν χωρῷ τῶν κοιβέντων: Extraordinaria verò, quæ ἐν παντὶ χωρῷ ἐγυμνάζοντο. Magis eſt enim, vt Ordinaria iudicia ea accipiantur, quæ certis ac ſolennibus formulis exercebantur, Extraordinaria verò, quæ non obſeruato illo ſolenni ordine exercebantur. l. 49. ff. de negotiis geſt. §. vltim. Inſtitut. de interdict. Ordinaria planè iudicia ad differentiam arbitralium dicuntur in l. 5. Cod. de arbitr.

Ordinaria bonorũ poſſeſſio, in l. 5. §. ſi quis contra. ff. de legat. præſt. l. 3. §. vlt. ff. de Carb. ed. Carbonianæ opponitur, quæ extraordinaria eſt. Interdum verbum hoc Ordinarium ad ſolum ordinem pertinet. l. 1. ff. ſi tabu. teſt. null. exta. l. 1. ff. de poſſeſſor. hæred. pet. l. 1. ff. de pecul. l. 25. in fi. ff. de ædilit. ed.

Ordinarii ſerui in l. 15. §. Prætor. ff. de iniur. accipiendi ſunt, qui certum aliquod miniſterium officiúmve in familia exercent. Mediaſtiniſq; aduerſi ſunt, qui nullo certo muneri deſeruiunt. Eoq; ſenſu Ordinarium officium ſeruile Seneca dixit lib. 3. de Benefic. cap. 18. Aliàs Ordinarii vicariis opponuntur. l. 17. l. 18. l. 19. ff. de pec. l. 5. §. 1. ff. de tribut. Tunc verò, vt Theophil. in §. cùm autem. Inſtitut. quod cum eo qui in al. pot. ſcribit, Ordinarium appellamus, τὸν πρωτοοικέτην, τὸ δὲ τοῦ οἰκέτου οἰκέτην, vicarium. Iam ordinarii Conſules ad ſuffectorum differẽtiam dicuntur. Cuius rei, cùm plurima teſtimonia in promptu ſint, vnicum Lampridii in Alexandro protuliſſe contentus ero. Conſules, ait ille, quoſcunq; vel ordinarios, vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit.

Ordo iuris & legum in l. 1. C. de liber. cau. l. 31. §. ſi ciuile. ff. depoſ. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. Quoniam Conſul cum iuris ordinem ſequitur, id agit, vt Imperium Rom. corruat. Vtuntur non ſemel hoc verbo Saluianus Maſilienſ. in libris De vero Dei iudicio, & Caſſiodor. in libris Variarum.

Ordo iudiciorum. l. 4. C. de ſentent. & interlocutio.

Ordo decurionum, ciuitatiſve, collegium ipſum decurionũ & curiam ſignificat. l. 15. ff. ad municip. l. 16. §. 1. ff. de alim. leg. l. 1. de omni ag. deſer. lib. 11. C. Appellatur & ſimpliciter ac abſolutè Ordo in l. 3. l. 6. §. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. 5. §. vlt. ff. de donat. int. vir. l. vlt. ff. ad municip. l. 1. §. ſed & ſi præſes. ff. quando appell. ſit. l. vn. ff. nihil innou. appel. l. 1. ff. de magiſtr. conuen. l. vlt. ff. de veteran. Sic & in inſcriptionibus antiquis hoc verbum accipiendum eſt. Itaq; in ordinem allegi, nihil aliud eſt quàm decurionem fieri. l. 3. §. 1. & l. pen. ff. de decurion. l. vlt. ff. de veteran.

A magiſtratibus autem municipalibus tutor datus non videtur per ordinem electus. l. 1. ff. de magiſtr. conuen. Nec verò aliter habetur ordo, quàm duabus partibus adhibitis. l. 3. ff. de decret. ab ord. fac. l. 3. ff. quod cuiuſque vniuerſit. Planè ſi decuriones decreuerint actionem per eum mouendam quem Duumuiri elegerint, is videtur ab ordine electus. parui enim refert ipſe ordo elegerit, an is, cui ordo negotium dedit. l. 6. §. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. Porrò cùm Senatum ſignificare volunt auctores, ampliſſimum ordinem dicere ſolent, vt lib. 1. comprobaui.

ΟΡΓΥΙΑ in l. vlt. ff. fin. regund. Conſtantin. lib. 2. Epit. titul. 4 ἡ ὀργυιὰ, ſic enim emendandum eſt, ἔχει βήματα β. ἤτοι πήχεις δ. ἤτοι πόδας ϛ. ἤγουν σπιθαμὰς θ. δακτύλους δ. Heſychius verò ὀργυιὰν ait eſſe τὴν τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασιν, καὶ τὸ μέτρον ἀπὸ τοῦ τὰ γυῖα μετρεῖν, καὶ πήχεις τρεῖς.

Oriens modò pro parte orbis cui proprius præfectus prætorio attributus erat, modò pro diœceſi quæ prouincias 15. continebat, Palæſtinam, Phœnicem, Syriam, Cyprum, Ciliciam, Palæſtinam ſecundam, Palæſtinam ſalutarem, Phœnicem Libani, Euphratenſem, Syriam ſalutarem, Oſroënam, Meſopotamiam, Ciliciam ſecundam, Iſauriam, Arabiam. Quanquam Guiliel. Tyrius Orientem ex veterum auctoritate Antiochiam diœceſim appellare ſe ſcribat lib. 3. de Bello ſac. cap. 18. Supradictæ autem omnes prouinciæ ſub diſpoſitione viri ſpectabilis comitis Orientis erant, vt ex Notitia patet. Cuius comitis curæ Seleucena claſſis committitur ad auxilium purgandi Orientis, quemadmodum vulgò legitur in l. vn. de claſſicis. libr. 11. C. Quo in loco mendum eſſe me ſcripti codicis Iuſtinianei libri, & impreſſus Theodoſii codex docuere: in quibus longè rectius ſcriptum eſt ad auxilium purgandi Orontis. Eſt autem Orontes Phœniciæ & Syriæ fluuius inter Libanum & Antilibanum exoriens, vt Plinius libr. 1. cap. 11. & Mela lib. 2. ſcribunt. Qui Eous appellatur à Statio Papinio lib. 4. Siluar. Guiliel. Tyrius libr. 4. de Bello ſac. cap. 8. Fluuius, ait, qui Orõtes appellatur, verbo vulgari

Fer dictus, qui iuxta Arteſiam ſecus Antiochiam defluens inde in mare deſcendit: Meminit & huius fluuii idem auctor lib.4.c.10.

Originis ciuitas prouinciáve dicitur ea, ex qua quis oriundus eſt.l.7.§. dubitatum eſt. ff.de interdict. & relegatis.l.6.ff. ad municipalem.

Originarii coloni.l.7.& l.11. de agricol. & cenſit.lib.11.Qui & Originales in l.4.co.tit.Sic & Originaria in l.7.de murilegul.lib.10. Cod. Quæ lex ex l.10.C.Theod. eod.tit. ſumpta eſt. Truncatis tamen à Triboniano eius verbis quibus de Senatuſconſulto Claudiano mentio fiebat, idcirco quod id Senatuſconſultum à Iuſtiniano ſublatum eſſet.

Ornamenta muliebria à veſtimentis differunt. Ornamenta enim ſunt quibus mulieres ornantur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, & omnia quæ ad nullam aliam rem parantur, niſi corporis ornandi cauſa.l.26.§.ornamenta.l.38.ff.de auro,arg.Itaq; & Tertullian. Ornatum in cura comendi capitis poliendęq; & exornandæ cutis ponit. Sic enim in lib.de habitu muliebri ſcribit: Habitus,ait, fœminæ, duplicem ſpeciem circumfert: Cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocãt: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: Ille in auro, & argento, gemmis & veſtibus deputatur: Iſte in cura capillorum & cutis, & earũ partium corporis, quæ oculos trahunt. Huic obſequio deſeruientes ancillas olim mulięres alebãt, quas Ornatrices vocabant. De quibus fit mentio in l.63.§.Ornatricib.ff.de legat.lib.3. & illo monumento Romæ.

CINERIBVS CAMILLÆ ALPIONIÆ
QVIRITÆ ORNATRICI
FESTVS M. SEPTIMI GALLIS
DISPENSAT.

Ornata etiam iumenta in l.38.ff. de ædilit. ed. Inſtrata & frenis, ephippiis, phalerisq; inſtructa. Vt Ornati aſini apud Cato. de re ruſtica.

Orphitianum Senatuſconſultũ temporibus D. Marci factum eſt, Orphito & Rufo conſulibus. Eo liberi ad bona matrum inteſtatarũ admittũtur.l.1.ff.ad S.C.Tertyllia.l.2. in fi.ff.vnde legit.l.1.§. ſi qua prægnas.ff.vnde cogna.l.6.ff.de acq.hæred.Inſtit.de Orphitia.

Osrhoena prouincia Orientis, cuius fit mentio in l.10.C.de ædific. priuat.& in l.5.C. de cohortalibus.lib.12.& in l.8.C.de fund.patrimonialib. lib.11. Quibus omnibus in locis huius verbi ſcriptura mendo non caret. Regebatur verò per ducem, vt ex Notitia Imperii Rom.patet.

Ostentvm Labeo definiebat eſſe omne contra naturam cuiusq; rei genitũ factũmve. l.38.ff.de verb.ſignific. Vbi duo genera oſtentorum explicantur. Origo vocis huius à Cicero.in lib.2.de Nat.Deo.his verbis demonſtratur: Prædictiones verò & præſenſiones rerum futurarum quid aliud declarant niſi hominib. ea, quæ ſint, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici: Ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur. Eadem ferè ponit Feſtus lib.11.in verbo Monſtra,& in lib.14.in verbo Portenta. Vide & de horum verborum differentia Nonium & Iſidorum lib.11. Etymolog.cap.3.

Otiosa pecunia, quæ & aliàs vacua, ea dicitur, quæ non occupatur, id eſt, non exercetur, neq; in nomina vel emptionem prędiorum collocatur.l.13.§.vlt.ff.de vſur.l.3.§.vſuras.ff.de cont.tut. Plin.lib.10.Epiſt.ad Traian. Pecuniæ publicæ & exactę ſunt, & exiguntur: quæ vereor, ne otioſæ iaceant. Nam & prædiorum comparandorum, aut nulla, aut rariſſima occaſio eſt, nec inueniuntur qui velint debere Reip. Eodemq; ſenſu & Græci ἀργὰ χρήματα vſurpant. Demoſth. contra Aphob. Orat.1. δεῖ δὲ καὶ καθ' ἐχεγγύους ἀχθῆναι τά τε ἔργα αὐτῷ καὶ ὅσα ἦν ἀργά. Ex contrario verò occupari dicitur pecunia, quæ agitatur, exercetur, nominibus collocatur. Pomponius pictoribus, Vi à Nonio accepi, quæ tuleram mecum decem milia victoriata. Græca mercede illicò curat, vt occuparem. M. Tull. in Verr. Act.2. Præterea pecunias occupauerat, apud populum ſyngraphas fecerat. Auſon. in præfatione Gryphi. Atque vt auidus fænerator improbum nummum occupare malui quàm condere. Sic Columella lib.1.de re ruſt. c.8. & lib.11. c.1. Pecuniam in pecore & aliis rebus promercalib. occupare dixit. Donatus etiam hoc verbum ad debitorem, qui fænori accipit refert. Sic enim in Phormio.ſentit. Dicitur etiam verſuram facere, cùm minore fænore acceptam, maiore occupat.

Ovasis in Ægypto.l.7.§.eſt quoddam.ff. de interdict.& releg. In quam relegari ſontes ſolitos & Duarenus notauit, & ex Nicephor. lib.14.c.35.& 36.& lib.9.c.29. Inde Oaſena deportatio.in l.1.de Nili aggerib.in C.Theod.

Ovibvs legatis agni arietesq; non continentur. Ouium verò grege legato, vtrumque continetur.l.63.in fin.l.79.ff. de legat.3. Paul. lib.3.Sentent.tit.6.

B. BRIS-

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSQVARTVS.

PACTVM eſt duorum pluriúmve in idem placitum & conſenſus. l. 1. ff. de pact. Quo nomine & à pollicitatione differt, quæ ſolius offerentis promiſſionem habet. l. 3. ff. de pollicitatio. Pacta conuenta vt plurimum ea Iureconſulti vocant, quæ, vt Cicero in libris Rhetoricorum loquitur, ex ſolo conuentu valent. l. 7. §. pacta. ff. de pact. l. 72. ff. de contrah. empt. l. 71. ff. pro ſoc. l. vlt. ff. de pignorib. l. vlt. ff. de ſeruis export. l. 17. l. 19. l. 21. l. vl. ff. de pact. dotalib.

Paciſci & tranſigere differunt. l. 18. ff. de tranſactio. Nam qui paciſcitur, rem certam & indubitatam liberalitate remittit: Qui tranſigit, de re dubia & lite incerta aliquo dato, retento, vel promiſſo decidit. l. 1. ff. de tranſactio. In edicto porrò Prætoris, quo furti iniuriarumq; pacti infamia notantur, pactum accipimus eum, qui cum precio quantocunq; pactus ſit. Cæterùm ſi precib. impetrauerit ne ſecum ageretur, ad edictum non pertinet. l. 1. l. 6. §. pactus. ff. de his, qui not. infam. l. 18. C. ex quib. cau. infa. irrog. eodemq; modo in l. 18. ff. de tranſactio. & in l. 10. C. ad l. Iul. de adulter. & l. 4. ff. de iure fiſc hoc verbum accipiendum eſſe in libro ſingulari de adulteriis docui.

PAGANI in iuris ciuilis libris militibus opponuntur. l. 1. §. 1. ff. de ſeruis fug. l. 14. ff. de pœn. l. vlt. ff. ad leg. Falcid. l. 12. in fin. ff. de cuſtod. reo. l. 49. ff. loca. l. 39. in fi. ff. de milit. teſt. l. 7. ff. de diuerſ. reg. iur. Proinde peculii diuerſa genera, Paganum & Caſtrenſe conſtituuntur. l. vlt. C. de inoff. teſt. Et in paganico & in caſtris opponuntur in l. 1. C. de teſt. mili. Villas autem pagos appellatas ἀπὸ τῶν πηγῶν, id eſt, à fontibus circa quos villæ condi conſueuerint, Seruius ſcribit: Indeq; paganos, quaſi ex vno & eodem fonte potantes dictos eſſe. Et ita paganam legem apud Plin. pro pagorum lege accipio. In conſtitutionibus etiam Impp. Chriſtianorum, quæ in libr. 1. Codicis ſunt relatæ, alieni à fide noſtra, pagani dicuntur: Cuius verbi ridiculas Etymologias Philaſtrius Brixienſis & Iſidor. comminiſcuntur. Pagorum præpoſiti. l. 2. C. de ſuſceptorib. lib. 10. l. 8. eo. tit. in C. Theod. l. 7. C. quæ res pigno. Iuſtinianus in edicto 13. & in Nouellis aliquoties παγάρχες vocat.

PALAM eſt coram plurib. l. 33. ff. de verb. ſignificat. Palam autem quæſtum corpore feciſſe in leg. Iulia de maritādis ordinibus, accipitur, quæ paſſim, ſine delectu, vel in lupanario, vel caupona ſe proſtituit. l. 43. ff. de ritu nupt. In quæſtione taciti fideicommiſſi palam relictum intelligitur, quod teſtamento vel codicillis quis rogatus eſt reſtituere, non domeſtica cautione, vel chirographo. l. 3. ff. de iure fiſc. Nec tamen ad excludendam taciti fideicommiſſi fraudem palam relictum videri Paulus ſcribit, quod ex teſtamento cùm recitatur ſciri non poteſt: Quemadmodum nec ille palàm dat, qui ita ſcribit, *Rogo vos hæredes meos in eo quod à vobis petij, fidem præſtetis*. l. 40. ff. de iure fiſc. Quanquam his poſtremis verbis non eſſe legi fraudem factam in l. 3. ff. eod. titul. tradatur. In eo quod dicitur palam hæredes eſſe nuncupandos, Palam non vtique in publicum ſignificat. Sed vt exaudiri poſſit, nec ab omnibus exaudiri, ſed & à teſtibus ſeptem. l. 21. ff. de teſtam. l. vltim. ff. de iure codicill.

PALORVM, qui vineæ fulciendæ cauſa parātur, fit mentio in l. 17. §. vlt. ff. de act. empt. l. 59. §. vlt. ff. de vſufruct. l. 56. ff. de leg. 3. l. 12. §. ſi aliqua. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Aliàs pedamenta & ridicæ appellantur. l. 10. ff. de vſufruct. l. 3. ff. de ſeruit. ruſt. l. 1. ff. de tigno iuncto. l. 11. §. ſi quis in vineas. ff. quod vi aut clàm. Inde Palaris ſilua ex qua pali ſumuntur. l. 9. §. vlt. ff. de vſufr.

PANTHER genus quoddā retis eſt, cuius meminit l. 11. §. vltim. ff. de actio. empt. Varro

libro 4. de lingua Latina, Ferarum, ait, vocabula partium peregrina, vt Leo, Panthera, vtraque Græca: A quo etiam rete quoddam panther.

Pantomimi nomen inuenitur in l. 3. §. Neratius. ff. de condict. cauſa da. l. 43. ff. de actio. empt. l. 25. & l. 27. ff. de oper. libert. Eſt autem Græcum verbum & ipſo Luciano teſte in libr. περὶ ὀρχήσεως, ſaltatorem geſticulatoremq́; ſignificat, cui à multifaria geſticulatione nomen hoc eſſe inditum Caſſiodor. lib. 4. Variar. ſcribit. A Latinis Hiſtrio appellatur. Sic enim Mneſterem ꝓmiſcuè Pantomimũ & Hiſtrionem appellari videmus à Seneca in ἀποθεώσει Claudii. Et à Sueto. in Caligula cap. 36. & à Tacito lib. 11. Nobilitati ſunt hac ludicra arte Mneſter, Pylades, Batylus, Hylas & Paris ille de quo in d. l. 3. §. Neratius. Quorum omnium in Suetonio, Iuuenali, Martiali, Seneca, & Macrobio non infrequens eſt mentio. Prodiit autem primùm Tiberii temporib. vt Suidas in verbo ἀθηνόδωρος ſcribit, hęc mollis & impudica Pantomimorum ſaltatio, qua fracto corporis motu indecentiq́; geſticulatione ita res geſtæ repræſentabantur, vt loqui manibus magis, quàm agere viderentur. Caſſiod. lib. 1. Variar. Conſtituatur à vobis praſini pantomimus quatenus ſumptum, quem pro ſpectaculo ciuitatis impendimus, electis contuliſſe videamur. Hanc partem Muſicæ diſciplinæ mutam nominauere maiores, ſcilicet, quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi quod vix narrante lingua aut ſcripturæ textura poſſit agnoſci. Idem libr. 4. Variar. Epiſtol. vltim. Pantomimo igitur, cui à multifaria imitatione nomen eſt, cùm primùm in ſcænam plauſibus inuitatus aduenerit, aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum, in illaq́; leguntur apices rerum, & non ſcribendo facit quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, fœminam repræſentat & marem, regem facit & militem, ſenem reddit & iuuenem, vt in vno credas eſſe multos tam varia imitatione diſcretos. Hãc tamen totam artem ipſi Tiberio ita diſplicuiſſe, vt Roma Pantomimos exegerit, Dio libr. 57. ſcribit. Quod & à Traiano factum Plinius in Panegyrico laudat. Exagitata valdè à Cypriano, Arnobio & aliis pantomimica & à Chriſtianis principibus tandem penitus exploſa eſt.

Papia Popæa lex quę toties in inſcriptionibus legum noſtrarum occurrit, patrum pręmia pro ſuſcipiendis liberis continens à Papio & Popæo ſuffectis Conſulibus ex Auguſti tunc imperãtis iuſſu lata, quemadmodum Dio lib. 55. & Iſidorus lib. 5. Etymolog. cap. 15. ſcribunt. De hac quod aliquando, Deo volente, copioſius me acturum ſpero, plura hîc dicenda non putaui.

Parabolani, qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur. l. 42. & l. 43. de epiſ. & cler. in C. Th. vnde ſumpta eſt. l. 18. eo. tit. in C. Iuſtin.

Paragaudæ in l. 1. & l. 2. C. de veſtib. olober. lib. 11. veſtimenti genus, cuius etiam Treuellius Pollio in Claudio ad finem & Vopiſcus in Aureliano meminere.

Parangariæ in l. 2. C. de epiſc. & cler. l. 2. C. de quibus munerib. vel præſtatio. lib. 10. l. 13. C de excuſ. muner. eod. l. 2. C. de præfect. præt. lib. 12. l. 3. C. de ſilentiar. l. 2. & l. 21. C. de curſu pub. l. 2. C. de præpoſit. ſac. cubic. lib. 12. & lib. 2. Feudor. tit. Quæ ſint regaliæ. Guilielmus Tyrenſis Pontifex. lib. 5. Belli ſacri cap. 19. Hos etiam, ait, tantis angariis affligebant & parãgariis, vt melius videretur eſſe his quos ab vrbe depulerant, quàm quibus pro ſummo beneficio vrbis indulſerant habitationẽ. Nam & pecuniarias eis ſæpius multas infligebant, id quod habere videbantur, violenter extorquentes & ad quælibet ſordida munera & onera ciuilia rapiebant inuitos. Nam ſi erigendæ eſſent machinæ, aut immenſi ponderis transferendæ trabes, ſtatim id eis muneris iniungebatur. Hi lapides & cęmenta & quamcunque materiam ad opus ædificiorum neceſſariam circumferre compellebantur: hi iaculatoriis & machinis molares qui extra mitterentur, tenebantur miniſtrare, & funibus quibus extra contorquebantur, inſeruire. Eodem modo & parangariarum onus idem auctor exponit lib. 8. cap. 8. & lib. 9. cap. 17.

Parapsides in l. 21. ff. de auro, argen. Sidon. Apollinar. lib. 2. Epiſtol. ad Domitium. Quo inſitum, inſtitutumq́; multas epulas pau cis parapſidibus apponi. Iſidor. lib. 20. Etymolog. cap. 4. Parapſida quadrangulum & quadrilaterum vas fuiſſe ſcribit. Sunt qui paropſidem ſcribant, & ἀπὸ τοῦ ὄψου, id eſt, obſonio deducant.

Paraveredi in l. 2. & l. 21. C. de curſu pub. lib. 12. l. 13. C. de excuſ muner. lib. 10. l. 2. C. de prępoſit. ſac. cubic. lib. 12. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. & apud Caſſiodor. lib. 11. Variar. epiſtol. ad Gaudioſum, & libr. 5. Epiſtol. ad Ampelium.

ΠΑΡΑΦΕΡΝΑ cum Iureconſultis interpretor quæ præter dotem dantur, vel res vxoris extra dotem conſtitutas, vel res quas vxor in domo mariti in vſu habet, neq́; in dotem dat, quæ Galli peculium appellant. l. 10. §. dotis autem. ff. de iure dot. l. penult. ff. ad leg. Falcid. l. 31. §. 1. ff. de donationib. l. 8. & l. vltim. C. de

C. de pact. conuent. Quod & ipſa appellatio oſtendit. Etenim vt Pollux lib. 3. Onomaſt. ſcribit, λέγομεν προῖκα καὶ φερνὴν τὴν παρὰ γυναικὸς δόσιν. vnde quod præter & vltra eam datur, παράφερνον vocatur. Conſtantinus ἐξώπροικα vocat lib. 4. Epit. tit. 9.

ΠΑΡΑΤΑΤΙΚΩΣ ſignificat extenſiuè & cum quodam temporis ſpacio atq; tractu. l. 1. ff. vnde legit. l. 6. ff. ad. Tertyll. l. 2. in fi. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat.

PARENTES propriè accipiuntur vſque ad tritauum: ſuperiores Maiores dicuntur. l. 4. §. parentem. ff. de in ius voc. l. vlt. §. parentes. ff. de gradib. & affinibus. Parentis tamen appellatione plerunq; omnes in infinitum ſuperiores continentur, vt in edictis De in ius vocando, & Qui ſatiſdare cogantur, & De poſtulando, De legatis præſtandis. d. l. 4. §. parentem. l. 1. ff. in ius vocati, vt eant. l. 2. §. Prætor. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. vlt. ff. de poſtulan. & l. 1. §. 1. ff. de leg. præſt. l. 51. ff. de verb. ſignif. Sed & mater & auia, & proauia eadem appellatione comprehenduntur. d. l. 51. ff. niſi vbi virilis ſexus parētes nominantur. l. 5. §. 1. ff. de lib. agnoſ. vel ſubiecta quæſtio eandem interpretationem non admittit, veluti in definitione profectitiæ dotis, & in definitione poſtumorum, quarum vtraq; ii demum qui in poteſtate habent, continentur. l. 5. ff. de iure dot. l. 3. §. 1. ff. de iniuſto rup. vt & in Rubr. ſi quis à parent. manum. Imperatores porrò deceſſores ſuos quamuis ne agnatione quidem aut ſtirpe con iunctos, parentes ſuos appellare ſolent. l. vn. C. ne liceat potentiorib. l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. l. 8. C. de magiſtr. conuen. l. 1. C. diuort. fac. l. 1. & l. vlt. C. qui non poſſ. ad libert. l. vn. de reis poſtul. lib. 10. C. l. vn. de peric. eor. qui pro magiſtr. lib. 11. C. l. 1. de omni ag. deſer. eo. l. 2. C. de reb. credit. l. 7. C. ad l. Iul. de adulter. l. 5. C. de repud. l. 11. C. de accuſatio.

PARET pro apparet vſitatum fuiſſe in formulis Feſtus libr. 15. ſcribit. Reperitur & hoc verbum in l. 179. ff. de verborum ſignificat. l. 5. ff. de rei vendic. l. 11. §. proſcribere. ff. de inſtitot. l. 47. §. ſed ſi id petatur. ff. de legat. libr. 1. l. 7. ff. de ſecund. tabul. l. 7. §. illud ſciendum. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. 34. ff. de diuerſ. reg. iur.

PARIA facere, eſt rationibus redditis reliqua exſoluere, vel eo nomine ſatisfacere: vt patet ex l. 40. §. vlt. ff. de ſtatu lib. l. penultim. §. conductores. ff. de iure immunit. Seneca libro 11. Epiſtol. Illud magis quærendum eſt, is qui profuit nobis, ſi poſtea nocuit, paria fecerit, & nos debito ſoluerit. Plin. libr. 37. capit. 1. Satis piamenti in vno gemmæ voluntario damno videretur, ſi cum fortunæ volubilitate paria faceret. planeq; ab inuidia eius redimi abundè ſe putaret, ſi hoc vnū debuiſſet. Columella lib. 1. cap. 8. Hæc enim negotiatio curam villici auocat, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere.

Dicimus & parem rationem facere. l. vlt. §. marito. ff. de doli except. Et Seneca lib. 2. Epiſtol. Poteram hoc loco tecum & in hac Mæcenatis ſententia parem facere rationem. Ita parem rationem interpretor, in l. 22. ff. de manum. teſt. Et apud eundem Senecam libr. 6. de Benefic. cap. 40. cùm ait, Quare quaſi cum acerbo fœneratore reſignare rationem parem properas. Et apud Tacit. lib. 13. Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in præteritum interrogaretur, pareſque rationes cum Repub. haberet. Eodemq; modo pares factas actiones dixit Quintilian. Declamatio. 355. Pariare etiam in eundem ſenſum dicimus. l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. Hinc Pariationes in l. vltim. §. idem quæſiit. ff. de condict. indeb. Et Pariator, qui reliqua habenti opponitur in l. 81. ff. de conditio. & demonſtra. Alia eſt ſignificatio Parariorum. Sic autem olim vocabantur, qui nominum faciendorum cauſa adhibebantur. Seneca libr. 2. de Benefic. Quidam nolunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores aduocari. Idem libr. 3. Adhibentur ab vtraque parte teſtes: ille per tabulas plurium nomina interpoſitis parariis facit.

PARIES, Ælio Gallo finitore eſt, ſiue murus, ſiue maceria eſt. l. 157. ff. de verborum ſignificatio. Parietum autem genera præcipua hîc percenſere operæprecium fuerit. Paries craticius in l. 52. §. item Mela. ff. pro ſoc. qui in cratis modum lignis contextis compoſitus eſt. De quo Vitruuius lib. 2. cap. 8. & libr. 7. capit. 3. agit. Intergerinus paries, vt Feſtus lib. 9. explicat, is eſt, qui inter confines ſtruitur, & quaſi intergeritur, qui in Lexico Latinogræco ædis B. Germani ſic definitur, τοῖχος ὁ δύο κτήσεις διορίζων. De quo videndus eſt Plinius lib. 35. capit. 12. Paries ſolidus & fornicatus opponuntur apud Cicero. Topic. Vbi ſolidum parietem accipio, qui à ſolo continuo ductu ad faſtigium exurgit: ſic, vt nuſquam ſuſpendatur: fornicatum verò, qui arcum habet.

Rudes parietes in l. 50. ff. de vſufr. appellantur nondum inducti tectorio opere. Parietem ventrem facere μεταφορικῶς dixit Alfenus in l. 17. ff. ſi ſeruit. vindic. vt & inclinare Pompon. in l. 14. in fi. eo. tit.

PARTIS appellatione rem pro indiuiſo ſignificari Q. Mucius dicebat, quia id quod pro indiuiſo noſtrum eſſet, non pars, ſed totum eſſet: veluti ſi fundus regionibus diuiſus ſit, pars vnaquæque non iam pars fundi eſt, ſed fundus integer. l. 6. §. ſi quis partem. ff. com. præd. Seruius tamen Sulpitius par-

tis appellatione & quod pro indiuiſo & quod pro diuiſo noſtrum ſit contineri non ineleganter dicebat. l. 25. ff. de verborum ſignificat. Itaque pars alia pro diuiſo, alia pro indiuiſo eſt. l. 43. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 5. ff. de vſufruct. l. 7. ff. de except. rei iudic. l. 64. ff. de euictionibus. l. 7. in fin. ff. quib. mod. pign. l. 4. ff. pro empto. l. 17. ff. famil. erciſcun. l. 5. §. vltim. ff. commod. l. 4. §. ſi alter. ff. ſi. regund. l. 31. ff. de vſufruct. leg. Partis autem nomen dimidiam ſignificat, ſi non ſpecialiter facta ſit partis mentio. l. 49. ff. de vſufruct. l. 164. ff. de verborum ſignificatio. Vlpian. in Inſtitut. titul. 24. Proinde ſi interrogatus quis in iure hæredem ſe eſſe ex parte reſponderit, ſi ex dimidia hæres ſit, nihil ei nocet reſponſum, alioquin nocet. l. 12. §. ſi interrogatus. ff. de interrogat. in iur. fac. Pars virilis ea habetur quæ pro numero perſonarum conſtituitur, cùm tot partes fiunt quot ſunt perſonæ, vt lib. vltim. plenius dicam.

Partem facere dicitur, cuius perſona numeratur in partium diuiſione facienda. l. 8. §. quoniam. l. 17. ff. de inoff. teſtam. l. 34. §. ſi coniunctim. l. 85. §. ſi Titio. ff. de legat. 1. l. 68. §. ſed ſi vno. l. 78. §. libertis. de legat. 2. l. 14. in fin. ff. de iur. codicill. l. 1. §. ſi ex tribus. l. 10. §. liberi. ff. de contr. tabul. l. 3. §. principem. ff. de ſuis & legit. l. 1. §. penult. & vltim. ff. de collati. bon. l. 1. §. aduerſus. ff. ſi quid in fraud. patr. l. 8. ff. de reb. dub.

PARTIARIVS colonus dicitur, qui lucri & damni cum domino particeps eſt, fructúſque fundi cum eo, quaſi ſocietatis cuiuſdam iure, partitur. l. 28. §. vis maior. ff. loca. vbi ab eo, qui nummis colit, ſeparatur. Quemadmodum etiam nummis & partibus locare, Plin. lib. 9. epiſt. ad Paulin. diuerſa facit. Ita partiaria pecora in l. 8. C. de pact. Quorum inter eum, qui paſcenda conduxit & dominum fructus communicatur. Cato etiam in lib. de re ruſt. Partiarium calcis coctorem in eundem ſenſum dicit. Apul. lib. 4. de Aſino aureo, quæ cùm mortali puella partiario maieſtatis honore tractor. & lib. 8. Domi verò promiſcui operis partiarios agebant concubitus. Partiarius legatarius vocabatur, cui pars hæreditatis legata erat: Quod genus legati partitionem vocabant: quia cum hærede legatarius partiebatur hæreditatem. §. ſed quia hæredes. ad ſi. Inſtit. de fideicomm. hæred. Vlpian. in Inſtitut. tit. 24. l. 164. §. partitionis. ff. de verb. ſignific. l. 19. §. 1. ff. ad Trebellian.

Particulones etiam auctore Nonio à veteribus cohæredes inter ſe dicebantur, quòd partes inuicem ſibi facerent.

PARTICIPIA futuri temporis præteriti vim ſignificationemq; plerunque in libris noſtris habent: quod ſummè notandū eſt: veluti rei iudicandæ tempore, eſt rei iudicatæ tempore: quemadmodum liquidò conſtat ex l. 5. §. idem Iulianus. ff. de liber. legit. l. 7. §. ſi quis actione. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. & l. 53. ff. ſolut. matrim. adhibita. l. 30. ff. de pecul. Eodemq; modo in l. 27. §. ſi per filium. & l. 33. ff. de rei vendicat. l. 63. §. tempus. ff. pro ſoc. l. 15. ff. de noxalibus action. l. 3. §. in hac commod. coniuncta cum l. penultim. ff. de triticiar. Rei iudicandæ tempus, condemnationis tempus, vel quo lis in condemnationem deducitur, vel quo res iudicatur, accipiendum eſt.

Sic & iudicii accipiendi tempus, litis conteſtatæ ſeu iudicii accepti tempus demonſtrat l. 2. §. 1. ff. de priuat. delict. §. vltim. Inſtitut. de perpet. & temporal. Et litis conteſtandæ pro conteſtatæ tempus in l. 31. ff. ſi cert. petat. iuncta l. 20. ff. de rei vendicat. l. 38. §. ſi actionem. ff. de vſur. Et teſtamenti faciendi tempus pro facti teſtamenti tempore, in l. 104. §. 1. ff. de legat. 1. l. 33. ff. de leg. 3. l. 26. ff. de alimen. legat. l. 29. §. nunc de lege Velleia. ff. de liber. & poſt. Et apud Vlpian. in Inſtitut. tit. 1. & in §. ſed cum aliquis. Inſtit. de teſtament. ordin. Quemadmodū & ſcribendi teſtamenti tempus interpretabimur in l. 59. §. ſi hæres. ff. de hæredid. inſtit. & l. 1. ff. de regula Cato. Et furti faciendi tempus in l. 31. ff. de noxalibus. l. 6. ff. de furt. Et ſtipulationis interponendæ, id eſt, interpoſitæ in l. 7. ff. iudic. ſolui. & l. 121. ff. de verbor. obligationibus. Et tempus dandi pro dati. l. 89. §. ſi ita ſcriptum. ff. de hæredi. inſtit. & liberandum pro liberatum in l. 32. ff. de milit. teſtam.

PASTINA inſtituere in l. 7. §. vltim. ff. ſoluto matrim. Quæ & paſtinationes in l. 79. ff. de verbor. ſignificat. Paſtina autem fieri tribus generibus Palladius lib. 2. titul. 10. docet, aut terra in totum foſſa, aut ſulcis, aut ſcrobibus.

Inde paſtinandus fundus in l. 15. §. 1. ff. quod vi aut clam. Repaſtinari porrò ex Verrii opinione quam Feſtus libr. 17. refert, is ager dicebatur, cuius natura imitabatur fodiendo, cùm aut ſilueſter excolatur, aut lapis molitur frangendo, vt fiat paſcuum vel aruum. Vide Columell. libr. 3. capit. 18. ex quo emendandus eſt Iſidorus lib. vltim. Etymolog. cap. 14. apud quem in paſtini definitione ſparguntur pro panguntur corruptè in impreſſis non item in ſcriptis codicibus legitur. Pangere autem defigere eſt, interprete Feſto: & Semina ſurculi ſunt vitium, qui ferramento illo bifurco, quod paſtinum vocant, terræ infiguntur.

PATRIS nomine auus quoque demonſtrari iuſta interpretatione intelligitur. l. 201. ff. de verbor. ſignificat. Quod in his maximè verum eſt, quæ benignè accipienda & interpretatione

pretatione adiuuanda ſunt: vtique enim in l. Iulia de maritandis ordinibus. & in l. Iulia de adulteriis. patris appellatione auus non continetur. l. 44. §. 1. ff. de ritu nupt. l. 20. ff. ad l. Iul. de adulter.

Paterfamiliàs appellatur, qui in domo dominium habet, rectéq; hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. Non enim ſolùm perſonam eius, ſed & ius demonſtramus. Denique & pupillum patremfam. appellamus. Et cum paterfam. moritur, quotquot capita libera ei ſubiecta fuêre, ſingula familias incipiunt habere, eiſq; pro patre præſunt. l. 195. ff. de verbor. ſignificat. Itaque alibi patresfamiliarum definiuntur, qui ſunt ſuæ poteſtatis, ſiue puberes, ſiue impuberes. l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. Nam filii cuiuſcunque ætatis ſint, morte patrum ſui iuris effecti patresfa. ſunt. l. 5. ff. quando dies leg. Hinc Tertull. in lib. de virginib. veland. Materfam. ait, vocatur, licet virgo, Paterfa. licet inueſtis. Paterfam. etiam fit ſeruus manumiſſus. l. 14. ff. qui teſtam. fac. In hoc autem verbo conſiderandum eſt, veteres ad detrahendam inuidiam patris magis quàm domini nomen principi familiæ indidiſſe. Quod & Tertullian. in Apologetico notat. Gratius, ait, eſt nomen pietatis, quàm poteſtatis. Etiam familiæ magis patres, quàm domini vocantur. Et Seneca lib. 6. Epiſt. Ne illud quidem, ait, videtis, quam omnem inuidiam maiores noſtri dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerunt, dominum patremfam. appellantes, ſeruos familiares. Quem totum Senecæ locum Macrobius, ſuppreſſo auctoris, vnde hauſerat, nomine, in lib. 1. Saturn. cap. 11. tranſtulit. Hinc Martialis iocus lib. 1. Epigr.

Vxorem habendam non putat Quirinalis
Cùm vult habere filios, & inuenit.
Quo poſſit iſtud more? futuit ancillas,
Domumq́; & agros implet equitibus vernis.
Paterfamiliàs verus eſt Quirinalis.

Feſtus quoque lib. 6. ducem & principem generis patremfa. appellatum ſcribit. Patrem autem familiàs, & familiæ Latinis dictum Priſcia. lib. 6. exemplis probat.

PATRIMONIVM propriè eſt, quod nobis à parentibus relictum eſt, & à maioribus obuenit. Cicer. lib. 2. Epiſtol. ad Cælium. Filio meo, ſi vlla erit Reſpub. ſatis amplum patrimonium relinquam memoriam nominis mei. Generaliter tamen pro quibuſcunque bonis accipitur. Et ideo In patrimonio eſſe & In bonis eſſe idem valent. l. 1. ff. de vſufruct. ear. rer. l. 1. ff. de vſufruct. leg. l. 1. ff. de rer. diuiſ. Cæterùm eorum duntaxat qui ſui iuris ſuæq; poteſtatis ſunt patrimonium eſt. Reliquorum peculium veluti patrimonium vocatur. l. 33. §. 1. & l. 48. in fin. ff. de pecul. §. actiones autem. Inſtitut. de actionib. Dos proprium patrimonium filiæ intelligitur. l. 3. §. ſed vtrum. in fine. ff. de minoribus. l. 16. ff. de religioſ. Cæterùm ea, quæ in patrimonio ſunt, ab his quæ in nominibus ſunt, ſeparantur. l. 9. ff. rem pup. ſal. fore.

Patrimoniales fundi ſunt ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo vel perpetuò iure tenebantur, vt oſtendit l. 20. de extr. munerib. in C. Theod. Sic in Rubr. de fundis patrimonialib. & Rubr. de Mancip. & colon. patrim. & Rubr. de collatio. fund. pat. lib. 11. C. & l. 13. C. de præd. minor. & l. 1. l. 2. l. 9. l. 17. de extraord. munerib. in C. Theod. patrimoniales accipit. Quos fundos qui colunt patrimoniales coloni vocantur. l. 7. C. vbi cauſæ fiſcal. Rubr. de fugitiu. colon. patrim. lib. 11. C.

Ita patrimonialem poſſeſſorem accipe in l. 4. de anno. & tribut. in C. Th.

PATRICIORVM nomen vnde fluxerit, Velleius Patercul. priore volumine his verbis oſtendit: Romulus centum homines electos appellatoſq; patres, inſtar habuit conſilii publici. Hanc originem nomen patriciorum habet. Dicti autem patricii, quod patres ciere poſſent. Plut. in Ῥωμαϊκοῖς. τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς καταριθμηθέντας ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους οἷον εὐπατρίδας ὄντας πατέρας αὐτοὺς ἔχοντας ἀποδεῖξαι, τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμαζον. Et hæc erat ſtante Romana Repub. verbi huius ſignificatio. Verùm longè aliter Patricii in Conſtitutionibus recentiorum Impp. accipiendi ſunt: In quibus Patricii Imperatorum conſiliarii, quaſi eorum patres, vocantur. Sic enim à Iuſtinian. in l. vlt. C. de conſulib. lib. 12. & §. ſed filiusfa. Inſtit. quibus mod. ius pat. pot. & à Nicephoro vocantur lib. 13. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 1. & cap. 4. & à Claudiano, cuius ſunt de Eutropio patriciatus honore decorato verba:

—præſidium legum, genitorq́; vocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Suidas πατρίκιος ait, πατὴρ τοῦ κοινοῦ. ὁ δὲ πέμπτῃ πρεσβευτὰς τοὺς ἐν τῷ κορυφαίῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ. πατρίκιοι δ' ἄρα ὄντες ἐτύγχανον. Iuſtinian. Nouell. 80. οὐ γὰρ ἄτοπον ἐνομίσαμεν εἰ καὶ οὓς ἡμεῖς ἐν τάξει πατέρων ἄγομεν ἡμετέρων, τούτους ὑφ' ἑτέρου τελεῖν ἐξουσίας. Itaque patricius πατὴρ βασιλέως à Luitprando vocatur lib. 3. de reb. per Europ. geſt. cap. 8. Sic in l. 64. in fine. & l. vltim. ff. de decurionibus lib. 10. C. & in l. 3. C. vbi Senator. & in Epiſtolis Iuſtinianeis patriciorum nomen patriciatusque dignitatem accipe Paul. Diaco. lib. 14. Appendicis ad Eutrop. de Aetio. Nec multo poſt etiam patriciatus dignitatem conſecutus eſt.

Patronos primùm vocarunt Romani, auctore Zonara in Romulo, & Heſychio in verbo πάτρωνας, τοὺς κηδεμονικοὺς καὶ βοηθικούς, qui & προστάται à Græcis appellantur. Poſtea hoc nomen manumiſſoribus datum eſt. Patroni autem variè in iure ciuili accipiuntur. In edicto De in ius vocando, & affinibus titulis, Patronos accipimus eos, qui ex ſeruitute manumiſerunt, ſiue ſponte, ſiue ex neceſſitate, quoniam rogati fuerant maunmittere, vel hac lege emerant, vt manumitterent. Item qui colluſiones detexerunt, vel qui præiudicio pronunciati ſunt patroni, cùm alioquin non eſſent, vel qui aduerſario deferente iurarunt ſe patronos eſſe. Non habentur cõtra pro patronis hi contra quos iuratum vel pronunciatum eſt, & qui iureiurando adegerunt, ne vxorem ducerent, & qui ſeruo ſuis nummis redempto fidem fregerunt, aut contra legem venditionis proſtituerunt. l. 8. §. 1. cum duabus ll. ſeq. ff. de in ius voc. Quod verò ad ſucceſſionem inteſtati attinet, Patronus non eſt, qui ſe patronum eſſe iurauerit: aliter atq; ſi patronus pronunciatus ſit, tunc enim ſententia ſtatur. l. 14. ff. de iure patron. Sed & hi, qui ex cauſa fideicommiſſi, vel ex lege in emendo dicta ad libertatem perduxerunt, vel qui dotalem ſeruum manumiſit, ad legitimã libertorum hæreditatem vt patroni admittuntur. l. 3. ff. de ſuis & legit. At in eo legis Iuliæ de maritandis ordinibus capite quo libertæ diuertendi à patrono, cui nupta eſt, poteſtas adimitur, qui ex cauſa fideicommiſſi manumiſit, vel non ſuis nummis emit, vel patronum eſſe iurauit, pro patrono non habetur. l. 45. ff. de ritu nupt. Quam etiam circa alimenta præſtanda interpretationem ſeruari Vlpian. in l. 5. §. ſi quis à libertis. ff. de liber. agnoſ. docet. Vbiq; verò Patroni appellatione etiam patrona continetur. l. 52. ff. de verb. ſignif.

Patronatus ius appellatur, quod patroni in libertorum perſona boniſq; habent, operarum ſcilicet exactionem, inteſtati ſucceſſionem, bonorum poſſeſſionem contra tabulas, tit. de iure patro.

Patruus eſt frater patris. l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legit. l. vlt. §. tertio. ff. de gradib. & adfinibus. l. 5. ff. vnde legit. frater verò aui patruus magnus vocatur. l. 1. §. quarto. l. vlt. §. patruus magnus. l. penult. ff. de legit. tutorib. Paul. lib. 4. Sentent. titul. 11. l. 1. C. de ſucceſſ. ed. Proaui verò noſtri frater idemq; patris vel matris patruus magnus, nobis Patruus maior eſt d. l. vlt. §. patruus maior. l. 38. §. Iulius. ff. de legat. lib. 3. Qui & propatruus à Gaio in l. 1. §. vlt. ff. de gradib. & à Paul. lib. 4. Sentent. tit. 11. At abaui frater patruus maximus in d. l. vltim. §. patruus maximus, qui & abpatruus dicitur. in l. 3. ff. de gradib. & à Paulo in ſuprà citato loco Patrueles dicuntur fratrum filii. l. 1. §. quarto. l. vlt. §. eodem gradu. ff. de gradib. Iſidor. libr. 10. Etymol. cap. 5.

Pauliana ea actio appellatur, per quã quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, reuocantur. l. 38. §. in Fabiana. ff. de vſur. Theophil. etiam in §. item ſi quis. Inſtit. de actionib. ait creditoribus bona debitoris ex ſententia præſidis poſſidentibus ad ea, quæ in fraudem & circumſcriptionem eorum alienata ſunt reuocanda, in rem actionem dari, quę Pauliana appellatur.

Pauperies verbum eſt 12. tabul. damnum ſiue iniuria facientis datum ſignificans, ſecundum Vlpiani interpretationem in l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. paup. Quam & Iuſtinian. tranſcripſit in Inſtitut. eod. titul. Feſtus libr. 14. Pauperiem damnum definit eſſe quod quadrupes facit. Itaque Caper in lib. de Orthograph. Paupertatem à Pauperie eò ſeparat, quòd paupertas ipſa conditio ſit, Pauperies verò damnum. Sic in l. 14. in fine. ff. de præſcript. verb. & apud Paul. lib. 1. Sentent. tit. 15. hoc verbum exaudiendũ eſt. Pauperes quod ad accuſationem perferendam attinet, habentur, qui minùs, quàm quinquaginta aureos in bonis habent. l. 10. ff. de accuſatio. Cui conueniens eſt quod Conſtantin. libr. 1. Epit. titul. 6. ſcribit, οἱ πένητες οὐ μαρτυροῦσι. πένης δὲ ἐστὶν ὁ μὴ ἔχων πεντήκοντα 11. περιουσίαν. Planè in excuſationibus tutorum ob paupertatem antiqui crediderunt huius rei definitionem arbitrio æſtimationiq; iudicis committẽdam. l. 9. ff. de excuſ. tut. §. ſed & ob paupertatem. Inſtit. eo.

Pecudum ſiue Pecorum numero ſunt omnes quadrupedes, quæ gregatim habẽtur, veluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, ſues. Canis verò inter pecudes non eſt, longeq; magis beſtiæ eo numero non ſunt. Sic in lege Aquilia & aliàs ſemper pecudum accipimus. l. 2. l. 29. §. hac actione. ff. ad l. Aquil. l. 63. §. pecorib. l. 79. ff. de leg. 3. l. 38. §. iumentorũ. ff. de ędilit. ed. l. 12. §. ſed & ſi pecoris. ff. de vſu & habit.

Peculium eſt quod filius ſeruúſve permiſſu patris vel domini ſeparatum à rationibus paternis dominiciſque habet deducto inde ſi quid patri dominóve debetur, quaſi puſillum patrimonium, vel puſilla pecunia l. 5. in fi. ff. de pecul. l. 37. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Dixi permiſſu patris vel domini, quoniam peculium non eſt id cuius ſeruus ſeorſum à domino rationem habuit, ſed quod dominus ipſe ſeparauit, ſeruóve perpetuo vtendum conceſſit, ſuam ſubſtantiam ab huius ratione diſcernens. l. 4. §. 1. l. 26. ff. de pecul. Peculium autem eorum duntaxat eſt, qui in aliena poteſtate ſunt: pater enim familiàs peculium habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus

uus bona. l. 182. ff. de verbor. ſignificat. Itaque benè in lexico Latinogræco ædis B. Germani peculium definitur κτῆσις τοῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος, τουτέστιν υἱοῦ, ἢ δούλου. Apud Iſid. quoque lib. 5. cap. 25. Peculium eſſe traditur quod pater vel dominus filium ſuum vel ſeruum pro ſuo iure tractare patitur. Cæterùm Peculium quoddam paganum eſt, quoddam caſtrenſe, quoddam quaſi caſtrenſe. l. vlt. C. de inoffic. teſtam. Paganum rurſus vel dominicum eſt, vel paternum, id eſt, ex patris dominiue ſubſtantia profectum, eorumque voluntate ſeorſim poſſeſſum. Caſtrenſe peculium eſt, quod vel in caſtris adquiritur, vel occaſione militiæ obtingit. Nam & ſi mulier filio viri ad caſtrenſes militarésve res comparandas pecuniam reliquerit, ea peculio caſtrenſi adnumerabitur, & hæreditas quoque à commilitone in caſtris vel eo quem per militiam cognouit relicta in eundem numerum cedit. l. 3. l. 5. l. 19. ff. de caſtr. pecul. Sed & quod pater matérve filio in militiam profecturo donat, peculio caſtrenſi adgregatur. l. 23. §. ſeruum. de fideicomm. libert. l. 3. §. ſecundum hæc. ff. de donat. int. vir. Enimuerò res demum mobiles, vel ſe mouentes à patre filio in militiam proficiſcenti datę, in peculio caſtrenſi computantur. Diuerſa cauſa eſt prædiorum. l. 4. C. fam. erciſc. Sed nec eodem loco habetur, quod pater filio militi reuerſo donat. l. 15. ff. de caſtr. pec. Ac ne caſtrenſis quidem peculij fiet quod non per militiam notæ perſonæ filiofam. ita donauerint, vt caſtrenſis peculij fiat: propterea quòd veritas non ſubeſt. l. 6. & l. 8. ff. de caſtr. pecul. Quaſi caſtrenſe peculium, id eſt, quod filiisfam. in palatina vel forenſi militia verſantibus vel clericis factis, quæſitum eſt, ab eo quod ad exemplum caſtrenſis per ſimilitudinem quandam introductum eſt. l. 1. §. ne caſtrenſe. ff. de collatio. bono. l. 3. §. dari. ff. de bon. poſſ. l. vlt. C. de inoffic. teſt. l. 38. C. de epiſc. & cler. Quod & veluti caſtrenſe appellatur. l. 7. C. de adſeſſoribus. l. 4. & l. 8. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 1. §. hoc autem. ff. ad S.C. Trebellian. l. vlt. C. de collatio.

Hinc Peculiatus appellatur peculio inſtructus ſeruus. l. 33. §. ſi venditor. ff. de act. empt. l. 18. in fin. ff. de ædilit. ed. Aſinius Poll. lib. 10. Epiſt. Cicero. Traiecit ſeſe in regnum Bogudis planè bellè peculiatus. Apuleius lib. 10. de Aſino aur. liberto acceptiſſimo & ſatis peculiato. Ambroſ. lib. 3. Epiſt. 11. Quis autem peculiatus ad vitam æternam tranſiit, niſi virtutum fultus peculio? Auguſtin. peculioſum dixit in pſalmo 38. Peculioſus, ait, ſeruus es cuiuſdam magni patrisfam. Hinc contrarius eſt Expeculiatus, quo verbo Plaut. vtitur. Peculiare dicitur, quod ex peculio eſt, vt Peculiaris ſeruus. l. 3. §. miles. ff. de ſuis & legit. l. 21. ff. de pecul. leg. Plautus in prologo Captiuor. Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem. Peculiaria mancipia. l. 4. §. 1. in fin. ff. de his, qui not. infam. Et peculiaris merx. Quam in tributoria actione non ſicut peculium accipimus. Quippe peculium deducto eo quod domino debetur accipitur, Merx verò peculiaris, etiam ſi nihil ſit in peculio, dominum obligat. l. 1. §. peculiarem. ff. de tributor. Item Peculiaris debitor. l. 26. §. qui filiofam. ff. de condict. indeb. Et Peculiare nomen, quod ex peculio factum eſt. l. 28. in fin. ff. de pignor. act. l. 56. ff. de pecul. leg. Et peculiare vinum quod ſerui habent, ſiue quod in vſu ſeruorum eſt. l. 9. §. vltim. ff. de tritico, vino. Peculiariter eſt ex peculiari cauſa & peculiari nomine. l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de except. rei vendit. l. 4. §. ſi eam rem. ff. de vſucapio. l. 1. §. item acquirimus. l. 4. §. ſi eam rem. l. 44. §. 1. ff. de acqu. poſſ. l. 2. §. ſi ſeruus. ff. pro empto.

De peculio actio, in peculium appellatur. l. 30. §. 1. ff. de pact. l. 41. ff. de pecul. l. 9. §. penult. ff. de dolo. l. penult. ff. de condict. furt. Per ſe autem nulla eſt de peculio actio, ſed hæc qualitas condemnationis moderanda cauſa aliis actionibus adiungitur, veluti redhibitoria in peculium. l. 57. ff. de ędilit. ed. Actio de dolo de peculio. l. 9. §. penult. ff. de dolo. Condictio furtiua de peculio, in l. penult. ff. de condict. furti. & l. 42. ff. de furt.

Peculium etiam pro vniuerſis bonis & toto patrimonio quandoque ſumitur. l. 16. ff. ad Trebellia. ſignificabat & veteribus pecuniam præſidij cauſa repoſitam. l. 77. §. 1. ff. de legat. 3. Vlpian. etiam auctor eſt, Gallos peculium appellaſſe res mulieris extra dotem conſtitutas. l. 10. §. dotis autem. ff. de iure dot. Quo ſenſu accipi hoc verbum poteſt in l. 32. §. 1. ff. de donatio. & l. 65. §. vlt. ff. de rei vendic.

Pecvlatvs eſt, publicæ pecuniæ vel ſacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit. l. 9. §. 1. ff. ad leg. Iul. peculat. Itaq; qui pecuniam publicam ſacram religioſámve abſtulerit, vel interceperit, in rémve ſuam verterit, & qui prædam ab hoſtibus captam ſubripuerit, lege Iulia peculatus tenetur. l. 1. & l. 3. l. 14. ff. ad leg. Iul. pecul. Tacit. lib. 17. Mox compertum pecuniam publicam auertiſſe, vt peculatorem flagitari iuſſit. Feſt. lib. 4. Depeculatus dicitur à pecore. Qui enim populum fraudat, peculatus pœna tenetur. Iſidor. lib. 5. cap. 26. Peculatus iudicium in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, publicamq; pecuniam interuertunt. Qui verò plus debito tributorum nomine exegerit, peculatus non tenetur. l. 2. C. ex quibus cauſ. infam. Peculatus autem nomen, vt Feſt. lib. 4. & libro 14. ſcribit, à pecore deſcendit, quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit,

propterea quòd pecore primum multa diceretur.

Pecvniæ appellatio ad ea omnia refertur, quæ in patrimonio noſtro ſunt. Non enim numerata tantùm pecunia, ſed & corporales res ſiue mobiles ſiue ſoli & iura, ea appellatione continentur. l.4. l.5. l.178. l.222. ff. de verb. ſignificat. Auguſtin. in lib. de diſciplina Chriſtianor. Tertium, ait, quidquid homines poſſident in terra, omnia quorum domini ſunt, pecunia vocatur: ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus, quidquid horum eſt, pecunia dicitur. Et ideò pecunia, quia antiqui totũ quod habebant, in pecoribus ponebant. Ita in 12. tabul. non vno loco hoc nomine omnis ſubſtantia comprehendebatur. Quod & Iuſtin. in l. penult. C. de conſtit. pec. ſignificat. In ſtipulatione quoque emptæ hæreditatis hęc verba, *Quanta pecunia ad te ex hæreditate L. Titii peruenerit*, omnia hæreditaria iura complectuntur. l.50. ff. de verborum obligatio. l.36. ff. de pecul. l.20. §.1. ff. de ſtipul. ſeruor. l.93. ff. de leg. 3. l.97. ff. de verborum ſignificatione. Quemadmodum & illa leg. Iuliæ verba accipienda ſunt, quæ ab Vlpian. referuntur in l.64. §. vlt. ff. ſolut. matrim. Eſt cùm in anguſtum reuocatur pecuniæ nomen, vt ea tantùm contineat, quæ pondere, numero, & menſura conſtant: veluti in hac ſcriptura, qua legatorum dies profertur, Quas pecunias legaui, quibus dies adpoſitus non eſt. l.19. & l.30. ff. de legat. 1.

Pecuniarium fideicommiſſum, fideicommiſſariæ hæreditati opponitur, & ſingularum rerum fideicommiſſum ſignificat. l.14. §. vlt. ff. ad Trebellian. l.24. in princip. ff. de fideicommiſſ. libert. Opponitur & fideicommiſſariæ libertati in l.45. §. ſi rem. ff. de fideicommiſſ. libert.

Pedanevs appellatur iudex, datus & delegatus ſeu ſpecialis, quaſi imi ſubſellij iudex. l.3. §.1. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. l.1. §. item ſcribit. ff. de poſtul. l.38. §. iudices. ff. de pœn. l.4. ff. de tutoribus dat. coniuncta. l. vlt. ff. de offic. præt. Quomodo etiam Anianus benè ſenſit in commentariis ſententiarum Pauli lib.5. tit.28. A Theophilo Inſtit. de interdict. in princip. χαμαιδικαστὴς appellatur. In Conſtitutionibus verò Impp. qui humiliora negotia diſceptabant iudices, de leuibuſq; & minutis quibuſque cauſis cognoſcebant, Pedanei vocantur. l.4. & l. vlt. Cod. de pedan. iudicibus. l. penult. C. de pact. l.2. C. de liberr. & eor. liber. l.11. C. de falſ. l.13. C. de iudic. l. vlt. C. vbi & apud quos. l.6. C. de aduocat. diuerſ. iudicum.

Pegasiano Senatuſconſulto, quod Veſpaſiani temporibus Pegaſo & Puſione Conſulibus factum eſt, hæredibus rogatis hæreditatem reſtituere perinde quartam partem retinere permiſſum eſt, atq; ex l. Falcid. ex legatis retinere concedebatur. §. ſed quia hæredes. Inſtitut. de fideicomm. hęred. Paul. lib.4. Sentent. tit.3. Vlpian. in Inſtit. tit.25. Huius vis tota à Iuſtinian. in Trebellianum transfuſa eſt. l.2. §. ſolùm autem. C. de veter. iur. enuclean. §. ſed quia ſtipulationes. Inſtit. de fideicom. hęred. & Nouell. Conſtit.

Pelles Babylonicæ. l. vlt. C. de publican. Pelles lanatæ in l.70. §.1. ff. de legat. lib.3. Pelles indutoriæ apud Paul. lib.3. Sentent. titul.6. de quibus in l.25. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de auro, arg. leg. vt Pelles tentoriæ ad tabernacula & tentoria paratæ apud Vopiſc. in Aureliano. De quibus l.7. ff. de ſupell. leg. accipienda eſt. Solebãt enim antiquitus ſub pellibus milites degere. Vnicus Marcellini locus ex lib.19. huic rei probandæ ſufficiet. Sub pellibuſq; exercitu diffuſo, ait, per Iſtri fluminis margines barbaros obſeruabat. Inde Pelliones in l. vlt. ff. de iure immunit. l.1. de excuſatio. artific. lib.10. C. & apud Lamprid. in Alexandro.

Pellex eſt, vel quæ cum eo, qui vxorem habet, corpus miſcet, vel quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, quam Gręci παλλακὴν vocant. l.144. ff. de verb. ſignif.

Pendere conditio, diéſve dicitur, cuius adhuc euentus expectatur. Pendere etiam dicitur ſeu in pendenti eſſe quidquid in ſuſpenſo eſt: Quarum ſignificationum exempla propter eorum multitudinem cuiuis obuiam non adſcribo. Pendere quoque fructus dicuntur, quamdiu ſolo cohærent & terra continentur. Atque ita pendentes fructus, id eſt, fundo cohærentes, in l.44. ff. de rei vendic. l.15. ff. de pignori. l.13. ff. de vſufruct. l. vlt. §. fructus. ff. quæ in fraud. credit. qui ſtantes dicuntur, in l.33. ff. de vſufruct. l.26. ff. de furt. l.40. ff. de actio. empt. Quo ſenſu & pendens vindemia nõdum lecta in l.26. ff. de act. empt. Et pendens oliua dicitur in l.39. ff. de contrahend. empt.

Pendere etiam edicta olim dicebantur. Lamprid. in Alexandr. Tacebantur ſecreta bellorum: itinerum autem dies publicè proponebãtur, ita vt edictum penderet ante menſes duos. Auſon. in Gratiar. actio. Has ego literas tuas in omnibus pilis atque porticibus vnde de plano legi poſſint, inſtar edicti pendere mandauero.

Pensationis verbum Papiniano ſæpè in ore eſt. l.18. ad fin. ff. commoda. l.67. §. ſed ſi vno. & §. ſi duos. ff. de legat. 2. l.39. ff. ſolut. matrim.

Pensio propriè eſt, merces inhabitationis ædium alienarum, quæ Græci ἐνοίκιον dicitur. Cuius ſignificationis cùm frequentia ſint in titulo Locati exempla, colligendi labore

bore ſuperſedebo. Penſio etiam præſtationem temporibus & terminis, vt vulgò loquimur, diuiſam ſignificat. l. 3. ff. de annu. leg. l. 8. §. ſi annua. ff. de pignor. act. l. 40. ff. ſi cert. pet. l. 12. in fin. ff. de vſur. l. 47. ff. ad legem Falcid. l. 59. ff. de fideiuſſoribus. Penſiones trientes pro trientario fœnore dixit Lamprid. in Alexand. Penſiones vectigalium in l. 10. §. vltim. ff. de publican.

PENVS nomen omnibus generibus dicitur. l. 4. §. nomen. ff. de penu leg. l. 2. ff. de trit. vino. Penus autem ſecundum Q. Mucium, cuius auctoritate in hac re Vlpian. & Gellius lib. 4. cap. 1. vtuntur, ea omnia continet, quæ eſui potuique ſunt. l. 3. ff. de penu leg. Cicero lib. 1. de Natur. deor. Penū eſſe omne, quo veſcuntur homines, definit. Penori itaq; cedunt cibaria omnia, quæ paterfam. vſus ſui cauſa eiuſq; familiæ quam circa ſe & ſuos habet, parauit, & cibaria iumentorum, vſibus ipſius deſeruientium, & legumina quæ in cella penuaria habentur. Ligna quoq; & carbones penus parandi cauſa & tus & cerei in domeſticū vſum parati, & vnguenta, & odores, & chartæ epiſtolares, & vaſa ſine quibus penus haberi non poteſt, & quæcunq; alendi cauſa bibuntur, ea appellatione continentur. l. 3. cum ſuis §§. & l. 5. ff. de pen. leg. Vnde penus alia eſculenta, alia poculenta ſtatuitur. Eſculenta penu legata non ea tantùm quæ eſſe, ſed & per quæ eſſe ſolemus continentur, niſi voluntas teſtatoris repugnet. Poculenta verò ea quæ vini numero paterfam. habuit.

PER iudicem peti, exigi, auferri dicitur, quod iudicio petitur, aufertur, iudicisve iuſſu ſoluitur. l. 22. ff. ſi cert. pet. l. 22. ff. rem rat. hab. l. 4. §. quòd ſi is, cui. ff. de doli except.

Per Magiſtratum factum videtur in edicto, ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur, Si magiſtratus ius non dixit, vel per ſordes aut gratiam dixit. l. 26. §. per magiſtratum. ff. ex quib. cauſ. maior.

Per aliquem ſtetiſſe, vel factum quominus daret, videtur, ſi interpellatus non dederit, aut ſi rem debitam occiderit. l. 23. ff. de verbor. obligat. l. 5. ff. ſi cert. pet. Planè ſi promiſſor hominis ante diem in quem promiſerat interpellatus ſit, & ſeruus deceſſerit, non videbitur per eum ſtetiſſe. l. 49. ff. de verb. oblig.

Hac ſtipulatione, *Per te non fieri*, non hoc tantùm ſignificatur nihil te facturum quominus facere poſſim, ſed & curaturum te, vt facere poſſim. l. 50. ff. de verbor. obligat. Per hæredem autem, niſi ſi pupillus ſit in eiuſmodi ſtipulatione fieri videtur, quãuis abſit & ignoret, & ideò non faciat quòd fieri oportet. l. 49. §. pen. eo. tit.

PERAGERE reum, condemnare eſt. l. 2. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 6. §. deſtitiſſe. & l. 15. ff. ad Turpillian. Valer. Max. lib. 6. cap. 2. Duos ſuſtinuit reos, eorumq; alterum lege peregit. Peragi itaq; reus dicitur, qui criminis qui poſtulatus eſt, condemnatur. l. penult. ff. de public. iudic. Tacit. lib. 4. Cæterorum, quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neq; tamen peractus ob mortem opportunam.

Peragere adulterium in l. 5. ff. de adulter. & l. 16. in fi. C. eod. eſt accuſationem aduerſus adulterum inſtitutam implere. Sic & Peragere litem in l. 22. ff. de inoffic. teſtam. ad exitum perducere eſt. Peracto teſtamento, id eſt, perfecto in l. 12. ff. de his quæ vt indign.

PERCEPTIONEM fructuū accipere debemus non tantùm ſi perfectè ſint collecti, ſed etiam ſi ita percepti, vt terra continere ſe deſierint: veluti ſi oliuæ vel vuæ collectæ ſint, nondum autem vinum vel oleum ab aliquo factum. l. 77. ff. de rei vendic.

Perceptio pro ſolutione & præſtatione. l. 4. de his qui deiecer. l. 33. §. 1. ff. de pecul. l. 15. §. ſi in ſepulchro. ff. quod vi aut clam. l. 37. ff. de fideiuſſorib. l. 7. §. vlt. ff. quod falſo tut.

PERDVCERE eſt, litura per medium traducta delere. l. 1. in princ. ff. de his quæ in teſt. delent. l. 20. §. vlt. ff. de milit. teſt.

PERDVELLES à veteribus hoſtes dicebantur. l. 234. ff. de verb. ſignif. Vnde Perduellionis nomen deſcendit. Cuius criminis reus eſt is, qui hoſtili animo aduerſus rempubl. vel principem animatus eſt. l. vlt. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 4. ff. de iure patron. l. 1. §. ſuos. ff. de ſuis & legit. l. 11. §. non ſolent. ff. de notat infam. l. 85. §. 1. ff. de acquir. hæred. l. 78. in fi. ff. de legat. 2. l. 32. in fi. ff. de donatio.

PEREGRINI vocantur, qui ciues Romani non ſunt. l. 6. §. ſolemus. ff. de hæred. inſtit. l. 1. C. de hæred. inſtit. Vlpian. in Inſtitut. tit. 5.

Inde Peregrinitas ſtatum & conditionem peregrinorum ſignificat. l. 11. §. ſed ſi deportatione. ff. de in ius voc. vbi deportatione ad peregrinitatem ciues redigi traditur. Peregrinos quoque eſſe eos, qui dediticiorum numero ſunt, idem Vlpian. dicit in Inſtitut. titul. 20. Vide quæ libro 1. Select. Antiquit. de hac re diximus.

PEREMPTORIVM edictū dicitur, quod poſt vnum vel alterum, vel vnum pro tribus datur, quo Prætor comminatur ſe diuerſa parte abſente cogniturū & pronunciaturum, quod inde hoc nomen ſumpſit quòd perimat diſceptationem, nec vltra patiatur aduerſarium tergiuerſari. l. 68. l. 70. l. 71. l. 73. ff. de iudic. l. 53. & l. 54. & l. 59. §. vlt. ff. de re iudic. l. 3. in fin. ff. de appellatio. l. 1. §. item cùm ex edicto. ff. quæ ſentent. ſine appellatio. reſcind. l. 2. & l. 9. Cod. quomodo & quando iudic. & apud Paul. lib. 5. Sentent. titul. 5. Et Tertullianum. in lib. de Pudicitia, ſtatim in initio, &

Raudeuicum lib 3. de Geſtis Friderici cap. 27.

Peremptoriæ exceptiones ſunt, quæ ſemper locum habent, nec euitari poſſunt: Quales ſunt, doli mali, pacti conuenti perpetui, rei iudicatæ, ſolutionis, & aliæ id genus. l. 2. ff. de exceptio. §. appellantur. Inſtit. eod. tit. l. 8. C. eod. l. 2. C. ſentent. reſc. non poſſe.

Perfecisse ædificium is videtur, qui ita cõſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit. l. 139. ff. de verb. ſignif.

Perfectiſſimus, titulus eſt dignitatis in Conſtitutionibus poſteriorum Impp. l. 1. C. de naturalibus lib. l. 11. C. de quæſtionib. & in Cod. Theod. ſæpè. Qui tribuitur Proconſuli Africæ in Epiſtola Auguſt. 68.

Perferre inofficioſi cauſam, quæſtionem vel litem, pro exequi & ad finem perducere legimus in l. 16. ff. de inoffic. teſt. l. 6. ff. de collat. dot. l. 61. ff. de vſufruct. l. 78. ff. de legat. lib. 2. vt & perferre cauſam adulterij in l. 11. ff. ad Turpillian. Et apud Apul. lib. 7. de Aſino aur. Sic ille latronum fiſci aduocatus noſtram cauſam pertulerat. Perferre accuſationẽ pro peragere in l. 8. C. de his quæ vt indign.

Perfvsorie in l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. l. 69. §. ſed & ſi quis in venditione. ff. de euicti. id eſt, quod alias, Defunctoriè. l. 2. §. ſi mater. ff. ad S. C. Tertyllianum. l. vn. C. qui numero tutel.

Pergvla in l. 19. §. proinde. ff. de iudic. l. 5. §. vlt. ff. de his, qui deiecer. & apud Plin. lib. 21. cap. 3.

Permvtationis nomen generale eſt & commune omnibus conuentionibus, in quibus vtrinque aliquid interuenit. Nam ære mutari dicitur, quod precio emitur. Columel. lib. 8. cap. 5. Cætera vel reponantur, vel ære mutentur. Plin. lib. 19. cap. 1. Quaternis denariis ſcripula eius permutata reperio. Valerius Max. lib. 7. cap. 6. vt ſex milibus denariis ſingula vaſa permutarentur. Apul. Apolo. 1. Nam ſæpenumero & vinum & holus & pomũ precio mutaui. Tracta eſt autem hæc locutio de Græcis, qui eodẽ in ſignificato verbo ἀλλάττεσθαι vtuntur. Vnicus Timonis verſus à Gellio lib. 3. cap. 17. relatus huic rei probandæ ſufficiet. Sic autem habet, πολλῶν δ' ἀργυρειῶν ὀλίγων ἤλλαξα βίβλον. Seruius verò in illum Vergilij locum Georgic. Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur. hanc ſignificationem ab antiquo more repetit, quo mercimonium omne in permutatione conſiſtebat. Hac planè ratione mirum nemini videbitur, ſi permutatio in proprium tranſiiſſe contractus nomen negetur. Tertullianus etiam non ſemel libertate mutare ſeruum, pro ad libertatem perducere dicit, vt in libro de reſurrectione carn. Si famulum, ait, tuum libertate mutaueris, &c. & lib. de pœnitent. Quis enim ſeruus poſtea-quam libertate mutatus eſt, furta ſua & fugas ſibi imputat?

Perperam vulgo quidem ſignificat, non iure, ſiue iniuria. l. 22. §. cùm autem. ff. rem rat. hab. l. 11. §. ex facto. ff. de minoribus. l. 42. ff. de liber. cau. l. 8. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vindic. l. 62. ff. de re iudi. verùm nonnunquam etiam perperam nihil aliud eſt, quàm imprudenter & per errorem. l. 26. §. 1. ff. de pact. dotalibus. l. 40. ff. de condict. indeb. l. 9. ff. de conſtit. pec. l. penult. §. vlt. ff. pro ſuo. l. 82. §. ſi Titius. ff. de furt. l. 1. Cod. ſi maior fact. alienat. Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. ad fin. Vlpian. in Inſtitut. tit. 24.

Perpetvi non vna eſt pro adiuncto verbo ſignificatio. Perpetuum edictum eſt, quod in omnes cauſas propoſitum & iuris perpetui ſtatuendi cauſa ſcriptum eſt. &, vt Vlpian. in l. 7. ff. de iuriſdictio. om. iud. quod perpetuæ iuriſdictionis cauſa, non quidem prout incidit, propoſitum eſt. Perpetua autem primum facta ſunt edicta Prætorum, lege Cornelia, antea annua cùm eſſent: Quæ demum in ordinem à Saluio Iuliano ex Hadriani Imperatoris & Senatus auctoritate digeſta atque compoſita, titulisque diſtincta poſtea Iureconſultorum commentariis explicata ſunt. l. penult. C. de condict. indeb. l. 2. §. ſi quid etiam. C. de vet. iur. enucl. & apud Eutrop. in Hadria. Eoque perpetui edicti appellatio in omnibus librorum noſtrorum locis referenda eſt. l. 2. ff. de ſtatu hom. l. 78. §. cùm exiſtimaret. ff. de leg. lib. 2. l. 6. Cod. de bon. poſſeſſ. l. 8. C. de iniur. l. 3. C. de his qui vel vi vel met. l. 5. ff. de extraord. crim. Vt autem perpetuam iuriſdictionem Vlpianus, ita perpetuum ius certum & in omnia corpora ſcriptum Quintilia. in Declamationi. & Diocletia. in l. 8. C. de pignor. act. dixerunt.

Perpetua actio obligationi temporali opponitur. l. 37. ff. de negot. geſt. perpetuæ actiones vocantur, quæ olim in perpetuum viuebant, hodie fine conſtitutionibus præſcripto, id eſt, 30. vel 40. annorum curriculo, finiuntur, ad differentiam temporalium, quæ ſex menſibus, anno, biennio, vel triennio finiuntur. Inſtitut. de perpet. & temporalibus. l. 6. §. vlt. ff. de re iudic. l. 3. C. de præſcrip. 30. annor. l. 5. Cod. ad Macedonia. Atque ita interpretandum eſt, quod legitur perpetuò quem teneri, & in perpetuum actionem dari. l. 29. §. vltim. cum l. ſeq. ff. de dolo. l. 17. § 1. ff. de dam. infec. l. 20. §. hoc interdictum. ff. de noui oper. nunc. l. 17. ff. de caſtr. pec. l. 3. §. 1. ff. de vi & vi arm. l. vltim. §. hæc iudicia. ff. nautæ, caupo. l. 5. §. hæc autem actio. ff. de his qui deiecerunt. & aliis multis locis.

Perpetuæ exceptiones ſunt, quæ ſemper locũ habent, nec euitari poſſunt, veluti doli mali, rei iudi-

rei iudicatæ, pacti perpetui, id eſt, cuius vis certo tempore adſtricta, concluſaq; non eſt. l. 3. ff. de exceptio. l. 24. l. 40. ff. de condict. indebit. l. 34. §. vlt. ff. de ſolutio. l. 14. ff. de liber. leg. l. 10. ff. de verb. ſignific.

Perpetuari obligationes dicũtur, quæ tempore caſũ ve aliquo perituræ perpetuæ fiunt. l. 91. §. nunc videamus. ff. de verbor. obligat. l. 9. §. ſi is qui temporaria. ff. de iureiur. l. 58. §. vlt. ff. de fideiuſſoribus. l. 24. §. vlt. ff. de vſur. l. vlt. ff. de fideiuſſoribus tut. Perpetuari etiam pœna dicitur quæ ex temporali perpetua fit. l. 8. §. quiſquis. ff. de pœn. Quod dicitur in l. 27. ff. de ſeruit. vrb. Perpetuam cauſam ſeruitutum eſſe debere, hunc ſenſum habet: ita ſeruitutes conſtitutas comparataſque eſſe debere, vt res ſemper ſit idonea ad ſeruitutis vſum ferendũ: verbi gratia, Ex aqua quæ areſcit, & ex ciſterna aquæ ductus cedi non poteſt, quoniã cauſam ſeu materiam perpetuam, id eſt, viuam & perennem aquam non habent. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte: At eius aquæ, quæ ex cælo cadit in vicinum immittendæ vtiliter conſtituitur ſeruitus, quoniam & ſi ea aſſiduè nõ cadat, cùm tamen ex naturali cauſa cadat, perpetuò cadere intelligitur.

Perpetuus lacus is eſt, qui perpetuã & perennem nec areſcentem aquam habet. l. 23. §. 1. ff. de ſeruitutibus ruſtic. l. 1. §. lacus. ff. vt in flum. publico.

Perpetuum morbum interpretor, qui cuique rei agendæ impedimento eſt, & cuius ſanandi ſpes non ſuperſit. l. 22. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. l. penult. ff. de vacat. muner. l. 5. ff. de poſtul. l. 54. ff. de procurat. l. vn. C. qui morbo ſe excuſ. Huiuſmodi morbus habetur furor. l. vlt. C. de cur. fur.

Perpetua conſuetudo, quæ ſemper ſeruata eſt. l. 6. ff. quod cuiuſq; vniuerſit.

Perpetui appellatio nonnumquã vitæ tempus amplectitur, vt in l. 8. §. ſiue igitur. ff. de trãſactio. alimenta perpetuò relicta intelligimus quoad quis viuat. & in l. 1. ff. pro ſoc. ſocietas in perpetuum coitur, id eſt, dum ſocij viuant, & in l. 4. ff. de procurator. in perpetuũ procuratorem dari traditur, qui tamen poſt mortem dantis duraturus non ſit.

Perpetui vſus cauſa poſita, vel perpetuò eſſe dicuntur in ædibus, quæ non temporis cauſa accommodata, neque ad tempus poſita, ſed vt ibi permaneant collocata ſunt. l. 17. §. Labeo. de act. empt. l. 32. ff. de pignoribus. l. 35. § rerum autem. ff. de hæred. inſtit. l. 242. §. vlt. ff. de verbor. ſignif. l. 2. C. eod. tit.

Perpetuarium ius pro iure emphyteuticario vſurpatur in l. 1. C. de offic. comit. ſac. pal. ab eo opinor quòd in perpetuum prædia locarentur. In perpetuum autem locatos agros vectigales Paul. interpretatur, id eſt, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neq; ipſis qui conduxerint, neq; his qui in locum eorum ſucceſſerint auferri eos liceat. l. 1. ff. ſi ag. vectig. l. 11. §. 1. ff. de publican.

Persecutionis verbo extraordinariæ perſecutiones ſignificantur, quarum cognitionem ipſe magiſtratus ſuſcipit, qui iure ordinario non cognoſcere ipſe, ſed iudices dare ſolet. l. 178. §. actiones. ff. de verborum ſignific. Ita perſecutionis verbum accipio in l. 24. ff. rem rat. hab. l. 18. ff. de acceptilatio. l. 27. ff. de oblig. & actio. l. 34. & l. 49. ff. de verborum ſignificat. Cuiuſmodi olim erant fideicommiſſorum petitiones, de quibus extra ordinem prætores ius dicebant. Et hæc propria verbi ſignificatio eſt, qua neglecta plerunq; omnem iudicialem petitionem perſecutionem appellamus, quę res exemplorum confirmationem non poſtulat.

Perſequi videtur & qui ſatis accipit. l. 57. in fin. ff. de verb. ſignif.

Personale pactum eſt, cùm perſona adiicitur à qua non petatur, veluti ne à Lucio Titio petatur. l. 7. §. pactorum. ff. de pact. Appellant alias Iureconſulti pactum in perſonam conceptum. l. 21. §. 1. l. 57. §. vltim. eod. tit. & pactum quod in perſonam dirigitur. l. 40. eod.

Perſonales actiones, in perſonam ſunt, quibus cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad dandum, vel ad faciendum aliquid & ſemper aduerſus eundem locum habent. l. 24. §. 1. ff. de oblig. & act. §. 1. Inſtit. de action. Eodem ſenſu perſonalia eſſe interdicta dicuntur, quòd perſonam ſequantur magis, quàm rem. l. 1. §. vlt. ff. de interdict.

Perſonales conſtitutiones, quę in certę perſonæ gratiam, vel in certam cauſam factę ſunt, quæ nec ad exemplum trahuntur. l. 1. ff. de conſtit. princ. §. quod principi. Inſtit. de iure natural.

Perſonalia beneficia, quæ certis perſonis dantur, & cum his extinguuntur, nec ad hæredes eorum tranſeunt. l. 13. ff. ſol. matr.

Perſonalia munera, quæ cum corporis labore & animi ſolicitudine ac vigilantia principaliter ſine damno rei familiaris & ſumptu per tractantur. l. vlt. ff. de muneribus & honor. de quibus lib. 11. diſſeruimus.

Perſonarum ſeruitutes veluti vſus & vſusfruct. l. 1. ff. de ſeruitutib. l. 14. §. 1. ff. de aliment. leg. quæ & hominum ſeruitutes appellantur. l. 15. eod. ad diſcrimen earum, quæ prædiis debentur: Et perſonales ſeruitutes. l. 8. §. 1. ff. de liberatio. leg.

Pertinere, vel iure dominij, vel iure poſſeſſionis, vel quo alio iure dicitur. Eſtque hoc verbum non iis modò rebus petendis aptum, quæ dominij noſtri ſunt, ſed & his

quas aliquo iure poſſidemus. l. 181. ff. de verbor. ſignific. Hæc autem verba, *Is ad quem ea res pertinet*, variam habent in prætoriis edictis, & in ſtipulationibus interpretationem. Plerunq; certè ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili, vel prętorio ſucceſſerint, continentur. l. 70. ff. de verb. ſignific. Atque ita in Ædilium edicto verba hæc, Emptori, aliiſque ad quos ea res pertinet, accipimus. l. 1. §. 1. l. 19. §. deinde. l. 37. §. qui mancipia. ff. de ædilit. ed. Vnde in l. 53. ff. de oblig. & act. cùm adiicitur, ait, Eive ad quem ea res pertinebit, & adrogati, & eorum, qui iure nobis ſuccedunt, perſonas comprehendimus. Iiſdē verbis hæredes & bonorum poſſeſſores & cæteri ſucceſſores demonſtrantur in l. 1. §. prodeſt. & §. ſi alter. & l. 2. §. 1. ff. quor. legator. Eodemque modo & in l. 40. ff. ſi cert. pet. & l. 33. §. pater emancipato. ff. de legat. lib. 3. hæc verba accipimus. Sed & in edicto De iureiurando, & in cautione de rato, non eos tantùm, qui in ius vniuerſum, ſed & qui in rem ſucceſſerint, ea verba complectuntur. l. 7. & l. 8. ff. de iureiur. l. 3. l. 22. §. in ſtipulatione. l. 23. ff. rem rat. hab. in edicto verò de ventre inſpiciendo, eos continent, quorum intereſt partum non edi, vel totam habituros hæreditatem, vel partem eius, ſiue ab inteſtato ſiue ex teſtamento. Denique quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit. l. 1. §. de inſpiciendo. & §. quamuis. & §. denunciari. ff. de vent. inſpic.

His edicti de procuratoribus verbis, Ratum habere eum, ad quem ea res pertinet, dominus tantùm continetur, non etiam creditores. l. 33. §. ait prætor. l. 39. §. alieno. & §. quæritur. ff. de procuratoribus in edicto De bonis auctoritate iudicum poſſidendis, iiſdem verbis etiam curator bonis diſtrahendis datus & ipſemet debitor ſi contigerit, vt eius bona veneant continebitur. l. 9. in princ. & §. his verbis. ff. de bon. auct. iud. Plenius verò in lege Iulia de adulteriis hæc verba accipiuntur, vt bonæ fidei emptores, & fructuarios, & qui pignori acceperunt, & omnes, quorum intereſt comprehendant. l. 27. ff. ad leg. Iul. de adulter. Hæc eadem verba in ſatiſdatione, quæ ab adrogatore præſtari debet, non hæredes duntaxat legitimos, ſed & ſubſtitutos, & eos quibus libertates datæ vel legata relicta ſunt, complectuntur. l. 18. l. 19. ff. de adoption.

Pertinere videntur rationes, quod ad verba edicti de edendo attinet, ſi eas argentarius actore vel procuratore eius mandante tractauerit: Pertinere quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet. Ad nos quoque pertinet non tantùm cùm ipſi contraximus, vel ſucceſſimus ei, qui contraxit, ſed etiam ſi is, qui in noſtra poteſtate eſt, contraxit. l. 4. in princ. l. 6. §. ex hoc edicto. l. 9. in fin. ff. de edend.

Pertinere ad teſtamentum codicilli dicuntur, qui ex eo pendent, & eius ius ſequuntur, vireſq; ex eo capiunt. l. 16. l. 18. ff. de iure codicil. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib. l. 1. C. de codicill.

Pervenisse propriè dicitur quod eſt remanſurum. l. 71. ff. de verb. ſignific. & quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. 16. §. 1. ff. ad Trebellian. Verbum enim peruenire cum effectu accipiendum eſt. l. 164. §. vlt. ff. de verbor. ſignific. proinde in Senatuſconſulto circa petitionem hæreditatis facto, perueniſſe ea intelliguntur, quibus poſſeſſor locupletior factus eſt, quæque in ea cauſa manent, nec ſunt reſtituta. Quod ſi precium rerum hæreditariarum acceptum vel perdiderit, vel cōſumpſerit, vel donauerit, perueniſſe non videbitur. l. 21. §. item placere. & §. bonæ fidei. ff. de petit. hæred. In ſtipulatione quoq; emptæ hæreditatis (quæ ita concipitur, *Quanta pecunia ad te ex hæreditate peruenerit*, l. 50. ff. de verbor. obligat.) quod legatorum, vel æris alieni, vel cuius alterius oneris hæreditarij nomine erogatum eſt, perueniſſe non videtur. Perueniſſe vtique antequam corpora rerum hæreditariarum venditor nactus ſit, eatenus videtur, quatenus mandare poteſt earum rerum perſecutionem, actioneſque præſtare. At vbi corpora nactus eſt, plenius perueniſſe videtur. Nec tantùm ſi nactus ſit, ſed & ſi dolo malo id egerit, ne ad eum perueniret, perueniſſe exiſtimabitur: veluti ſi alienauerit, aut accepto quē liberauerit, aut dolo malo id egerit, ne quid hęreditati acquireretur. Quæ omnia fuſiſſimè explicantur in l. 2. cum ſuis §§. ff. de hæred. vend. In eo legis Iuliæ capite, quo maritus quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerit, reſtituere iubetur, perueniſſe accipimus, ſiue iam exegerit, ſiue exigere poſſit, quia actio ei delata eſt. l. 4. §. 1. ff. ſol. matr. Quæ interpretatio etiam in ſpecie l. 23. ff. de act. empt. facienda eſt.

Hoc legato, *Quanta pecunia ad me ex hæreditate Titii peruenit, tantum dato*, id continetur, quod ex ea hæreditate acceptū in tabulas ſuas teſtator retulerit, cautione à legatario præſtanda; ſi quid fortè poſtea eius hæreditatis nomine hæres damnetur. Nec enim poteſt videri ad eum perueniſſe, quod eius hæreditatis nomine præſtaturus eſt. l. 23. §. cùm ita legatus. ff. de legat. 3. Planè cùm Prætor actionem in aliquem dat de eo quod ad eum peruenit, veluti in hæredes ex defuncti delicto dolóve, in municipes ex dolo eorum, qui res ciuitatis adminiſtrant, in dominum ex dolo procuratoris: ſufficit, ſi vel momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti. l. 170. ff. de diuerſ. reg. l. 5. ff. de calumnia-

calumniatoribus.l.1.§.vlt.l.3.& l.9.ff.de vi & vi arm.l.16.§.1.& §.penult.l.18.in fin.l.27.ff.de dolo.l.17.l.19.ff.quod met.cau.In his enim cauſis ſatis eſt ſemel perueniſſe,vt de eo perpetuò in hæredes actio competat: & ſi conſumpto eo quod peruenerit, hæres deceſſerit, in hæredem eius omnimodo actio datur. Re etiam ſemel in pecuniam aliámve rem conuerſa,vltra non quærimus,quis exitus ſit.l.17.l.18.ff. quod met.cau. perueniſſe autem intelligitur id quo locupletior facta eſt hæreditas,vel quod in corpus patrimonij ſit verſum, vt certum ſit ad hæredem peruenturum. Idem eſt & ſi debitor liberatus, vel pecunia accepto lata ſit, dolo malo hæredis factum, quominus eo hæreditas augeretur. l.7.& l.28.l.29.ff.de dolo.& l.20.ff.quod met.cau.Quantum autem peruenerit litis conteſtatæ tempus ſpectabitur. Cæterùm qui rogatus eſt, quod ad ſe ex hæreditate bonisve peruenerit cùm morietur reſtituere,fructus,quos viuus perceperit, item quæ fructuum vice ſunt, niſi alia teſtatoris mens appareat, non reſtituet.l.81.ff.de legat.lib.3.l.3.§.cùm Pollidius.ff.de vſur.

Perueniſſe autem ad nos rectè dicitur,quod per nos ad alium peruenit,vt in exemplo l.171.ff.de verb. ſignif.

Pestilens fundus.l.48.ff.de ædilit.ed.l.penult.ff.de rebus eor. id eſt, vt Impp. Diocletia.& Maximia. interpretantur, peſtiferas vel letiferas herbas habens.l. penult. C. de ædilit. act.Cui adde l.20.§.1.ff. loca.in qua fit mentio ſaltus, in quo herba mala naſcitur. Poteſt & eſſe odore ſolo locus peſtilentioſus, vt traditur in l.2.§.1. idem Nerua. ff. ne quid in loco public.

Petitionis verba in rem actiones ſignificantur. l.178.§.actionis.ff. de verbor.ſignificat.l.27.ff.de obligatio.& actio. Eaq; ratione interdum ab actione ſeparatur,quæ plerunque perſonalem actionem ſignificat. l.1.ff.ad Macedonia.l.18.ff. de acceptilatio.l.24.ff.rem rat.hab. l.49.ff. de verbor. ſignificat. Hinc petitio hæreditatis,quæ in rem actio eſt, qua hæreditatem vel totam,vel pro parte, vel corpore hæreditario ab eo vindicamus, qui vel pro hærede,vel pro poſſeſſore tenet.l.23.§.petitio.ff. de petit.hæredit. l.28.§. ſed & is qui.ff.de rei vendic. Et petere hæreditatem, id eſt, ſuam eſſe intendere. l.3.l.10.ff.de petit.hæred. Et petere pro vendicare. l.vn.§.penult.ff. de remiſſio. Et petere rem noſtram eſſe.l.6.ff. de rei vendic. l.42.ff. de liber.cauſ.l.11.§. ſi quis autem.l.21.§. ſi Stichum.& §. ſi fundum.C.de excep. rei iud.§.certè. Inſtit.de rer.diuiſio.

Hinc & iudicium in rem petitorium vocatur.l.37.ff.de rei vendic. Sed hæc verborum proprietas non ſemper obſeruatur.

Petere autem, vt plurimùm, in libris noſtris per iudicem petere ſignificat, vt & lib. 3. de Solutionibus admonui. Et ideò Amplius petitum non eſſe ita Labeo rectè accipiebat, ſi iudicio petitum non eſſet : nec ante committi putabat cautionem Amplius non peti, quàm iudicium acceptum eſſet. l.15.ff.rem rat.hab. Quomodo exemplo petendi & petitionis verba interpretanda cenſeo in l.57.ff.de ſolution.l.4.ff. de exceptio. adhibita l.47.ff. de ſolutionibus. l.28.§. ſed ſi ſtipulatur.ff.de pact.coniuncta l.112.ff. de verborum obligatio.

Petere & in ſeruitutem & in libertatem dicimus. l.12.ff.de iniur.l.30.ff. de bon.libert.l.29.& l.30.ff. de liber.cau. In eo autem quod ſeruitus à bonorum poſſeſſione contra tabulas libertorum repellit eos, qui in ſeruitutem eos petierint, In ſeruitutem petiiſſe videtur, non qui ei, qui in poſſeſſione erat ſeruitutis, petenti ſe in libertatem contradixerunt, ſed qui ex libertate petierunt in ſeruitutem, vel quid aliud petierint quod in eo habere, niſi ſeruus ſit,non poſſint.l.14.& l.16.ff.de bon.libert.l.33.§.pen.ff.de fideic.libert.

Petitoris partes ſuſtinere & petitoris partibus fungi dicitur,cui probatio incumbit, quique de ſuo iure probare neceſſe habet.l.7.§.vlt.ff. de liber.cau.l.15.ff.de oper.no.nunc.l.vlt.ff. ſi libert.ingen.l.35.ff.de acquir.poſſ.l.8.§.ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit.vindic.l.18.l.19.ff.de probatio.& hæc ſunt onera petitoris.l.62.ff.de iudic.l.25.ff.de rei vendic.l.1.§.inter.ff.vti poſſid.

Petram eſſe Ælius Gallus definiebat, qui locus dextra ac ſiniſtra fornicem expleturus aquæ ad libramentum ſuum fornicis.Quæ ſignificatio rara eſt.

Petronia lege continebatur, vt qui iure viri delatum adulterium non peregiſſet,nũquam poſtea ad hoc crimen deferendum admitteretur.l.16.C.ad leg.Iul. de adulter. Lege etiam Petronia dominis facultatẽ ademptam ſuo arbitrio ſeruos ad beſtias depugnandas tradendi Modeſtin.ſcribit in l.11.§.vlt.ff.ad leg.Corn. de ſicar. Refertur & alia legis cuiuſdam Petroniæ ſententia in l.24.ff.de manumiſſ.vindic.

Philyra in l.50.ff.de legat.3.Frutex eſt papyro Nilotico non abſimilis, vt Suidas docet his verbis: φίλυρα εἶδος δένδρου ἔχει φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον. Ductilis autem erat philyræ liber, adeò vt ex ea coronæ olim necterentur, vt Horat.lib.1.Carm.& Ouidius lib.5.Faſtor.& Plin.lib.10.ſignificant.

Picariæ ſunt picis fodinæ, quales populus Rom.in reditu habuit.l.17.in fi.ff.de ver-

bor. ſignificat. vt in Pandect. Flor. benè legitur. Cicero in Bruto. Nam cùm in ſilua Scantia cædes facta eſſet, notique homines interfecti, inſimulareturque familia, partim etiam liberi ſocietatis eius, quæ picarias de P. Cornel. & L. Mummio Cenſoribus redemiſſet.

Pictacium in l. 5. & l. penult. §. ſuper his verò. Cod. de erogatio. milit. an. lib. 12. l. 29. de petitionibus & vlt. dat. in C. Theod. Lamprid. in Alexand. De promouendis etiam militibus ſibi adnotabat & perlegebat cuncta pictacia. Caſſiodor. lib. 1. Variar. Si Romani prædium ſine delegatoris cuiuſquam pictacio præſumptor Barbarus occupauit. Moſchopulus περὶ σχεδῶν, πιττάκια, ait, Διαιρικῶς τὰ λεπτὰ περιμήματα τῶν δερματίων, ἀφ' οὗ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν.

Pignvs appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur. l. 237. ff. de verbor. ſignificat. Itaque pignus propriè eſt, cùm poſſeſſio tradita eſt creditori: Hypotheca verò, cùm non tranſit poſſeſſio ad creditorem. l. 9. §. 1. ff. de pignor. act. Verùm in vſu promiſcuè pignoris & hypothecæ nominibus, nec iam inter & prȩter & quicquam præter ſonum intereſt. l. 5. ff. de pignoribus. §. item Seruiana. Inſtitut. de actionibus. Varia autem ſunt pignorum genera. Quoddam enim conuentionale eſt, quod ex conuentione proficiſcitur. quoddam prætorium, quod prætoris magiſtratuſque imperio conſtituitur, quale habent qui in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſa mittuntur. l. 12. ff. pro empto. l. 26. ff. de pignor. act. tit. de præt. pignor. C. l. 24. ff. de bon. auct. iud. l. 2. ff. pro hærede. l. 117. §. iidem principes. ff. de legat. 1. Eſt & aliud pignus, quod in cauſam iudicati capitur. Rubr. ſi in cauſ. iudic. pignor. capt. ſit. C. & l. 9. ff. de minoribus. l. 3. ff. de rebus eor. l. 40. ff. de re iudic. Item aliud quod auctoritate magiſtratus capitur, coercendæ eorum contumaciæ cauſa, qui vel iudici parere, vel ad eum venire contemnunt, atque recuſant. l. 5. §. ſi quis ex his. ff. de liber. adgn. l. 1. §. poſt editum. ff. de de vent. inſpic. §. penult. Inſtitut. de ſatiſd. tutor. Porrò quaſi pignus vel pignoris loco haberi dicitur, quodcunque iuſtè & licito iure, dum quid præſtetur vel fiat, retineri poteſt. l. 14. §. adeo. l. 15. §. 1. ff. de furt. l. 13. §. offerri. ff. de actio. empt.

Pignoribus captis coerceri tutores curatoreſque qui non cauent, legimus. §. penult. Inſtitut. de ſatiſdat. tutor. Item eos, qui miſſos in poſſeſſionem damni infecti nomine non admittunt. l. 4. §. 1. ff. de damno infect. Et eos quoque, qui in ius venire & reſpondere contemnunt. l. 1. §. poſt editum. ff. de vent. inſpic. Pignorum item capione exigi pecuniam fiſco debitam legimus in l. 10. ff. ad leg. Iul. pecul. quod nos vernacula noſtra lingua dicimus, *par ſaiſie de biens*. Sueton. in Iulio cap. 17. Vectium pignoribus captis & direpta ſupellectile malè mulctatum coniecit in carcerem. Cicer. lib. 3. de Orator. Non tulit ille & grauiter exarſit, pignoribuſque ablatis Craſſum incipit coercere. Et in ea lege quȩ à Frontino lib. 2. de Aquæ ductibus refertur. *Tum is prætor, qui inter ciues & peregrinos ius dicit, multa, pignoribus cogito, coerceto, eique curatori, aut ſi curator non erit, tum ei prætori eo nomine cogere & coercere multæque dicendæ ſiue pignoris capiendi ius poteſtaſq; eſto.* Et paulò pòſt. *Eoque nomine his pignoris capio multæq; dictio vtiq; eſto.* Sic enim eius loci lacuna replenda eſt. Sic pignorum capio in l. 7. de exactionibus in C. Theod. l. vlt. de diſtrahend. pignorib. in eod. Cod.

Pignoraticia actio in perſonam actio eſt, quȩ debitori ad pignus repetendum ſoluto debito, vel ſi eo nomine ſatisfecerit, datur. §. vlt. Inſtit. quibus modis re contrahit. titul. de pignor. act. Appellatur à Papinian. iudicium quod de pignore dato proponitur, vel redditur in l. 2. ff. de pignori. l. 34. ff. de negot. geſt. l. 42. ff. de pignor. act. Atque hæc directa pignoraticia eſt. Contraria verò dicitur, quæ creditori aduerſus debitorem, qui eum in pignore fefellerit, vel aliàs improbato more verſatus ſit, vel ſumptum in rem pignoratam factorum nomine competit. l. 1. l. 3. l. 16. §. 1. l. 25. ff. de pignor. act.

Pignoraticiam etiam interdum Iureconſulti vocant hypothecariam, quæ creditori pignoris perſequendi cauſa tribuitur, actionem. l. 3. §. eſt autem. ff. ad exhibend. l. 9. ff. quibus modis pignor. l. 7. §. inter. ff. comm. diuid. l. 11. in fin. l. 19. & l. penult. §. 1. ff. de except. rei iudic. l. 41. ff. de pignor. act. l. 5. C. ſi res aliena pignor. l. 13. ff. de condict. indebit. Vt autem Pignoraticia actio ita & pignoraticia exceptio appellatur. l. 6. §. idem Iulianus. ff. commod. diuid.

Pilæ in l. 30. §. vlt. ff. de acqu. rer. do. & l. 3. ff. ne quid in loco pub. quid ſignificent, expoſui lib. 11. in verbo Moles.

Pingvivs Iureconſultis ſignificat, plenius, latius, & craſſius. l. 14. §. ff. de exceptio. rei iudic. l. 49. in fin. ff. de re iudic. Sic autem reddunt & exprimunt vim verbi Græci παχυμερέστερον. Quo & quandoque vtuntur. l. 7. §. ſcire. ff. de pecul. l. 12. §. Iulianus. ff. rem. rat. habere.

Piperis genera duo recenſentur in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. longum & album: inter quæ etiam differentiam ſtatuit Theophraſt. lib. 9. de plantar. Hiſtor. cap. 22. Dioſcorides

ſcorides lib. 2. & Galen. lib. 7. ſimplicium medicamentor. Plinius lib. 12. cap. 7. Solin. in Polyhiſto. cap. 53. Iſid. lib. 17. cap. 8. Naſcitur autem piperis arbor in India & in latere Caucaſi montis quod ſoli obuerſum eſt.

PITYOCAMPÆ in l. 3. §. alio. ff. ad l. Corn. de ſicar. Pinorum erucas & in picea naſcentes erucas, Plinius interpretatur lib. 23. cap. 2. & lib. 29. cap. 4. quæ & inter venenata ab eodem ponuntur, vt & à Dioſcoride qui de eorum noxia vi tractat lib. 2. & lib. 6.

PLACVISSE ſenatui olim dicebantur, quę Senatus cẽſuerat. l. 21. §. item placere. ff. de petit. hæred. l. 2. ff. ad Velleian. Placere & ea in libris noſtris dicuntur, quæ prudentium auctoritate recepta, inducta ac conſtituta ſunt. l. 4. ff. de pact. l. 4. ff. de iure codicill. l. 5. §. 1. ff. de acquir. rer. do. l. 61. ff. de procuratoribus. l. 31. & l. 33. §. vlt. ff. de vulg. & pup.

Placere principi dicuntur, quæ princeps conſtituit. l. 1. ff. de conſtit. princ. §. quod principi. Inſtitut. de iur. natur. Vnde placita principum pro conſtitutionibus. l. 1. §. ait Prætor. ff. de poſtul.

Placere etiam ea dicuntur, quæ inter aliquos conuenere. l. 33. C. de tranſactio. Ipſaque adeò conuentio placitum vocatur. l. 1. ff. de pact. l. 53. ff. de iudic. l. 4. ff. de ſeruitutib. l. 74. ff. de euictionib. l. 20. §. ſi pater. ff. fam. erciſc. Sic Placitum permutationis in l. 3. & l. 4. ff. de rer. permut. Placitum diuiſionis in l. 40. ff. de pact. l. 15. Cod. famil. erciſc. l. 7. l. 14. l. 17. C. de tranſactionibus.

PLAGAM agri dixit Scæuola in l. 39. § agri. ff. de legat. 3. vt prædia diuerſis plagis poſita. Paul. in l. 12. ff. de annu. leg.

PLAGII crimen committit, qui ſciens liberum hominem vendit. l. 2. C. vbi de criminibus agi oport. l. 5. §. qui deſertionis. ff. de re milit. l. 12. ff. de manumiſſio. l. 1. ff. ad l. Fab. de plag. Item qui ſeruos alienos ſupprimit. l. penult. §. 1. ff. ad l. Fab. Quod nomen à Græco verbo πλάγιον, quod obliquum ſignificat, Iſidor. lib. 10. Etymolog. deriuat. Inde Plagiarius mancipiorum ſuppreſſor, in l. 4. §. 1. ff. peculat. l. 17. §. idem ait. ff. de ædilit. ed. l. 8. C. de repud. quem Tertullian. plagiatorem vocat lib. 1. aduerſus Marcio. Auctor Etymologici. Ἀνδραποδιστὴς δ' οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν.

PLANA & Cliuoſa via opponuntur. l. 2. §. deteriorem. ff. ne quid in loco pub. Plano quoque ſublime & editum aduerſatur. Vnde de plano opus facere & in machina operari contrariè relata inuenimus in l. 5. §. planè ſi ſic commodaui. ff. commodati. Itaque de plano cognoſcere, interloqui, diſcutere, (quo genere loquendi vtuntur noſtri in l. 1. ff. de conſtitut. princ. l. 9. §. de plano. ff. de offic. proconſ. l. 6. ff. de accuſatio. l. 11. §. ſexaginta. ff. de adulter.) ſignificat ex plano, & æquo loco cognoſcere, vt Cicer. pro Cæcinna & lib. 3. Epiſt. ad Appium & lib. 3. de orator. loquitur: id eſt, non pro tribunali, ſed in via, in tranſitu, cùm vel lauandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia, magiſtratus prodierit. l. 7. ff. de manumiſſ. vind. §. ſerui autem. Inſtitut. de libertin. Nam pro tribunali cognoſcere non eſt ex plano, ſed ex ſuperiori loco cognoſcere. Et idcirco Pro tribunali, & De plano aduerſa noſtri faciunt, vt in l. 1. §. abolitio. ff. ad Turpillian. Abolitio priuatim à præſidibus poſtulari & impetrari ſolet, Item pro tribunali, nõ de plano. Et in l. 18. ff. de quæſtio. Cuſtodiæ non ſolùm pro tribunali, ſed & de plano audiri poſſunt. Idem ex l. 3. §. ſi cauſſa. ff. de bon. poſſeſſ. & l. 2. § dies. ff. quis ordo in poſſeſſ. confirmari poteſt. Seneca lib. 1. de Clemen. Hæc tamen magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliusq; in tribunali, quàm in plano conſpicitur. Sueton. in Tiber. Et ſi quem reorum elabi gratia rumor eſſet, ſubitus aderat. Iudicesq; aut è plano aut è Quæſitoris tribunali, legum & religionis & noxæ de qua cognoſcerent admonebat. Inde Planaria cognitio, quæ de plano ſuſcipitur citra tribunalis aſcenſum. Pro quo in l. 4. C. de dilationib. plenaria vulgò vitioſè legitur. Sicut plenaria interpellatione pro planaria in l. penult. C. de naufrag. lib. 11. quemadmodum ſcripti codices arguunt. Ita Planarij conflictus apud Marcellin. lib. 19. qui ex plano ſolo fiunt, non ex mœnibus. Hinc & in l. 11. §. 1. ff. de inſtitor. Vnde de plano rectè lege poſſint. Quæ verba his olim notis ſcripta V.D.P.R.L.P. Vale. Prob. teſtis eſt. Auſonius in Gratiar. actio. Has ego literas tuas in omnibus pilis atq; porticibus, vnde de plano legi poſſint inſtar edicti pendere mandauero. cui mandavero

PLANCIANVM Senatuſconſultum de liberis agnoſcendis. l. 1. §. eleganter. l. 3. §. quia Plancianum. ff. de liber. agnoſc. Eſt & Plautianum Senatuſconſultum detractionẽ quartæ denegans ei qui non capienti hæreditatem reſtituere rogatus eſt. l. 59. ff. ad leg. Falcid.

PLEBISCITA Pompon. appellata ait iura, quæ ſibi populus ſine auctoritate patrum conſtituebat. l. 2. §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur. Iuſtinian. verò plebiſcitum definit quod plebs plebeio magiſtratu rogante, veluti tribuno, conſtituebat. §. plebiſcitum. Inſtitut. de iur. natur. Feſtus lib. 12. & 17. Sciſcere ait eſſe ſententiam dicere, ſuffragium ferre. Eoque ſcita plebis dici, quæ plebs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit plebeio magiſtratu rogante. Plebem enim appellabant cæteros ciues ſine ſenatoribus. l. 237. ff. de verborum ſignificat.

T 2

Plebeius & decurio in libris noſtris quandoq; opponuntur. l. 3. ff. de teſtib. l. 9. §. penult. & l. 10. §. vlt. ff. de pœn.

PLENA proprietas nudæ aduerſatur: eoq; nomine ſolida & non ſeparata vſufructu proprietas demonſtratur. l. 43. §. 1. l. 53. ff. de vſufruct. l. 2. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. 78. ff. de iur. dot. l. 10. l. 26. ff. de vſufruct. leg. l. 15. in fin. ff. de caſtr. pecul. Ita plenum dominium dicitur, cui vſusfructus cohæret. l. 4. ff. de alim. leg. Plenoq; iure noſtrum id eſſe accipimus, cuius & vſusfructus & proprietas ad nos pertinet. l. 73. l. 29. ff. qui & à quib. l. 71. ff. de legat. 3. Et pleno iure vel in plenum noſtrum fieri, cuius plena proprietas ad nos tranſit. l. 126. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 63. ff. de condict. indeb. Sic & plenum ius interpretor in l. 17. §. vlt. ff. de rei vend. Et plenum fundum in l. 26. ff. de vſufr. leg. Et pleno iure dominium. l. 11. C. de actio. empt. Plenum autem compromiſſum accipitur cui pœnæ vel alia res vice pœnę addita eſt, & quod de rebus omnibus controuerſiisq; conſtitutũ eſt: Item quod omnibus numeris perfectum eſt & abſolutum. l. 11. l. 14. l. 26. §. 1. l. 36. in fin. ff. de receptis qui arbitrium receperunt.

Plenum ius patroni in l. 29. ff. de bon. libert.

Plena pubertas decem & octo annorũ eſt. l. 40. §. 1. ff. de adoptio.

Plena defenſio accipitur, ſi & iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur. l. 21. §. vlt. ff. ex quibus cauſ. maior. l. 34. §. pupillo. ff. de iureiur. Plena negotiorum geſtorum actio in l. 37. ff. de neg. geſt. dicitur, quæ in ſolidum, non quatenus facere maritus poſſit datur. Plena cuſtodia quæ & diligentiam exigit. l. 2. ff. de peric. & commod.

Plenum legatum ſeruitutis, quod non perſonę, ſed rei datum, ſic vt ad hæredes tranſmittatur. l. 6. de ſeruit. leg.

Plena Falcidia, id eſt, integra. l. 16. ff. ad leg. Falcid. vt plena ſumma, id eſt, ſolida & integra. l. 110. §. qui quinq;. ff. de legat. 1. Plenam fidem teſtatori exhibere, eſt ei cui voluit ſolidum & minimè delibatum fideicommiſſum præſtare. l. 20. in fi. ff. de donatio. l. 19. ff. quæ in fraud. cred. l. 5. §. ſi quis rogatus. ff. de donatio. int. vir. Hoc Iuſtinian. Nouell. Conſtit. 1. dicit, καταβαλεῖν ὁλόκληρα πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διατιθεμένου τηρῆσαι.

Plenus vterus, qui & grauis, vacuo opponitur. l. 83. ff. de acqu. hæred. l. 11. ff. de iur. codicill.

Plenè in l. 7. ff. de aliment. legat. pro omninò & in totum: In quem ſenſum etiam, In plenum, dicunt Papinia. in l. penult. ff. de ſuis & legit. Et Neratius in l. 63. ff. de condict. indeb.

Plenius ſignificat latius, largius, pinguius. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſtament. lib. l. 2. §. perueniſſe. ff. de hæred. vend. l. 4. ff. de fundo dot. l. 53. ff. de contrah. empt. l. 1. §. domini. ff. de Silania. l. 42. §. pen. de legat. l. 12. ff. de diuerſ. reg. iur. Plenius & exiguius opponuntur in l. pen. ff. de vacat. mun.

PLERVMQVE pro interdum accipitur in l. 25. in fi. cum l. ſeq. ff. de pact. & in l. 43. §. ſi iactum. de furt. ne pugnet cum l. 21. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & l. penult. ff. pro derelict. & l. 8. ff. de leg. Rhod.

PLVMBATARVM verbera in l. 2. de exactorib. tribut. lib. 10. C. Sic enim illic legẽdum docet l. 3. de exactionib. in C. Theod. & l. 2. de quæſtionib. & l. 80. de decurionib. in eo. Cod. Ambroſ. in lib. de paſſione Geruaſij & Protaſij. Tunc indignatus Comes Aſtacius iuſſit eũ tamdiu de plumbatis contundi, quamdiu exhalaret ſpiritum. In libello quoq; paſſionis Valeriani, Tiburtij, & Maximi Martyrum ita ſcriptum repperi: Igitur cùm perueniſſet ad Almachum quòd maximus cornicularius cum ſuis omnibus eſſet factus Chriſtianus, iuſſit eũ tamdiu plumbatis tundi, quamdiu ſpiritũ redderet. Et in paſſione quatuor Coronatorum martyrum. Illis autem reluctantibus renunciatum eſt Diocletiano Auguſto, qui eos iuſſit ante ipſum ſimulachrum ictu plumbatarum deficere. Appellantur & plumbi verbera in l. 7. de exactionibus in C. Theodoſ. Ex quibus minus obſcurum videbitur, quod in l. vn. C. de his qui potentiorum nomine. pręcipiunt Impp. eos qui in potentiores litem transtulerint, plumbo adfectos relegari, vt & illud quod Ambroſ. lib. 5. Epiſt. ita ſcribit, Si compertum fuerit data auctoritate aliquos Chriſtianorum aut gladio, aut fuſtibus, aut plumbis necatos.

Plumbata etiam iaculi genus in modum ſagittæ pennis inſtructum fuit. Cuius duo genera facit auctor libelli de rebus bellicis, qui Notitiæ Imperij Romani ſubiungitur: vnum, cuius ligno ferrum ad formam venabuli aptatum infigebatur, fiſtula eiuſdem ferri parumper extẽſa, ſupra quam modico interiecto ſpatio plumbo adhærentes aculei velut tribuli emergebant, quæ plumbata tribulata appellabatur. Altera verò erat mamillata, quæ benè extenſa & directa virga accipiebat in extremitate ſui rotundum & in acumen deductum ferrum ſimilibus locis, quibus ſuperior, in tribulata plumbo & pennis adhærentibus. Huiuſmodi plumbatarum meminit. Vegetius lib. 1. cap. 17. & lib. 2. cap. 15.

Plumbarij in l. vlt. ff. de iure immunit.

PLVS peti quatuor modis poteſt: Re, ſi decem pro quinque petantur: Tempore, ſi ante diem petatur: Loco, ſi alio, quàm quo promiſſum eſt, loco agatur: Cauſa, ſi ex duabus rebus disiunctiuè promiſſis altera præcisè petatur. §. plus autem. Inſtitut. de actionibus. Adiectio hæc, *Pluriſue*, non infinitam pecuniam

niam continet, ſed modicam duntaxat. l. 192. ff. de verb. ſignif. Hæc autem enunciatio, *Quæ fuit pluris aureorum triginta*, Simul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt. l. 232. ff. de verb. ſignific.

POENA, ait Vlpian. eſt noxiæ vindicta, & hoc à multa differt, quòd pœna generale nomen eſt, & omnium delictorũ coercitio: Multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt: cùm pœna non pecuniaria tantùm, ſed & capitis & exiſtimationis irrogetur. l. 131. l. 244. ff. de verb. ſignif.

Pœna autem appellatur quicquid extra rei perſecutionem eſt. l. 2. in fi. ff. de tut. & rat. diſtr. l. 12. §. 1. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. 5. §. vlt. ff. de publicia. l. 25. §. 1. ff. quæ in fraud. credit. l. 11. §. ſed ſi plures. ff. ad l. Aquil. §. ex maleficiis. Inſtit. de actionibus.

Inde pœnales & rei perſecutoriæ actiones opponuntur. l. 5. §. vlt. ff. de alienat. iud. mut. §. ſequens diuiſio. Inſtit. de actionibus. l. 32. ff. ad leg. Falcid.

Pœnæ cauſa legari dicitur, vt Vlpian. in Inſtitut. titul. de legat. & Iuſtinian. eod. titul. §. pœnæ quoq; cauſa, definiunt, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quo magis faciat aliquid aut non faciat: veluti cùm ita legatur: *Hæres meus ſi filium ſuum in matrimonium Titio collocauerit, vel ex diuerſo ſi nõ collocauerit, decem aureos dato:* Sic enim non tam beneficij in legatarium conferendi, quàm in odium & pœnam hæredis legatur. Pœnam autem à conditione voluntas teſtatoris ſeparat. l. vlt. ff. de his quæ pœnæ nomine relinquuntur.

POLIRE veſtimenta fullonici artificij eſt. l. 9. §. penult. l. 13. §. ſi fullo. ff. loca. l. 12. l. 48. §. ſi ergo. l. 52. §. ſi ſeruus. l. 82. ff. de furt. l. 22. ff. de præſcript. verb. §. item ſi fullo. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. Theoph. πλύνειν vertit. Nonius Marcell. in verbo interpolare tractum id ait ab arte fullonica, qui poliendo diligenter vetera quæque quaſi in nouam ſpeciem mutant. Plinius lib. 8. cap. 48. de lanis loquens, Quippe, ait, ahenis polientium extracta in tomenti vſum veniunt. Idem lib. 19. cap. 1. Hiſpania citerior habet ſplendorem præcipuum torrentis in quo politur natura. Vnde Politura apud eundem lib. 11. cap. 24. Idem lib. 35. cap. 17. Vmbrica creta non niſi poliendis veſtibus aſſumitur.

Politores etiam in agris ad exemplum veſtiariorum dicũtur. l. 52. §. venit. ff. pro ſoc. Quo de verbo Anton. Auguſt. libro 3. Emendatio. cap. 9. agit.

POLLICITATIO eſt ſolius offerentis promiſſio. l. 3. ff. de pollicitatio. Pollicitatio autem plerunque dicitur, qua quis reip. vel ciuitati opus aliquod publicum ludóſve promittit. l. 5. ff. ad leg. Falcid. l. 46. §. 1. de adm. tut. l. 6. §. debitores. in fin. ff. de muneribus & honorib. l. vn. C. de ratiocin. oper. publ. Plinius lib. 10. Epiſtol. Huic theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur. Sed tamen etiam quælibet alia promiſſio pollicitatio vocatur. l. 43. ff. de contr. empt. l. 1. §. penult. ff. de collat. dot.

POLLINCTORES ſunt, vt Nonius ait, qui mortuos curant. l. 5. §. idem ait. ff. de inſtitor. Inuenitur hoc verbum apud Tertullian. in lib. aduerſus Gnoſticos, & Iulium Firmicum in lib. Matheſeos perſæpè.

POLYPTYCHA in l. 13. de indulgent. debit. in C. Theodoſ. Vtitur & hoc verbo Caſſiodorus lib. 5. Variar. Epiſt. ad Seueria. & Epiſtol. ad Aurelium.

POMORVM appellatione nuces & ficus & vuæ duracinæ & purpureæ & quæ eiuſdem generis ſunt, quas non vini cauſa habemus, quas Græci τρωξίμους appellant, continentur. l. 205. ff. de verbor. ſignificat. Pallad. in Epig. de nuce.

Arbuteas frondes vaſtæ nucis occupat vmbra,
Pomaq; ſub duplici cortice tuta refert.

Idem de ficubus.

Se quoq; miratur pigui grandeſcere ſucco,
Et ſolitum gaudent vincere poma modum.

Idem de Moro.

Proceras fagos & poma hirſuta virentis
Caſtaneæ.

Macrob. lib. 3. cap. 19. Nuces dici tradit à quibuſdam omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat quod eſui eſt. Idemque lib. 2. cap. 6. Caſcellij Iureconſulti dictum vrbanum hoc refert. Lapidatus à populo Vatinius cùm gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt Ædiles edicerent, ne quis in harenam niſi pomum miſiſſe vellet. Fortè iis diebus Caſcellius conſultus à quodam an nux pinea pomum eſſet, Reſpondit ſi in Vatinium miſſurus es, pomum eſt. Ficum planè tanquam non pomum ſecerni à pomis apud idoneos auctores idem auctor libro 3. cap. 20. notat.

POMPEIA lex de patricidiis eos, eáſve qui quæve parentes, fratres, ſorores, patrueles, matrueles, patruos, auunculos, amitas, materteras, conſobrinas, virum, vxorem, generum, nurum, ſocerum, vitricum, priuignum, priuignam occiderunt, pœna legis Corneliæ de ſicariis afficit. l. 1. ff. ad leg. Pomp. l. 1. ff. de public. iud. §. item lex Pompeia. Inſtitut. eod. tit.

PONTIFICIVM pro poteſtate vſurpatum in codice Theodoſiano Alciat. adnotauit. In quibuſdam etiam codicibus hoc verbum in eundem ſenſum, apud Gellium ſcriptum eſt, lib. 1. cap. 13. Sed & in legibus Burgundionum

cap.40. ita ſcribitur. Huius autẽ actionis pontificium circa manumiſſores tantùm de libertis ſuis præcipimus cuſtodiri.

Pontificalis auctoritas. l.52.ff. de petit. hæred. Pontificale iuſſum.l.8.ff. de religioſ.

POPVLVM Cicero in libris de Repub. teſte Auguſtino lib.19.de Ciuit. Dei cap.21. definiebat cœtum multitudinis iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum. Itaque populi appellatione aliter atque plebis Romæ omnes ordines continebantur.§. plebiſcitum. Inſtitut. de iur. natur. Inde Populares actiones, popularia iudicia, popularia interdicta, dicebantur, quæ cuiuis ex populo patebant. titul. de popularibus actio. l.7.ff. de iuriſdictio. om. iudic. l.7.ff. de dolo. l.42.ff. de procuratoribus. l.5.§. hæc autem actio.ff. de his qui deiecer. l.30.§. in popularibus.ff. de iureiur. l.25. in fin.ff. de S.C. Silanian. l.32.ff. ad l. Falcid. l.2.§. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publ. cum l.1.§. hoc interdictum. ff. ne quid in flum. publ. Zonar. Tomo 2. τοῖς δ' ἄλλοις δήμοις ἐκέχρητο καὶ τὸν δῆμον ποπούλους ὠνόμασαν, ὅθεν καὶ ἐν ταῖς βίβλοις ταῖς νομικαῖς ποπουλάρια κέκληται δημοτικὴ ἀγωγή. Qui locus cùm ab interprete perperam ſit conuerſus, ita Latinè reddetur. Vnde & in libris legum popularis vocatur, quæ cuilibet de populo datur actio.

PORCINARII vrbis Romæ pro ſuariis in l.1.C. de ſuar. & ſuſceptoribus lib.10. quos ſuillæ carnis tenet functio, vt Symmach. ait, lib.1. Epiſt.13. Solebat autem porcina caro populo Roma. ex Aureliano inſtituto diuidi, quemadmodum Vopiſcus in Claudio indicat his verbis. Nam & porcinam carnem populo Rom. diſtribuit quæ hodieq; diuiditur. Erat & Romæ tribunus fori ſuarij, vt ex Notitia Imperij Rom. conſtat.

PORCÆ in l.24.ff. de aqu. & aqu. plu. ſulci ſunt aquarij, quos aliàs traditur Græcè ἔλικας appellari. l.1.§. item Sabinus.ff. de aqu. & aqu. plu. Ideoq; & porcas Feſtus lib.14. definit raros ſulcos eſſe, qui ducuntur deriuandæ aquæ gratia, ab eo, quòd porceant, id eſt, prohibeant aquam frumẽtis nocere. Quo ferè modo idem auctor Elices definit lib.5. At Varro, vt idem Feſtus admonet, Porcam aliter accipit. Inter duos enim ſulcos elatam terram, quòd ea ſeges frumentum porrigit, Porcam appellatam Varro lib.1. de re ruſtic. cap.29. tradit. Idemque lib.4. de lingua Latina confirmat his verbis. Ab eo quòd aratri vomer ſuſtollit ſulcus, quod ea terra iacta, id eſt proiecta, porca. Quem & idem Feſtus lib.9. ſecutus. Imporcitor ait eſt, qui porcas in agro facit, in arando. Porca autem eſt inter duos ſulcos terra eminens. Eodemque modo Iſidorus lib.15. Etymolog. cap.9. Porcam, quæ in arando extat, quod verò defoſſum eſt, liram dici tradit. In Lexico etiam cuius iam ſæpius mentionem feci, Porca definitur τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Nonius planè aliud de huius verbi ſignificatione ſentiens, Porcas interpretatur ſigna ſulcorum, quæ vltra ſe iaci ſemina prohibent, à porcendo, id eſt, prohibendo dicta.

PORTVS appellatus eſt, concluſus locus quò importantur merces & exportantur: Eaq; nihilominus ſtatio concluſa atq; munita eſt. l.59.ff. de verb. ſignif.

Portus vectigal. in l.17.ff. de verb. ſignif.

Portorium non tantùm quod in portu, ſed & quod pro tranſitu pontis vectigal ſoluitur. l.60.§. vehiculum.ff. loca. l.203.ff. de verb. ſignif. l.3.C. de vectigalibus. Portorium etiam venalium rerum Cicero in Piſon. dixit.

POSITIONES in l.1.ff. de iuſtit. & iur. alij ſpecies, alij theſes, alij obiecta interpretantur. Vtuntur & hoc verbo conſulti in l.26.ff. ſi cert. pet. l.6.ff. vt in poſſ. legat. l.12.§. eſt etiam quæſtioni.ff. de pecul.

POSSIDERE ius ſignificat non factum, nec enim poſſidet quiſquis rei inſiſtit, eiq; corpore incumbit, ſed qui ea pro domino vtitur. Itaq; in ſeruos hoc verbum non cadit. l.49.ff. de acqu. poſſeſſ. l.38.§. hæc quoq; ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Aliudq; eſt poſſidere, longè aliud in poſſeſſione eſſe. Deniq; legatorum, damni infecti, vel rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem miſſi non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione cuſtodiæ cauſa. l.10.ff. de acquir. poſſeſſ. Et bellè Theophil. poſſidere definit ψυχῇ τοῦ δεσπόζοντος κατέχειν, id eſt, opinione domini tenere. l.22.§.1. de noxalib. & pro ſuo habere, vt Celſ. loquitur. l.69.ff. de furt. Non enim Inquilinus, colonus, & qui precario rogauit, quanquam corpore in prædio ſint, eo magis poſſident. l.6.§. is qui.ff. de precar. quia non pro ſuo, ſed pro alieno tenent.

Poſſeſſionis tamen verbo Iureconſulti abutentes ad factum magis, quàm ad ius id nonnunquam referunt. Eoque duplex poſſeſſio ſtatuitur, Naturalis & Ciuilis. l.2.§.1.ff. pro hærede. Naturalis poſſeſſio eadem corporalis appellatur. l.23.§.1. l.25.§. vltim.ff. de acquir. poſſ. l.40.§. vlt.ff. de pignor. act. Nam qui corpore incumbit, & inſiſtit poſſeſſioni, is naturaliter poſſidere à noſtris auctoribus dicitur, vt ſuprà docui. Ciuilis verò poſſeſſio eſt, quæ in iure conſiſtit. l.10. Cod. de acquir. poſſ. quæ animo, opinione, & affectu domini tenetur: quæ & iuſta poſſeſſio appellatur, corporalique opponitur. l.24.ff. de acquir. poſſ. quòd ſcilicet iure fulcitur, iusque in ſe habet, & iuris effecta parit. l.2.§. quòd vulgò. ff. pro hærede. Ciuiliter ergo poſſidere eſt, ex iure ciuili poſſidere, vt apparet ex l.38.§. hæc quoque

ſtipulatio

ſtipulatio.ff.de verbor.oblig.l.3.§.vlt.l.7. ff. ad exhib. Vera vtiq; poſſeſſio & iuris eſt, & facti, id eſt, corporis & animi.l. 19. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 40.ff. de ad. poſſ.l. 1. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. lib. Acquiri enim ſine corporali facto poſſeſſio non poteſt. Et hoc eſt quod Neratius cum Proculo ſentit, cùm animo acquiri poſſeſſionem poſſe negant, ſi non intercedat poſſeſſio. l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. poſſ. Rurſus corporalis apprehenſio poſſeſſionem non tribuit, niſi & iuſta cauſa poſſidendi, & animus pro domino tenendi concurrat. Quo ſolo animo ſemel acquiſitam poſſeſſionem retineri conſtat. Atque hæc vt breuia, ita certiſſima ſunt & puriſſima. Enimuerò poſſeſſionē Ælius Gallus definiebat auctore Feſto vſum poſſidendi agri aut ædificii. Poſſeſſionem quoq; vſum eſſe Iauolen. in l. 115. ff. de verb. ſignifi. tradit, cuius nos verba lib. 4. Antiquit. expoſuimus. Quod & vſucapiendi verbū docet. Nec enim vſucapere aliud eſt, quàm poſſeſſionem acquirere.

Poſſidentur autem propriè res corporales demum.l.3.ff.de acq. poſſ. Vnde bene Theophil. in tit. de interdict. νομὴν definit σωματικοῦ πράγματος κατοχήν. Iura verò cæteraque incorporalia non poſſidentur, ſed velut poſſidentur.l.20.§.penult.ff.de pet. hær. & eorum nomine, velut poſſeſſoria interdicta comparata ſunt. l. vltim. ff. de ſeruitutib. vnde vſusfructus aliarumque ſeruitutium quaſi poſſeſſio eſſe dicitur.l. 3. §. vlt. ff. de vi & vi arm.l.23. §.1.ff.ex quib. cauſ.maior.l. 10.ff.ſi ſeruit.vind. Per abuſionem tamen & hæc poſſideri dicuntur.l.9.l.18.§. Iulianus. ff. de petit. hæred.l. 2.ff.comm.præd.l. vlt.in fin. ff. ſi pars hæred. pet.l.2.§.vlt.ff.de precar.l.vlt.ff.de itin.actuq;. l.vlt.ff.vti poſſidet.

In eo porrò quod dicitur poſſeſſorem immobilium rerum ſatiſdare non compelli, poſſeſſor accipiendus eſt, qui in agro, vel ciuitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte, & qui vectigalem emphyteuticúmve agrū poſſidet. Item maritus, qui doti accepit, vxor quæ dedit, dominus quoq; proprietatis, licet vſusfruct. alienus ſit, creditor verò, qui pignori tenet, item fructuarius pro poſſeſſoribus non habentur. l. 15. ff. qui ſatiſd. cog. In interdicto Quod legatorum, verba hæc, *Deſiit poſſidere*, ſic accipimus, ſi deſiit reſtituendi facultatem habere.l.1.§.quòd ait Prætor. ff. quor. legator. In actionibus in rem pro poſſidere habetur, qui ſe liti offert, & quaſi poſſidens condemnatur.l.15.§.non ſolum.ff.de petit.hæred. Eadem cauſa eſt eius, qui dolo deſiit poſſidere, aut quo dolo fecit ne poſſideret: quia pro poſſeſſione dolus eſt.l.174.l.193.ff. de diuerſ. regul. iur. quæ ex l.2.§.idē Labeo. ff. ne quid in loco public. ſumpta eſt.

Poſſeſſionum autem variæ ſunt cauſæ, varii tituli, varia genera: pro hærede, pro emptore, pro poſſeſſore, pro legato, agnato, noxæ dedito, ſoluto, ſuo.l. 3.§.genera.ff.de acquir.poſſ. l. 13.§. 1.de petit. hæred.

Pro hærede poſſidet, qui putat ſe hæredem eſſe, vel bonorum poſſeſſorem.l. 11. ff. de petit. hæred. §. adipiſcendæ. Inſtitut. de interdict. Item qui rem alienam tenens à domino hæres inſtitutus eſt, vel bonorum poſſeſſionem accepit, aut iuſtam aliquam cauſam habet exiſtimandi ſe hæredem, vel bonorum poſſeſſorem domino extitiſſe.l. 33.§. 1. ff. de vſucapio. Sed & quod hæredi inſtituto legatur, id ipſe pro hærede poſſidet, cùm pro ipſius parte legatum non conſiſtat.l. 18. in fin. ff. de his, quæ vt indign. Eodem loco habentur & quæ à ſtatu libero conditionis implendæ gratia accipiuntur. l. 15. §. ſed & ſi retenta. ff. de petit. hæred. Atque hęc exempla optimè accommodantur ad tit. pro hęrede. ff. & l. 44. §. ſi tu me vi. l. 21. ff. de vſucapionibus. l. 1.ff.quorum bonor.l.1.§. quia autem. ff. quod legator.

Pro emptore poſſidet qui à non domino emit, cùm eum dominum eſſe exiſtimaret. l. 33.§.1.ff.de vſucapionibus.l.8.ff. de pericul.& commod.l.6.§.Iulianus.ff.de precar.l. 11. in fi. ff.de inſtitor.l.13.§. 1. ff. de petitio. hæredit. tit. pro emptore.

Pro dote poſſidet qui rem alienam ignorans doti accepit.l.13.l.15.§.apud Marcellum. ff.de petit.hęred.l.8.ff. de peric. & commod.l. 1.& toto tit.pro dote.

Similiter pro donato poſſidet cui res donationis cauſa tradita eſt.l.1.ff.pro dona.

Pro legato verò cui res aliena legata eſt, aut teſtatoris quidē, ſed adempta codicillis ignoratur.l.1.l.4.ff.pro legato.

Pro ſoluto, qui rem debitam vel aliud quid in ſolutum eius loco accepit. l. 1. ff. pro emptore.

Pro ſuo poſſeſſio ad omnes poſſeſſionum ſpecies porrigi poteſt, quas quis ex iuſta cauſa nactus eſt. Sed huic propriè locus eſt, in his quæ propriū & ſpeciale acquiſitionis nomen non habent, vt puta in his quæ cælo, terra, mari, vel ab hoſtibus capta poſſidemus: Item quę vt in rerū natura eſſent, fecimus, & quę quaſi donata, legata, vel empta, vel ex ſtipulatu, aut ex cauſa dotis debita cùm veritas non ſubeſſet, accipimus.l.1.& l.2.l.pen. in fi.ff. pro ſuo. l.3.§.vlt.ff.de acq.poſſeſſ.l.68.ff.de iur.dot.l.5. l.27.& l.32.ff.de vſucap.

Pro poſſeſſore poſſidet prædo, qui interrogatus cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo, nec vllam aliam cauſam poſſeſſionis dicere poſſit.l.11.§.vltim.ff. ſi quis om.cauſ. teſt. l.7.§. idem Celſus. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. l.

110.ff.de condition. & demonſtr.l.1.ff.quor. bonor.l.1.§.quia autem.ff.quod legator.l.vlt. ff.de precar. Ita poſſident fures, raptores, violenti poſſeſſores, quiq; ſcientes prudentes ab eo, quem dominum non eſſe, vel alienandi ius non habere ſciebant, acceperunt: Et qui nullo iure rem hæreditariam totámve hæreditatem, ſcientes ad ſe non pertinere, poſſidēt, & omnes, qui iniuſtè contra domini voluntatem tenent. §. pro poſſeſſore. Inſtit. de interdict.l.34.§.1.ff.pro empt.l.14.§.poſt annum. ff.de vſucapion.l.13.§.1.ff.de petit. hæred.l. 109.ff.de condition. & demonſtrat. Hoc titulo poſſidetur quòd vxor viro, vel vir vxori donauerit.l.16.ff.de acq.poſſeſſ.

Poſſeſſoris commoda hæc ſunt, quod probandi onus in aduerſariū transfertur, & quòd in pari cauſa poſſeſſor abſoluitur.l.62.ff.de iud.l.20.ff.de probatio.l.1.§.inter.ff.vti poſſidetis.l.12.§.pen.ff.de liber.cau.§.cōmodum. Inſtit.de interdict.

Poſſeſſorias actiones Tryphoninus in l.50. ff.de bon.libert. ipſam bonorū poſſeſſionem vocat. At in l.4.§.vlt.ff.de Carbon.ed. hoc verbo eæ actiones ſignificantur, quæ bonorum poſſeſſoribus rerum hæreditariarum perſequendarum gratia dantur. tit. de bon. poſſeſſ. hæred.petit.ff.

Posterorvm appellatione liberi veniunt.l.81.§.vltim.ff.de legat.3. Atque adeò, qui vltra trinepotes ſunt, & omnes in infinitum deſcendentes, Poſteriores appellantur. l.vlt.§.parentes.ff.de gradibus & adfinib. quos & minores Latini dici Seruius in 8. Æneid. ſcribit. Maligna igitur fuit illa Caligulæ interpretatio, qua poſterorum nomen ad filios coartabat, negans vltra hunc gradum debere poſteros intelligi, quemadmodum Suet. in Caligu.cap.38.ſcribit. Cęterùm vacatio, itémque immunitas liberis & poſteris alicuius data ad eos duntaxat pertinet, qui eiuſdem familiæ & nominis ſunt.l.13.ff.de muneribus & honoribus. Itaque ad eos, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinet.l.1.ff.de iur.immunit. Planè immunitates generaliter tributæ eo iure, vt ad poſteros tranſmittantur in perpetuum ſuccedentibus durant.l.4.ff.de iure immunit.

Postliminivm eſt, ius amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ inter nos ac liberos omnes populos ac reges legibus ac moribus conſtitutum.l.19.ff.de captiu. Feſtus libr.14. ex Ælio Gallo, Poſtliminio, ait, redit, qui captus ab hoſtibus ad patriam remeauit. In quo verbo Seruius Sulpitius, quemadmodum Cicero. Topic. ſcribit, nihil notandum putabat eſſe, niſi Poſt, & Liminium, illud productionem eſſe verbi volebat, vt in finitimo, legitimo, æditimo, timum. Scæuola autem Pub. filius iunctum putabat eſſe verbum, vt eſſet in eo & Poſt & Limen, vt quæ à nobis alienata ſunt, cùm ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cùm redierint poſt ad idem limen poſtliminio videantur rediiſſe. Quam Scęuolæ notationem alia tamen eius ratione reddita cū Feſto Iuſtinianus probat in §. ſi ab hoſtibus. Inſtit. quibus mod.ius patr.poteſt.

Postvlare eſt, deſiderium ſuum vel amici ſui apud eum, qui iuriſdictioni præeſt, exponere.l.1.ff.de poſtulan. Sic in l.9.ff.de pœn.l.2.in fi.ff.de colluſio.deteg.l.4.ff.de legatio.l.2.ff.de diuerſ.reg.iur. & apud Gell.lib.1. c.22. poſtulandi verbū accipiendum eſt. Vnde poſtulationes pro deſideriis & interpellationibus iudicialibus in l.2.§.in bonorum.ff. quis ordo in bon.poſſeſſ.l.9.§.obſeruare.ff.de offi.proconſ.l.1.ff.de offi.aſſeſſor.l.vlt.§.vlt.ff. de appellat.l.1.in prin.ff.de ventre inſpic. Plin. lib.7.Epiſt. Senecio cùm exploraſſet Conſules poſtulationib. vacaturos, conuenit me. Poſtulare etiam accuſare ſignificat, quod notius eſt, quàm vt exemplis confirmari debeat.

Postvmos à Roma. appellatos Plutarch. in Sylla ſcribit τοὺς ὕϛερον τῆς πατέρων τελευτῆς γενομένους. Itaque Vlpian. in l.3.§.1.ff.de iniuſto rup. Poſtumos, ait, dicimus eos, duntaxat, qui poſt mortem parentis naſcuntur. Sed & hi qui poſt teſtamentum factum in vita naſcuntur, poſtumi licet minus propriè vocantur, vt Gaius lib.2.Inſtitut.titul.3.ſcribit, & vt Vlpia. in d.l.3.§.1.ſignificat. Poſtumorum quoque loco habentur hi, qui in ſui hæredis locum ſuccedendo quaſi agnaſcendo fiunt parentibus ſui hæredes.l.13.ff.de iniuſto rup. Porrò ſi quis poſtumis tutores dederit, tā filii poſtumi quàm cæteri liberi continebuntur.l.6.ff. de teſt.tut.

Potentatvs in l.13.ff.de ritu nupt.l. 1.C.de gener.abolit.l.4.C.de teſtib. vtuntur hoc verbo & etiam Cæſar & Liuius.

Potestatis verbo plura ſignificantur: in perſona magiſtratus imperium.l.215.ff. de verborum ſignificat.l.13.ff.de iuriſdictio. l.3.ff.ne vis fiat ei, qui in poſſ.l.1.ff.ad leg.Iul. maieſt. & quidem abſolutè poteſtatem appellari merum imperium quo in facinoroſos animaduertimus, Vlpian. ſcribit in l.3.ff.de iuriſdict.om.iud. in perſona verò liberorum patria poteſtas, in perſona ſerui dominium.d.l. 215. Poteſtatis enim verbum non ad liberos modò trahimus, verùm etiam ad ſeruos, & ad eos, qui nobis bona fide ſeruiunt, ſiue liberi ſint, ſiue alieni, ſiue proprii ſint, ſiue fructuarii. Nec refert cuius ſexus ſint.l.1.§.in poteſtate.ff.de exercitor.l.1.§.vlt.ff.de tributor.l. 3.§.qui in eiuſdem.ff.de donat.int.vir. Quin-

imò

imò & in eo quod dicitur eos qui in poteſtate teſtatoris ſunt, ad teſtamentum adhiberi teſtes non poſſe, Poteſtatis verbum ad eum quoque, qui ab hoſtibus redemptus eſt, referimus. l. 20. ff. qui teſtamen. fac. At cùm agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit, poteſtatis appellatione copiam facultatemque ſignificamus. d. l. 215. In poteſtate enim habere ſeruum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem & poteſtatem exhibendi eius habet. Quòd ſi in fuga ſit, vel peregre, non videbitur eſſe in poteſtate. l. 21. §. Prætor ait. ff. de noxalibus. In lege Attinia, in poteſtatem domini res furtiua veniſſe videtur ſecundum Sabini & Caſſii interpretationem, ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit: Alii ita interpretantur, ſi eius rei velut ſuæ poſſeſſionem ita nactus ſit, vt iuſtè euelli ei non poſſit. l. 4. §. tunc in poteſtatem. ff. de vſucapion. Poteſtatem ſui non facit, quod ad miſſionem in bonorum poſſeſſionem attinet, qui id agit, ne aduerſarius eius ſui copiam habeat. l. 2. §. 1. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. l. 7. §. præterea. ff. de ſuſp. tutoribus. Enimuerò magiſtratum quoque ipſum poteſtate præditum, poteſtatem appellamus. l. 7. ff. de rebus eor. l. 26. ff. de pignorib. l. 17. §. pen. ff. de ędilit. ed. vt & apud Iuuenal. cùm ait:

An Fidenarum Gabiorumq́ eſſe poteſtas.

Sueton. in Claud. capit. 23. Iuriſdictionem de fideicommiſſis quotannis & tantùm in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam, in perpetuum atque etiam per prouincias poteſtatibus delegauit. Quem locum torque e poſſumus ad interpretationem illorum verborum, quæ ſunt in l. 1. ff. quod quiſque iur. *Qui magiſtratum poteſtatém ve habebit*: vt eos, qui in vrbe magiſtratum gerunt, vel in prouinciis imperium aliquod poteſtatemq; obtinent, ſignificari dicamus. Sed & in l. 3. in fin. ff. ad leg. Iul. maieſt. poteſtas à magiſtratu ſeparatur. l. 5. ff. de arbitr.

POTIORES in muneribus iniungendis accipiũtur non ſolùm gradu generis, ſed & ſubſtantia rei familiaris, interprete Paulo libr. 2. Sentent. tit. 28. Et ita in l. 7. ff. de decurionib. l. vn. C. de potiorib. ad mun. nominand. lib. 10. potiorum nomen accipiendum eſt.

POTITVS hoſtium in l. 15. ff. ex quib. cauſ. maior. l. 10. ff. de milit. teſt. l. 11. l. 12. §. codicilli. l. 22. ff. de captiu. dicitur qui ab hoſtib. captus eſt, & in eorum poteſtatem peruenit, vt poſt Alciat. Anton. Auguſt. libr. 3. Emendat capit. 10. notauit.

ΠΡΑΚΤΟΡΕΣ in Nouellis Iuſtiniani, exactores tributorum accipiendi ſunt. Indicat hoc Suidas cùm ait, φορολόγος ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, ὃς πράκτορας καλεῖν ἔθος τοῖς πολλοῖς.

PRÆCIPVA Donatus in 5. Æneid. ſcribit, dici, quæ præter communionem ſingulis proprio nomine deputantur, vt fit ſæpè in teſtamentis, cùm aliqua per præceptionem ſingulorum eſſe hæredum conſcribit teſtator. Sidon. Apollin. lib. 6. Epiſt. ad Patiẽtem: Illud autem deberi tibi quodam, vt dicunt Iureconſulti, pręcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias. Adde l. vlt. in prin. ff. de legat. lib. 2. l. 1. §. ne caſtrenſe. ff. de coll. bon. Nec verò in hæreditariis duntaxat quæſtionibus huic verbo locus eſt. Nam & ſocius præcipere dotem à ſocio de communibus bonis numeratam dicitur. l. 80. ff. pro ſocio. Et quod ex re alterius dominorum communis ſeruus quæſiit, is cuius ea res fuit, præcipere dicitur. l. 45. ff. comm. diuid. In teſtamentis autem qui quid præcipere iubetur, id præcipuum & ſui iuris ſibi habere præter hæreditariàm portionem iubetur, &, vt Græcè effertur ἐξαιρέτως λαβεῖν. l. 35. §. 1. l. vltim. in princip. ff. de legat. 2. l. 90. ff. ad legem Falcid. l. 10. ff. de alim. leg. l. 27. §. ſi præceptis. ff. ad Trebellian. Inde per præceptionem dare, legare, relinquere, id eſt, præter hæreditatis partem dare. l. 48. ff. de iure fiſ. l. 25. §. vltim. Cod. famil. erciſcun. l. 20. ff. de inſtruct. vel inſtrument. l. 25. ff. de adim. leg. & in titul. de legat. l. 2. & 3. tam frequenter vt exemplorum multitudine obruar. Inde genus vnum legati, præceptionis vocatur, quod videlicet ſub his verbis vni ex hæredibus relinquitur: *Hæres mi illam rem præcipito tibiq́ habeto.* de quo Vlpian. in Inſtitut. titul. 24. & Iuſtinian. in §. ſed olim. eodem titul. & l. 90. de leg. 3. vbi huius legati formula expreſſa eſt. Huiuſmodi autem legatum, vt Gaius libr. 2. Inſtitut. ſcribit, non niſi vni ex hæredibus relinqui poteſt, cui aliquid ſupra hæreditatis partes præcipui titulo relinquitur. Sic ex cauſa præceptionis poſſidere. l. 1. §. ſi quis ex. ff. quor. legator.

PRÆDES, vt Varro lib. 4. de lingua Latin. Et Feſtus lib. 14. tradunt, dicebantur qui populo & in publicum ſe magiſtratu interrogante obligabant. Quorum bona prædia dicebantur auctore Aſconio. Ex quo illa veterum locutio, Prædibus & prædiis cauere: & Comprædes vt idem Feſtus libr. 3. tradit, qui eiuſdem rei populo ſponſores fiebant. Auſonius certè in Monoſyllabis, Vadem à præde eo ſeparat, quòd ille in capitalibus iudiciis, hic in lite nummaria interueniat, quemadmodum in vindiciis olim prædem datum Cic. in Verrin. & Valer. Prob. in Notis oſtendunt. Prædia autem dicta ibidem vt prędes à præſtando Varro libr. 4. de lingua Latin. ſcribit, quòd eo pignore dato publicè mãcupes fidem præſtãt. Quæ Etymologia Aſconii auctoritate comprobata, reiectis duabus

quas Iſidor. lib. 15. Etymolog. capit. 13. adfert, ſequenda eſt. Prædii verò generalis eſt appellatio, diuiditurque in Ruſticum & Vrbanum. Rubr. de ſeruit. vrb. præd. & de ſeruit. ruſtic.

PRÆDIATORIS verbum apud Cicero. in Oratio. pro Corn. Balbo & lib. 12. Epiſt. ad Atticum reperitur, & in inſcriptione l. 54. ff. de iure dot. quæ ſcripta eſt ad Edictum Prætoris vrbani. tit. de prædiatoribus. Sed id verbum, qui explicet, adhuc neminem repperi. Ego autem prædiatores vt Prædes dictos puto, qui publico fidem ſuam obligabant. In Lexico enim B. Germani Prædiator definitur ὁ ἀπὸ φόρου δήμου ἐνδεδεμένος, ὥσπερ τις τῶν ὑπαρχόντων. Quam interpretationem comprobant hæc Suetonii in Claudio cap. 9. verba, Ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cùm obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis penderit.

PRÆDONES in petitione hæreditatis accipiuntur, qui cùm ſcirent ad ſe hæreditatem non pertinere, bona ſine iuſta aliqua poſſidendi cauſa inuaſerunt. l. 25. l. 27. §. quod autem ait. ff. de petit. hæred. l. 34. § ſi prædo. ff. de ſolutionibus. Et qui nullam cauſam poſſeſſionis dicere poſſunt. l. 11 §. vlt. cum ſeq ff. de petit. hæred. Sed & aliàs quilibet iniuſtus & malæ fidei poſſeſſor prædo vocatur. l. 55. ff. de condict. indeb. l. 22. §. ſi prædo. ff. de pignor. act. l. 13. ff. de noxal. ib. l. 34. ff. de negot. geſt. l. 7. §. inter. ff. comm. diuid. l. 5. & l. 13. §. ex facto. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. non quærimus. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſt. Itaque & bonæ fidei poſſeſſor poſt petitam hæreditatem prædo dicitur. l. 33. §. ſicut. ff. de petit. hæred. quia poſt controuerſiam motam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe. l. 27. §. etiam ſi ante. ff. eod. titul. Prædonis item loco habetur is, qui tacitam fidem interpoſuit vt non capiente reſtitueret hæreditatem. l. 48. ff. de petit. hęred. Nemo certè Prædo eſt, qui pretium numerauit. l. 15. §. ſed ſi quis. ff. eo. tit. Quò pertinet l. 169. ff. de diuerſ. reg. Non eſt etiam prædo, qui dolo caret, quamuis in iure errauerit. l. 27. §. ſcire. ff. de petit. hæred.

Prædones præterea ſunt, qui nullo publicè legitimeq; indicto bello graſſantur, & prædas agunt. l. 24. ff. de captiu. & poſtlim. l. 9. ff. ex quib. cauſ. maior. Ideoq; ab hoſtibus ſeparantur in l 1. §. is verè qui vtendum. ff. de obligat. & actio. l. 30. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. remouet. ff. de poſtul.

PRÆFECTORVM in libris iuris ciuilis hæc potiſſimum quæ ſubieci nomina, recenſentur: Præfectus prætorio, Præfectus vrbi, Pręfectus vigilum, Præfectus annonę, Præfectus ærario, Præfectus Ægypti.

Præfectos prætorio ſub principibus inſtitutos ad ſimilitudinem magiſtrorũ equitum, qui Dictatoribus iungebantur Pompon. & Arcadius tradunt in l. 2. §. populo deinde. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de offi. præf. prætor. Ac primum ex equeſtri ordine legebantur: primusq; ex ordine ſenatorio Titus eam præfecturam ſuſcepit, nunquam ad id tempus niſi ab equite Roma adminiſtratam, vt Sueton. in eius vita cap. 6. ſcribit.

Cæterùm Præfecti prætorio quatuor ſub Conſtantinopolitanis Imperatoribus fuêre: Duo in partibus Orientis, videlicet Præfectus prætorio per Orientem, Præfectus prætorio per Illyricum, totidem in partibus Occidentis, videlicet Præfectus prętorio per Italiam, & Pręfectus prętorio per Gallias.

Sub diſpoſitione Præfecti prętorio Orientis erãt Diœceſes quinque, Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia. Oriens autem prouincias continebat 5. Ægyptus 6. Aſiana 10. Pontica 10. Thracia 6. Sub diſpoſitione verò Præfecti prętorio per Illyricum erant Diœceſes duæ, Macedonia & Datia, quarũ hęc prouincias 5. illa 6. complectebatur.

Sub diſpoſitione Prętecti prętorio Italiæ erant Diœceſes 3. Italia, Illyricum, Africa. Prior prouinciis 17. circumſcribebatur: Altera prouinciis 16. poſterior 7.

Sub diſpoſitione Præfecti prętorio Galliarum erant Diœceſes duæ, Hiſpania & Britannia. Illa 7. hæc 5. prouinciis concludebatur.

Iuſtinianus verò debellatis & exactis Wãdalis Africam à Prętoriana Italiæ prętectura exemit, eiq; propriam prętecturam dedit. l. 1. & l. 2. C. de offic. prętect. prętor. Afric. Ita additus eſt quatuor ſuperioribus quintus Præfectus prætorio Africæ, eiq; ſubditę ſunt ſeptem prouinciæ, Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Byzacium: Sic enim poſtrema hæc prouincia ſcribenda eſt, cùm ex vetuſtis codicibus, tum ex Notitia dignitatum. In qua tamen vno in loco Byzantium perperam legitur: Quem errorem etiam euincit l. 2. C. de offic. præfecti prætor. Afric. vbi prouincia hæc Bizacena non Byzantina appellatur: Et Plinius libro 4. Natur. hiſt. capit. 4. qui Bizacium in Africæ regionibus numerat.

Præfectus vrbi primùm quidem quoties proficiſcebantur ab vrbe magiſtratus inſtituebatur, poſtea ferè Latinarum feriarum cauſa introductus eſt. Auctores ſunt Pompon. in l. 2. § deinde Cornelius. ff. de orig. iur. & Tacit. lib. 10. Prętectos aũt vrbis ex tumultu creari deſitos & aliquãdiu intermiſſos Auguſtus reuocauit. Quemadmodum Dio lib. 54. refert. Sic enim ait, παραχρῆμα δὲ τινος περὶ τὴν τοῦ πολιάρχου τοῦ διὰ τὰς ἀνοχὰς αἱρουμένου χειροτονίαν συμβάντος οὐκ ἐπεκράτησεν αὐτῆς, ἀλλὰ ἄνευ τῆς ἀρ-

τῆς ἀρχῆς ταύτης τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διεγένοντο. Et poſtea, διενομοθέτει δὲ τὸν πολίαρχον τὸν ἐς τὰς ἀρχὰς καθιστάμενον ἕνα ἀεὶ αἱρεῖσθαι. Ea cauſa eſt, cur præfecturam vrbis inter officia ab Auguſto excogitata Tranquill. numerauerit cap. 37. vitæ ipſius. Valdè autem aucta eſt præfecti vrbis poteſtas epiſtola Seueri & Commodi ad Fabium Cilonem cuius fit mentio in l. 1. ff. de offic. præf. vrb. l. 6. §. 1. ff. de interdict. & releg. & l. 1. §. in quibus. ff. de legat. 3.

Sub diſpoſitione Præfecti vrbis Romæ Imperii declinantis temporibus erant præfecti annonę & vigilum, Comites riparum, & aluei Tiberis & cloacarum & portuum, Magiſter cenſus, Rationalis vinorum, Tribunus fori ſuarii, Conſularis aquarum, Curatores operum maximorum, operum publicorum, ſtatuarum, horreorum, Centenarius portus.

De præfecto vigilum vltra vulgares & tritos locos agitur in Nouell. Conſtit. 12. de quo vt & de Præfecto ærarii quæ ſciri attinet, dixi lib. 2. & lib. 3. Select. Antiquit.

Præfectum annonæ vtilitatis gratia extra ordinem conſtitutum Pompon. in l. 2. § capta deinde. ff. de orig. iur. ſcribit. Meminit eius l. 13. ff. de accuſation. l. vltim. ff. quod cum eo. l. vltim. ff. ad legem Iul. de annon. l. 29. l. 44. ff. de excuſ. tut. & Plin. lib. 34. capit. 5. Et Nouell. Conſtit. 88. Vlpian. Præfectum propter miniſterium annonæ vocat in l. 1. §. eſt autem. ff. de exercitor. Ad huius autem officium poſterioribus temporibus pertinuiſſe, vt annona vrbi præpararetur, & vbique panis copia redundaret, pondereque iuſto ac mundicia debita panis veniret: Caſſiodor. libr. 6. Variar. in formula præfecturæ Annonariæ docet. Ideoque eius examini piſtores & ſuarios ſubiectos fuiſſe. Quemadmodum etiam ex l. 3. & l. 12. & l. 15. de piſtoribus in C. Theod. patet.

Reſtat præfectus Ægypti, de quo in l. 1. C. de poſtul. & l. 1. § qui in rationibus. ff. ad legem Cornel. de falſ. l. vn. ff. de offic. præfect. Auguſt. & apud Tacit. lib. 17. Qui Præfectus Auguſtalis vocatur in Rubr. de offic. præf. Auguſt. l. vn. de ratiocin. oper. pub. l. 29. C. de appellatio. l. vlt. C. de modo mult. l. 13. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 3. §. illud. de cano. largit. tit. lib. 10. C. l. vltim. de legationib. eo. l. 3. de nauicular. lib. 11. Et Auguſtalis abſolutè in l. 32. C. de appellatio. & Nouell. conſtit. 23. & 26. ab eo quòd ab Auguſto conſtitutus hic præfectus fuerit, ex cuius Imperio primus Ægypto præfuit Cornelius Gallus, vt Dioclet. Sueton. & alii tradunt. Sub diſpoſitione huius erat Libya vtraq;, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Auguſtanica.

Præfectorius vir in l. 1. ff. de ſenatorib. & in epiſt. Iuſtinian. quæ Pandect. præpoſita eſt.

Præfectianus Præfecti prætorio Apparitor in l. 8. C. de off. rect. prouinc. l. 2. & l. 3. C. de apparitorib. præfector. prætor. lib. 12. In quibus tamen legibus vulgò Præfectiarios & Præfectiarius vitioſè ſcriptum eſt.

PRÆIVDICIVM generaliter dicitur, quidquid iudicaturis eſt exemplum allaturum. l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel al. l. 5. §. meminiſſe. ff. de lib. agn. l. 28. in fin. ff. de iureiur. l. 23. §. ſi dolo. ff. ad legem Aquil. l. 1. ff. ne de ſtatu defunct. l. penult. ff. de re iud. l. 4. ff. de public. iudic.

Præiudicia actiones quædam vocantur, quæ in cognitione pręrogatiuam aliquam habent, quales ſunt, per quas de ſtatu perſonæ quæritur. l. 35. §. non ſolum. ff. de procuratorib. l. 36. ff. de oblig. & actio. l. 12. ff. de exceptio. §. præiudiciales. Inſtit. de actionib. Quoties ergo de hoc contenditur, an libertus quis ſit, ſiue operæ ſiue alimenta quaſi à liberto petantur, ſiue obſequium deſideretur, ſiue in ius vocetur, qui ſe patronũ dicit, præiudicium redditur. l. vlt. ff. ſi libert. ingen. l. 5. §. ſolent. ff. de liber agnoſ. l. 18. ff. de probatio. l. 8. §. patronum. ff. de in ius voc. Pręiudiciis etiam liberi petuntur. l. 1. §. 1. ff. de rei vend. Præiudicio quoq; de partu agnoſcendo agitur. l. 3. §. penult. & §. vlt. ff. de liber. agnoſcend.

PRÆLEGARE dicitur, quod vni ex hæredibus præter hæreditariam portionem legatur. l. 69. §. ſi duos. l. 79. § euictis. de legat. 2. l. 27. §. 1. l. 33. §. vlt. ff. de leg. 3. l. 93. ff. ad l. Falcid. Prælegata itaq; & per præceptionem data eadem ſunt. l. 31. ff. de legat. 3.

Prælegari etiam dos dicitur, quòd antequam eius reddendæ dies venerit, ea numerari à mariti hæredib. iubetur. l. 77. §. fidei tuæ. l. 82. & l. 88. §. impuberi. de legat. 2. l. 38. in fi. ff. de vſur. l. 8. §. vlt. & l. 10. ff. de legat. præſt.

Prælegari item peculium dicitur. l. 1. § ſi ſeruus. ff. de except. rei vend.

Prælegationes pro prælegatis in l. 1. verſic. verum. & §. adeò autem. & l. 2. in fi. l. 3. in prin. ff. de dote releg. l. 31. §. matri. ff. de adim. leg. l. 93. ff. de leg. 3. & C. de iure dot.

PRÆLVM in l. 19. §. illud. ff. locati. & l. 28. ff. de inſtruct. vel inſtrument. trabem ſignificat, qua olea vel vua calcata premitur. quemadmodum etiam Iſidor. definit. lib. vltim. Etymolog. cap. 14.

PRÆSCRIBERE excipere ſignificat. l. vlt. ff. de ſuſpect. tut. l. 35. §. Caius. de legat. 2. l. 1. §. vlt. ff. ne de ſtatu defunct. l. 52. l. vlt. ff. de iudic. Sic accuſatori præſcribere in l. 3. ff. de præuaricatorib. eſt oppoſita exceptione accuſatorem ſummouere & repellere.

Inde Præſcriptio nihil aliud eſt, quàm exceptio. l. 9. ff. de tranſactionibus. l. 50. §. 1. &

§.vlt.ff.de iudic.l.12.§.1.ff. de inoffic. teſt.l.13. ff.de legationib.Rubr.de exceptio.& præſcriptionib.& aliis multis locis. Et ideò longi temporis præſcriptionem exceptionem longæ poſſeſſionis vocat. Vlpian. in l.5. ff. de diuerſ. temporib. præſcriptionemq; & exceptionem temporis pro eodem noſtri dicunt. l.1.& l.5. ff.ſi libert.ingen.l.penult. C. de præſcript. 30. an. Expreſſum eſt autem hoc vocabulum ad ſimilitudinem Græci ſermonis, quo exceptio παραγραφὴ vocatur. Itaque fori præſcriptionem Iuſtinian. φόρου παραγραφὴν dixit Nou.8.

Præſcriptis verbis actio ciuilis eſt incerta, actioq; præſcriptis verbis rem geſtam demonſtrat. titul. de præſcript. verb. & l.6.C.de tranſactionibus.

Præsens habetur & qui in foro, & qui in hortis eſt, & qui in continentibus ædificiis. l.5.l.6.& l.7.ff.de procuratorib.l.199.ff.de verbor.ſignificat. Planè quòd ad præſcriptiones attinet, præſentes habentur, qui in eadem prouincia domicilium habent.l.vlt.C.de præſcript.longi temp.

Præſens, & In diem òpponuntur.l.47. de leg.1.l.4.ff.de vſufr.l.18.ff.de acceptilatio.

Præſens obligatio eſt pura, quæ neq; in diē, neq; ſub conditione eſt.l.9.ff.ſi cert. petat. Sic præſentia legata.l.12..in fin.l.30.l.50. ff. de legat.1.l.88. ff. de conditio.& dem. quibus dies conditióve adpoſita non eſt, quæ & præſenti die data dicuntur.l.85. ff.de conditio.& dem. l.92.§.1.ff.de legat.1.l.1.§.ſi legata.ff.ſi cui plus quàm per l.Falcid.l.40.§.1.ff.de manumiſ.teſt. Quo loquendi genere & in l.24. §.ſi domus. ff.loca.& l.78.§.hæres. ff. ad Trebellian. Iureconſulti vtuntur.

Ita pecuniam præſentem ſoluere in l.17.§. vlt.ff.quæ in fraud.credit.

In re præſenti faciendam nunciationem Vlpia. ait, id eſt, loci. vbi opus nouum fit.l.5.§. nunciationem.ff.de oper.no.nunc. Sic & in re præſenti conſentire in l.1.§.ſi iuſſerim. ff.de acq.poſſ. In re præſenti cognoſcitur.l.pen.ff. de l.Fab. de plagiar. eodem genere ſunt & hæ veteribus vſitatæ locutiones, In rem præſentē venire, Perducere in rem præſentem. quarum exempla Budæus in l.2.ff.de orig.iur.adfert. Quibus & alia adiiciam. Seneca lib.4.de Benef. In rem præſentem venturus fui, ſed æger filius, ſed vxor puerpera fuit. Idem Epiſt.1. lib.9. Non poteſt ferre ſententiam, niſi in rem præſentem perductam. Idem Epiſt.30. libenter hæc, mi Lucili, audio, non tanquam noua, ſed tanquam in rem præſentem perductus. Tertullia.lib.3. aduerſus Marcio. De ſpecieb. doctrinarum & ſignorum illuc differamus, quaſi in rem præſentem. Plin.lib.10.Epiſt. Ipſe in re præſenti fui & vidi tuam quoq; ſtatuam in bibliotheca poſitam.

Præſentales magiſtri militum, qui in præſenti erant, hoc eſt, comitatui principis iuncti.l.vltim.§.1.C.de re milit.libr.12.l.4.C. de apparitorib.magiſtr.milit.lib.12.l.vltim.C.de offic.magiſt.mil.& in Notitia imperii Rom. Sic & præſentales domeſtici in l.6.C.de aduoc.diuerſ.iud.l.vlt.C.de domeſtic.& prot. lib.12.qui ſcilicet præſentes diurno obſequio principis deputati erant, vt l.13.ff.de re milit. lib.12.ſignificat. Sic & præſentales milites & præſentales numeri in l.18.& l.vlt.§.vlt.eod. titul.& præſentium ordines apud Nicephor. lib.17.hiſtor.Eccleſ.cap.1. Et præſentalis curioſus curſus publici in Notitia Imperii Romani, & στρατηγὸς τῶν πραισενταλίων in Edicto Iuſtiniani 14.

Præsidis nomen generale eſt: Eoq; & Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes, licet Senatores ſint, Præſides appellantur.l.1.ff.de offic.præſid. Itaque qui Bithyniæ Proconſul in libro 10. Epiſtól. Plinii, is Præſes appellatur in l.3.§.ſpurios.ff.de decurionibus. Et qui Proconſul Cretæ in l.14.ff.ad Turpill. Is à Gellio Præſes dicitur lib.2.Noct.Attic.cap.2. Præſides porrò præter ſuperiores hi in Pandectis memorantur Myſiæ, Daciæ, & Syriarum, Hiſpaniæ, Britanniæ.l.3.ff.de offic.adſeſſ.l.9.ff.de captiu.& poſt.l.7.§.quibuſdam.& §.interdicere.ff. de interdict.& releg.l.2.§.vltim.ff.de vulg.& pupill. Aliorum Præſidum nomina enumerantur in Nouella Conſtit.8.& in Notitia Imp.Rom.

Præstare culpam, caſum, periculum, bonam fidem, diligentiam, cuſtodiam, factum, tritæ ſunt librorum noſtrorum locutiones.

Præſtare etiam pro, dicta vel promiſſa, implere, in l.17.§.vlt.l.18.l.19.ff.de ædilit.ed.l.20. §.1.ff.de acq.re.do.

Præſtare quoq; mandare & cedere actiones ſignificat.l.6.§.vlt.ff.nautæ, caupo.l.31.ff. de actio.empt.l.20.§.vlt.ff.de tutel.& rat.l.39. §.negligentia.ff.de adm.tut.l.2.ff.depoſ.l.1.§. 1.ff.de ſuperficieb.

Præterire, ſilentio prætermittere eſt, Præteritiq; dicuntur, qui neque inſtituti, nec vt oportet exhęredati ſunt.§.eadem.Inſtitut. de hęred.quæ ab inteſt. Etenim qui cum vitio exhęredantur, præteritorum loco ſunt.l.8.§. non quęuis.ff.de cont.tab. Et ita in tit.de liberis pręteritis.& toto tit.de bon.poſſ.contra tabulas, & aliàs ſemper pręteritionis verbum intelligendum eſt.

Prætores initiò dicebantur ipſi Conſules, quòd pręirent populo, vt Liuius lib.3.& Varro lib.2.de vita pop.Rom.referente Nonio ſcribunt. Poſtea hoc nomen ad eos magiſtratus, quibus vrbana vel inter ciues & peregri-

peregrinos iuriſdictio attributa fuit, tranſlatum eſt. Quorũ numerus cùm duo primùm creati eſſent, procedente tempore ita creuit, vt decem . & octo fierent auctore Pompon. in l. 2. ff. de orig. iur. Diſtinguebantur tamen Prætorum, ex varietate iuriſdictionis, nomina: vt alius vrbanus diceretur, qui de ciuium inter ſe cauſis ius dicebat: Alius peregrinus, qui inter ciues & peregrinos. d. l. 2. & l. 10. §. hæc de dolo. ff. de dolo. l. 1. ff. de reb. cor. Alius tutelaris, qui tutelarib. cognitionibus præſidebat. l. 1. C. de tutorib. illuſtr. l. 1. ff. de confir. tut. l. 9. C. arbitr. tutel. l. 3. & l. 4. de tutorib. in C. Theod. De cuius officio librum ſcripſerat Vlpian. l. 20. ff. de excuſ. tut. Hunc autẽ primùm à M. Anton. philoſopho creatum Capitolin. in eiuſdem vita ſcribit.

Alius fideicommiſſarius, qui de fideicommiſſis cognoſcebat. l. 4. ad fin. ff. quib. ad libert. procl. l. 78. §. penult. ff. de condition. & dem. l. 2. C. qui potior. in pign. l. 29. ff. de vſufr. leg. l. 83. in fin. ff. de hæred. inſtit. l. 41. ff. de bon. libert. l. 29. ff. de vſufr. leg.

Alii etiam erant Prætores de liberalib. cauſis cognoſcentes. l. 1. C. ſi mancip. ita venier. l. 3. §. 1. l. 5. ff. de liber. cau. Iuſtinian. Nouell. 13. καὶ ὥσπερ ἕτεροι πραίτωρες εἰσὶ τῇ συγκλήτῳ βουλῇ οἱ τῶν ἐλευθεριῶν καὶ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τοιούτων προκαθήμενοι.

Prætores quoque militares ſuos Imperatores Rom. appellaſſe ab eo, quòd exercitui pręirent, cum Varro. lib. 4. de lingua Latin. Iuſtinian. in Nouel. Conſtit. 24. & 25. ſcribit. ὅθεν, ait ille, καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ κατὰ ταγμάτια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν.

Prætoria porrò in Conſtitutionib. domus magnificæ intelliguntur Præſidum, iudicúmve cauſa in vrbibus extructæ. l. 31. C. de epiſc. & cler. l. pen. C. de offic. rector. prouinc. l. 3. C. de operib. publ. l. 3. C. de metat. & epid. lib. 12. l. vlt. de offi. om. iud. in C. Th. Vopiſcus in Aureliano, forum nominis ſui in Hoſtienſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea Prætoriũ publicum conſtitutum eſt.

Prætorium etiam appellarunt veteres partem villæ lautius ædificatam & patrisfa. habitationi relictam. l. 2. ff. de ſeruitutibus ruſtic. l. 12. ff. de vſu & habit. l. 89. §. 1. l. 91. §. pater. de leg. 3. l. 35. §. Caius. ff. de legat. 2. l. 13. §. vltim. ff. de iniur. Pallad. lib. 1. cap. 8. Suet. in Calig. c. 37. Tertullia. in lib. de Idololatr. Inde voluptati deſeruientia prætoria in l. 198. ff. de verbor. ſignific.

Prætoriæ ſtipulationes ſunt, quæ à mero Prætoris officio iuriſdictioneq; veniunt. l. 5. §. prætoriæ. l. 52. ff. de verb. oblig. toto tit. de Prętor. ſtip. l. 37. ff. de oblig. & actio. l. 10. §. 1. ff. de compenſatio.

PRÆVARICARI eſt vera crimina abſcondere. l. 1. in princip. ff. ad Turpillian. Inde præuaricatores, qui colludunt cũ reo, & tranſlaticiè accuſandi munere funguntur, proprias quidem probationes diſſimulantes, falſas autem excuſationes admittentes: vel, vt aliàs dicitur, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, reliqui diuerſam partẽ adiuuant prodita cauſa ſua. d. l. 1. §. præuaricatorem. & l. 212. ff. de verb. ſign. l. 1. ff. de præuaricatorib. l. 4. §. pen. ff. de his qui not. infam.

Quod nomen à varicando Vlpianus, Labeo verò à varia certatione tractum putat. Adiuuatur Vlpiani opinio Plinii auctoritate, qui lib. 18. c. 19. ita ſcribit. Arator niſi incuruus, præuaricatur. Inde tranſlatum hoc crimen in forum.

Inde Præuaricationis crimen. l. 1. ff. de iure fiſc. l. 10. ff. de diuerſ. & temp. l. vn. de ſentent. aduerſ. fiſ. libr. 10. C. l. 11. C. de accuſatio. & apud Plinium lib. 3. Epiſt. ad Minutia. Et apud Quintil. lib. 7. cap. 1.

PRAGMATICI in l. 9. §. & nonnunquam. ff. de pœn. qui libellos concipiebant, & teſtationes conſignabant. Pragmaticos autem à Græcis vocatos iuris interpretes qui mercedula adducti miniſtros ſe in iudiciis oratoribus præbebant, & quaſi tela agentibus ſubminiſtrabant. Cic. lib. 1. de Orat. & Quint. lib. 3. cap. 8. & lib. 12. cap. 3. ſcribunt. Iſidor. lib. 5. cap. 22. Pragmaticum ait, cauſarum actorem appellatum. Pragmaticas ſuas ſanctiones iuſſionésve Impp. nonnunquam vocant. l. 10. ff. de ſacroſ. eccle. l. 33. C. de epiſc. & cler. l. vlt. C. de diuerſ. reſcript. l. vn. in fin. de bon. petit. lib. 10. C. l. vn. vt nem. lic. in empt. ſpecier. eod. §. penult. de nouo cod. fac. §. ſi quæ verò. de Iuſtin. cod. confir.

PRECARIVM eſt, quod precibus vtendum datur, tamdiu quamdiu is, qui concedit, patitur. l. 1. ff. de precar. Precariò rogare, dare, accipere, ducere, frequenter in Pandectis legimus. l. 1. § ex contrario. l. 10. l. 21. l. 36. ff. de acquir. poſſ. l. 18. ff. comm. præd. Precariò autem habere poſſideréve intelligitur, qui poſſeſſionem vel corporis, vel iuris adeptus eſt, hac ſolummodo cauſa, quòd preces adhibuit, & impetrauit precibus, vt ſibi poſſidere aut vti liceat, & qui finito tẽpore ad quod precarium rogauerat, patiente domino poſſedit. l. 2. §. vlt. cũ l. ſeq. & l. 4. in fi. ff. de precar. Et apud Paul. lib. 5. Sentent. tit. 6. Eoq; modo in interdictis, precariò poſſidendi vtendi, ducendiq; verba intelligẽda ſunt. l. 1. ff. vti poſſid. l. 1. ff. de ſuperficiebus. l. 1. ff. de itin. actuq; pr. l. 1. ff. de aqua quotid. l. 1. ff. de riuis. l. 1. ff. de cloac. Ad quorum exceptionem alludere videtur illud Terentianum Eunucho, Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precariò fac tradas.

Precarium interdictum in l.15.§.cùm quis. & l.19.§.1.ff. de precar. & in Rub.C.eod.quod de precario redditur. Appellatur aliàs, Quod precariò.

Precaria verba appellantur, quæ non directa, nec imperatiua ſunt, ſed inflexa & rogatiuè concepta.l.2.& l.4.C. de codicill. l.14.C. de fideicommiſſ.l.41.§. cùm filio. ff. de vulg. & pup.l.24.Cod.famil.erciſcun.l.10.Cod. de collatio.l. vltim. C. de falſa cau. ad l.15.C. de teſtamen.l.11.& l.13.C.de fideicomm.libert. Qualia ſunt, *Rogo, peto, mando, deprecor, volo, cupio, deſidero, iniungo, opto. fideicommitto, exigo, ſcio te reſtituturũ, credo, vel ſpero te daturum.* Paul.lib.5.Sentent.tit.1.l.2.C.de legat.l.118. ff.de leg.1.l.35.ff. de auro,arg. Nam qui ita loquitur, nihil imperioſè facit, vel ordinat, ſed preces adhibet, & obteſtatione magis, quàm iuſſione vtitur. Hæc verba fideicommiſſi dicuntur.l.69.§.vlt.de legat.2.l.11.§.1.de legat.3. Fideicommiſſa enim precatiuo modo relinquuntur, vt Vlp.in Inſtitut.tit.24. ait, id eſt, vt Iſidor.lib.5.cap.24.tradit, non directis verbis, ſed precatiuis.

Sic precariam ſubſtitutionem fideicõmiſſariam accipimus in l.16.C. de pact. & precariam voluntatem in l.66.de legat.2.

Preces autem pro ſupplici libello Impp. vſurpant.l.10.l.17.C.de rei vend.l.2. C. de vſuf. l.8.C. de impuber.l.9.C.de liber.cau.

PRETIVM propriè eſt, quod pro re empta dicitur, & in Lexico iam ſæpius citato definitur τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον. l.1.ff. de rer. permut.§. pretium autem. Inſtitut.de emptio.& vendit. Sed tamen & pretium conductionis in l.28. §.1. ff. locati. Et pretium pro mercede in l.10. in fine. ff.de acquir.poſſeſſ.l.vltim.§.vltim.ff.de l.Rod.l.51.§. locaui.l.58.ff.loca.poſitum inuenitur. Sic pretium operæ in l.52.§. ſi in coëunda. ff. pro ſoc. Et manupretium quaſi manus & artis merces, vt lib.4.Selectar. Antiq. expoſui. Pretium tamen depoſitionis à mercede ſeparat Vlpia. in l.2.§.& generaliter. ff. vi bonor.rapt. Vbi pretium pro præmio accipi poteſt, quemadmodum & in l.5.§.vltim.ff.de iniur. accipitur. Et apud Liuium libro 32. his verbis, Haud ſatis dignum tanti laboris periculiq́; pretium erat. Et apud Vopiſc. in Aurelian. Debet enim quid præter dignitatem pretium eſſe meritorum.

PRIMICERIVS non eſt, vt quibuſdam videtur, iunctum verbum: Non enim aliud in eo verbo notandum eſt, quàm primus, reliquum extenſionis loco additum eſt. Itaque bene Suidas πριμικήριον interpretatur τὸν πρῶτον τῆς τάξεως. Nam qui in quocunque ordine primum locum obtinet, Primicerius vocatur. Proinde non notariorum tantùm Primicerius dicitur, quod nomen in Nouell. conſtit.8. ſæpius repetitum eſt, ſed & Primicerius fabricæ in l.2. de fabricenſibus. libr.11. C. Primicerius domeſticorum, protectorum, equitum.l.2.& l.vltim. C. de domeſtic. & protectoribus. Primicerius menſorum. l. vn.de menſorib.lib.12. Et primicerius in officio præfectorum prætorio apud Veget.lib.2. capit.21. Et Primicerius protectorum apud Ammianum Marcell.lib.18. Et Primicerius adiutor in l.vltim.C.de offic.præf.vrb. Et Primicerius exceptorum, Primicerius ſingulariorum, Primicerius Auguſtalium, Primicerius ſcriniorum, Primicerius deputatorum, Primicerius ſacri cubiculi.l.vn.qui à præbitio.tiro.in C.Theodoſ.& apud Caſſiodor.lib.11. Variar.& in Notitia. Sic Primicerius legionum apud Guiliel. Tyrenſem Pontif.lib.2.de bello ſac.cap.19.& aliàs ſæpè. Sic & Primicerius defenſorum, Et Primicerius ſcholæ cantorum, & Cardinalis Primicerius apud Luitprandum lib.6. de rebus per Europam geſtis. Primicerium, qui ſequebatur, eadem figura Secundicerius dicebatur: & qui poſt hunc erat, Tertiocerius, Rubr. de Primicerio & ſecundicerio. lib.12. C. & in l. vn.de præpoſi. agent.in reb. & in Notitia aliquoties. Sic apud Luitprandum in libro ſuprà citato Cardinalis ſecundicerius.

PRIMIPILVS quis diceretur, explicat Halicar. his verbis lib.9. ἑνός, ait, τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος ᾗ τοὺς ἑξήκοντα ἐχεῖ ταξιαρχίας ἐπειδάν τι, καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύῃ νόμος. τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμιπίλους καλοῦσιν. Liuius lib.7. Id propter Publiũ Salonium poſtulatum eſt à coniuratis, qui alternis prope annis Tribunus militum & primus centurio fuit, quem nunc primipilum appellant. Primipilus itaque primipili ductorem ſignificat.l.23.ff.de adim.leg.& in Codice Iuſtinianeo ſæpè. Centurionem autem primipili non ſolùm aquilæ præfuiſſe, verumetiam quadringentos milites in prima acie gubernaſſe, & tanquam caput totius legionis merita conſecutum & commoda Vegetius lib.2.cap.8.& cap.21.ſcribit.

Vnde Primipilaris qui primipili honorem geſſit.l.36.§.Iulius.ff.de legat.l.3.l.33.§. quædam.ff.de auro,arg. l.10.§. vltim. ff. de excuſ. tut.l.vltim.§.patrimoniorum. ff. de munerib. & honoribus.l.27.C.de epiſc.& cleric. Et Primipilarius in l.vlt. C.de filiis officiali. lib.12.& l.5.de cohortalib.lib.12.C. Suidas πριμιπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις.

PRIMISCRINIVS in l. vlt. C. de numerar.lib.12.l.vlt.C.de apparitorib.præf. prætor. eod.l.3.C.de diuerſ.offic.lib.12.& apud Symmach.

mach.lib.1.Epiſt.33.& in Notitia Imperii Roman.perſæpè.

PRIMVS hæres dicitur, qui primo gradu ſcriptus eſt.l.23.ff.quæ in fraud.credit.l.14.ff. lib.& poſt.l.104.§.pen.l.113.§.1.ff.de legat.1.l. vlt.in fi.ff.de fideicomm.libert.Quintilia.Declamatio.388. Nam neque diu de primo hærede cogitandum fuit habenti filium, neq; de ſecundo habenti priorem.

Primo autem gradu ſcriptos accipere debemus omnes, qui primo loco ſcripti ſunt.l.1. §.defertur.ff.de bon.poſſ.ſec.tab.quos principali loco inſtitutos vocant Impp.in l.13.C.de fideicomm. Quibus qui ſubſtituuntur, hi ſecundi hæredes, id eſt, ſecundo gradu ſcripti vocantur, vt lib.17.docebimus. Primæ tabulæ paternæ accipiendæ ſunt in l.41.§.cohæres.ff. de vulg.& pup.l.2.§.ſi in primis.ff.de ſtatu lib. Idq; ratione pupillarium tabularũ, quæ idcirco ſecundæ appellantur. Qua de re pluribus lib.3.Selectarum Antiquit.diſſerui.

PRINCIPALES Conſtitutiones appellantur, quæcunque princeps conſtituit, vt pro lege ſeruentur.l.2.§.ita in ciuitate.ff.de orig. iur.l.33.ff.ſi cert.pet.

Principalis prouidentia in l.22.ff.de adoptio. Conſtitutionem diui Pii ſignificat, quæ quartam impuberi adrogato relinqui præcipit.l.8.§.ſi quis impubes.ff.de inoffi.teſt.l.1.§. ſi impuberi.ff.de coll.bon.

Sic & Principale Decretum in l.2.ff.de offic.aſſeſſ. Et principalis ſententia l.1.ff.de offic.præfect.prætor. Principale auxilium.l.13. §.penultim.ff.ad Trebellian. Principales libri. l.1.ff.de offic.quæſtor. Principalis actio directum ſignificat in l.17.§.1.ff.commoda. Principalis obligatio ad differentiam fideiuſſoriæ, quæ acceſſoria eſt.l.3.ff.de ſeparatio. Quemadmodum principalis reus is appellatur, pro quo fideiuſſor interceſſit.l.66.ff.de fideiuſſoribus.l.49.ff.de minoribus.l.45.§.ſi principalis.ff.de iure fiſc.& aliàs ſæpè. Principale teſtamentum paternum dicitur, quod tabulas pupillares habet, quæ ſecundæ ſunt & minus principales tabulæ.l.2.ff.de vulg.& pup.l.16. §.qui principale.ff.de his, quæ vt indign. Quomodo & principales tabulæ accipiendæ ſunt in l.2.§.1.& l.penult.ff.de teſtament.quemadmodum aper.

Principales ciuitatium & curiarum.l.47.§. penultim.& vltim.ff.de pœn.l.41.C.de liber. cau.l.2.§.ad filiorum.C.quando & quib.l.vn. in fin.C.de lucrat.deſcript.lib.10.l.5.C.de cohortalib.lib.12.l.33.& l.40.& l.42.ff.de decurionibus.lib.10.l.4.de extraord.muneribus.in Cod.Theodoſ. Firmicus lib.5.Matheſ.cap.2. Curatores vel principales ciuitatium publicis rationibus præpoſitos Iſidor.lib.9.Etymolog. cap.4. Principales & Magiſtratus & Duumuirales Curialium officiorum ordines ſunt. Principales dicti quòd præſint magiſtratibus. Ita Antiochenſium ciuitatis principales in l. 2.de excuſ.mun.lib.10.C.& Alexandr. principales in l.56.de decurionibus lib.10.Cod. Et vir principalis apud Apul.lib.8.de Aſino aur. Saluia. Maſſilienſis lib.5.de vero dei iudicio. Quis ergo, vt dixi, locus eſt, vbi principalibus ciuitatũ viduarum & pupillorum viſcera deuorentur? Principales etiam in exercitu & legionibus quidam vocabantur in l.12.§.irreuerens.ff.de re milit.l.penult.§.ſuper his.eodem titul.lib.12.C.& apud Veget.lib.2.cap.15. & cap.19.

Principaliter, valet directò in §.vlt.Inſtit. quod cum eo. Vnde principaliter & per ſucceſſionem opponuntur.in l.vlt.ff.de legat.3. & l.194.ff.de diuerſ.reg.

PRIVATÆ dicuntur res, quæ ſunt ſingulorum.l.1.ff.de rer.diuiſ.à verbo antiquo Priuus, quod ſingulos ſignificat, quo & Cato in lib.de re ruſt.vtitur. Vnde Priuatum ius id eſſe definitur, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet.l.1.§.vlt.ff.de iuſtit.& iur. Et Priuata iudicia à Latinis dicuntur, quę ad rem familiarem cuiuſq; pertinentia per arbitros, iudiceſq; datos expediuntur. Cicer.1.de Orat. Nam volitare in foro, hærere in Prætorum tribunalib. iudicia priuata magnarum rerum obire. Idem Topic. Priuata iudicia maximarum quidem rerum in Iureconſultorum mihi videntur eſſe prudentia. Plinius lib.6.Epiſt.ad Roma. Interuenit acribus illis & erectis frequens neceſſitas iudicandi ac penè calculos tabulamque poſcendi, vt repentè in priuati iudicii formam Cẽtumuirale verteretur. Priuata delicta ſunt, quæ ad rem familiarem & priuatam pertinent, nec cuiuis ex populo, ſed ei duntaxat, cui damnum datum iniuriáve facta eſt, competunt. Qualia ſunt furtum, rapina, iniuria, damnum iniuria datum.tit.de priuat.delict.l. 1.§.vlt.ff.de pœn.l.7.ff.de public.iudic. Actio certè ex lege Cornelia de iniuriis etſi pro publica vtilitate exercetur, priuata eſt tamen.l. 42.§.1.ff.de procuratorib.l.vlt.C.de iniur.l.vl. C.vbi ſenator. Priuatam etiam furti actionem vocat Quintilia.Declamatio.341.ad fi.

PRIVIGNVS vxoris meæ filius ex alio viro natus. Liberi quoque, quos ex alia vxore habeo, vxori meæ priuigni ſunt.l.4.§.affines. Planè quod ad cauſam prohibitarum nuptiarum attinet, non ſolùm vxoris noſtræ ex alio marito filia, ſed etiam neptis, proneptis, priuignæ appellatione intelliguntur.l.14.§.vlt.ff. de ritu nupt.

PRIVILEGIVM ius ſingulare eſt, & in certæ perſonæ vel cauſæ gratiam fauorémve conſtitutum, & lex de vno homine lata quaſi priua lex, id eſt, priuato lata, vt Gellius lib.10.

cap.20.& Iſidor.lib.5.cap.18. ſcribunt. Quo ſenſu priuilegium à Cicero. in Paradoxis & lib. 3. de Legibus, & aliàs ſæpius hoc verbum vſurpatur.

Priuilegium quoque prælationem & prærogatiuam quandam ſignificat, quæ inter actiones perſonales vertitùr, qua indebiti repetitione chirographarii creditores aliis conchirographariis præferuntur. Sic hoc verbum accipitur in tit. de priuileg. credit. qui in vulgatis codicibus diſtinctus eſt ab aliis, in Pandectis verò Piſanis continenter hæret cum tit. de bon. auct. iud. poſſid. Sic & l. 74. ff. de iure dot. l.53.§.1.& §.vlt. ff. de pecul. l. 51. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. l. 6. l. 33. l. 37. ff. de iu. fiſc. l. 10. ff. ad municip. l. 23. §. vltim. ff. ſolut. matrim. l. 2. C. de ſeruo pign. dat. l. 10. §. quod ſi dies. ff. de admin. tut. l. 1. ff. de ceſſio. bon. l. 25. ff. ſi cert. petat. l. 58. §. vltim. ff. manda. l. 15. §. 1. ff. de cur. fur. l. 1. §. ſed & ſi ſatis. ff. de adminiſtra. re. ad ciuit. Priuilegia etiam pro ipſis creditoribus, qui priuilegia habent, ponuntur in l. 7. §. quoties. ff. depoſ. l. 24. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. l. 17. §. penult. ff. de excuſ. tut. Qui & Priuilegiarii vocantur. l. 1. ff. de pac. & l. 24. §. vlt. ff. de reb. auct. iud. & ab Hypothecariis ſeparantur.

PRO præpoſitio accedẽs cognationum affinitatumque nominibus, gradus profert, atque promouet. Veluti Proauus, Proauia, aui noſtri pater, mater: Pronepos, Proneptis, nepotis filius, filia: Proauunculus, Promatertera, id eſt proauiæ frater & ſoror: Propatruus, Proamita, id eſt, Proaui frater, & ſoror. l. 1. §. vltim. ff. de gradibus & affinibus. Quos etiam auunculos, patruos, amitas, materteras, maiores vocant. l. vltim §. patruus maior. eod. tit. Atque hæc ex cognatione petita ſunt nomina. Ex affinitate verò eiuſdem generis ſunt hæc, Proſocer, Progener, Pronurus. l. 3. §. vlt. ff. de poſtul. l. 15. §. vltim. ff. rerum amot. Proſocer (quo nomine Plinius in Epiſtolis Fabatum paſſim appellat) is eſt, qui ab aliis ſocer magnus dicitur, nimirum vxoris meæ auus, cuius ego ſum progener: Proſocrus mihi vxoris meæ auia eſt, ego ſum illius progener. l. 4. §. affines. ff. de gradib. Rurſus auus meus vxoris meæ Proſocer: auia proſocrus eſt. Ipſa vtrique pronurus eſt. d. §. affines. Proſocrus enim vxoris noſtræ auia, Pronurus verò nepotis vel pronepotis noſtri vxor nobis appellatur. l. 14. §. vlt. ff. de ritu nupt. l. 15. §. vltim. ff. rerum amot. l. 4. §. gradus. ff. de gradib. & affin. l. 8. §. vlt. ff. de legat. præſt.

PROBARI fideiuſſores dicuntur, in quorum facultates inquiritur, vt idonei nécne ſint pateat. l. 10. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. §. non ſolùm. ff. de min. Inde ad fideiuſſores probandos dati arbitri accipiuntur, qui ad æſtimandas fideiuſſorum vires dantur. l. 9. ff. qui ſatiſd. l. 2. ff. à quibus appell. non lic. Probari etiam opus dicitur, quod tanquam è lege dicta factum adprobatur. l. 26. l. 38. l. vltim. ff. loca. 7. §. illud quoque. ff. de l. Iulia repetund. Frontin. lib. 11. de Aquæductib. Eorumq; operum probandorum curam fuiſſe per Cenſores aliquando & Ædiles. Et in vetere monumento Neapolitano, quod legem parieti faciundo dictam habet. *Quod eorum viginti iurati probauerint, probum eſto, quod improbauerint, improbatum eſto.*

Probatoria in Impp. conſtitutionib. atteſtationem illam, vt cum vulgo loquar, ſignificat, qua qui in ordinem aliquem adſciſcitur, idoneus & probatus renunciatur. l. 3. C. de agentib. in reb. lib. 12. l. 17. C. de re milit. l. 2. C. de cohortalib. l. 6. l. 9. l. 10. C. de diuerſ. offic. & apparit. lib. 11. vſurpat. & hoc verbum Iuſtinian. Edicto 13. Extat autem apud Caſſiodor. lib. 7. formula probatoriæ Chartariorum.

Probi nummi & reprobi aduerſantur. l. 24. ff. de conſtit. pec. l. 40. ff. ſi cert. petat. l. 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. vt apud Cicer. libr. 3. Offic. Bonis nummis adulterini opponuntur.

PROBRVM & opprobrium idem eſt. Probra autem quædam natura turpia ſunt, quædam ciuiliter & quaſi more inſtitutoque ciuitatis, vt exponit Vlpian. in l. 42. ff. de verbor. ſignificat. Probrum porrò intelligitur & in his mulieribus, quæ turpiter viuunt, vulgóque quæſtum faciunt, etiam ſi non palàm. l. 41. ff. de ritu nupt.

In PROCINCTV verſantur milites, qui in expeditione belli ſunt. l. vnic. ff. de bonor. poſſ. ex teſt. milit. Vnde in procinctu facta teſtamenta apud veteres dicebantur, quæ à cinctis iam militibus & è caſtris in prælium iam iam exituris fiebant. Vlpian. in Inſtitut. tit. 20. Iuſtin. in §. 1. Inſtit. de teſtament. Cicer. lib. 1. de Orator. & 2. de Nat. deor. Plut. in Coriola. Feſt. lib. 5.

PROCLAMARE ad libertatem, vel in libertatem dicuntur, qui ex ſeruitute ſe in libertatem vindicant, & adſerunt, toto titulo, quib. ad libert. procl. nõ lic. l. 7. §. proinde. cum ſeq. ff. de liber. cau. l. 40. §. libertatẽ. ff. de fideicom. liber. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſ. l. 8. ff. de probatio. l. 3. §. diuus. ff. de iure fiſc.

PROCONSVLIS appellationem ſpecialem eſſe, nec tam latè patere, quàm Præſidis, Vlpian. in l. 1. ff. de offic. præſid. ſcribit. Nam poſt diuiſionem prouinciarum ab Auguſto factam, qui militaribus & limitaneis prouinciis ſibi reſeruatis pacatas & tranquillas populo habendas, & more priſtino adminiſtrandas reliquit, Proconſules appellati ſunt, qui ex ordine ſenatorio ad regendas populi prouin-

cias

cias mittebantur, vt Dio libr. 53. & Strabo libro vltim. Geograph. & Tranquill. in Auguſto ſcribunt. Proconſules autem in Bæticam, Cretam, Macedoniam, Achaiam miſſos, ex l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. l. 3. §. idem Hadrianus. ff. de teſtibus. l. 10. in fin. ff. de officio proconſul. l. 14. ff. ad Turpillianum intelligimus. Quarum duas poſteriores à Tiberio in curam ſuam tranſlatas, Claudius populo reddidit, auctore Sueton. in ipſius vita, capit. 25.

PROCVRATOR eſt, qui aliena negotia domini mandato adminiſtrat. l. 1. in fin. ff. de procuratorib.

Procuratorum autem varia ſunt genera. Quidam enim ſunt litis procuratores, qui ad mouendas inſtituendaſque actiones vel lites exequẽdas dantur. l. 86. ff. de ſolut. Huiuſmodi procuratorem ad actionem factum procuratorem vocat Paul. in l. 14. ff. de pactis. Alii ſunt negotiorum procuratores, quibus vel certa vna res, vel generaliter vniuerſa negotia adminiſtranda mandantur, qui omnium rerum procuratores. l. 13. ff. de pactis. l. 6. ff. de inſtitor. l. 7. ff. de calumniatoribus & totorum ſeu vniuerſorum bonorum procuratores vocantur. 63. ff. de procuratoribus. l. 17. §. vltim. ff. de iniuriis. In illis edicti de iniuriis verbis, *Neque procurator qui eo nomine agat*, procuratorem accipimus non vtique eum ſolùm, cui ſpecialiter procuratio data eſt actionis, ſed ſufficit eſſe eum, cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt. l. 17. §. ait prætor. & §. procuratorem. ff. de iniur. Similiter in eo quod dicitur procuratorem iudicatum ſolui ſtipulari poſſe, non eum tantùm, cui ea res ſpecialiter mandata fuerit, intelligimus, ſed & eum, qui vniuerſorum bonorum mandatum ſuſceperit. Sed & ſi ratum fuerit habitum, procurator videbitur. l. 3. §. 1. ff. iudica. ſol. Eodem modo in Ædilitio edicto procurator accipitur. l. 1. & l. 25. §. procuratoris. ff. ædil. edicto. In interdicto quoque. Vnde vi ex ſententia magis quàm ex verbis procuratorem non eum tantùm, qui legitimè procurator dicitur, omnium rerum eius qui abſit, quaſi penè quidam dominus, hoc eſt, alieni iuris vicarius, ſed & quemlibet qui aliquid noſtri negotii gerat, clientem videlicet, colonum, aut libertum, aut qui illam vim deiectionemque rogatum aut nomine noſtro fecerit, intelligi, eleganter Cic. pro Cæcinna tradit. Atque adeò in pleriſque librorum noſtrorum locis is, qui ſine mandato negotiis ſe alienis offert, & qui aliquid noſtro nomine negotii noſtri gerit, procurator vocatur, qui verus negotiorum geſtor eſt. l. 34. §. ſi gener. l. 21. §. vlt. l. 58. ff. de ſol. & l. 15. §. ſi quis abſentis. ff. de pet. hær. l. 9. §. ſi hęres. ff. de lib. leg. l. 22. §. quod ſi. l. vlt. ff. rem rat. hab. Quoties autem additur nomen, Verus, is duntaxat exaudiendus eſt, qui mandatum habet, & cui vel idipſum quo de agitur, ſpecialiter mandatum, vel totorum negotiorum adminiſtratio commiſſa & credita eſt. l. 40. §. 1. ff. de procurat. l. 16. ff. de iud. l. 1. in fin. ff. quod iuſſu. l. 26. §. mandata. ff. manda. l. 12. ff. de ſolutionib. l. 22. §. ſi procurator. ff. rem rat. hab. l. 5. §. qui procuratorio. ff. de noui oper. nunc. At in l. 1. §. quoties verus. ff. de vi & vi arm. Verus procuratoris ſolùm accipitur, cui nominatim id mandatum eſt, vt & Accurſ. illic notat. Vero procuratori falſus opponitur. d. l. 1. §. quoties. & §. cùm autem. Falſus autem appellatur, qui mandatum non habet, aut qui ſine mandato procuratorio nomine quid facit. l. 1. in fi. ff. quod iuſſu. l. 3. §. vl. ff. rem rat. hab. Interdum planè falſus procurator eſt, qui mala mente & intercipiendi animo procuratorẽ ſe ſimulat, & procuratoris perſonam induit. l. 44. §. 1. ff. de furt. l. 14. in fin. ff. de condictio. cauſa data.

Procurator in rem ſuam datus dicitur, cui in rem vtilitatemq; ſuam mandatæ ſunt actiones. l. 8. §. vlt. ff. manda. l. 2. in fi. ff. fam. erciſc. l. 3. §. idem Labeo ait. ff. de in rem ver. l. 24. ff. de minorib. l. 3. §. idem aduerſus. ff. quod quiſque iur. l. 8. C. de hæred. vend. Nam hic cùm mandatas ſibi & ceſſas ab alio actiones exerceat, procurator eſt: ſed quia non in alienam, ſed ſuam rem, id eſt, commodum ſuum propriumq; lucrũ actiones præſtitæ ſunt, lucrumq; omne & compendium eum reſpicit, idcirco in rem ſuam factus datúſve procurator dicitur. l. 4. C. de procuratorib. l. 25. §. vlt. eod. l. 4. ff. de re iud. l. 1. §. in propria. ff. quando appell. ſit. l. 20. ff. de appellationib. l. 14. ff. de pact. l. 18. ff. de compenſatio. l. 6. C. de obligat. & actio. Is qui nomẽ emit, in rem ſuam fit procurator. l. 1. C. de contrar. iud. tut. Venditor quoq; ab emptore datus ad litem procurator, in rem ſuam datus videtur. l. 66. §. ſi ſecundum. ff. de euictionibus.

Procuratores Cæſaris, item Procuratoris patrimonii quale munus olim fuerit, expoſui lib. 3. Select. Antiquit.

Erant & Procuratores hæreditatium. l. 32. ff. de iure fiſc. & in inſcriptionib. Procuratores viceſimæ hæreditatium. Itẽ Procuratores rei dominicæ. l. pen. de conuen. fiſc. deb. lib. 10. C. Et Procuratores domus dominicæ. l. 8. C. vbi cauſæ fiſc. Et Procuratores ſummæ rei. l. vl. C. propt. publ. penſit. qui & Rationales ſummæ rei, vt in inſcriptione l. 7. C. vbi cauſæ fiſc. Metallorum item & Baphiorum & textrinorum ſeu Gynęceorum & Linificiorũ & baſtagarũ, & ſaltuum erãt Procuratores, quorum in l. 4. C. de metallar. lib. 11. C. l. pen. de murilegul. eo. Et in Notitia Imp. Rom. fit mentio.

Procurator Reipublic. l. 3. §. planè. & l. 5. idem ait. ff. quod vi aut clàm. l. 2. §. ad frumentum. ff. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pert. l. 7. Cod. ne de ſtatu def. l. 30. de decurionibus. lib. 10. C.

Procvratoriæ exceptiones vocantur, quæ procuratorio nomine agentibus opponuntur, ſiue quòd non eſſe hoc eis mandatum dicatur quod perſequuntur, ſiue quòd omnino procuratores eſſe, vel fieri potuiſſe negentur, vel ab eo dati dicantur, qui procuratoris dandi ius non habuit. l. 57. l. 62. ff. de procuratorib. l. 2. & 3. ff. de exception. l. 29. §. quædam. ff. manda. l. 19. §. 1. ff. de probatio. l. 39. §. pen. ff. de dam. infect. §. pen. Inſtit. de ſatiſdatio. Qua de re incidere crebrò in iudiciis quæſtionem Quintilian. lib. 7. capit. 1. admonet. Procurator ait, alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario. Poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorem liceat. Finge nos poſtquam tractauimus eam remittere, vel etiam conuinci: quæretur, an ei cuius nomine litigatur, procuratorem habendi ſit ius. Idem lib. 4. cap. pen. vt contra petitionem pecuniæ malè petis. Procuratori enim tibi eſſe non licuit. Sed nec illi cuius nomine litigas habere procuratorem.

Prodigvs eſt, qui neque modum, neq; finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilapidando & diſſipando profundit. l. 1. ff. de cur. fur. Euerſorem appellat Caius lib. 1. Inſtit. tit. de tutel. Solet & in libris noſtris hoc verborum circuitu deſignari is, cui bonis interdictũ eſt. l. 18. ff. qui teſtam. fac. l. 6. ff. de verbor. obligat. l. 3. ff. de nouationib. l. 18. §. 1. & ſeq. ff. de caſtr. pec. l. 10. ff. de cur. fur. l. 9. §. idem quæri. ff. ſi cert. pet. Nam prodigis per prætorem vrbanum bonis interdicebatur, vt Paul. libr. 3. Sentent. tit. 1. Valer. lib. 3. cap. 5. & lib. 8. cap. 6. oſtendunt.

Prodvci in ius, eſt ad Prætorem duci. l. 3. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voc. l. 4. ff. de l. Iul. de vi priua. Produci etiam teſtis dicitur. l. 23. & l. 24. ff. de teſtibus. l. penultim. & vlt. C. eo. Produci quoque olim dicebantur, qui in ſcena populo ſpectandi præbebantur, atque exhibebantur. Sueton. in Nero. cap. 4. Equites Rom. matronasq; ad agendum mimum produxit in ſcenam. Quintil. lib. 3. c. 6. Qui ſe prætori in hortis oſtenderat, nec erat productus, ſedit 14. ordinibus. Plinius libr. 6. Epiſtol ad Geminium. Proximis ſacerdotalibus ludis productus in commiſſione pantomimus, cùm ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur. Macrob. lib. 2. cap. 7. de Publio Mimo cùm mimos componeret, ingentique aſſenſu in Italiæ oppidis agere cœpiſſet, productus Romæ per Cæſaris ludos omnes, qui tunc ſcripta & operas ſuas in ſcenam locauerunt, prouocauit. Et in inſcriptione Lanuuina, qua me humaniſſimus & omni doctrinæ genere politiſſimus Antiſtes Montiſpeſſulanus donauit. *M. Aurel. Aug. lib. Agellio Septentrioni pantomimo ſui temporis primo ſacerdoti ſynhodi Apollinis paraſito alumno Fauſtinæ Auguſtæ producto ab Imperat. M. Aurel. Commodo.*

Profanvm Varro libr. 4. de lingua Latin. id eſſe ait, quod extra fanaticam cauſam ſit, quaſi procul à fano & religione ſecretum. Trebatius verò, vt Macrob. lib. 3. cap. 3. refert, Profanum id propriè dici tradit, quod ex religioſo vel ſacro in hominum vſum proprietatémve conuerſum & promiſcuum humanis actibus accommodatum eſt. Aggenus quoque Vrbicus in Commentar. Frontini Profanum, ait eſſe quod cùm ſanctum eſſet, poſtea in vſum hominum & extra fanum venit. Profana ergo res ſacræ & religioſæ opponitur. l. 83. §. ſacram. ff. de verborum obligat. Profanum verò id eſſe etiam, quod quis ſibi priuatum ſacrum conſtituerit. Marcia. tradit in l. 6. §. ſacræ. ff. de rer. diuiſio. Agrum quoque purum monumento cohærentem profani iuris eſſe Impp. reſcripſerunt. l. 9. Cod. de religioſ.

Profiteri, cenſum edere ſignificat apud Vlpian. in Inſtitut. titul. 1. Inde profeſſio cenſualis, de qua item & de Natali lib. 1. Select. Antiquit. abundè diximus. Ammian. Marcellin. libr. 19. Cenſuali profeſſioni ſpecioſa fiducia releuatæ. Profiteri etiam merces eſt, apud publicanos eas inſinuare tributi pro his debiti exſoluendi cauſa. l. vltim. §. diuus. & §. ſi quis profeſſus. ff. de publican. l. 5. C. de vectigal. & commiſſ. Quintilian. Declamatio. 341. Quod quis profeſſus non eſt apud publicanos, pro commiſſo tenetur. Idem etiam Declamat. 349. talem legem fingit, Publicano ſcrutari liceat, quod quis profeſſus non fuerit, perdat.

Profiteri etiam in l. 3. §. pen. ff. vbi pupill. educ. eſt pupilli pecuniam prætori edere: vt profeſſionem edere peculii in l. 19. ff. de pecul. legat.

Profiteri iudicium in l. 1. ff. ad legem Cornel. de ſicar. & l. 24. ff. de falſ. Salluſt. in bello Iugurth. Sed ipſe deprehenſus multis hortantibus & in primis Albiano Conſule iudicium profitetur. Sueto. in Domitia. cap. 17. Profeſſuſque conſpirationis indicium & ob hoc admiſſus, legenti traditum à ſe libellum & attonito ſuffodit inguina. Plinius libro 3. Epiſtol. ad Nepot. Eadem apud Claudium vxori Scriboniani cum illa profiteretur indicium, Ego, inquit, te audiam cuius in gremio Scribonianus occiſus eſt? Vnde fit, vt pro, confiteri indicia, profiteri legendum putem in l. 3. §.

l.3.§.item is cuius.ff.ad l.Corn.de ſicar.

Profiteri etiam artem vulgatum eſt. Inde profeſſores, qui artes liberales profitẽtur. Quorum nomine neq; medicos, neq; philoſophos neq; iuriſperitos contineri traditur in l.1.cum ſequ.ff. de var. & extraord. Rubr. de profeſſoribus & medic.lib.10.C. Sed & argentariorum & aliorum omnium vitæ generum profeſſio dicitur in l.6.§.Prætor.ff.de edend.l.26.in fin. C.de epiſc.& cler.

PROHIBET vti frui, qui vi deiicit vtentem & fruentem, aut non admiſit eum, cùm ex fundo exiſſet non vſusfruct. deferendi cauſa. l.3.§.vti frui.ff. de vi & vi arm. Ædificare verò prohibet, & qui prohibet eam materiam conuehi, quæ ædificationi neceſſaria ſit, aut qui operi neceſſarios venire prohibet. l.1.§.penult. ff. de mort. infer. Prohibetur verò poſſidere & qui in ſolo ædificare prohibetur. l.penult.§.1. ff.de acquir.poſſeſſ. Prohiberi quis intelligitur, quominus faciat, ſi quolibet actu prohibentis, id eſt, vel dicẽtis ſe prohibere, vel manum opponentis, lapillúmve iactantis prohibendi gratia.l.19.§.1.ff.quod vi aut clam. Prohibitoria interdicta ſunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri. l.1.§.interdictum.& l.2.ff. de interdict.§.prohibitoria.Inſtitut.eod.tit.

PROIICIENDI ſeruitus ius eſt, extra tectum mœniana proiiciendi, &, vt Theophil. in §.æquè.Inſtitut.de actionibus interpretatur, δίκαιον τοῦ ὑπερέχειν ἐξώστην κατὰ τοῦ μεσαύλου. l.1.& l.2.ff.de ſeruit.vrba.l.penult.ff. ſi menſor fal. mod. Itaque Lexicon Latinogræcum proiecta tecta interpretatur ἀναπεπταμένα, ἀναπεσόντα ἐπ᾽ οἰκίαις. Inter Proiectum verò & Immiſſum hoc intereſſe Labeo rectè dicebat, quòd Proiectum eſſet id, quod ita protenderetur, vt nuſquam quieſceret, qualia mœniana & ſuggrundæ eſſent: Immiſſum autem quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret. l.242.§.1.ff.de verbor.ſignificat. & ideò Proiicere & Immittere ſeparantur in l.5.§.meminiſſe.ff. de noui oper.nunc. Sic Proiectum tignorum intellige in l.vlt.§.vlt.ff.de ſeruit.vrb. & Proiectum tectum apud Ciceron.Topic. & Proiecta in l.80.ff. de cont. empt. l.vlt.§.penult.ff. quod vi aut clam.l.3.§.item videamus.& §.Labeo.ff.vti poſſid.

PROMERCII cauſa haberi dicuntur, quæ in hoc habentur, vt veneant.l.3.§.item is cuius. ff.ad l.Corn.de ſicar.l.41.§.ſed ſi quis.ff.de legat.1.l.2.ff.de vi pub. vnde Promercales res, id eſt venales, in l.4.§.item ſi quis.ff.de penu leg. l.10.ff.de impen.in res dot. & apud Sueton. in Iulio cap.54.

PROMISSIONIS verbum & ad nudam promiſſionem ſiue pollicitationem & ad ſpõſionem refertur. l.19.§.1.ff. de ædilit. ed.l.1.ff. de iur. dot.l.1.§.cum qui.ff.de conſt.pec.l.132. ff.de verbor.oblig. Planè ſi ſcriptum in inſtrumento fuerit promiſiſſe aliquem, perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.§.ſi ſcriptum.Inſtitut.de inutilibus ſtipulat.

PROMVTVVM in l.40.§ ſeruus teſtamento ff. de ſtatu liber. & in l.16.§.item cùm quidem.ff.loca.ſi modò lectio integra eſt.

PRONVNCIARE palam & apertè exprimere eſt.l.11.§ qui autem.ff.de actio.empt.l.1. l.31.§.1.ff.de ædilit.edic.l.69.§.1.ff. de euictio.l. 15.§.1.ff.de ſtatu lib. quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, pronunciare dicũtur. Eodem in ſignificato Latini auctores pronunciandi verbo vtuntur pro palam aliquid pollicitum & promiſſum ſignificantes. Sic pronunciare nummos apud Sueton.in Iulio cap.19. & pronunciare epulũ apud eundem in eiuſdem vita capite 25. Et pronunciare donatiuum militibus in Galba.cap.16. Et pronunciare teſſeras in Domitian.cap.4.ad fin. Et pronunciare præmia militibus, apud Liuium lib.2.

Pronunciare præterea ſententiam ferre ſignificat.l.59.§.1.l.60.ff. de re iudic.l.37.ff. de auro argent. Inde pronunciatus hæres patronus, filius, libertus, ſeruus dicitur, qui talis iudicatus, & per ſententiam declaratus eſt.l.9.§.1. ff.de in ius voc.l.8.ff. de his quæ vt indign.l.8. C.de ſent.& interlocut.l.11.ff.de adm.tut.l.29. in fin.ff.de liber.cau.

Pronunciaſſe autẽ & ſtatuiſſe dicimus eos, qui ius habent cognoſcendi.l.215.ff.de verb. ſignificat.

Pronunciare etiam in ſcena actores dicuntur.l.1.ff. de his, qui notan.infam. Plin. lib.7. cap.48. Luceia mima centum annis in ſcena pronunciauit. Sueton. in Calig. cap.54. Vt ne publicis quidem ſpectaculis temperaret, quominus & tragœdo pronuncianti concineret.

PROPE eſt: Lucutio Iureconſultis familiaris, quæ licet dubitationis ſpeciem habeat, affirmat tamen & definit.l.95.§.pen.ff. de ſolut. l.71.§.Titio.ff.de conditio.& demonſtr.l.5.§. à barbaris.ff.de re milit. Dicunt etiam Iurecõſulti Propius eſt, pro, Magis eſt.l.140.ff. de verbor.oblig.l.18.ff.de in rem ver.l.31.l.38.in fi.ff. de act.empt.l.54.in fi.ff.de hæred.inſtit.l.67.ff. de iur.dot.l.penult.§.conductores.ff.de iur. immunit.l.124.ff. de legat.1.l.1 §.denique.ff. quod vi aut clam.l.29.ff. de vſucap.l.5.ff.de precar.l.125.ff.de verb.ſignif. Vtuntur & in eodem ſenſu voce Propemodum l.6.ff.vt in poſſeſſ.legat.l.113.ff.de verb.oblig.l.18.ff.rat.rem hab.l.88.ff.de verbor.ſignif.

PROPIVS Sobrino, Propius Sobrina, hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, filius, filia: hoc eſt, patris matrisve eius de cuius cognatione

quæritur, conſobrinus, conſobrina, ſiue frater patruelis, vel amitinus, vel amitina. l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. de gradibus & affin. §. quinto. Inſtitut. de grad. cognat. Paul. in l. vlt. ff. de gradib. Patrui magni filius, ait, ei de cuius cognatione quæritur, propius ſobrino vocatur. Nam, vt & Maſurius ait, eum quis appellat propius ſobrino, qui eſt patris matrisve conſobrinus aut conſobrina. Similiter Feſtus lib. 14. Propius ſobrino, ait, mihi eſt conſobrini mei filius, & conſobrinæ meæ filia, & patris mei matrisve meæ conſobrinus. Imper. in l. 2. C. vnde legit. priorem ſobrinum interpretatur, natum ex conſobrina. Et ita in l. 2. C. commu. de ſucceſſ. in V. C. propiori ſobrino ſcriptũ eſt, licet impreſſi propius habeant. In Theophilo verò mendosè προσέτερος κονσοβρῖνος legitur.

Proponi dicebantur, quæ vt oculis ciuium paterent, in publico proponebantur. Ita edicta proponi dicebantur: cuius rei exemplis, quæ infinita ſuppetunt, in re minimè dubia nõ vtar. Inde & actiones proponi dicuntur, quoniam in albo ſcriptas & in edicto Prętor in publicum edebat, vt ex l. 1. C. de interdict. & §. namque. in fin. Inſtit. de action. patet. Proponere etiam ſtipulationes Prætor dicitur eas, quæ ex ipſius iuriſdictione veniunt. l. 52. ff. de verb. oblig.

ΠΡΟΠΕΤΩΣ in l. 13. in fi. ff. de iureiur. ſignificat, inconſulto calore, vt in l. 2. C. eo. tit.

Proprium eſt ſuum cuiuſque, vt Non. Marcell. exemplis confirmat. Cicero lib. 7. epiſt. ad Curium: Cuius quando te eſſe propriũ ſcribis mancipio & nexu, meum autem vſu & fructu, contentus iſto ſum. Id enim cuiuſque eſt proprium, quo quiſque fruitur atque vtitur. Horatius:

Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære.

Vnde proprietas ius dominij ſignificat. l. 34. ff. de dolo. l. 12. §. 1. ff. de dolo. Hæc vel Plena vocatur, ſi ei vſusfructus coniunctus ſit: vel Nuda, ſi ab ea abſceſſit vſusfructus. Inde proprietatis dominus, Proprietarius vocatur paſſim in tit. de vſufruct.

Propria cauſa quæ ſit, quæri ſolet in tempore appellationum, quod in propria cauſa anguſtius & breuius, in aliena laxius datur. Et placuit propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. l. 1. §. in propria. ff. quando app. ſit. Itaque ſi procurator quis in rem ſuam datus ſit, eius propria cauſa dicetur. Sed & cuiuncque ſua intereſſe dicit, propriam cauſam defendere intelligitur. l. 2. §. 1. & §. vlt. ff. quando appell. ſit.

Propriè, pro ſpecialiter in l. 2. in princ. ff. de vac. mun. l. 2. §. vlt. ff. de adm. rer. ad ciuit. Cic. lib. 5. epiſt. ad Attic. Cui depoſcenti mea mandata cætera vniuerſa mandauit. Illud propriè ne pateretur, quantum in ipſo eſſet, prorogari nobis prouincias. Propriam etiam pro ſpeciali dixit Paul. in l. 21. in fi. ff. ad municip.

Proqviritata, verbum fuit 12. tabul. quod ſignificabat promulgata. Sido. Apollin. lib. 8. epiſt. ad Nammatiũ. Per ipſum ferè tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de præſcriptione tricennij (ſic enim legendum eſt) fuerat proquiritata. Quiritari vtiq; in veterum libris, fidem Quiritium inuocare eſt.

Proreta in l. 11. §. dominus. ff. de public. qui proram nauis regit.

Prorogare modò eſt proferre diem. l. 19. l. 30. ff. de legat. 1. l. 2. ff. de re iudic. l. 24. ff. loca. Modò idem valet quod repræſentare. l. 3. §. conſequitur. ff. de contrar. & vt. actio. l. 4. in princip. & §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſio. l. 19. §. ſi quis cùm in annum. ff. loc. l. 27. C. eod. tit. l. 53. ff. de pact. l. 20. de decurio. lib. 10. C.

Proſcribere eſt palam ac publicè propoſito libello ſignificare. l. 11. §. 1. ff. de inſtito. l. 34. §. vlt. ff. de ſtatu liber. l. 15. §. item ſi pignus. ff. de iniur. l. 4. C. de diſtract. pignor. l. vlt. de fide inſtrum. lib. 10. C. Sueton. in Iulio: Miſſo etiam ſacro Bibuli dicta quibus proſcripſit, &c. Palam autem proſcriptum id intelligi Vlpian. in d. l. 11. §. 1. interpretatur quod ita poſitum eſt, vt de plano legi poſſit.

Proſecvtores, ſecundum ſcriptorum codicum ſcripturam non perſecutores legere oportet in l. 9. C. de curſu public. lib. 12. & l. 1. cũ Rubrica. C. de auri publ. perſecutor. Quod & confirmat l. 12. de ſuſceptoribus in C. Theo. Appellantur autem hoc nomine qui ad tranſmiſſionem tranſuectionemq; publicarum ſpecierum animalia principum vſui neceſſaria proſequuntur.

Proſpectvs ſeruitute conſtitura id acquiſitum videtur, vt ne vicinus quid ponere poſſit quod officiat ad gratiorem & liberiorem aſpectum. Et inter proſpectum & lumen hoc intereſt, quod proſpectus etiam ex inferiorib. locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt. l. 12. l. 15. ff. de ſeruit. vrban. l. 5. ff. de noui oper. nuncia. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco public. Appellatur hæc ſeruitus proſpiciendi in §. ęquè. Inſtit. de actionibus & ne proſpectui officiatur in l. 3. ff. de ſeruit. vrb.

Protegendi ſeruitus. l. 1. & l. 2. ff. de ſeruit. vrban. Ius eſt, vt protectum habere liceat. l. 2. ff. de ſer. ruſtic. Vnde Protectum in l. 29. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 6. in fi. ff. arbor. fur. cæſ. l. 15. §. precario. ff. de precar. l. 5. §. Prætor ait. & §. vlt. ff. de his qui deiecer. vel effud.

Protegere ædes apud Cic. Topic. legimus.

Protocollvm Nouell. conſtitut. 44. ſchedam contractus ſignificat, quæ negligentius & obſcurius ſcribitur, ac poſt in mundum redigitur.

Pro-

PROTOSPATARIVS officiũ fuit in Conſtantinopolitana aula: Cui qui præerant, iudicandi munere fungebantur. Meminit eius Conſtant. lib. 1. Epit. non ſemel, & Luitprandus lib. 3. de rebus per Euro. geſt. cap. 7. Et Pau. Warnefridus Appendicis ad Eutropium libr. vlt. & Noticia Græca, & Zonaras tomo 3. Annal. in Romani Argyropoli imperio.

PROTOSTASIÆ munus l. 8. C. de muneribus patrim. l. 3. de filiisfam. & quemad. pro his pat. ten. lib. 10. C. l. 1. & toto titul. de protoſtaſia in C. Theod.

PRO TVTORE negocia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putat tutorem, ſiue ſcit non eſſe, fingit tamen. l. 1. §. 1. ff. de eo, qui pro tut. l. vlt. ff. de tutel. & rat. l. 3. §. penult. de contrar. & vt. l. 4. §. ſi quis non tutor. ff. de doli except. l. 19. §. 1. ff. de reb. auct. iudic. & apud Paul. lib. 1. Sentent. titul. 4. Inde Protutelæ actio, quæ aduerſus eum competit, qui pro tutore negocia geſſit, cùm tutor non eſſet. d. l. 1. & l. 4. C. de teſt. tut. l. pen. ff. de tut. & rat. diſtr.

PROVINCIALES ſunt non hi tantùm, qui ex prouinciis oriundi ſunt, ſed & qui in prouincia domicilium habent. l. 190. ff. de verb. ſignific. l. 4. l. 7. ff. de offic. proconſ. l. 19. §. apud Labeonem. ff. de iudic. Prouinciales legati, qui à prouinciis mittuntur in l. 35. in fine. ff. de iureiurand.

PROVOCARE, vt plurimum eſt ab inferiore iudice ſuperiorem appellare. Interdum verò ad iudicem vocare ſignificat. l. 13. & l. 14. ff. de iudic. l. 2. in fi. ff. commu. diuid.

PROXENETA interceſſor eſt, cuius interuentu negocia conciliantur, quiq; nominis faciendi vel cuiuſlibet alterius negocij gerendi cauſa operam ſuam accommodat. l. 2. & l. vlt. ff. de proxenetic. Seneca lib. 21. Epiſt. Æs alienum facias oportet, ſed nolo per interceſſores mutueris, nolo proxenetæ nomen tuũ iactent. Credo eos alias ab eodem auctore pararios vocari, vt ſupra notaui. Inde Proxeneticum ſalarium id dicitur, quod pro huiuſmodi opera datur. l. 1. ff. de proxenetic.

PROXIMVS eſt, quem nemo antecedit, etiam ſi ſolus ſit: quamuis propriè proximus ex pluribus dicatur. l. 1. §. proximus. ff. vnde cogna. l. 2. §. hæreditas. & §. legitima. ff. de ſuis & legit. l. 92. l. 155. ff. de verbor. ſignificat. Sic in 12. Tab. quæ proximo agnato hæreditatem deferunt: Sic in edicto Prætoris, quo proximum cognatum vocat, proximi appellatio exaudienda eſt. §. ſi plures. Inſtitut. de legit. agna. ſucceſ. Et alias quoque proximum accipimus non ſolùm eum, qui ante aliquem ſit, ſed etiam eum ante quem nemo ſit, licet ipſe neminem antecedat, cùm ſolus ſit. l. 34. ff. de vulg. & pup.

Proximitatis iure ad ſucceſſionem venientes ab his, qui agnationis iure veniunt ſeparantur. l. 5. C. de legit. hæred. l. 4. ff. vnde cogna. §. vlt. Inſtitut. de ſucceſſio. cognat. Proximitatis enim nomine bonorum poſſeſſionem Prætor defert his, qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt. l. 3. ff. vnde cognat. l. 8. ff. de ſuis & legit. d. §. vlt.

Ita Proximitatis nomine bonorum poſſeſſionem competentem accipimus in l. 1. C. de legit. hęred. l. 2. C. qui admitti. l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſec. tabul. l. 1. ff. de iur. & fac. ignor. Et Proximitatis iure bona peti in l. 46. ff. ad Trebellian. Quintilian. lib. 3. cap. 8. Quod accidit, etiam ſi de vna re queratur aliqua, ſed eam plures petant, vel eodem iure, vt proximitatis, vel diuerſo, vt cùm hic teſtamento, ille proximitate nitatur. Caſſiodor. lib. 5. Variar. epiſt. ad Epiphanium, Si re vera, vt ad nos perlatum eſt, nullus ei aut teſtamento hæres extitit, aut proximitatis iure ſucceſſit.

Proximum etiam vicinum, affine, & ſimile ſignificat, vt in l. 2. ff. loca. & Inſtitut. eod. tit. in princ. Locatio & conductio, aiunt Caius & Iuſtinian. proxima eſt venditioni, id eſt, vt interpretatur Theophilus, ἔοικε τῇ πράσει. Sic proximum ſacrilegio eſſe maieſtatis & ſepulchrorum violatorum crimen Vlpian. & Iulia. dicũt in l. 1. ff. ad l. Iuliam maieſt. l. 5. C. de ſepulchr. viol. Sic furioſo proximũ eſſe, Caius ait eum, qui eius ætatis eſt, vt nondum intelligat quid agatur. Sic enim non multum à furioſo abeſt. Sic in proximam empti in factum actionem dari ait Paul. in l. 6. ff. de reſcind. vend. id eſt, ſimilem, vt in l. 5. §. penult. ff. de pręſcript. verb. Et Proximam morti pœnam metalli. l. 28. ff. de pœn. quæ ad eam proximè accedit, eiq; ſimilis eſt, cùm ſeruitutem infligat.

Proximus ſacrorum ſcriniorum Rubr. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Proximus admiſſionum apud Ammia. Marcell. lib. 22. Vnde Proximatus in l. 1. Cod. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12.

PRVDENTES Iureconſultos ſignificant. l. 7. ff. de iuſtit. & iur. l. 2. §. his legibus. ff. de orig. iur. l. 36. ff. de ſtatu liber. qui & Iuriſprudentes dicuntur. l. 1. C. de ingen. manum.

PVBERES fœminæ quidem à duodecimo anno intelliguntur, Maſculi verò à decimoquarto. l. vlt. C. quando tutor eſſe deſ. Inſtitut. quibus modis tutel. finit. Conſtant. lib. 1. Epit. tit. 12. Secundumq; hanc differentiam pubes ætas accipienda eſt, in l. 41. §. pen. ff. de vulg. & pup. l. 11. Cod. arbitr. tut. l. 3. §. penult. ff. de liber. exhib. l. 14. ff. d s. c. Silania. Cæterùm in cauſa alimentorum, quæ pueris puellisque vſque ad pubertatem præſtari quis cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora præſcribimus: & puberes maſculos decimo

octauo demum anno, fœminas verò decimo quarto intelligimus. l. 14. ff. de aliment. leg. Sed & plena pubertas decem & octo annis circumſcribitur. l. 49. §. 1. ff. de adoptio. §. minorem. Inſtitut. eod. titul. Paul. lib. 5. Sentent. tit. 4. §. vlt. Inſtitut. quibus ex cauſ. manumitt. lic. Proximi pubertati eſſe dicuntur, qui non multum à pubertate abſunt. l. 111. ff. de diuerſ. reg. iur. §. in lumina. Inſtitut. de obligat. quæ ex delic. l. 14. ff. de S. C. Silania. § pupillus. Inſtitut. de inutilibus ſtipul. vbi Theophil. vertit ὁ πλησιάζων τῇ ἥβῃ. Cuiuſmodi ætatis qui ſunt, rerum intellectum iam capiunt, & doli capaces ſunt. l. 23. & l. 24. ff. de furt. Sic proximè prætextati ætatem accedere dicimus eos, qui pubertatem iam ingreſſi ſunt. l. 3. §. vlt. ff. de liber. exhib.

Pvblica ea ſola propriè dicuntur, quæ ſunt populi Romani. l. 15. ff. de verbor. ſignificat. Hinc publicum ius id definitur eſſe, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. l. 1. §. 1. ff. de iuſtitia & iur. Nec verò Reipub. cauſa abeſſe eos intelligimus, qui pro ciuitate legatione funguntur. l. 26. §. item inquit Prętor. ff. ex quibus cauſ. maior. Ciuitates enim loco priuatorum habentur. Publicique appellatio in compluribus cauſis ad Populum Rom. reſpicit. l. 16. ff. de verbor. ſignificat. Inde adeò publicani nomen habent, quod vectigal populi Rom. conductum habent, quod abſolutè publicum appellatur. l. 1. §. 1. ff. de publican. Cic. de prouinc. conſularibus. An qui frui publico non potuit, hic legitur ipſa lege cenſoria? Idem Epiſtol. 1. ad Q. Frat. Publicis malè redemptis. Quintilian. Declamat. 340. Ego non ea voluntate feci, vt hic liber eſſet, ſed vt publica non ſolueret. Idem Declamat. 341. Ante omnia nulla lege comprehenſum eſt, vt alienam rem non profiteri liceret, alioquin publicum euerſum eſt. Tacit. lib. 13. Edixit, vt leges cuiuſque publicè occultæ ad id proſcriberentur. Sueto. in Caligula cap. 30. de vectigalibus à Caligula inſtitutus agens, Additumque, ait, ad caput legis, vt tenerentur publico & qui meretricium feciſſent. Ita publicum quadrageſimæ, apud eundem accipio in Veſpaſian. cap. 1. & publicorum conductiones in l. 33. ff. pro ſoc. Horat. 1. Epiſt.

Pars hominum geſtit conducere publica.

Publicani ergo ſunt, qui publico fruuntur, quique publica populi Romani vectigalia conducta habent, & omnes qui quid à fiſco conductum habent. l. 1. §. 1. l. 1. in fin. ff. de publican.

Publica autem vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, venalium rerum, item ſalinarum, & metallorum, & picariarum. l. 17. ff. de verbor. ſignificat. Nam & qui harenarias & cretifodinas & ſalinas & metalla conducta habent, publicanorum loco ſunt. l. 13. ff. de publican. Etiam qui paſcua conducebant, publicani dicebantur. Plin. lib. 19. cap. 3. Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui paſcua conducunt maius ita lucrum ſentientes depaſcuntur pecorum pabulo. Erat verò maxima Romæ & potentiſſima publicanorum ſocietas, iſque ordo in prouinciis plurimum auctoritate & potentia valebat, vt Cic. in Epiſt. ad Lentul. & Appium & Q. Fratrem. & pro Plancio & Liu. lib. 35. ſignificant. Sed ad publica reuertamur. Etiam ciuitatium bona vectigaliaq; abuſiuè publica dicuntur. l. 15. ff. de verb. ſignif. l. 40. ff. de negot. geſt. l. 36. §. 1. ff. ad municipal. l. 5. §. idem ait. ff. quod vi aut clam. Publica autem appellantur, quorum vſus in commune expoſitus eſt, & omnibus patet: proprietatis verò non æquè. l. 5. ff. de rer. diuiſio. §. flumina. & §. riparum. Inſtitut. eod. tit. l. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. do. Quæ hac ratione à communibus diſcernuntur, quorum vt vſus communis eſt, ita & proprietas occupanti cedit. Ac publica quidem ea iuregentium dicuntur. l. 7. §. inſula. & l. penult. §. 1. ff. de adquir. rer. do. l. vlt. ff. de vſucapion. §. fluminum. & §. littorum. Inſtitut. de rer. diuiſ. Alia enim ſunt publica populi Rom. quæ in patrimonio & pecunia populi ſunt, quæ tam ad eorum quæ iuregentium, quàm quæ ciuitatium publica ſunt, ita appellari ſolent. l. 9. ff. de vſucapionibus. & apud Vlpia. in Inſtit. tit. 20. l. 14. ff. de acquir. rer. do. Quod ne abſurdum propter nouitatem videatur, etiam aliorũ auctorum teſtimoniis confirmabo. Cicer. 5. in Verr. Perpaucæ ciuitates bello à maioribus noſtris ſubactæ, quarum cùm eſſet ager publicus populi Rom. factus. Liuius lib. 3. ad fi. Agrum de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuiſſe, captiſq; Coriolis publicum populi Rom. eſſe factum. Hygen. lib. 2. de lim. Vectigales autem quidam ſunt obligati Reip. populi Rom. quidam coloniarum aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum.

Publici autem appellatio id continet, quod in communi populi vſu eſt, & publicis vſibus deſtinatum: qualia erãt Romæ, Campus Martius, forum, theatrum, ſtadium, baſilicæ, viæ, itinera publica. At quæ in fiſci patrimonio ſunt, quoniam quaſi propriæ & priuatæ ſunt principis, eadem appellatione non continentur. l. 6. & l. 72. §. vlt. ff. de contr. empt. l. 2. §. publici. cum ſequ. ff. ne quid in loco pub. §. vlt. Inſtitut. de emptio. & vend. l. 14 §. vltim. ff. de ſeruitutibus. §. res fiſci. Inſtitut. de vſucap. Sed & publicæ cauſæ à fiſcalibus ſeiunguntur. l. 1. §. 1. ff. de calumniatoribus. quanquam fiſci cauſam publicam vocat Vlpian. in l. 20. §. in priuatorum. ff. de petit. hęred. Cæterùm publicum

blicum ius interdum id intelligitur, quod ad ſtatum rei Rom. pertinet, in ſacris ſacerdotibus, ac magiſtratibus conſiſtens. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtit. & iur. Cuius partem eſſe ius Senatorum, Plin. libr. 8. Epiſt. ad Ariſto. ſcribit. Interdum verò generaliter publicum ius commune & quo omnes eiuſdem ciuitatis ciues vtuntur, ſignificat. l. 33. in fin. l. 39. §. vlt. ff. de excuſat. tut. l. 8. ff. de tutel. l. 29. ff. de teſt. tut. l. 7. §. ſi vxor. ff. de donatio. int. vir. l. 6. ff. de adm. tut. l. 76. in fin. ff. de conditio. & demonſt. l. 46. & l. 117. §. 1. ff. de diuerſ. reg. iur. l. 42. ff. de oper. lib. l. 1. in princ. & l. 15. §. 1. ff. ad l. Falcid. coniuncta l. 56. ff. de legat. 1. l. 2. C. ne vxor pro marito. Vnde quod in l. 38. ff. de pactis ſcriptũ eſt, Ius Publicum pactis priuatorum mutari non poſſe, id à Conſtantino ſic redditur, ἀπὸ ἰδιωτικοῦ συμφώνου τὸ κοινὸν νόμιμον οὐκ ἐναλλάττεται. Sic & apud Terent. Phorm.

Num iniquum poſtulo?

An ne hoc quidem adipiſcar ego quod ius publicum eſt?

Publici iuris eſſe dicitur teſtamenti factio. l. 3. ff. de teſtament. Vſucapio item publico iure contingere, & bono publico introducta dicitur. l. 18. §. 1. ff. de damn. infec. l. 1. ff. de vſucapionibus.

Publica etiam eſſe nuptiarum vtilitas traditur. l. 12. §. medio. ff. de captiu. & poſtl.

Publicam quoq; habere cauſam officium & miniſterium argentariorum traditur in l. 10. §. 1. ff. de edend. Et publicam fidem ſecutos eos, qui apud eos pecunias depoſuerunt. l. 7. §. quoties. ff. depoſiti.

Publica iura officiaq; in l. 5. §. vlt. & l. 6. ff. de cap. minut. & in l. 14. ff. ad Trebellian. l. 2. ff. de diuerſ. reg. iur. Magiſtratuum, honorum, & ciuilium munerum in Repub. gerendorum iura ſignificant. Ideoque in l. 9. ff. de his qui ſunt ſui vel al. In publicis cauſis filiumfam. haberi loco patrisfam. his exemplis demonſtratur, veluti ſi magiſtratum gerat, ſi tutor detur. Inde publicum munus officium priuati hominis vocatur, ex quo commodum ad ſingulos vniuerſóſve ciues remque eorum peruenit. l. 239. §. munus. ff. de verb. ſignif. Proinde publico munere legatus fungi dicitur. l. 27. ff. de iudic.

Publicæ quæſtiones, publica item crimina, ſunt, de quibus publicum iudicium eſt conſtitutum. l. 32. §. Iulianus. ff. de arbitr. l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. Nec enim publica iudicia idcirco dicta ſunt, quòd, vt Iuſtin. tradit, eorum executio cuiuis ex populo qui modò idoneus ſit accuſator, detur. Hac enim ratione popularia iudicia publica eſſent, quod eſt inconſequens: ſed quod ex legibus publicorum iudiciorum veniant atque deſcendant. l. 1. ff. de public. iudic. Verum eſt tamen, & id ex eodem Vlpiano Iuſtinianus hauſit, publico iudicio cuilibet ex populo experiri licere, niſi ſi cui lege aliqua publico iudicio accuſandi non eſt poteſtas. l. 43. §. ſenatus. ff. de ritu nupt.

Publicorum verò iudiciorum hæ ſunt leges, Iulia maieſtatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de ſicariis, & veneficis, Pompeia de parricidiis, Iulia peculatus, Cornelia de teſtamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum. l. 1. ff. de public. iudic. Inſtitut. eod. tit. Quæſtiones autem publicas de falſo, ſicariis & parricidiis Cornelius Sylla dictator conſtituit. l. 1. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. Antea L. Piſo Tribunus plebis de pecuniis repetundis quæſtionẽ conſtituerat, vt Cicer. in Bruto ſcribit. De iniuriis verò quemadmodum vitioſe in omnibus codicibus (Florentinos excipio) ſcriptum eſt, quæſtio publica ab eodem non eſt conſtituta. Actio enim ex lege Cornelia de iniuriis priuata eſt, non publici iudicij. l. 42. §. 1. ff. de procuratoribus. l. vlt. C. de iniur. Natum fuiſſe hunc errorem, qui libros omnes ante hac occupauit ex eorum imperitia puto, qui apud Vlpianum eam actionem pro publica vtilitate exerceri legerant: quaſi verò non & priuata iudicia pro publica vtilitate exerceeantur, cùm & ſuum ius cuique tribui & qualiacunque nocentium peccata puniri Reipublicæ interſit. Raptus porrò crimen publicum eſſe dicitur in l. penult. C. de noxalibus quoniam ad l. Iuliam de vi pertinet. l. 5. §. vlt. ff. ad l. Iuliam de vi publica. Publici autem iudicij cauſam habere crimen dicitur in l. 7. ff. de public. iudic. quod publici iudicij eſt.

Publica conuentio eſt, quæ fit per principem, aut quoties inter ſe duces belli paciſcuntur. l. 5. ff. de pact. Publica abolitio eſt, quæ publicè fit, publiceque indulgetur ex Senatuſconſulto. l. 8. l. 12. l. 17. ff. ad Turpillian. Et apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 17.

Publica vis, quæ armis committitur tit. ad l. Iul. de vi pub.

Publicæ perſonæ modò magiſtratus & officiales, modò tabularios ſignificant. l. 30. C. de epiſc. & cler. §. cùm autem. Inſtit. de adoptio. Quo olim munere functos ſeruos publicos conſtat, ex l. 18. ff. de adoptio. & l. vlt. de decurionibus lib. 10. C.

Publicè interdum eſt in publico loco, veluti apud acta, vel in æde ſacra publica. l. 56. ff. manda. coniuncta l. 7. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. l. 7. ff. de minoribus. l. 4. ff. de ſtatu lib.

Interdum publicè, eſt publico nomine, & publica auctoritate. l. 4. §. in eum. ff. de ad. tut. l. 24. ff. de captiu. l. 121. §. 1. ff. de diuerſ. reg. l. 12. ff. de fideicomm. libert. l. 15. §. ſi publicus ff. de damn. inf. Planè in l. 6. §. ſacræ. ff. de rer.

diuiſ. publicè eſt, principali vel pontificali autoritate. l. vlt. ff. vt in poſſ. leg. Alias publicè in commune ſignificat, veluti cùm dicimus, publicè intereſſe. In publicum deduci intelliguntur fugitiui ſerui, qui magiſtratibus municipalibus vel publicis miniſteriis traduntur. l. 1. §. penult. l. 2. ff. de ſeruis fugit. Et ſic quoq; in publico ſeruari dicuntur, qui ſub publica cuſtodia aſſeruantur. l. 48. ff. de verbor. ſignificat. l. 9. ff. ex quibus cauſ. maior. vel etiam qui in carcere ſunt. Nam & Plaut. publicitus excipi, pro carcere excipi in Amphitryo. dixit imitatione Græci ſermonis, quo δημία carcer appellatur.

Publicari dicitur quod publicum fit, quodque in fiſcum & ærarium cogitur. l. 23. §. ſi fundus. ff. de ſeruit. ruſt. l. 27. ff. de adulter. & aliis infinitis locis.

PVBLICIANA actio earum rerum perſequendarum cauſa datur, quas ex iuſta cauſa nactus quis nondum vſucapta amiſit. l. 1. cum ſequ. l. 15. ff. de publicia. Nam qui ſe bona fide poſſeſſa poſſeſſione ante completam vſucapionem excidit, is ad eam rem vindicandam in rem actionem habet, quæ à Prætoris nomine à quo primùm propoſita fuit, Publiciana appellata eſt, quemadmodum & Fabiana & Caluiſiana & Pauliana & Seruiana. §. namque ſi cui. Inſtitut. de actionibus. Conſtantin. lib. 2. Epit. titul. 1. Publiciana ait, ὅτι ἡ ἀναχαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ χρονιότητα καλῇ πίστει νομεῖ.

PVDOR pro exiſtimatione, dignitate, &, vt vulgò loquimur, reputatione in l. 20. ff. de his qui not. inf. l. 25. ff. de procuratori. l. 1. §. item aut per ſemetipſum. Coniunctis vicinis §§. & l. 15. §. generaliter. ff. de iniur. Verecundiam etiam dixit Papinian. in l. 15. ff. de conditio. & demonſtr.

PVERI appellatio tres ſignificationes habet: vnam, cùm omnes ſeruos pueros appellamus, quæ in Comœdiis frequens eſt: Alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ dicimus. Tertiam, cùm puerilem & impuberem ætatem ſignificamus. l. 204. ff. de verbor. ſignificat.

Pueri vtique appellatione etiam puella ſignificatur, non imitatione modò Græci ſermonis, ſed & quòd maſculino ſexu fœmininũ aliàs quoque ſemper comprehenditur. l. 161. in fin. ff. de verbor. obligation. Argumentum etiam huius ſignificationis illud adfert Paulus, quòd & recentes ex partu fœminas puerperas Latini vocant. Terent. Andria: Non imperaſti coram quid opus eſſet facto puerperæ. Vbi vide Donatum. Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 35. Sed æger filius, ſed vxor puerpera tenet. Sueton. in Caligul. cap. 8. Qualiſcunq; partus, ait, ſine ſexus diſcrimine puerperium vocatur, quod antiqui etiam puellas pueras ſicut & pueros puellos dictitarent. Iuuen. Satyra 6.

Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto.

Auſon. in Eidylliis:

Hinc illud quod legitimos Lucina labores
Præuenit, & grauidos ſentit ſubrepere nixus
Ante expectatum feſtina puerpera votum.

Gellius quoque lib. 2. cap. 1. puerperam ait dici quæ recens enixa eſt. Priſcianus quoque lib. 6. Puer pueri, cuius femininum dicebant antiquiſſimi: vnde & puerpera dicitur, quæ puerũ vel pueram parit, id eſt puellam, quod eſt diminutiuum pueræ. Ita puerperam accipe in l. 14. §. puerperam. ff. de ædilitio edicto.

Puer impuberem filium ſignificat in l. 36. ff. de ſtatu lib.

PVLSARI pro iudicio conueniri. l. 11. §. qui interrogatus. ff. de interrog. in iur. fac. l. 2. §. & quoque. & §. ſi agant. ff. de iud. & in Impp. reſcriptis perſæpè.

PVPILLVM Cornutus in 2. Satyr. Perſij dici tradit puerum adhuc intra impuberes annos conſtitutum & nondum ſuæ tutelæ. Pomponius pupillum definit, qui cùm impubes eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe aut morte aut emancipatione. l. 239. ff. de verb. ſignific. Planè pupillus nõ appellatur, qui adhuc in vtero eſt. l. 162. eod. tit. Hic enim ne vix quidem animal eſt, ſed tantùm ſpes animalis. A pupillo pupillaris deſcendit, quod verbum ætati, & tabulis applicari ſolet. Pupillaris ætas 14. anno terminatur. l. 16. ff. de iure fiſc. l. 7. C. de impub. l. 3. C. de præſcript. 30. ann. Eius tres gradus facit Theoph. in §. pupillus. Inſtitut. de inutil. ſtipul. Infantiam, id eſt, necdum fandi potentem ætatem: proximam infantiæ, quæ iam fandi poteſtatem conſecuta eſt: & proximam pubertati quæ proxime pubertatem accedit.

Pupillaris ſubſtitutio, eſt quæ fit liberis impuberibus in poteſtate poſitis in eum caſum, quo antè pubertatis annos deceſſerint. l. 2. ff. de vul. & pupill. Inſtit. de pupill. ſubſtitut. Eodemque modo pupillares tabulas accipe quas etiam pupillare teſtamentum & impuberis filij teſtamentum Iureconſulti vocant. l. 34. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. l. 8. §. ſed neque impuberis. ff. de inoffic. l. 2. §. interdum. l. 10. §. ſi ex. l. 20. l. 38. in fin. l. 43. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Et ſecundas tabulas, vt alio loco oſtendemus.

PVRGARE multa ſignificat. Purgare moram emendare eſt. l. 8. & l. 14. ff. de nouatio. l. 73. §. vlt. l. 91. §. ſequitur. ff. de verbor. obligatio. Purgare exiſtimationem. l. 1. §. quoties autem. ff. de iniur. Purgare innocentiam. l. 22. ff. de iur. fiſc. l. 6. C. de procuratoribus & purgare crimen. l. vlt. ff. ad leg. Iul. maieſt. & purgare ſe in l. vlt. ff. de requirend. vel abſent. Purgare pu-

gare pudorem.l.23.ff.de procuratoribus. Purgare viam eſt ad libramentum proprium redigere ſublato eo quòd ſupereſt. l.1.§.1.ff. de via publ. Sic accipe in l.1.§. cùm autem. ff. de flumin. Purgare etiam riuum, fontem, dicimus. l.1.ff.de riuis. l.1.§. deinde. ff. de fonte.

PVRVS locus interdum inædificato opponitur. l. vlt. ff. de pignor. act. Quo ſenſu & pura loca Varro lib.4. de lingua Lat. areas in vrbe appellari ſcripſit. Interdum religioſo, id eſt ei loco, in quem mortuus illatus eſt: Itaque Purus locus definitur qui neque ſacer, neq; ſanctus, neq; religioſus eſt, ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus vacat, & profani iuris eſt. l.2.§. Prętor. ff. de religioſ. l.2.l.6.l.9. Cod. eod. tit. l.1.§. hoc autem. ff. de mort. inf. l.6.§. ſi quis in communem. ff. comm. diuid. l.73. ff. de contrah. emptio. §. religioſum. Inſtitut. de rer. diuiſio. Ita Purum monumentum accipio in l.5. in fi. ff. de religioſ. l.5.§. conceſſa. ff. de donat. int. vir.

Pura lanx cælatæ opponitur in l.6. ff. de rei vendicat. vt & argentum purum cælato aduerſum facit Cic.6. in Verr. Cœnabat, ait, apud eum: Argentum illi cæterum purum adpoſuerat, & poſt ei negotium dedit, vt quicquid Haluntii eſſet argenti cęlati, aut ſi quid eſſet Corinthiorum, vt omne ſtatim ad mare ex oppido deportaretur. Et alio loco, Ne quem putetis ſine maximo dolore argentum cælatum domo quod alter eriperet, protuliſſe, omnia deferuntur, Cybiratæ fratres vocantur, Pauca improbant, quæ probarunt: his cruſtæ aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excuſſis delitiis cùm argento puro domum reuerterunt. Plinius lib.21. cap.3. de lemniſcis, Puri diu fuere: cælare primus eos inſtituit P. Claudius. Atque ita magis eſt, vt purum argentum apud Plinium lib.3. Epiſt.1. interpretemur, quàm quo Cataneus vir doctiſſimus expoſuit modo. Sed pura vaſa apud Columellam lib.12. cap.4. & cap.28. ad finem ea accipienda ſunt, in quæ nondum quicquam ſit infuſum.

Pura obligatio, præſens dicitur, quæ neque diem, neq; conditionem habet. §. omnis. Inſtit. de verb. oblig. cum aliis infinitis. Et Purè, eſt ſine die & conditione. l.8. ff. de auct. tutel. Hinc pura libertas, quæ purè data eſt. l.59.§.1. ff. de man. teſt. Planè in l.5. ff. de ſolutio. Pura obligatio eſt, quæ ſine ſatiſdatione eſt, cui fideiuſſor vel pignus non acceſſit. Et purè ſtipulatus in l.138.§. vlt. ff. de verb. oblig. dicitur, qui illud aut illud ſimpliciter ſtipulatus eſt, non adiecto eo, vtrum voluerit.

Puræ chartæ ſcriptis opponuntur. l.32.§. quod tamen. ff. de legat.3. Purum iudicium apud Cicero. libro 2. de Inuentio. eſt ſine exceptione.

Puras haſtas, quibus iuuenes plerumq; prę-mij ergô donabantur: Seruius in 6. Æneid. interpretatur ſine ferro. Vnde à Zonara δόρατα ἀσίδηρα vocantur. Ita apud Liuium ſæpè & apud Vopiſc. in Aurelia. hoc verbum accipiendum eſt.

PVTARI propriè arbores, viteſq; dicuntur. l.1.§. Labeo. ff. de aqua quotid. l.1.§. ſiue autem. ff. de noui oper. nuncia. Vnde putator, qui arborum ramos ſtringit & amputat. l.31. ff. ad l. Aquil. l.18.§. de putatorib. ff. de fun. inſtruct. Et apud Paul. lib.3. Sentent. tit.6. & lib.5. tit.23. & apud Pliniũ lib.27. cap.8. Feſtus Pompeius lib.9. Imputatum ait, nondum purgatum. Putum enim eſt purum. Vnde putare vites, dicimus, hoc eſt detrahere, quæ impedimẽto ſunt ad fructum. Gellius lib.6. cap.5. Putare veteres dixerunt, vacantia ex quaq; re ac non neceſſaria aut etiam obſtantia & aliena auferre, & excidere, & quod eſſe vtile ac ſine vitio videretur, relinquere. Sic namq; arbores & vites, & ſic etiam rationes dictæ putari.

Putare autem arbores Græci καθαίρειν vocant. Leontinus apud Caſſia. lib.10. γεωπονικῶν μετὰ τὴν καρπολογίαν εὐθέως καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ δένδρα καθαρτέον.

Hinc putatoriæ falces, quæ putandis arborum ramis deſeruiunt apud Paul. lib.3. Sententia. titul.6.

Putare lex 12. tabul. à Modeſtino in l.25. ff. de ſtatuliber. dicitur, quod ita ſenſiſſe eam ex verbis eius colligitur.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSQVINTVS.

QVA pro, Quatenus, qua ſine, quia, eò quod, in l. 112. ff. de verbor. ſignificat. l. 6. ff. de re iudica. & l. 1. §. ſi pater. ff. de S.C. Sillan. l. 2. §. creditor. ff. de reb. credit. l. 1. ff. de ſenatoribus. l. 63. ff. ad l. Falcid. l. 23. ff. ſi quis om. cau. teſt. l. 44. in fi. ff. de furt.

QVADRATARII, in l. vn. de excuſ. artific. lib. 10. C. qui ſint, ex libello paſſionis Beator. Claudij Caſtorij, Nicoſtrati & Symphoriani, qui arte quadrataria excelluiſſe feruntur, didici. Hic autem vno loco ſcriptum eſt, Et cœperunt artifices quadratarij incidere lapidem ad collyrium columnæ. Et alio loco, Tunc cœperunt in nomine Chriſti cauare conchas & pegas, & lacus cum ſigillis & cantharis, cum magna tenuitate artis. Et alias, Ab eadẽ hora cœpit Simplicius omnem artem quadratariam cum ferramento ſuo, ſicut Symphorianus benè & rectè operari. Ex quibus & aliis eiuſdem libelli, quos hic omitto locis, eorum artificum induſtriam in columnis ex marmoreis lapidicinis incidendis marmoribusq; in tenues cruſtas ſecandis & ſigillis, conchis, cantharisque cauandis, & omnibus argumentis ex marmore aliisq; lapidib. exprimendis verſatam liquet. Quod etiam Sidonij Apollinaris à me ſubiecta verba comprobant, quæ lib. 3. Epiſt. ad Secundum leguntur. Sed vide, ait, vt vitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum ſiue ab induſtria, ſeu per incuriã mihi magis quàm quadratario liuidus lector adſcribit.

Quadratum lapidem in l. 6. §. pen. ff. ſi ſeruit. vindice. interpretor quadrangularem & in ſpeciem quadratam cæſum: quomodo & zonam quadratam Feſt. lib. 15. interpretatur. Liuius lib. 6. capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. Plin. lib. 10. Epiſt. Manent adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt erigi quidam lapide quadrato qui ex ſuperiori lapide detractus eſt.

QVÆRERE legibus apud veteres dicebantur, qui criminum quæſtiones exequebantur, quique quæſtiones publicas exercebant. Plin. Epiſt. vlt. lib. 5. Cauſa dilationis Nepos Prætor qui legibus quærit. Cicero pro Milo. Decernebat enim, vt veteribus legibus tantummodò extra ordinem quæreretur. Vnde qui rebus capitalibus præerant, olim quæſtores vel quæſitores dicebantur, quaſi ἐρευνάδες, vt Iuſtinian. Nouell. 80. interpretatur. l. 2. §. & quia, vt diximus. ff. de origi. iur. Cicer. pro Sex. Roſcio. Hunc quæſitorem ac iudicem fugiebant, atque horrebant, in quibus periculum creabatur. Virgil. 6. Æneidos, Quęſitor Minos vrnam mouet. Et quæſtioni præeſſe dicebantur Prętores qui quæſtionem exercebant. Ita iudex quæſtionis in l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Quæſtio etiam de crimine conſtitui dicebatur, cùm alicuius criminis inquiſitionem ſenatus mandabat. *Suetonius in Iulio cap. 6.* Quem inter publicas cerimonias penetraſſe ad eam muliebri veſte tam cõſtans fama erat, vt Senatus quæſtionem de pollutis ſacris decreuerit.

Quæſtiones etiam publicas conſtitutas à Cornelio Sylla Dictatore legimus, De falſis, De ſicariis, De veneficiis, De patricidiis, fuere & aliis auctoribus repetundarum & ambitus publicæ conſtitutæ quæſtiones.

Erant & Romæ quæſtores ærarij, de quibus in titul. de offic. quæſtor. quos & candidatos principis poſtea appellatos docui lib. 1. Select. Antiquit.

Quæſtorum ſacri palatij ſub Impp. Conſtantinopolitanis magna fuit dignitas & amplitudo. l. 34. l. 36. Cod. de appellatio. Hi enim veluti iuſtitiæ cuſtodes, leges tractabant, & petitionibus precibusque ſubſcribebant, & cum Præfecto prætorio ſacris iudiciis præſidebant. Sub eorum etiam diſpoſitione laterculum minus erat, vt ex l. 32. Cod. de appellatio. l. 1. C. de offic. quæſt. Nouell. Valentinia. 3. & l. vlt.

& l.vlt.de petit.bonor.lib.10.C.l.64.& l.65.ff. de decurioni.eo. & Notitia Imperij Roma patet.Symmach.lib.2.Epiſt.ad Auſonium: Quæſtor es,memini,conſilij regalis particeps, ſcio, precum conditor,recognoſco: adde huc alia mille. Quæſtores autem viri illuſtres & excellentiſſimi vocabantur.

Quæſitam hæreditatem dicimus, quæ vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel ciuili vel honorario iure eſt acquiſita. l.9.Cod. de petit. hæredit.l.14.C.de teſtam. milit. l.14.C. de fideicomm.

Quæri liberi vel vulgo, vel iure dicuntur, qui vel ex legitimis nuptiis vel ἀῤῥογάτιω ſuſcepti ſunt.l.18.ff.de bon.libert.l.4.C.de ſuis & legitimis.

In ſeruitute quæſiti dicuntur filij, qui ex ſeruis parentibus nati ſunt.l.1.§.1.ff.ad Tertyllia. l.vlt.ff.de adoptionibus.l.3.ff.de libera.cau.Per adoptionem etiam quæſitos filios dicimus.l.2. §.parui.ff.de ſuis & legit.

Quæſtus intelligitur,qui ex opera cuiuſque deſcendit.l.7.& l.8.ff.pro ſoc.Quæſtus itaque & compendij inita ſocietate quidquid ex operis ſuis quiſque acquiret,in medium conferetur.Hæreditatem autem ibi quiſque acquiret. l.45.ff.de acquir. hæredit. Inde Quæſtuariæ mulieres, & Quæſtuaria corpora, quæ quæſtum corpore faciunt.l.4.§.1.ff.de his qui not. infam.l.43.§.lenonum.ff.de ritu nupt.Plaut. Pœnulo,Facerentque indignum genere quæſtum corpore.

Quæſtus fundi in l.22.ff.de inſtr. vel inſtr. reditus eſt,vt apparet ex coniunctione.l.12.§.ſi in agro. eod.titul.

QVALITAS vini, frumenti, olei & nummorum,pro genere & ſpecie dicitur in l.21.§. ſed & ſi notam.ff.qui teſtam.face.cum l.78.§. 1.ff.de hæred.inſtit.l.4.ff.de tritico vino.l.75.ff. de verb. oblig.

Qualitatem & materiam pro eodem ponit Vlpian.in l.14.ff.de contr.empt.

Qualiter qualiter, pro qualitercunq; in l.7. ff.de minor.l.7.§.1.ff.ad l. Aquil.l.1.ff.de bon. cor. qui ante ſent.l.1.§.1.ff.ſi is qui teſtament. liber.

Qualis qualis l.1.§.quamuis.ff.de vent. inſpic.l.vlt.ad fi.ff.de diuor.l.vlt.ff.de inoffic. teſtam.l.15.Prætor ait,ſi quid.ff.de iniur.

QVALVS in l.15.§.1.ff.de vſufr. ſpiſſo vimine vel ſalice contexta ſporta.Fuit inuerſæ metæ ſimilis,qualis eſt noſtra Hotta:vt Columella lib.1.cap.15.indicat.

Inde quali vindemiatorij exceptoriiq́; quibus vuæ comportantur & liquantur.l.8.ff.de inſtr.vel inſtr.

QVAM,pro magis quàm,vel potius quàm, vt & Antonius Auguſtinus aliquibus in locis obſeruauit, perſæpe ponitur. l.2.§.ſed ſi.ff.de iudic.l.2.§.mutui.ff.de reb. credit.l.7.in princ. ff.depoſi.l.20.in fi.ff.de acquir. hæred.l.49.ff. de legat.1.l.5.ff.de ſuſpect. tutorib.l.5.in princ. ff.de doli exceptio.l.8.C.de iudic.l.18.C.de liber. cau.l.vlt.C.de vſufruct.l.20.§. hoc interdictum.ff.de noui oper. nunc.l.1.ff.de mort. cau.don.l.6.§.Titius.ff.ad Trebellian.l.21.verſic. ſed vbi.ff.de hæredit. vend. Et apud Paul. lib.4.Sentent.tit.5.& tit.6.& lib.5.titul.18. Sic & alij auctores ſæpè loquuntur.Exemplis,quę infinita prope ſuppetunt ne abutar, illuſtriora duntaxat proferam.Tertullia.lib.11.aduerſus Marcio.Quia bonum ſcilicet fidere in Deum, quàm fidere in hominem.Et in Apologet.cap. 8. Sed beſtiarum, inquis, opinor hoc munus quàm hominis.& cap.28. In ciuitatibus denique apud vos per omnes deos, quàm per vnũ genium Cæſaris peieratur, id eſt,potius quàm per genium.Sic & in libro aduerſus Hermogenem & aduerſus Valentin.& in libro ad Martyres & alibi ſæpè idem auctor loquitur.Liuius libro 3.Oratio fuit precibus quàm iurgio ſimilis.Tacit.lib.1.Verùm quia Romanis Germaniſque idem conducere,& pacem quàm bellum probabant.Idem libro 3.Ad Druſum pergit,quem haud fratris interitu trucem, quàm remoto æmulo æquiorẽ ſibi ſperabat.Et paulò pòſt.Cùm accuſatores ac teſtes certatim perorarent,reſpondente nullo miſeratio, quàm inuidia augebatur.Et alibi ſæpè. Cenſorin. in libro de die natali,de Ariſtotele loquens,Vt mirum ſit ad annos 58.vitam pertuliſſe,quàm vltra non pertuliſſe. Sic & Terentius,ſi vera eſt quorundam interpretatio, locutus eſt in primo verſu Prologi Enuchi. Sic & Claudia. de Bello Gildon.

Phalarim tormentaq́; flammæ
Profuit,& Siculi mugitus ferre iuuenci,
Quàm tales audire choros.

Quàm pro, antequam in l.1.Cod.vbi cauſa fiſc.

QVAMDIV pro quoad in l.15.ff.quibus modis vſusfr.amit.l.1.verſ.habebit.ff.de penu leg.l.1.§.vlt.ff.de vent. in poſſ. mit.l.vn.in fin. princ.ff.nihil nou.appell.pend.& Caius lib.2. Inſtitut.tit.4.

QVANDOQVE pro Quandocunque non rarò in libris noſtris vſurpatur.Sic Quandoq; venerit,id eſt,quandocunque,in l.2.ff.de condition. & demonſtr. & Quandoque liberos habuerit.l.18.ff.quando dies leg. ced.& Quandoque nupſerit, in l.30.eod.tit.& quandoque conditio extiterit,in l.28.ff.ad Trebellian. & Quandoque apparuerint, in l.15.ff.de leg.3. Quandoque inciderint.l.9.ff.de legibus.Sic & in l.35.ff.de iureiur.l.54.ff.ad Trebellian.& l. 7.ff.de pact. dotalibus.l.1 §.hæc pœna ff.quod quiſque iur.l.104.§.penult.ff.de leg.lib.1.l.6.ff. de tributor.l.7.ff.de vulg.l.9.ff.de capit.dim.

Sic Vbique, pro, vbicunque alias dicitur. Alibi Quandoque valet aliquando, vt l.22.ff. de adoptio.l.8.§. manumiſſionis.ff. de donat. int. vir. At in titul. Quibus modis re contrahitur oblig. quod ait Iuſtinian. vt quandoque non eadem, ſed alia eiuſdem generis reſtituantur, id Caius eandem rem tractans lib. 2. Inſtitutio. dixit ſtatuto tempore. Et ita in l.42. ff. de iur. dot. accipi hæc vox poteſt. & in l.37. §. nuptura.ff. de legat.3.& l.5.§. vlt.ff. de Carb. ed. Hæc autem verba, *Quandoque reſtituas*, hoc ſignificant, cùm primum potueris.l.29.ff.quando dies leg. ced.

Verbum *Quantas* non ad numeratam tantùm pecuniam, ſed & ad corpora pertinet, vt apparet ex relegatione dotis, quæ ita concipi ſolet, *Quanta pecunia ad me dotis nomine peruenerit*, & ſtipulationibus emptæ hæreditatis, quæ ita concipiuntur, *Quanta pecunia ad te ex hæreditate illius peruenit*. Vtroque enim ſermone tam quę in quantitate, quàm quę in corpore conſiſtunt comprehenduntur. l.95.ff. de legat.lib.3.l.42.§.1. de legat. 2. l.2.ff. de hæredit. vend.l.7.& l.vlt.ff.de dote releg.l.50.in fi.ff.de verb. oblig.

His verbis, *Quanti ea res eſt*, vel *Quanti eam rem paret eſſe*, vera rei æſtimatio ſignificatur. l. 179.ff. de verbor. ſignificat. Nec enim ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationē verumque precium plurimùm hæc clauſula refertur. l.93.ff. de verbor. ſignificat.l.8.ff. de in lit. iur. veluti in edicto, quo aduerſus eos, qui in turba damnum dederint, actio in duplum quanti ea res eſt, proponitur. l.4.§. hæc autem actio. ff. vi bonor. rapt. Et ideo nonnunquam id quod intereſt, & quanti ea res eſt, opponuntur. l.1.§. vlt.ff. ſi quis ius dicen. l.4.§. in eum. ff. de damno inf. Nam id quod intereſt, verum rei precium plerumque egreditur & excedit. l.1.ff. de actio. empt. Veruntamen pro re ſubiecta varia fit horum verborum interpretatio. Interdum enim veritatem, id eſt, veram quantitatem, vt in edicto, Qui ſatiſd. cogantur, & in edicto De falſo tutore: interdum pœnam, vt in edicto quod contra eos, qui in ius vocatus vi eximunt ſcriptum eſt, continent. l. penult. §.1.ff. ne quis eum, qui in ius vocat.l.2.§ vlt.ff. qui ſatiſd. cogant. l.7.§.1.ff. quod fal. tutor. Nec ſemper corporis ipſius, ſed eius iuris, quo de agitur æſtimationem continent, vt in edicto, Quod metus cauſa, item de Dolo. *Quanti ea res eſt* ſic accipimus, Quanti, id eſt, quod metu, dolóve extortum à nobis abeſt, & quod reſtitui oportet: vt ſi proprietas abſit, proprietas: ſi poſſeſſio ſola poſſeſſio æſtimetur. l.14.§. Labeo.l.21.§.1.ff.quod met.cauſ.l.18.ff.de dolo. Et in edicto De ſeruo corrupto, *Quanti ea res eſt*, ſic accipitur quanto ſeruus ob id quod corruptus eſt, minoris exiſtat.l.9.in fi.ff. de ſeruo corrupt.

Interdum verò, *Quanti ea res eſt*, vtilitatem ſignificat, & ad id quod intereſt agentis pertinet. vt in ſtipulatione, *Ratam rem haberi*, non rei ſtipulandi vel promittendi compendium ſpectandum eſt, ſed quod intereſt eius, qui ſtipulatus eſt, ratum haberi quod geſtum eſt.l.2.l.3.l.8.§.vlt.l.19.ff. ratam rem hab. Et in interdicto Vti poſſidetis, Quanti intereſt vniuſcuiuſq; poſſeſſionem retinere.l.2.§.vlt.ff. vti poſſid. Similiter in interdicto De itinere actuque priuato, ex his verbis æſtimatur Quanti actoris interſit via ſiue itinere non prohiberi. l. 1.l.3.§.in hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priua. At in interdicto Ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſ. cùm ad perſonam domini hæc verba referantur, veram vtilitatem continent, vt quanti verè interſit poſſeſſionem eius rei habere in cuius poſſeſſionem miſſus eſt, tanti is, qui prohibuit, condemnetur. & l.1.in princ.§.hæc verba. & l. 2.ff.ne vis fiat ei qui in poſſ.

QVANTITAS plerumq; in Iureconſultorum libris ſummam pecuniæ ſignificat. l.11.ff. de compenſat.l.3.§.planè.ff.de contrar.& vt.l. 47.§.1.ff. de iur. fiſc. l.65. ff. de verb. oblig. Vt plurimum autem ea, quæ pondere, numero, menſura continentur, Quantitatis appellatione demonſtrantur. Et ideò à corporibus, quæ neq; pondere, neq; menſura circumſcribi ſolent, quas & ſpecies appellant, ſeparatur. l.34.§. ſed ſi non corpus.& §. ſed ſi pondus.ff.de legat. lib.1.l.94.ff. de ſolutionibus. l.89. ff. de legat. 2. l.6.ff. ſi certum petatur.

Quantitas etiam modum ſignificat.l.94.ff. de verbor. obligat. in qua quod initio Marcell. quantitatem dixerat, poſtea modum vocat. Sic Quantitatem patrimonij, operis, tranſactionis, legatorum dicimus. l.21. in fin. ff. de noui oper. nunc.l.19.ff.de milit. teſt. l.72. l.73. ff. ad l. Falcid.

QVARTÆ in iure ciuili complures ſunt. Vna quarta hæreditatis, quàm per leg. Falcidiam hæres retinet, à quo ſuprà dodrantem legata relicta ſunt.l.1.§.1.& l.90.& toto tit. ff. ad leg. Falcidiam, quæ & legis Falcidiæ beneficium dicitur. l.18. l.27. l.58. l.59. l.89. ff. eod. titulo.

Alia eſt quarta, quam hæres alij hæreditatem reſtituere rogatus ex Senatuſconſulto Pegaſiano detrahit: quæ quia ad exemplum quartæ Falcidianæ introducta eſt, Falcidia & ipſa appellatur, in tit. ad Trebellian. l.11.ff. de legat.1.§. ſed ſi quis priore. Inſtitut. quibus modis teſt. infir. Et Falcidiæ beneficium in l.16.§. idem Metianus. ff. ad Trebellian. & Falcidiæ legis commodum in l.27.§. Trebellianum. & l.30. ff. eod. tit. & Commodum Senatuſconſul-

natuſconſulti.l.5.§.ſi quis rogatus.ff.de donat. int. vir.

Alia eſt quarta quę liberis debetur, quę non vt ſuperiores duæ quadrantem hęreditatis, ſed quadrantem eius quod ab inteſtato habituri liberi fuiſſent continet. Eſt enim quarta eius quod ad vnumquenque ex liberis peruenturum fuiſſet, ſi inteſtatus paterfam. deceſſiſſet. l.8.§.ſi quis mortis.l.25.ff.de inoffic.teſtam. & vt l.8.C.eod.tit.ait, partis quæ inteſtato patre defuncto ad liberos potuit pertinere, quarta. Vnde & quarta ſucceſſionis ab inteſtato appellatur in l. penult. Cod. de collatio. Et quarta debitæ portionis, in d.l.8.§.quoniam. quandoquidem parentum bona inteſtato relicta, velut debita liberi accipiunt. l.vlt.ff. de bon. damnator.l.2.ff. vnde liberi. Hæc autem quarta & legitima, & debita portio vocatur, vt ſuis locis expoſuimus. De eaque accipienda ſunt hæc Plinij verba ex Epiſt.1.lib.5. Ibi ego ſi mater, inquam, te ex parte quarta hæredem ſcripſiſſet, num queri poſſes? Quid ſi hæredem quidem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te quàm quarta remaneret? Igitur ſufficere tibi debet, ſi exhæredatus à matre quartam partem ab hęredibus eius accipias.

Eſt & alia quarta, quæ adrogato de bonis adrogatoris ex reſcripto D. Pij debetur.l.22. ff.de adrogatio.l.8.§.ſi quis impubes.ff.de inoffic.teſtam.l.1.§.ſi impuberi.ff.de collat.bon. l.vlt.ff.ſi quid in fraud.pat. Poſtremo etiam ex Sabiniano Senatuſconſulto ei, qui ex tribus maribus in adoptionem datus eſſet, quarta pars patris naturalis relinqui debebat.§.ſed ea omnia.& ibi Theophil.Inſtitut.de hæred.quę ab inteſt.

Vox QVASI improprietatis & fictionis, abuſioniſque ſignificatiua eſt. Sic peculium quaſi patrimonium dicitur, cùm eorum duntaxat, qui ſui iuris ſunt patrimonium intelligitur.l.9.§.præterea.l.47.in fin.ff.de pecul. Et mulierum dos quaſi patrimonium dicitur.l. 37.ff.de religioſ. Et quaſi pignus, quod pignoris loco retinetur.l.13.§.offerri.ff.de action. empt.

Quaſi vſusfructus earum rerum quæ vtendo conſumuntur & pereunt.§.conſtituitur.in fin.Inſtitut.de vſufruct. Et quaſi poſſeſſoris loco conſtitutus dicitur is, qui vſum cœnaculi accepit.l.17.in fin.ff.de donatio. Quaſi dos quæ à ſeruo ancillæ datur.l.39.ff.de iur.dot. cùm enim matrimonium inter eos non conſiſtat, nec dos eſſe intelligitur.l.3.ff.eod.titul. Quaſi maritus eſt, qui minorem 12. annis domum deduxit, antequam ea iuſtam ætatem impleuerit.l.32.§.ſi quis ſponſum.ff.de donat. int.vir. Quaſi acceſſio intelligitur pater, qui iubet cum filio contrahi.l.91.§.an filiusfam.ff.de verbor.obligat. Quaſi hæredes ſunt, qui vtilibus actionibus à Prætore datis in hæreditatem reſtituuntur.l.21.§.vlt.ff.quod met.cau. Et omnes omninò prætorij ſucceſſores quaſi hæredes ſunt.§.quos autem.Inſtitut.de bonor. poſſ. Quaſi caſtrenſe peculium, quod ad inſtar caſtrenſis peculij introductum eſt. l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de collat.bon.l.7.in fin.ff.de donatio.l.6.C.de bon.mater.l.vlt.C. de inoffic. teſtam. Quaſi poſſeſſio incorporalium veluti iuriū appellatur. Propriè enim corporales demum res poſſidentur.l.3.§.qui vſusfructus.ff. de vi & vi arma.& Inſtitut.de interdic.in prin. Vbi Theoph. quaſi poſſeſſionem definit ἀσωμάτου πράγματος χρῆσιν.

Solent autem hac voce actiones vtiles deſignari. Ecce enim hypothecaria actio, quæ creditoribus ad hypothecarum perſecutionem datur, cùm ad exemplum Seruianæ, quæ de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit, introducta ſit, quaſi Seruiana, & vtilis Seruiana dicitur.l.13.§.1.ff.ad Velleian.§.item Seruiana.Inſtitut.de actionibus. l.1.Cod.commun.de legat.l.1.§.cùm prædium.ff.de pignor. Eodem modo quaſi Publiciana pro vtili publiciana.in l.70.ff.de rei vendicat. Sic quaſi Fabiana vel Caluiſiana.l. vlt.ff.ſi quid in fraud.patro. Sic vtilem actionem quaſi inſtitoriam dandam dixit Papinianus.l.10.§.idem Papinianus.ff.mandat. quod alias dicitur, vtili actione ad exemplum inſtitoriæ actionis agi.l.13.§.ſi procurator.ff.de actio.empt. Hic quaſi damni iniuria actionem pro vtili Aquiliæ actione dixit. Idem Papinian.in l.27.ff.de procuratoribus. Et alias, vtilem actionem damni iniuria quaſi ex l.Aquilia.l.51.ff.de furt. Sic & vtilem actionem quaſi tutelæ in l.52.§.1.ff.de pecul. dicimus. Et vtilem actionem quaſi domino dari.l.22.ff.de aqu.& aqu.plu.

Continet etiam hæc vox quaſi rationem diuerſitatis vel decidendi in l.63.§.cùm tres. ff.pro ſoc.& l.33.ff.de obligatio.& actio.l.5.§. quippe.ff.de his qui deiecer.vel effude.l.47.ff. de fideiuſſoribus.l.6.ff.de exceptionibus.l.36. in fi.ff.de pignora.actio. Sed & veritatem plerunque hæc vox ſignificat.l.34.ff.de damno infecto. Et valet, Quod in l.5.§.idem Iulianus. ff.de liber.leg.

QVATENVS pro Quoniam, Quia, in l.26. §.ſi is qui.ff.mandati.l.15.§.item ſenatus.ff.de falſis.& l.53.ff.de fideicommiſſ.libert.l.2.ff.ſi quid in fraud.patron.l.4.ff.de gradibus & adfini.l.49.ff.de verbor.oblig.l.6.in fi.ff.ſi cert. peta.l.3.§.1.ff.de in rem verſo.& l.60.§.1.ff.de ritu nupt.l.35.in fin.princip.ff.de auro argento legat.l.14.ff.de aqu.& aqu.plu. Feſtus libro 11. In hac ſignificatione veteres quatenus dixiſſe ſcribit, vſitata illis quantum exiſtimo li-

terarum E, & I, commutatione. Inuenio etiam ſic Quintilianum locutum lib. 4. Inſtitutio. cap. 2. Sed quatenus, ait, fortè quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur. Et Plinium lib. 3. Epiſtol. ad Caninium: Et quatenus nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Et Sueton. in Claudio cap. 26. Confirmauitque quatenus matrimonia ſibi malè cederent, manſurum ſe in cœlibatu.

QVERELA inofficioſi teſtamenti remedium eſt liberis immeritò exhæredatis. aduerſus paterna teſtamenta proditum, quod hoc colore inſtituitur, quaſi parum ſanæ mentis teſtator fuerit, cùm immerentes liberos à ſucceſſione ſua repelleret.

Querela autem hæc nonnunquam actio inofficioſi teſtamenti, nonnunquam accuſatio appellatur: vt ſuprà docuimus.

Querelæ etiam ad magiſtratus deferuntur, cùm eorum officium in his imploratur, quorū actio propoſita non eſt. Sic ſeruos de dominis, ſic patronos de libertis querentes audiunt Prę ſides & Præfecti. l. 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. l. 1. ff. de offic. præf. vrb.

QVINQVENNALIS in l. 1. de medi. & profeſſoribus in C. Theodoſ. Hoc erat in municipiis quibuſdam magiſtratus nomen. Spartian. in Hadrian. Per Latina oppida Dictator, & Ædilis & Duumuir fuit, apud Neapolin Demarchus, in patria ſua Quinquennalis. Apule. lib. 10. de Aſino aur. Gradatim permenſis honoribus Quinquennali magiſtratui fuerat deſtinatus.

QVIRITES à Romulo qui Quirinus vocatus eſt, Romanos appellatos eſſe tam notum eſt, vt in eo confirmando longior non ſit ſumenda oratio. Inde ius populi Romani, ius Quiritium dictum eſt, quod proprium ſit Romanorum, vt Iuſtinian. titul. de iur. natura. & Iſidor. lib. 5. cap. 9. ſcribunt. Hoc autem ius multa habet præcipua, locumque & in dominiis & in libertatibus ſibi vindicat. Ex iure enim Quiritium dominium non niſi mancipationis vel ceſſionis in iure ſolennitate abalienari, & in accipientem transferri poterat, vt lib. 1. & libro 4. Select. Antiquit. docui. Inde adeò qui vindicabant, aut qui mancipatam vel ceſſam in iure rem accipiebant, eam ex iure Quiritium ſuam eſſe aiebant. Quò referenda ſunt verba l. 1. §. 1. ff. de rei vendicatio.

Ex iure Quiritium liberis fiebat, qui vindicta, cenſu, teſtamentóve ab eo, qui ex iure Quiritium dominus erat, nullo iure prohibente manumiſſus, pleniſſimam ciuitatem Roma. conſequebatur. Quemadmodum Vlpian. in Inſtitut. titul. 1. exponit. Quò alludens Seneca lib. 3. Natur. Quæſtio. Hæc res efficit, ait, nō vt ex iure Quiritium ſit liber, ſed ex iure naturæ. Hoc ius impetrare Latini liberti vel liberis, iteratione, militia, naue, piſtrino, ædificio promereri ſolebant: vt idem Vlpian. Inſtitut. titul. 3. exponit. Sic ius Quiritium medico datum accipe apud Plin. lib. 29. cap. 1. Sic & apud Paul. lib. 4. Sentent. titul. 9. Latinam ingenuam ius Quiritium conſecutam interpretare. Ius autem Quiritium hac nota ſignificabatur I. Q. vt Mango in libello notarum iuris auctor eſt.

Verbum, *Quis*, tam maſculos, quàm fœminas complectitur. l. 1. ff. de verbor. ſignificat. Itaque his verbis, *Si quis id quod perpetuæ iuriſdictionis cauſa propoſitum*, &c. Prætorem vtrunque ſexum complexum Vlpian. ait. l. 7. ff. de iuriſdictio. Idemque ad illa verba, *Si quis negotia alterius*, &c. Hæc verba, ait, *Si quis* accipienda ſic ſunt, Siue quæ. l. 3. ff. de negot. geſt.

Idem de verbo, Qui, traditur in l. 1. ff. de cōſtit. pecu. & de verbo, Quicunque, in l. 16. ff. de iure fiſci.

Hoc articulo, *Quiſquis*, omnes ſignificātur, l. 29. ff. de hæredi. inſtit. Atque ita hęc clauſula, Quiſquis mihi hæres erit, accipienda eſt. l. 3. ff. de iure codicill. l. 3. l. 103. & l. 123. ff. de legatis 1. l. 90. §. quiſquis. de legatis 2. l. 93. de legat. 3. l. 29. §. 1. de annu. leg. & l. 4. §. vltim. Nam & ſi plures ſint gradus hæredum, & ſcriptum ſit, Quiſquis mihi hæres erit, dato: ad omnes gradus hic ſermo pertinebit. l. 96. ff. de legat. 3.

QVOD legatorum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis eſt, & hanc cauſam continet, vt quod quiſque legatorum nomine non ex voluntate hæredis occupauerit, id reſtituat hæredi. Rediguntur itaque per hoc interdictum ad hæredem ea quæ legatorum nomine poſſidentur. l. 1. ff. quod legator. nomen à primis interdicti verbis traxit: quæ ita meo quidem iudicio concepta erant, *Quod legatorum nomine poſſidet, aut dolo deſiit poſſidere*, &c.

QVOD vi aut clam interdictum reſtitutorium eſt, quo qui vi aut clam aliquid moliti ſunt, id reſtituere iubentur, toto titulo, Quod vi aut clam.

QVORVM bonorum interdictum adipiſcendę poſſeſſionis eſt, quod bonorum poſſeſſori accommodatur, eiuſq; vis & poteſtas eſt hæc, vt quod ex his bonis quiſq; quorum poſſeſſio alicui data eſt, pro hærede aut pro poſſeſſore poſſideat, id ei cui bonorum poſſeſſio data eſt, reſtituere debeat. §. adipiſcendę. Inſtitut. de interdict. Rubri. Quorum bonorum.

QVOT menſibus & Quot diebus eadem figura, qua Quot annis dicuntur: valentque in ſingulos

ſingulos menſes & dies.l.8.§.ſi cui non nummus.ff.de tranſactio.l.12.§.nouiſſime.ff.quando dies lega.ced.Cato de re ruſt.cap.43.Et circum capita oleagina quot menſibus vſq; donec pruinæ erunt, fodere oportet. Sic & Vitruu.lib.9.cap.4.& lib. 10.cap.7.locutus eſt.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSSEXTVS.

RAPTVM dicitur, quod per vim ablatum eſt. Eripereq; eſt de manibus auferre per raptum.l.4.ff. ne quis eum qui in ius voc. Et ita in tit. vi bonor. rapt. hoc verbũ accipitur. Verbo, planè RAPVISSE & ſciſſum & fractum & ruptum alicubi cõtineri Marcellus ſcripſit. l.9.ff.de verb.ſignif.

Inde raptores generaliter, qui per raptum aliquid auferunt, ſpecialiter verò plerumque qui virgines rapiunt, appellantur.tit.de raptorib.Et ita raptus crimen in l.5.§. vltim.ff.de vi public. Inde rapinæ pro violentis ablationib. quæ caſibus fortuitis adſcribi ſolent.l.30.ff.ad l.Falcid.l.24.ff.de diuerſ.reg. Aduerſus vim enim pares eſſe non poſſumus.

Rapinam facere pro rapere in l.1.§.1. ff. de aleatorib.l.pen.§.matre.ff.de leg.2.

RATAM rem habere, hoc eſt, comprobare agnoſcereq; quod à non vero procuratore nomine noſtro actum eſt.l.12.ff.rat.rem hab. Idq; non verbis tantùm, ſed & facto explicari poteſt.l.5.ff.rat. rem hab. Et ita in ſtipulatione qua procurator cauet rem ratam dominum habiturum, hoc verbum accipimus. Quæ & de rato cautio & ſatiſdatio de rato vocatur.l.25.ff.de admin.tut.l.22.§.ſi pater. ff. ſolut.matrim. & ſtipulatio de rato habendo in l.2. ff. rem rat.hab. qua promittitur, vt Theophilus in tit.de ſatisdatio.loquitur, ὡς χρέα καὶ βιβλία τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα ὁ δεσπότης δίκης ἡττῆται.

Rata, contingentem portionem ſignificat. l.4.& 6.ff.ſi pars hære.pet.l.10.§.idem quærit. ff.de in rem verſo.l.3. ff. de alim. lega.l. 14.ff. qui potio.in pign.

RATIONEM Labeo eſſe aiebat vltro citroq; dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui cauſa negociationem: nec vllam rationem à nuda debiti ſolutione incipere, cùm & data & accepta & expenſa contineat. l.6.§.ratione.ff.de eden.

Rationes reddere longè aliud eſt quàm edere. Nam edere iuſſus inſpiciendi facultatem præbere debet, reliquum reddere non debet. Reddere verò iuſſus hoc amplius eam pecuniam, quæ ex reliquis colligitur reddere cogitur.l.89.ff.de verbor.ſignifi.l. 69.§.ſeruus. ff.de euictionib.l.31.ff. de ſtatu liber. Etenim rationes reddere effectu nihil aliud eſt, quàm reliqua ſoluere.l.32.ff. de condit.& demon.l. 4.C.de teſt.man. Quamobrem reddendarum rationum conditioni ſeruus ita demum ſatisfacit atq; paret, ſi libros rationum edat, ſi legendas, examinandas, diſpungendas, computandasq; rationes offerat, ſi cautiones & inſtrumenta omnia actus ſui exhibeat, & hæredes notitia rationum inſtruat, & fidem conſtare omnibus quæ ab eo geſta ſunt, doceat, ac deniq; cum fide actus ſui quod reliquum eſt ſoluat & reddat.l.80.l.81.l.110.ff. de conditio. & demonſtr. l. 9.§. is qui reddere. ff. de liber. legat.l.6.§.vlt. ff. de ſtatu liber. Nec verò ſcriptam duntaxat rationem, ſed & eam, quæ ſine ſcriptura ab eo adminiſtrata ſit, reddere debet.l.26.ff.de ſtatu liber.

Sufficit planè ſi ex æquo & bono rationem reddat, nec ea vtique quæ ſine culpa ſua perierint reddere debet. l.22.§. vlt. ff. de manumiſſ.teſta. Sed nec ad reliquorum onus pertinent damna, quæ ita contigerint, vt nihil imputari poſſit.l.41.§. Titius. ff. de fideic. libert. Quæ tota ferè lex de conditione rationum reddendarum tractat.

Rationum redditione remiſſa ſcrupuloſa tantùm exactio rationū remitti videtur, non etiam reliquorum retentio, vel dolus in actu gerendo commiſſus. l. 71. §. Titius. ff. de conditio. & demonſtr. l. 10. l. 29. §. filias. l. vlt. §. inter. & §. Titia. ff. de libe. leg. l. 122. ff. de legat. lib. 1. Et ita de eo, qui tutores ἀνεκλογίστους eſſe, id eſt, rationibus reddendis minimè obnoxios voluerat, Iulia. reſpondit, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari eos debere. l. 5. §. Iulianus. ff. de adm. tut.

Rationibus diſtrahendis actio appellatur, quæ aduerſus tutores, qui pupillum in tutela fraudarunt, in duplum datur. l. 1. §. rationib. l. 2. in princip. & §. vlt. ff. de tut. & ratio. diſtr. l. 2. ff. de contr.

Rationes agere, gerere, adminiſtrare, pro eodem noſtri dicunt. l. 41. §. libertatem. ff. de fideicom. liber. l. 40. §. ſeruus teſtamento. ff. de ſtatu liber. l. 34. ff. de liber. cau.

Rationes dare, reddere eſt. l. 33. §. Lucius. ff. de adm. tutor. l. 23. §. teſtamento. ff. de pecul. legato. l. 41. §. Titius. ff. de fideicom. libert.

Ratio poni dicitur, id eſt, iniri, & computari. l. 1. §. ſi ſeruus. ff. ſi quis teſtam. lib. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de adminiſtratio. rer. ad ciuit. l. 41. §. 1. ff. de euictioni. l. 12. l. 15. §. quod auus. ff. de adminiſtratio. tutor. l. 89. ff. de ſolutionibus.

Ratio etiam putari dicitur, in qua ſumma fit pura, vt Varro libr. 5. de lingua Latin. ſcribit. vel vt Non. Marcell. in qua fraudis, aut falſi, aut mendacii, aut iniqui aliquid ſeparatur & expungitur. Putare enim veteres auctore Gellio lib. 6. capit. 5. dixerunt vacantia ex quaque re ac non neceſſaria, aut etiam obſtantia, & aliena auferre, & excidere, & quod eſſe vtile ac ſine vitio videretur relinquere. ſic in l. 7. ff. de contrah. emptio. accipienda ſunt hæc verba, *Si rationes domini arbitrio putet*. Cato de re Ruſtic. capit. 5. Rationem cum domino crebro putet. Plaut. Aulular. Ratio putatur cum argentario. Rationes ſubſcribere. l. 81. ff. de conditio. & demonſtrat. Inde rationes ſubſcriptæ & expunctæ. l. 13. in fin. ff. de diuerſ. & tempo. l. 41. §. libertatem. ff. de fideicommiſſ. vulgò dicimus *Compte clos & adſinè*. Rationes relatæ olim dicebantur, quemadmodum Cicero libro 5. Epiſtol. ad Rufum oſtendit, quæ ad ærarium referebantur. Feſt. Pomp. libr. 16. R R. duobus in compluribus orationibus cùm de actis diſſeritur, id eſt, Rationum relatarum. quod iis tabulis docentur iudices, quæ publicè data atq; accepta ſunt.

Ratio conſtare dicitur. l. 1. ff. de obſeq. parenti. l. pen. ff. de re milita.

RATIONALES poſteriorum Impp. temporibus appellati ſunt, qui procuratores Cæſaris antea dicebantur. Rubr. de offic. procu. Cæſar. vel rationalis. Lamprid. in Alexand. Vbi aliquos voluiſſet vel rectores prouinciis dare vel præpoſitos facere, vel procuratores, id eſt, rationales ordinare. Ad fiſcum itaq; pertinentes cauſas per rationalem decidi, & fiſcalia negocia per ipſum expediri legimus. l. 5. l. 8. l. 10. C. vbi cauſ. fiſcal. l. vlt. C. ad l. Iul. maieſt. l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc. l. vlt. C. de aduoc. fiſc. l. 2. C. ne vxor pro mar. l. 2. C. de modo mult. l. 3. de conueniend. fiſc. deb. libr. 10. C. l. 4. de fide inſtrum. eo. l. 3. de bon. vacan. eo.

In Notitia autem Roma. Imperii quidam rationales ſummarum ponuntur per prouincias conſtituti, quos puto rationales ſummæ rei vocari, veluti in inſcriptio. l. 7. C. vbi cauſæ fiſcal. Idem Aug. ad Buleforum Rationalem ſummæ rei. At in inſcriptio. l. 7. de iur. fiſ. in C. Theod. Verecundo Rationali ſummarū, ſcriptum eſt. Alii etiam ſtatuuntur Rationales priuatarum, vt & procurator priuatæ rationis in l. 7. C. de eden. & Rationalis priuatæ rationis. l. vn. C. de anno. & cap. Et rationalis priuatæ rei. l. 7. C. de bo. proſc.

RECAVTA, apochæ ſpecies in Nouell. de tranſitu militum, in qua Iuſtinian. oſtendit de recauta de more facta παρὰ τῆς ὁπλιτῶν τοῖς ἐπιτελοῦσιν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῆς δαπανωμένων. Quo fit, vt in Suida mendum eſſe omni adſeueratione affirmare non dubitem. apud quē ita ſcriptū eſt ῥέκαυγον παρὰ Ῥωμαίοις ἀποχῆς εἶδος. vtiq; enim ῥέκαυτον legi conuenit.

RECEPTATORES dicuntur, qui nocentes recipiunt, occultant, atque celant. l. 13. ff. de offic. præſid. l. vlt. ff. de abigeis. Rubr. de Receptatorib. Qui & Receptores dicuntur in l. 3. §. non tantùm. ff. de incend. rui.

RECIPERE præter notas & vulgatas ſignificationes, in tradendo promittendóve excipere ſignificat. l. 205. ff. de verb. ſignif. l. 11. ff. commun. præd. l. 51. in fin. ff. ſolut. matr. l. 53. §. vlt. ff. de actio. emp. l. 42. ff. de mort. cau. do. l. 29. §. ſi fundum. ff. de legat. 3. l. 43. §. ſtipulatus. ff. de vſufruct. l. 40. §. fundi. & §. cùm fundus. ff. de contr. emp. Cato de re ruſtic. cap. 64. Pabulum domino recipitur. Cic. Topic. Feciq́ue quod ſæpè liberales venditores ſolent, vt cùm ædes fundúmve vendiderint, rutis cæſis receptis concedant tamen aliquid emptori quod ornandi cauſa aptè & loco poſitum videatur. Idem lib. 2. de Orat. Dicet te cùm ædes venderes ne in rutis quidem cæſis ſolium paternum recepiſſe.

Vnde recepticius ſeruus apud Cato. in ſuaſione legis Voconiæ, non vt Feſtus interpretatur qui ob vitium redhibitus ſit: ſed vt Non. Marcell. longè rectius, quem mulier in danda dote aut donatione exceperat. Gellius libr. 17. capit. 6. Quando mulier, inquit, dotem

marito dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea recipere dicebatur, ſicut nunc quoq; in venditionib. quæ excipiuntur neq; veneunt.

Etiã excipere dicitur quod ſibi in vendendo quis retinet & reſeruat. l. 22. in fi. ff. de condi. indebi. l. 73. in fin. l. 76. l. 77. ff. de contrah. emptio. l. 30. ff. de ſerui. ruſt. l. 39. & l. 61. ff. de vſufruct. Et exceptio eodem ſenſu in l. 39. ff. de actio. empt.

Recepticia dos ea dicitur, quam is, qui dat, in mortem mulieris à marito ſtipulatur. l. 31. §. ſed & dos. ff. de mort. cau. don. Et apud Vlpia. in Inſtit. tit. 6.

Recepticia actio olim vocabatur, quæ aduerſus argentarios, qui pecuniam alieno nomine conſtituerant, dabatur. l. 2. C. de conſt. pecunia. Theophil. in §. in perſonam. Inſtitut. de actionib. à verbo, opinor, Recipere, quod nonnunquam promittere eſt. Vnde & ex recepto, id eſt, compromiſſo, Iuſtinian. interpretatur. Indéque arbitros, qui ex compromiſſo adeuntur, Receptos dici cenſet. l. 12. C. de iudic. Quod ego non niſi lentè ac faſtidioſè probare poſſum. Crediderim enim, quod ſalua Iuſtiniani pace dictum ſit, Receptos potius à recepto arbitrio dictos. in edicto Nautæ, caupones, verba hæc, *Quod cuiuſque ſaluum fore receperint*, ad omnes res quæ in nauem cauponámve immiſſæ, illatæque ſunt, etſi ſpecialiter adſignatæ non ſint, pertinent. l. 1. in fin. ff. nautæ, caup. l. 1. ff. fur. aduer. nau. caup. Et qui ſaluum fore recipit, non ſolùm à furto, ſed & à damno recipere videtur. l. 5. in fin. ff. nau. caupo.

Recipere cuſtodiam. l. 14. §. vltimo. ff. de furtis.

Recipi etiam rei dicuntur. l. 2. §. 1. ff. de cuſtod. reo. Tacit. lib. 4. Cæterorum quæ multa cumulabantur, receptus eſt reus, neq; tamen peractus.

Recepti etiam inter reos dicuntur, qui in numero ſunt reorum. l. 12. §. 1. ff. de accuſatio. l. 11. §. ea quæ. l. 15. §. præſcriptiones. ff. de adulteriis.

Recipi quoque nomen eius, qui inter reos refertur, Latini auctores dicunt. Cicer. 4. in Verr. Et alii, qui interfuerint, cùm accipientis nomen reciperetur. Valer. libr. 3. capit. 7. Cùm id vitare beneficio legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reipublic. cauſa abeſſent, recipi nomina vetebat, in vrbem tamen recurrit.

Recipi in carcerem. l. 1. l. 13. ff. de cuſtod. reo. l. 1. ff. quando appell. ſit. Et recipi in cuſtodiam. l. vlt. ff. de quæſtionib.

RECITARI teſtamentum dicitur, cùm in publicum prolatum & apertum teſtibus præſentibus publicè recitatur. l. 1. C. quemadmodum teſtam. aper. l. 41. ff. ſi cert. petat. l. 11. §. 1. de legat. 2. l. 6. in fin. ff. de extraord. crim. l. 40. ff. de iur. fiſc. l. 29. ff. de manumiſſ. teſtamen. & apud Paul. lib. 4. Sent. tit. 6. Plin. lib. 7. capite 52. Apertoq; teſtamento recitatum hęredem minorem funeri inſtitiſſe.

Recitare etiam teſtator hæredem dicitur, quia eum palàm, id eſt, ſic vt à teſtibus ſeptem exaudiri poſſit, nuncupat, vt in l. 1. ff. de his quę pro non ſcript. habent. *Qua ex parte me Titius hæredem ſcriptum in tabulis ſuis recitauerit, ex ea parte hæres eſto.* Et in l. 18. §. vlt. ff. de hæred. inſtituen. *Qua ex parte à me Titium hæredem inſtitutum recitaſſem, ex ea parte mihi Sempronius hæres eſto.* Cic. pro Cæcinna: Teſtamento ſi recitatus eſſet hæres pupillus Cornelius.

RECOGNITIO & diſpunctio in l. 15. ff. de reb. auct. iud. poſſid. ad quam referenda eſt l. 56. ff. de verb. ſignifi. vt inſcriptionum ſimilitudo admonet.

Itaq; cognoſcere inſtrumenta Vlpia. ait eſſe relegere & recognoſcere. Diſpungere verò conferre data & accepta. Sic Deſcriptum & recognitum faciant, accipe in l. 5. ff. fam. erciſ. Recognoſcere etiam dicitur, qui quod ſe dictante ab alio ſcriptum eſt, agnoſcit. l. 15. §. item Senatus. ff. de falſ.

RECTE, arbitrio boni viri plerumq; ſignificat. l. 17. §. vlt. de vſufr. l. 73. ff. de verb. ſignifi. l. 1. §. iubet. ff. de collat. bon. vt oſtendi libr. 1. Select. Antiq.

Rectè defendi in edicto quod in l. 5. §. vlt. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. proponitur, quam vim habeat, explicatur in l. 63. ff. de iudic. & l. 10. ff. de adm. tut. Quas ad id argumẽtum pertinere indicio ſunt inſcriptiones.

Rectè aliàs eſt idoneè, vtiliter, & vt oportet. l. 2. ff. vſufruct. quemadmodum cau. l. 20. §. vlt. ff. de ſeruit. vrb. l. 24. ff. de ſeruit. ruſt. Item legitimè & ſecundum iuris ordinem. l. 2. §. 1. ff. ad Velleian. l. 27. §. rectè. ff. de liber. cauſ. l. 31. ff. de minorib. l. 2. ff. de inofficioſo teſtamento. l. 6. in fin. ff. de iure patron. l. 3. in princip. ff. de lib. & poſt.

Rectè etiam eſt ſine vitio, id eſt, non vi, non clàm, non precariò. l. pen. ff. de itin. actuq;. His enim modis rectè rem non geri Donat. in Eunuch. Terent. notat. Rectum iudicium pro directo, & principali in l. 18. §. vltim. ff. commod. coniuncta l. 17. §. 1. ff. eod. tit. vt & Recta actio pro directa. in l. 9. §. ſed non vt literæ. ff. de acquir. rer. dom.

RECVPERATORES iudices dati dicebãtur, ab eo, vt Theophil. in §. eadem. Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. non lic. ſcribit, quòd per eos vnuſquiſq; ſuum recipiebat. Et ita Recuperatorum nomen accipe apud Vlpian. in tit. 1. Inſtit.

Vnde Recuperatorium iudicium, quòd

per iudices datos exercebatur, apud Cicer. lib. 2. de Inuent. & apud Suet. in Veſpaſian. & in lege Manilia ad fin. & Plin. Epiſt. pen. lib. 3.

Reddere quamuis propriè ſignificet retro dare, & quod acceperis, reſtituere. l. 3. §. ſi quis ſeruum. l. 39. §. ſi hæres. ff. de ſtatu liber. tamen habet, & per ſe dandi ſignificationem. l. 94. ff. de verb. ſignif. quæ ex l. 21. ff. de leg. lib. 2. id eſt, ex lib. 20. Digeſtorum Celſi ſumpta eſt. Itaque Reddere iuſſum ſimul & dare iuſſum Caſcellius & Labeo probant. l. 98. ff. de legat. 3. Et ideò ſi quis alicui pecuniam reddi iuſſerit, & ſi debitam non appareat, ex fideicommiſſo tamen ea rectè petetur. l. 91. §. 1. ff. de legat. 3.

Reddi actiones dicuntur à Prætore, id eſt, dari. l. 11. ff. de præſcrip. verb. l. 52. ff. de rei vendic. §. rei perſequendæ. in fi. Inſtitut. de actionib. l. 35. ff. de obligat. & actionibus. l. 9. §. 1. ff. quod falſo tutor. l. vlt. in fin. ff. ſi ventr. nom. l. 23. in fi. ff. comm. diuid.

Sic & reddi iudicium. l. 12. ff. de præſcript. verb. l. 4. ff. de aqua quotid. l. penult. ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. 3. ff. de bon. eor. qui ante ſentent.

Et reddi interdictum. l. 4. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. eſt igitur. & l. vlt. ff. vti poſſid. l. 1. §. hoc interdicto. & §. præterea. ff. de itin. actuq́; l. 1. ff. de Saluian. interd. l. 14. §. is qui precariò. ff. de furt. l. 1. §. quæ autem. ff. quor. legatorum. l. vn. §. pen. ff. ne quid in flum. pub. l. 1. §. 1. ff. de fonte. l. 5. in fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. & apud Paul. lib. 4 Sentent. tit. 7.

Et Reddi præiudicium. l. vltim. ff. ſi liber. ingen.

Redditi apoſtoli. l. 9. ff. de iure fiſc. Et Redditæ vſuræ. l. 17. ff. de vſur.

Reddi pœnæ dicuntur, qui ad pœnã ſuam, quam euaſerant, vel ad metallum reuocantur. Plin. lib. 10. Epiſtol. Traianum conſulens de ſeruis qui ex damnatione in ſeruorum publicorum numerum irrepſerant: Nam & reddere, ait, pœnæ poſt longum tempus pleroſq; iam ſenes, & quantum adfirmatur, frugaliter modeſteq́; viuentes nimis ſeuerum arbitrabar. Cui Traianus ſic ſcribit: Qui intra hos decem annos damnati, nec vllo idoneo auctore liberati ſunt, hos oportebit operæ ſuæ reddi. Apul. lib. 7. de Aſino aureo: Quoad renaſcenti die ſequenti deductus ad magiſtratus, vt aiebant, pœnæ redderetur.

Redditi agri, vt Hygenus in libro de Limitibus, & alii id genus auctores ſcribunt, olim dicebantur, qui veteribus poſſeſſoribus redditi erant.

Redhibere, eſt facere, vt rurſus habeat venditor quod habuerat, quod fit re vendita reddita. l. 21. ff. de ædil. ed. Redhibitum enim, vt & Feſtus ait, id propriè dicitur, quod redditum eſt, cùm qui dedit, rurſus cogitur habere quod habuerat.

Ita Redhibendi verbum accipe in tit. de ædilit. ed. in l. 8. in fi. & l. 9. ff. de ædilit. ed. l. 19. ff. de vſucap. l. 7. §. qui bona fide. ff. pro empto. l. 13. §. præterea. ff. de acquir. poſſeſſ. Plaut. in Mercato. Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt? D. minimè gentium. C. Dixit ſe redhibere ſi non placeat.

Inde Redhibitio. l. 11. §. redhibitionem. cum §. ſeq. ff. de actio. empt. l. 6. in fi. ff. de diuerſ. & temp. Quintilian. lib. 8. cap. 3. An non pudeat certam pecuniam creditam periodis poſtulare, aut circa ſtillicidia affici, aut mancipii redhibitionem ſuadere? Hanc à Græcis ἀναγωγὴν vocari Heſychius oſtẽdit. Sic enim definit, ἀναγωγὴ ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἀνάδοσις ἐχόντων αἰτίαν τινά.

Inde Redhibitoria actio ædilitia, quæ in hoc datur, vt venditor rem, quam vendiderat, propter vitium eius morbumq́ue recipiat. l. 1. & toto titul. ff. de ædilit. ed. l. 25. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 17. §. 1. ff. de furt. l. 37. ff. de negot. geſtis.

Redimere dicuntur, qui quid à fiſco, vel priuato conduxerunt. Cicero in Bruto: Liberi ſocietatis eius, quæ picarias de P. Cornelio & L. Mummio cenſoribus redemiſſet. Ita Redemptores pontis in l. 60. §. penult. ff. loca. Et Redemptores vectigalium. l. 8. §. non alios. ff. de vacat. muner. Et Redemptor in l. 15. ff. de publican. qui Cretæ cotorias redemerat. Et Redemptores operum, qui opera facienda conduxerunt. l. 2. §. conductore. l. vltim. ff. de admin. rer. ad ciuit. l. 2. ff. de operibus publ. Et Redemptor ſiluæ, qui ſiluam conduxit. l. 29. ff. loca. Sed & quemcunque operis faciendi cõductorem hoc nomine appellant. l. 51. §. vlt. l. 60. §. lege dicta. ff. locati. l. 17. §. penult. ff. de vſur. l. 40. ff. de rei vendic. l. 23. §. 1. ff. de rebus auctor. iudic. l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. l. 33. §. qui ædem. ff. loca. l. 38. in fin. ff. de verbor. obligat. Et generaliter quemadmodum Feſtus lib. 16. ſcribit, qui quid cõduxere præbendum vtendúmve, Redemptores vocantur. Inde illud in l. 12. §. vlt. ff. de vſu & habit. ſi veſtimenta texenda redemerit. Et Redempturis faciendis præpoſiti dicuntur in l. 5. ff. de inſtitor. qui ad operum rerúmq; aliarum conductiones præponuntur.

Redimere litem, futuri emolumenti litis ſocietatem paciſci eſt. l. 7. ff. manda. l. 20. C. manda. l. 1. §. ſi cui cautum. ff. de extr. cognit. l. 15. C. de procuratoribus. l. 53. ff. de pact. Vnde Redemptores litium, qui ex euentu litis ſibi certam quantitatem cauerit. l. 9. §. 1. ff. de offic. proconſul. l. 6. §. vltim. ff. manda. l. 22. C. eodem tit.

Redimere præterea pecunia aduerſarium corrum-

corrumpere & precio dato ſe ab accuſatore liberare ſignificat. l. 29. l. 34. ff. de iure fiſc. Sic Redemptos teſtes precio corruptos & ſubornatos dixit Iuſtinian. in l. 14. Cod. de teſtibus.

Redintegrari matrimonium dicitur, quoties poſt repudium miſſum iterum coëunt, & conueniunt ac reconciliantur coniuges. l. 23. & l. vltim. ff. rer. amota. l. 64. ff. de iure dot. l. 19. ff. ſolut. matr. Matrimonium eodem ſenſu inſtaurari dicitur. l. 62. §. 1. ff. de donat. int. vir. Sic & Redintegrari dos in l. 6. ff. de iure dot. Et Redintegrari ſeruitus, & quæ confuſa reſtituitur. l. 7. ff. de fundo dot. Redintegrari etiam matrimonium dicitur, quod captiuitate ab hoſtibus diſſutum quodam modo erat. l. 14. in fin. ff. de captiu. Redintegratur & ſtipulatio, quæ accepta facta reſtituitur, & ex integro interponitur. l. 10. ff. quot met cau. Quo ſenſu Reſtaurari obligatio dicitur. l. 9. ff. de præſcript. verb.

Redire hæreditas dicitur, quæ lege & ab inteſtato obuenit. Papinian. in l. 69. in fin. prin. ff. de legat. 2. *Peto pro hæreditate quam tibi reliqui quæq; ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus ſis centum aureis.* Pompon. in l. 3. ff. ſi quis omiſſa cau. teſt. Si ipſe quoque prætermiſerit, & quod lege ad ſe rediret, poſſidebit hæreditatem. Terẽtius Andria Act. 4. ſcen. 6. Eius morte ea ad me lege redierunt bona. Idem Hecyra Act. 1. ſcen. 2.

Interea in Imbro moritur cognatus ſenex:
Horum ad hos redibat lege hæreditas.

Reditvs dicitur, quidquid ex re aliqua obuenit. l. 5. §. non paſſim. ff. de reb. eor. Sic Reditus prædii legatur, cùm vindemia, vel meſſes legantur. l. 6. ff. vſufruct. quemadm. cau. l. 7. l. 17. §. etſi fortè. ff. de vſufr.

Multum verò legatum reditus prædii ab vſusfructus legato differt. Nam cui vſusfruct. legatus eſt, prædium ipſum quo vtatur fruatur liberum relinqui debet. Ei verò, cui reditus legatur, ſatis eſt offerri annuam quantitatem, quam fundus largitur, nec ad habitationem præſtandam hæres obſtringitur. l. 38. ff. de vſufr. leg.

Hæreditatem autem exceptis reditibus reſtituere rogatus partus ancillarum non retinebit, nec fœtus pecorum, qui ſubmiſſi & in locum demortuorum capitum ſubſtituti gregem retinent. l. 38. §. hæreditatem. ff. ad Trebellianum.

Reditus pecuniæ, vſura eſt. l. 6. ff. de præſcipt. verb. l. 30. ff. de adim. leg. l. 87. §. vltim. ff. ad leg. Falcid. Sic & in inſcriptione Spoletana vna & Reatina altera verbum ex reditu ſummæ accipimus.

Rediviva ſaxa in l. 19. de oper. public. in C. Theodoſ. ſic appellantur à Latinis, quæ ex vetere in nouum ædificium tranſlata de integro poliuntur & quaſi in vitam noua adſumpta forma denuò reuocantur.

Referre iuſiurandum eſt delatam ab aduerſario iuriſiurandi conditionem in eum transferre. l. 25. l. 39. ff. de iureiur.

Referre crimen eſt accuſatori crimen obiicere. vnde Relatio criminũ in l. 5. ff. de pub. iudic. At in l. penult. de appellatio. recipien. & in Rubr. de appellatio. & relatio. ff. & de relationib. C.

Relatio eſt cùm ad principem refertur, vt & apud Symmach. lib. 1. Epiſt. 41. & 44. Relationes verò in l. 14. C. de accuſatio. elogia interpretor quæ ab Irenarchis officialibusq; ad præſides referebantur. Nam referendi verbo in hac re vtitur Marcia. in l. 6. ad fin. ff. de cuſtod. reor. Verbum etiam Referre, in ratiociniis vſurpatur. l. 82. ff. de conditio. & demonſt. *Vide* in Verbo, Rationes.

Referendarivs in Nouell. de referendariis ſacri palatii Conſtitut. 11. & in inſcriptione l. vlt. C. de offic. eius qui vic. alter. In Notitia autem Rom. in officio poteſtatum numeratur ſæpè Referẽdarius, nonnunquam etiam Regendarius niſi F, in G, tranſierit. Per Referendarios autem, vt Caſſiodor. lib. 6. Variar. in eorum formula ſcribit, cauſarum ordines principi exponebantur, interpellantiúmque vota cognoſcebantur, & ipſis reſponſa reddebantur. Suidas: ῥεφερενδάριος ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. Exiſtimo autem Referendos curiæ pro Referendarios perperam ſcriptum apud Caſſiodor. lib. 3. Variar. Epiſt. ad Godiſcalc.

Reficere, in interdicto, De via reficienda, eſt ad priſtinam formam & modum, iter, & actum reducere, ſic vt ne dilatet quis, vel producat, aut deprimat, aut exaggeret. Reficit viam & qui aperit & qui purgat, & omnes omninò qui in priſtinum ſtatum reducunt, vt Vlpian. in l. 1. in princip. & §. 1. ff. de via pub. ſcribit. Et ſic refectionem accipimus in l. 4. §. ſi quis mihi itineris. ff. ſi ſerui. vind. Similiter in interdicto, De riuis, Reficere eſt quod corruptum eſt in priſtinum ſtatum inſtaurare. Itaque tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare, aduehere, adportareque, quæ ad eam rem vtilia ſunt, reficiendi verbo continentur. l. 1. in princ. & §. reficere. ff. de riuis. l. 11. ff. commun. præd.

Reficere etiam redigere eſt. l. 81. ff. ad l. Falcid. vnde refectam pecuniam pro redacta Iuriſconſulti dicunt. l. 1. §. ſi frater. ff. de collatio. bonor. l. 3. §. vlt. ff. de vſur.

Refvgia abſceſſus ſunt ædium & interiora loca. l. 14. §. ſed ſi ædium. ff. de vſufr. l. 1. §. quod autem. ff. de ſeruo corrup.

Refugæ dicuntur, qui metallo vel alii cui

operi & pœnæ cui addicti erant, fuga ſe ſubducunt, & ſubtrahunt. l. 8. §. inter eos. ff. de pœnis. Refugæ operis metalli. l. penultim. in fin. ff. de extraordi. cogn. Refuga cuſtodiæ. l. 13. §. penultim. ff. de re milit. Tertullian. in lib. de cultu fœminar. de auro agens, quod per damnatos & noxios effoſſum in honorem ornamentorum venit. Et de pœna, ait, in honorem metalli refuga mutatur. Defugas & confugas eadem forma in Codice Theodoſii legimus.

REFVTATORIÆ preces. l. 1. C. de relationib. l. 18. C. de appellat. Et refutatorii libelli. l. 37. §. 1. C. eod. tit. l. 8. eod. tit. in C. Th. Iudex à quo prouocatum erat, opinionis ſuæ exemplum litigatorib. dare debebat, & acta edere. Quòd ſi cui minus plena vel contraria viderentur, is refutatorias preces offerebat, quæ ſimul mittebantur. l. 18. C. de appellatio. Symmach. lib. 1. Epiſt. 31. Cuius meritum perennitas veſtra lectis geſtis ac refutatoriis cohærentibus æſtimabit.

REGI fines dicuntur, interprete Boëtio, quoties propriis quiſque ager finibus terminatur. Inde, quæ ad terminos conſtituendos inter eos, qui confines agros poſſident, datur actio. Finium regundorum vocatur. Cicero Topic. Si in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines agrorum magis eſſe videntur, quàm vrbis, finibus regendis arbitrum adigere non poſſis. Et alias: Si in vrbe fines non reguntur, nec in vrbe aqua arceatur. Idem libr. 1. de legibus: nec Manilia lege ſinguli, ſed ex 12. tres arbitri fines regemus. Idem in Oratio. Pro Mure. Imperatoris & Iureconſulti differentias recenſens. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in regendis.

REGIONES vrbis Romæ 14. fuiſſe ex l. 3. ff. de offic. Præf. vig. & ex Tacito lib. 14. & ex libello P. Victoris de Regionib. vrbis Rom. conſtat. Diuiſa eſt autem Roma in regiones ab Auguſto, vt Tranquill. in eius vita capit. 30. ſcribit.

Regiones etiam in fundis ſtatuuntur, fundiq; regionibus diuiduntur. l. 7. ff. comm. diuidun. l. 3. C. eod. tit. l. 2. ff. fin. reg. l. 1. C. eod. l. 6. ff. quemadmod. ſeruit. amit. l. 31. ff. de vſufr. leg. l. 8. ff. de rei vend. l. 13. §. idem Celſus. ff. de act. empt. l. 64. ff. de euictionibus. §. vlt. Inſtitut. de offic. iudic.

Regiones ergo fundorum partes ſunt certis menſuris diſpartitæ. l. 8. & l. 29. ff. de acquir. rer. domin.

RELEGARI dos dicitur. l. 8. ff. de fun. dota. l. 41. §. vltim. l. 48. ff. de legat. 2. & in titul. de dote releg. Et retrolegare ſæpè ab eo quod reddi magis quàm dari legari videtur. l. 79. §. fidei tuæ. ff. de legat. 2. l. 3. §. dicebam. ff. de dote rele. Relegari etiam vſusfructus à Mauritia. dicitur in l. 23. ff. de vſufr. legat.

Inde Relegatio dotis. l. 95. de legat. 3.

Relegatio in inſulam pœnæ genus, quæ neq; libertatem, neq; ciuitatem adimit.

Relegatorum autem duo eſſe genera Vlpianus ſcribit. Quidam enim in inſulam relegantur. l. 4. l. 28. in prin. & §. in exulibus. §. graſſatores. l. 30. ff. de pœn. Sunt qui ſimpliciter relegantur, vt prouinciis iis interdicatur, non etiam inſula adſignetur. l. 7. ff. de interdict. Vnde relegatos Ælius Gallus apud Feſtum definit, quibus ignominiæ, aut pœnæ cauſa neceſſe eſt ab vrbe Roma alióve quo loco abeſſe, lege, Senatusque conſulto, aut edicto magiſtratuum.

Inter deportationem autem & relegationem quidam hanc differentiam ſtatuunt, quod illa perpetuum, hæc temporarium exilium contineat. Sed & in perpetuum fit relegatio. l. 4. l. 28. in princip. l. 38. §. ſi quis inſtrumentum. ff. de pœn. l. 3. C. qui pet. tutor. & apud Plin. lib. 3. Epiſtol. ad Minutia. Alii in quibus eſt Iſidor. lib. 5. cap. 27. Inter relegatum & deportatum hanc differẽtiam ſtatuunt, quod relegatum bona ſequantur, deportatum bona non ſequantur. Sed hæc differentia perpetua non eſt. Nam & ademptis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus. l. 1. ff. ſi penden. appella. l. 11. §. cùm quidam. ff. ad l. Falcid. l. 38. §. qui abortionis. & §. ſi quis inſtrumentum. ff. de pœn. Quod in his duntaxat qui in perpetuum relegantur iure licito factum, & Paul. & Vlpian. teſtes ſunt, tametſi aliter plerunq; ſeruabatur. l. 5. l. 7. §. ad tempus. ff. de interdict. Illa certiſſima differentia, quòd ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus quis relegaretur aliter atq; cùm deportabatur & ciuitatem Roma. & patriam in liberos poteſtatem, & teſtamenti factionem, & omnia omninò iura ſua, & bona, præterquam ſi qua ei adempta erant, retinebat. Tantùm inſula ei egredi non licebat, cuius vinculo quodammodo continebatur. l. 4. & l. 7. §. hæc eſt differentia. cũ ſequent. ff. de interdict. & releg. Eáque ex ipſis condemnationis verbis diuerſitas intelligebatur. Relegatis autem excendi à præſidibus dabatur. Moris enim erat ita pronunciari. *Prouincia illa inſuliſq; illis relego excederéq; debebit intra illum diem*. d. l. 7. §. hi qui.

RELIGIO propriè erga Deum eſt. l. 2. ff. de iuſt. & iure. Religio etiam ſepulchri eſt. l. 30. ff. famil. erciſcun. l. 14. §. 1. ff. de ſeruitutib. l. 21. ff. de vſufr. Inde religioſum Ælius Gallus apud Feſt. libr. 16. definit ſepulchrum, vbi mortuus ſepultus aut humatus eſt. Religioſus enim ille locus eſt, in quem mortuus illatus eſt. Et religioſum locum ſuum quiſq; mortuum inferendo facit. l. 6. §. religioſum. ff. de rer.

rer. diuiſio.l.27.C.de religioſ.l.6.§.ſi quis in rem.ff.commu.diuid.l.3.C.quæ res pig.obl. l.54.§.ſi hæres.ff.de legat.lib.1.§.religioſum. Inſtitut.de rerum diuiſ. Et ita religioſa à ſacris ſeparata accipiuntur.l.4.l.22.l.51.ff.de contr. empt.l.83.§.ſacram.ff.de rer.diuiſ.& in aliis omnibus iuris ciuilis locis. Nec verò monumenta aliter religioſa ſunt, quàm ſi in ea corpus illatum ſit.l.7.ff.de rer.diuiſ. Vide quæ lib. 2. Antiquit.diximus.

RELIQVA, ſunt quæ rationibus ſubductis acceptisq; & expenſis computatis debita remanent & ſuperſunt.l.32.l.80.l.81.& l.110. ff.de conditio.& demonſtrat.l.41.§.Titius. cum §§.ſequent.ff.de ſtatu liber.l.29.§.Sticho.& l.vlt.§.inter.ff.de liber.leg.& in l.3.C. de ſuſceptorib.lib.10.in qua verbum, Annis, in contextum ex Accurſiano gloſſemate irrepſit, vitiumq; creauit. Abſolutè enim Reliquis legendum eſt vt & ex l.10.eod.tit.in C. Theodoſ.patet. in quo noui ac recentes non vt in Iuſtinianeo Codice, adcreſcentes legitur. Reliqua etiam ſunt debitæ præteriti temporis penſiones quas arreragia vulgò dicimus. Sic reliqua colonorum, ſunt penſiones à colonis debitæ in l.79.§.peto.& l.97.& l.101. in fi.ff.de legat.3.l.32.§.vlt.ff.de vſufruct.lega. l.20.& l.27.§.affin.ff.de inſtruct.vel inſtrum. & apud Plin.lib.3.Epiſtol.ad Caluiſium. Reliquis autem actorum vel colonorum legatis ea legata videntur, quæ de reditu prædiorum in eadem cauſa manſerunt, non etiam, quæ in aliam cauſam verſa ſunt.l.91.de legat.3. Sic & reliqua conductionis accipe in l.10.C.ad Velleia. Et reliqua vectigalis in l.47.ff.de iure fiſc. Et reliqua pro reliquis cenſuum debitorum in Rubr.ſine cenſu vel reliquis. Reliqua collegarum in l.21.ff.ad municipal. Hæc & reliquationes vocantur in l.44.§.1.de adm.tutor. l.53.ff.de manu.teſtam. Inde reliquari & reliquis obnoxium eſſe in l.24.ff.ad municipal.l. 6.§.ſed eos demum.ff.de munerib.& honori. l.20.§.idem ſcribit.ff.fam.erciſc.l.40.ff.de ſtatu liber. Sic in l.46.ff.de admin.tut. Debitum quod ex conductione reliquatus eſt: & in l.3. ff.de pecul.lega. Summas quibus reliquatus erat: & in l.20.§.liber.ff.de inſtruct.vel inſtrument. Reliquatus eſt amplam ſummam, id eſt, manſit amplæ ſummæ reliquator ac debitor. & in l.9.ff.de libe.leg.non impeditur reliquas exigere, quas quis ſe reliquauerit. Quod & reliqua contrahere vel trahere dicitur, in l. 4.§.1.ff.de adm.rer.ad ciuit.l.46.ff.de adm. tut.l.34.§.1.ff.de ſtatu lib.l.1.ff.de conuc.fiſc. debi.lib.10.C.

Et inde reliquatores, qui reliqua traxerunt. l.102.§.Valerius.ff.de ſolutionib.l.9.§.reliquatores.ff.de publican.

Relinquendi verbũ propriè ad vltimas voluntates pertinet.l.1.§.vltim.ff.de tabul.exhib. Inde quod teſtamento datum legatum eſt, Relictum toties in libris dicitur, vt exemplorum difficilius ſit exitum, quàm initium reperire.

RELIQVÆ pro Cineribus defunctorum ſicut in autographo Florentinarum Pandectarum ſcribitur in l.42.& l.44.in fin.ff.de religioſ.quæ Græci λείψανα vocant.l.52.§.ſi hæres.de legat.libr.1. Quæ tamen ſcriptura immutata eſt ab his qui Pandectas excuderunt in l.27.ff.de conditio.inſtit.l.30.ff.fam.erciſc.

REI appellatio generalis eſt. Continet enim omnia, quæ vel in patrimonio ſunt, vel extra patrimonium, & ad omnem cõtractum cauſasq; & iura pertinet.l.5.& l.23.ff.de verb. ſignificat.

Sunt autem quatuor præcipuæ huius vocabuli ſignificationes, hoc Auſonii verſiculo comprehenſæ.

Imperium, litem, venerem cur vna notet res?

Vt de duabus, quæ nihil ad ius pertinent, taceam, Res pro lite accipitur in l.8.§.ſi quis poſt rem. cum §.ſeq.ff.de inoffic.teſtam. Et olim ſummè dubitatum inter formularios fuiſſe Cicero in Murenia. oſtendit, Rem an Litem dici oporteret. Vnde in actionum ciuilium ſolennib. verba ſub diſiunctione hæc ita Varrone in lib.6.de lingua Lat.teſte efferebantur, Quam rem ſiue litem dicere oportet. Coniunctim verò protulit Imp. in l.9.C.de ſuis & legit. vt & in ſolenni formula rerum à fœciali repetendarum, quæ à Liuio libr.1.ponitur. Quarum rerum, litium, cauſarum, condixit pater patratus.

Inde rem amittere, litem amittere eſt.l.8. ff.de reſti.in integ.l.22.§.penult.ff.ratam rem hab. Rem ſeruare pro debitum ſuum ab aliquo conſequi, Et vt aliàs dicitur, ad ſuum peruenire.l.2.& l.4.ff.de dolo.l.19.ff.ad Velleia. l.2.§.ſi Titius.ff.de hæred.vend.l.11.in fin.& l. 12.ff.ad municipal.l.2.ff.de inſtito.l.35.§.vlt. ff.locati.l.4.in fin.ff.de adm.rer.ad ciuit.l.vlt. ff.rem pupill.l.38.ff.de excuſ.tut.l.10.ff.de doli excep.

Inde rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem mitti dicuntur creditores.l.1.& l.7.ff.quibus ex cau.in poſſ.l.3.§.vlt.ff.de acquiren.poſſeſſ. l.13.ff.quæ in fraud.cred.l.51.§.1.ff.de re iudic. l.5.§.ſi plures.& §.poſtquam.ff.vt in poſſeſſ.legator.l.3.§.creditores.ff.vti poſſid.l.5.§.Iulianus.ff.ad exhibendum.l.26.ff.ad municipalem.l.50.ff.de pecul.l.penultim.§.item dandæ.ff.de diuerſ.tempor.l.2.ff.de feriis.l.9.ff. de rei vendicat.

Etiam rei ſeruandæ cauſa in poſſeſſionem bonorum tutoris, qui ne alimenta decernantur, latitat, pupillus mittitur.l.7.§.præterea.ff. de ſuſpect.tutor. Sed & rei ſeruandæ gratia fi-

deicommiſſi ſeruandi gratia ſignificat in l. 9. ff. de annu. leg. quãquam aliàs hæ duæ miſſionum in poſſeſſionem cauſæ, vt diuerſæ, ſeparentur. l. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ.

Rei autem ſeruandæ cauſa non poſſidet, qui ſuo iure vt pignus tenet. l. 13. ff. quæ in fraud. credit.

Rei perſecutionẽ continent actiones, quibus perſequimur, quod ex patrimonio nobis abeſt. l. 35. ff. de oblig. & actio. §. res perſequenda. Inſtit. de actionib.

Res etiam hæreditatem ſignificat & emolumentum ſucceſſionis. Ita rem habere ſucceſſionem obtinere eſt. l. 15. l. 16. ff. de legat. præſt. l. 12. ff. de iniuſto rupt. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tertyllian. l. 5. ff. de ſecun. tab. l. 1. §. pen. ff. ſi tabul. teſtam. l. 4. in fin. ff. de fideicomm. libert. l. 83. ff. de acquir. hær. l. penultim. ff. vnde lib. Vnde bonorum poſſeſſio quædam eſſe cum re dicitur: nimirum cùm is qui accepit bona, ea cum effectu retinet. Quædam ſine re cùm alius euincere iure ciuili hæreditatem poteſt, veluti ſi ſuus hæres inteſtato ſit. l. 8. §. 1. ff. de inoffic. teſt. l. 25. C. eod. tit. & apud Vlpia. in Inſtit. tit. 28.

In rem ſuam fideiubet, obligaturq́; qui pro ſuo negotio & in ſuam vtilitatem fideiubet obligari, veluti pro ſuo procuratore, aut ſi ad eum pecunia peruenerit & ipſe reum dederit vice ſua: pro eóque fideiuſſerit. l. 13. l. 22. ff. ad Velleia. l. 8. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. 25. ff. de pact. l. 5. ff. de liber. leg. In rem ſuam procurator datus dicitur, qui mandatas ſibi actiones lucro & cõmodo ſuo exercet. In rem quid ſit, in multis Pandectarum locis expoſui ſuprà lib. 9.

Rem pupilli ſaluam fore cautio prætoria, quam Theophil. Inſtitut. de ſatiſdatio. tut. & de diuiſio. ſtip. ſic explicat. Ὁ πραίτωρ τὸν καθιστάμενον ἐπίτροπον ἐγγύας διδόναι κελεύει ὅτι σῶα καὶ ἀκέραια τὰ τῶν κηδεμονευομένων φυλαχθήσονται πράγματα.

Rei vxoriæ actio appellabatur, quæ ſoluto matrimonio dotis repetendæ cauſa dabatur. l. vn. C. de rei vxor. actione. §. fuerat. Inſtitut. de action. Eius meminere Cicero libr. 3. Officiorum, Quintilian. libr. 8. capit. 3. & Gellius libr. 4. capit. 4. Eius autem in Pandectis nuſquam gentium fit mentio, quòd ea à Iuſtin. in Actionem ex ſtipulatu tranſlata & tranſfuſa eſſet.

Re contrahi dicitur obligatio, quæ re demum intercedente contrahitur. l. 1. & l. 52. ff. de obligation. & action. l. 1. in fin. & l. 17. ff. de pact. l. 8. §. 1. ff. de fideiuſſoribus. l. 1. ff. de nouationib. l. 2. §. vlt. ff. ad Velleia. l. 13. §. ſi fideiuſſori. ff. de acceptilatio. l. 12. C. ſi cert. petat. vt fit mutui datione, commodato, depoſito, pignoris traditione. Inſtit. quib. mod. re contrahit. oblig. Ita re factum contractum, id eſt, numeratione, dixit Vlpian. in l. 9. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. Societas verò re contrahi, id eſt, communicatione bonorum dicitur in l. 4. ff. pro ſoc. quanquam in ea nudo conſenſu obligatio conſtituatur.

Rei appellatione & tota res & pars eius cõtinetur. l. 7. ff. de iureiur. l. 4. §. 1. ff. de dam. inf. l. 13. §. 1. ff. de fun. dot. Eademq́; res peti intelligitur, etiam ſi pars petatur eius, quod totum petitum eſt. l. 7. ff. de except. rei iud.

Ex re fructuarii item bonæ fidei poſſeſſoris eſſe videtur, quòd hi ſeruo donauerint, vel cõceſſerint, vel adminiſtratione rerum, quæ ad eos pertinet, compendii fecerint. l. 38. ff. de vſufruct. Sed & ſi bona fide poſſeſſori vel fructuario ſeruus acceptum roget, vel paciſcatur, ne ab iis petatur ex re eorum acquirere videntur, cùm eos liberent. l. 63. ff. de ſolutionib. d. l. 11. ff. de acceptilationib. Sed & ſi hæreditatem poſſeſſorum fructuariorúmve intuitu & contemplationi ſibi relictam iuſſu eorum adeant, non opera ſua, ſed ex re eorum acquiſiſſe intelligentur. l. 45. in fi. ff. de acquir. hær. l. 32. ff. de liber. cau. Atq; hæc interpretatio pertinet ad id, quod dicitur fructuario bonæve fidei poſſeſſori, ſeruum, quod ex operis ſuis vel ex re eorum ſtipulatur, aut per traditionem accipit, acquirere.

E re eſt. l. 1. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. ſi is qui teſtam. lib. l. 1. §. dixerit. ff. de publican.

Res pro vi & effectu in l. penult. ff. de ſtatu liberis.

Re excluſus non videtur, quem Prætor ſe in integrum reſtituturum pollicetur. l. 5. ff. de reſtit. in integ.

Rem ipſam habere videtur, qui actionem ad eam recuperandam habet. l. 15. ff. de diuerſ. reg. l. 143. ff. de verb. ſignif.

Rerum Italicarum appellatione quid contineatur, exponitur in l. 35. §. rerum autem. ff. de hæred. inſtit.

Res peribit, id eſt, obligatio ſoluetur in l. 91. ff. de ſolutio.

Res iudicata dicitur, quę finem controuerſiarum iudicis pronunciatione accepit, quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit. l. 1. ff. de re iudic. Rei iudicatæ clauſula in l. vlt. ff. iud. ſol. ſignificat eam ſtipulationis iudicatum ſolui clauſulam, quæ ad iudicati ſolutionem propriè pertinet.

REMITTIT iuſiurandum, qui deferente ſe cùm eſſet paratus aduerſarius iurare, gratiã ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuſiurandi. l. 6. l. 32. ff. de iurer. Sic remiſſum iuſiurandum accipe in l. 9. §. 1. & l. 4. C. eod. tit.

Remiſſio in tit. De remiſſionib. accipitur, qua remittitur prohibitio per nunciationem noui operis facta. l. 1. in princip. l. 5. §. ſi in pluribus. ff. de noui oper. nunc. l. 7. §. ait Iulianus. ff. quod

ff. quod vi aut clàm. Eſt igitur nunciationis remiſſio.

Remiſſio nonnunquam mercedis penſionísve relaxationem, & exonerationem, & releuationem ſignificat, vt in l.16.§.vlt.& l.17.in princ.& l.vlt.ff.loca. Sueton.in Iulio cap.20. Publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte releuauit. Plin.lib.10.Epiſt. Præterea continuæ ſterilitates cogunt me de remiſſionibus cogitare, quarum niſi præſens rationem inire non poſſum. Idem lib.9.ad Paulinum: Cùm me neceſſitas prędiorum Tuſcanorum retineat: nam priore luſtro quanquam poſt magnas remiſſiones reliqua creuerunt. Columella lib.1.cap.7. Si ſedulò colitur ager, plerunque compendium nunquam niſi cœli maior vis aut prædonis inceſſit, detrimentum adfert: eoque remiſſionem petere colonis non audet.

REMMIA lex de calumniatoribus. l.1.§.1. ff.ad Turpillian.l.13.ff.de teſtib.

RENVNCIARE dicebantur magiſtratus qui voce præconis in campo declarâbantur ſuffragio populi deſignati, vt Cic.7.in Verr.& 2.in Rullum & pro Milo.& Gell.lib.12.cap.8.oſtendunt. Sed & ipſe Conſul. ſucceſſorem ſuum populo renunciabat, vt Cic. pro Murena & lib.7.Epiſt.indicat.

Renunciare nuptiis, & renunciare conditionem, pro, Sponſalia repudiare. l.17.§.vlt.ff. de reb.auct.iud.l.1.C.de ſponſalibus. Sic Renunciatam affinitatem ſponſalib. contractam accipimus in l.38.in prin.ff.de vſur. Sic & Renunciatio in l.2.ff.de diuort. ſponſaliorum diremptio intelligenda eſt.

Renunciare quoque modum menſores dicuntur. l.1.in princip.& l.6.§.1.& §. item Pomponius.& l.8.ff.ſi menſ.falſ.mod. Hygen. lib.2.de Limitib. conſtit. Longitudinem autem quoties egeram, ego ita renunciabam, Iugera tot, vel verſus tot. Et mox: Sic vt videbitur, ita renunciabimus iugera tot, verſus tot, &c.

REOS Cicero libr.2.de Orat. omnes quorum de re diſceptatur, appellat. Ælius etiam Gallus libr. De ſignificatione verborum ad ius pertinentium Reum definit, qui cum altero litem conteſtatam habet, ſiue is agat, ſiue cum eo agatur. Quibus conſequens eſt, vtrumque ex litigatoribus reum dici: vulgò tamen qui petit & agit, actor: qui conuenitur, reus appellatur. Veteres eum vnde petitur vocabant. Cicero libr.1.de Orat. Nónne nobis in tribunali Q. Pompei ſedentibus poſtulabam, vt illi vnde peteretur, vetus atque vſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Idem lib.7.Epiſtol. ad Trebat. Ego omnibus vnde petitur hoc conſilii dederim, vt à ſingulis interregibus binas aduocationes poſtulent. Sed & in l. Mamilia: Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condemnatus erit eam pecuniam ab eo vel à bonis eius primo quoq; die exigito. Vterq; etiam ex contrahentibus reus appellatur. l.5.§.conuentionales.ff.de verbor.obligat. Sed differentiæ cauſa, qui ſtipulatur, reus ſtipulandi: qui ſpondet, reus promittendi dicitur. l.1.& toto tit.ff.de duobus reis.l.134.§.pen. ff.de diuerſ.reg.l.50.§.vlt.l.52.§.duo.& paſſim in titul. de fideiuſſoribus. ff. ſicuti qui credit, reus credendi: qui accipit, reus debendi: qui ſatiſdat, reus ſatiſdandi: qui ſatis accipit, reus ſatis accipiendi appellatur. l.34.§. quidam.ff. de ſolutio.

Rei planè verbo plerumque debitor ſignificatur. l.22.§. quòd ſi ſtipulator. & aliàs ſæpè. ff. de fideiuſſoribus. l.45.§. ſi principali. ff. de iure fiſc.

Inde Reus conſtitutus dicitur, qui ſe obligauit. l.14.§. Labeo. ff. quod met. cau. Et eiuſdem pecunię Rei qui eandem pecuniam promiſerunt. l.22.§.cùm tu.ff.de fideiuſſoribus. l.84.§.qui Caium.ff.de leg.1. Duos autem reos promittendi facimus, ſi vtrumq; interrogemus, & vterque reſpondeat eiuſdem pecuniæ nomine. l.3.& l.6.ff.de duobus reis.& Inſtitut. eod. tit. Nec tantùm ſtipulatione, ſed & aliis contractibus duo rei fieri poſſunt: veluti ſi apud duos eadem res deponatur, duobúsve eadem res locetur, commodetur.

Interdum Reus expromiſſorem ſignificat, id eſt, eum qui alienam in ſe obligationem vel nouatione vel delegatione ſuſcepit. l.1.ff.ad Velleian. l.1.§.exceptionem. ff. quar. rer. act. non dat. l.104.& l.112. ff. de verb.obligat. l.9. §.omnis.ff.de pignor.act.l.7.§.ſeruus actionis. ff.de dolo.l.22.§.ſi mulier.ff. ſoluto matr. l.34. in fin.ff.de ſtatu liber.l.11.ff. de nouatio. l. vltim.in fin.ff.ſi cert.petat.l.13.§.præterea. ff. de actio.empt.

Reis cauere, id eſt, per fideiuſſores. l.1.§. iubet.ff.de collat.bon.

Reus fieri dicitur qui criminis alicuius poſtulatus eſt. l.5.ff.de publi.iud. Reum autem fieri Aſconius 2.in Verr. act. nihil aliud eſſe ait, quàm apud Prętorem legib. interrogari. Cùm enim in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem, Aio te Siculos ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ęſtimabatur, vt victo. Si negaſſet, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum criminum, & ex eo tempore inter Reos relatus & receptus dicebatur.

Agi etiam Reus eodem ſenſu dicitur, qui accuſatur. Valer.libr.6.capit.8. M. Antonius auorum noſtrorum temporibus clariſſimus Orator inceſti reus agebatur, & lib.8. capit.1. Q. Flauius à C. Valerio Ædile apud populum reus actus.

Recipi verò vel referri inter Reos dicitur

quis, poſtquam delatum eſt nomen eius. Et contra. Eximi verò ex Reis, abſolutione vel abolitione ſecuta.

Eorum autem ſtatus & conditio, qui inter reos recepti ſunt, Reatus vocatur. Et quamdiu accuſatio pendet, in reatu eſſe dicuntur. l. vlt. ff. de public. iud. l. 25. ff. de pœn. l. 3. §. quòd pater. ff. de muneribus & honor. l. 46. §. in reatu. ff. de iure fiſc.

REPARARE in l. 16. ff. de in rem verſo. & l. 122. §. Callimachus. ff. de verb. obligat. vt & bene Duaren. lib. 1. diſputat. notauit, ſignificat nummis & venditione mercium redactis aliud quid earum loco comparare. vel breuius, ex mercis venditæ precio aliam parare.

Reparari libertatem non poſſe, Vlpian. dicit in l. 9. §. illud. ff. de ſtatu lib.

Reparari vires obligationis Gordia. in l. 4. C. de ſolutionib. id eſt, ſuſcitari & reſtitui, Sicut Octauius Minutia. libro 8. Arnobii. Ergo homo nouus naſcitur, non prior ille reparatur.

Reparari etiam appellationum tempora, id eſt, reſtitui dicuntur. Inde Reparationes in Rub. de temporib. & reparatio. appell. & apud Symmach. lib. 1. Epiſt. 37. & 38.

REPETERE pro memoria repetere, in l. 10. ff. de pact. l. 14. ff. de iure codicil.

Repeti dicitur vſusfruct. qui qualicunque ratione amiſſus iterum legatur, & fructuario conſeruatur. l. 2. §. ſi non mors. l. 3. in princip. & §. 1. l. 5. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. l. 3. §. 1. ff. vſufruct. quemadmod. cau. vt in ſpecie l. 8. ff. de annu. legat.

Repetitionem in legatis conſulti appellant hanc ſcripturam, *Hoc amplius et hæres meus dato*, vel *Item dare damnas eſto*. l. 19. ff. de legat. 1. l. 61. ff. de legat. 3.

Repeti etiam dicuntur legata, quæ ab inſtituto data à ſubſtituto iterum relinquuntur, vel ab vno ex primis hæredibus relicta à cohærede eius rurſum legãtur, in hunc modum, *Quæ à filio meo legaui, Quæq; eum dare iuſſi, hæres meus iiſdem diebus dato*. l. 32. & l. 54. ff. de leg. 1. l. 75. ff. de leg. 3. l. 80. ff. de verb. ſignif.

Repetere Reum, eſt iteratò reum facere abolitioneque exemptum reum denuò poſtulare. l. 10. §. 1. l. 12. l. 15. §. vlt. & l. 17. ff. ad Turpillian. l. 3. §. 1. & l. 12. §. vlt. ff. de accuſatio. l. 14. §. 1. ff. de bon. libert. Sueton. in Auguſt. cap. 32. Diuturnorum reorum & ex quorum ſordib. nihil aliud quàm voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione propoſita, vt ſi quem repetere vellet, par periculum pœnæ ſubiret. Idem in Domitia. cap. 9. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit, nec repeti niſi intra annum permiſit.

Sic repetere crimen eſt, indulgentia abolitum crimen ex integro iterum perſequi. l. 7. ff. ad Turpilian.

Repeti in quæſtionem eſt, in quæſtionem iterum peti. l. 18. §. 1. ff. de quæſtionib. Repeti quæſtio, id eſt, iterari dicitur in l. 16. ff. de quæſtionibus.

Repetita die, id eſt, antelata ſeu prælata die. l. 3. ff. de fide inſtrum. l. 5. §. ſi quis ipſi Prætori. ff. de noui oper. nunc. l. 9. §. proinde. ff. ad exhiben. l. 15. §. item videamus. ff. de dam. inf. l. 1. §. præterea. & §. ſi tibi. ff. de itin. actuq; princ. Et repetitis diebus, in l. 51. ff. ad l. Aquil. ſignificat retrorſum computatis. Eodemq; modo Repetitionem triginta dierum accipe in l. 34. in fi. ff. de oblig. & action.

Repetita emptione in l. 7. §. adeò. ff. de pact. l. 2. ff. de reſcind. vendit.

REPETVNDARVM crimen ſiue de pecuniis repetundis ex l. Iulia intenditur earum pecuniarum nomine, quas quis cùm in magiſtratu aliquo, poteſtate, curatione, miniſterio eſſet, ob iudicandum vel non iudicandum acceperit, vel quo magis, vel minus ex officio ſuo faceret, vel ob militem legendum mittendúmve. toto titul. ad legem Iuliam repetund. ff.

REPIGNERARE eſt, luere & liberare pignus, aduerſaturq; verbo pignerare. l. 5. §. rem tibi dedi. ff. commoda. Feſt. lib. 16. Reluere, ſoluere, repignerare. Cæcilius in Carmine, vt aurum & veſtẽ quod matris fuit, reluat, quod viua ipſi oppoſuit pignori. Vt Replumbare, id eſt, adplumbata diſſoluere. l. 20. ff. de auro argento. Et Reſignare, ſignatum aperire. l. 6. ff. quemadmod. teſtamenta aperiantur. l. 23. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. l. 20. ff. de vulg. & pupill. l. 16. in fin. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Et aliis quoq; ſatis multis in verbis, articulus RE contrariam ſimplici verbo tribuit ſignificationem, aliàs verò iterationem, & geminationem ſignificat, vt Retractare interdum eſt, Feſto quoque teſte, iterum tractare. l. 31. in fi. ff. de iureiur. l. 10. §. 1. ff. ad Turpillian. §. cùm quidam. ff. de recep. qui arbitr. l. 29. ff. de iure fiſc. l. 4. C. de epiſ. aud. l. 3. C. de cano. largit. tit. Cic. lib. 4. de Nat. deor. Qui autem omnia quę ad cultum deorum pertinent, retractarent, & tanquam relegerent, hi dicti ſunt Religioſi. Idem ad Atticum lib. 8. Augemus crimen dolorem retractando. Sic Tertullian. in Apologetico. Cauſas quæ hoc exegerint, retractemus. & alibi ſæpè.

REPLICATIO eſt contraria exceptioni, & quaſi exceptionis exceptio. l. 22. ff. de exceptionib. Inſtitut. de Replicationibus. Dicitur enim aduerſus exceptionem, per eamq; exceptio eliditur. l. 48. ff. de procuratorib. l. 28. ff. de noxalib. l. 21. §. 1. ff. de pignorib. l. 1. in fin. ff. de

ff.de except. rei vendit.l.72.in fi.ff. de rei vendicat.l.19.C.de tranſactio.l.1.§. procurator. ff. pro empto.

REPRÆSENTARE eſt, quod in diem debetur ante diem ſoluere.l.8.§.eam orationem. ff.de tranſactio.l.36.§. vltim. de condition. & demonſtr.

Inde Repræſentatio ante diem ſolutio. l. 24.§.quoties.ff.ſolut.matrimon.l.1.l.2.§.idem Iulianus. ff. de dote releg. l. 90. §. teſtator. de legat.2.

Repræſentare ius l.1.C.vbi de cauſa ſtat.

Repræſentari etiam cognitio dicitur. l.3.§. cauſæ cognitio. ff. de Carbon. ed. & l.3.§. Iulianus. de lib.exhib. quę non expectato pubertatis tempore ſtatim ſuſcipitur & maturè iudicatur.

REPRÆSTARE duobus in locis in Pandect. Floren. inuenitur, in l. 47. ff. de action. empt.& l.22.§.1.ff.ad S.C.Trebell.

REPROMITTERE eſt, nuda pollicitatione cautioneq; promittere, non ſatiſdato. l.5.§. ſi is cui.ff.de noui oper.nunc.l.9.§. quæſitum. l.13.in princip.§.1.l.30.§.vtrum. ff. de damno inf.l.3.& l.5.§.quòd ſi fugit. ff. de condic.cauſa da.l.10.ff. de his quæ vt indign. Proinde Repromiſſio & ſatiſdatio opponuntur. l. vlt. §. ſi legatarius.ff.quod legator.l.1.§.ſtipulationem. ff.de Prætor.ſtip.l.6.ff. vt legator. nom. cau. l. 23.ff.de vſufr.leg.

REPVDIARE eſt, ius nobis delatum repellere. Repudiatur enim ea tantùm quæ iam delata ſunt. l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſorio edicto. Nec repudiare quis id poteſt, quòd ſi velit, habiturus non eſt.l.135.ff.de diuerſ.regul.

Repudium non nuptiarum tantùm diremptionem renunciationémve, ſed & ſponſaliorum ſignificat.l.2.ff.de diuort.

Inter Diuertere enim & Repudiare hoc intereſt, quòd repudiari etiam futurũ matrimonium poteſt. Non rectè autem ſponſa diuertere dicitur.l.191.ff.de verb.ſignif.

Inde Repudium renunciare apud Plaut. Aulularia. Et Terentium Phormion. Act.4. ſcen.4.

Et Repudium mittere.l.38.ff.ſolut.matrim. l.3.& l.4.& l.8. ff. de diuort. Et Repudiatus is cui repudium miſſum eſt.dict.l.39.& l.4.ff.de diuort.

REPVTARE in computatione ineunda aliquid imputare ſignificat.l.36.ff.de neg.geſt. l.40. in fin.ff. de minorib. l.1.§. præterea.ff.de tut.& rat.diſtr.l.21.ff.ſolut.matr.l.5.C.de iud.l. 90.§.teſtator.de legat. 2.

Vnde reputationes, in l.19.ff.famil.erciſc.l. 2.ff.vbi pupill.educa.l.10.§. idem Labeo ait. ff. manda.d.l.1.§. præterea.l.8.& l.25.§.ſi vicino. ff.loca.l.48.ff.de ſolutionib.

RESCISSORIA actio in l.28.§. exemplo. & §.vlt.ff.ex quib.cauſ.maio.l.18.C.de poſtli. reuerſ. ea eſt, quæ reſciſſa vſucapione redditur.l.35.ff. de oblig.& actio.§. rurſus. Inſtitut. de actionib.l.24.C.de rei vendic. at in l.16.C. ad Velleian. Reſciſſoria actio dicitur quæ reſciſſa mulieris obligatione in priorem & antiquum debitorem reſtituitur.

Reſciſſio in l.3.§.ſi emancipatus.ff.de cont. tabul. reſciſſionem emancipationis ſignificat. Nam Prætor vt emancipatos qui iure ciuili deficiuntur propterea quòd per capitis diminutionem ius legitimum amiſerint, ad ſucceſſionem cum cæteris liberis, qui in poteſtate manſerunt, admittat, eorum emancipationem reſcindit.l.6.§.1.ff.de bon. poſſeſſ. Quod cùm Accurſius non videret, valdè ſe torquet in interpretatione dicti §. ſi emancipatus. Sic etiam accipienda ſunt illa l.9. de bon.proſcripto.in C.Th.verba, Qui ab inteſtato ſucceſſuri defuncto vel ex 12.tab.vel per reſciſſionem capitis prætorio vocabuntur edicto.

RESCRIBERE princeps dicitur ad epiſtolas, vt ſubſcribere libellis: ſed tamen etiam reſcribere ad libellos Iuriſconſulti dicunt. l. 23.ff.de vſufruct.leg.l.4.ff.de appellat.recip.l. 17.ff.de iure patro.l.40.§.hoc Senatuſconſultum.ff.de legat.1. Quinetiam ipſimet conſulti reſcripſiſſe dicuntur, quod conſulentibus ſe reſponderunt.§.ſacræ. Inſtit. de rerum diuiſ.l. 73.ff.de contrah.empt.

RESIDVA, ſunt pecuniæ publicæ, quæ apud aliquem ex locatione, conductione, emptione, alimentaria ratione, ex ſumma quam accepi aliâve qua cauſa reſederunt.l.4.§. lege Iulia.ff.ad l.Iul.pecu. Ea verò pecunia quam quis cùm prouincia abiret apud ſe eſſe ad ærarium profeſſus, retinuit, ante annum reſidua non eſt, quia eam priuatus fiſco debeat. l.9.§. vlt. ff. eod. tit. Crimen hoc lege Iulia vindicatur, quæ inde de reſiduis vocatur. Sic & apud Liuium lib.3. belli Macedo. verbum hoc exaudiendum eſt. Omnibus, ait, reſiduis pecuniis exactis tributo priuatis remiſſo. Cicero 2. Orat.de Leg. Agrar. Quid relatum, quid reſiduum ſit. Idem pro Cluentio Auito. Nuper apud C. Orchinium collegam meum locus à iudicibus Fauſto Syllæ de pecuniis reſiduis non eſt conſtitutus.

RESTITVERE is intelligitur, qui ſimul rem & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet, id eſt, vſucapionis cauſam, & fructuum, & quodcunque aliud quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet, l.35.l.75.ff. de verborum ſignificat. l. 20. ff.de rei vendicat.

Reſtituit ergo non qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionemq; reddita cauſa præſtat, & tota reſtitutio iuris inter-

pretatio eſt. l.vlt.§.vlt.ff.de verb.ſignific. Quo fit, vt longè plus ſit in reſtitutione, quam in exhibitione, cùm ad exhibitionem præſentiam corporis præbere ſufficiat: Ad reſtitutionem verò poſſeſſorem facere, & fructus reddere, & cauſam omnem præſtare oporteat. l. 22. ff. de verbor. ſignif. Proinde hæc verba ſtipulationis *Eam rem rectè reſtitui*, fructus continere minime ambiguum eſt. l.73. ff. de verbor. ſignific. Et qui rem reſtitui iubet, etiam de fructibus condemnationem facere debet. l. 36. §. 1. ff. de rei vendicat. Sed & cùm verbum, RESTITVAS, in lege inuenitur, & ſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam ſunt reſtituendi. l. 134. §. 1. ff. de diuerſ. regul. Ex quo efficit Vlpian. in Paulianam actionem fructus venire, propterea quòd verbum, RESTITVAS, quo Prætor in eam rem vſus eſt plenam habet ſignificationem, vt etiam fructus reſtituantur. l. 38. §. in Fabiana. ff. de vſur. l. 1. ff. quæ in frau. credit. Inde adeò cùm Prætor iubet vti opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſequi debet, cùm verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris contineatur. l. 81. ff. de verb. ſignific. Simili modo cùm deiectum ab vſufructu in eandem cauſam Prætor reſtitui iubet, ſic interpretamur, in qua futurus eſſet ſi deiectus non eſſet, vt ſi tempore interim finitus vſusfructus fuerit, nihilominus cogatur reſtituere, id eſt, vſumfructum iterum conſtituere. l. 9. §. vltim. ff. de vi & vi arma. Aut ſi poſtquam deiectus eſt, capite minutus vel mortuus fructuarius fuerit, præterita cauſa præteritumq́; damnum ſarciatur. l. 3. §. vlt. eod. tit.

Enimuerò in interdicto, Ne quid in loco publico, quo Prætor iubet quod in loco publico factum erit reſtitui, reſtituere in priſtinum ſtatum reducere eſt, quod fit, ſiue quis tollat quod factum eſt, ſiue reponat id quod ſublatum eſt. l. 2. §. Prætor ait. & §. reſtituas. ff. ne quid in loco pub. Reſtituere in integrum, eſt in priorem ſtatum reponere lapſos, captos, fraudatosque vel per imbecillitatem ætatis, vel per abſentiam, vel per metum, aut calliditatem aduerſarii, vel per ſtatus mutationem. l. 1. ff. de integr. reſtit.

Vnde Reſtitutorium, pro iudicio reſtitutorio & cognitione prætoria de reſtitutione facienda. l. 7. ff. quod falſo tut. l. 39. ff. de euictio.

Reſtitutoria actio, quæ in veterem debitorem reſtituitur, muliere, quæ pro eo obligationem ſuſceperat, nexu obligationis liberata. l. 8. §. Marcellus. & §. ſi mulieri. ff. ad Velleia. l. 8. C. eod. tit.

Reſtitutoria interdicta appellantur, quibus Prętor reſtitui aliquid iubet. l. 1. §. interdictum. & l. 2. ff. de interdict. §. reſtitutoria. Inſtit. eod. tit. l. 1. de aqua quotid. Qualia ſunt, Quorum bonorum, Quod legatorũ, Vnde vi. l. 1. §. 1. ff. quor. bonor. l. 1. ff. quod legator. & illud, quod de via publica proponitur in l. 2. §. ait prætor. & §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco public. Et quod precario. l. 2. §. 1. ff. de precar. Et poſterius interdictum de cloacis. l. 1. §. 1. & §. vlt. ff. de cloac. Item illud quod proponitur in l. vn. §. deinde. cum §. ſeq. ff. de fluminib.

Reſtitui etiam dicuntur, qui in bona, dignitates, & ciuitatem reſtituuntur, veluti deportati, aut aliàs damnati. Rubr. de ſentent. paſſ. & reſtitut. C. l. 59. & l. 104. ff. de conditio. & dem. l. 1. §. deinde adiicit. ff. de poſtul. l. 6. §. pen. ff. de iniuſto rup.

In integrum etiam reſtitui dicuntur cauſæ, de quibus ex integro cognoſcitur. l. 3. §. diuus. & l. 7. ff. de iur. fiſ. l. 33. & l. 35. ff. de re iudic.

Reſtituere tutelam curationemq́; pro tutelæ & curationis geſtæ adminiſtrationis rationes reddere. l. 32. ff. de minorib. l. 21. §. vlt. ff. de alim. lega.

RETICVLVM in l. 5. §. vltim. ff. de his qui deiecer. vel effud. vbi amphoram ex reticulo ſuſpenſam narrat. Plinius libro 31. capit. 6. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ è cera pilæ.

Reticula in l. 25. §. ornamentorum. ff. de auro arg. quæ vulgò ſcofia dicimus, quæ in formam retis facta ad capillos continendos capiti aptantur. Reticulum Lexicon B. Germani vertit γύργαθον κροκύφαντον. Et planè crocufantia reticulis iunguntur in dict. §. ornamentorum. γύργαθον verò πλέγμα τι eſſe Pollux lib. 7. cap. vlt. & lib. 10. cap. 35. docet. Iſidor. lib. 20. Etymolog. cap. 30. Reticulum, ait, eſt quod colligit comas: dictum ab eo quod retinet crines ne effundantur. Lamprid. in Alexand. Matronas autem regias contentas eſſe debere vno reticulo atque inauribus. Vtitur & hoc verbo in hunc ſenſum Capitolinus in Maximinis. Reticuli circa columnas in l. 17. §. quæ tabulæ. ff. de actio. empt. Reticulatum opus apud Vitruu. lib. 2. capit. 8. Et Plin. libr. 36. cap. 22.

RETRO pro rurſus vel ex diuerſo. l. 4. ff. de oper. ſeruor. l. 67. ff. de ſolutionib. l. 40. §. ſeruum. ff. de acq. poſſ. l. 9. §. vlt. ff. de except. rei iud. l. 34. §. vlt. ff. manda.

REVOCARE domum id ſignificat quod vulgo dicimus, petere ſe remitti domum. l. 2. §. legatis. ff. de iudic. l. 28. §. ſi cùm in prouincia. ff. ex quibus cauſ. maio. Sic & ius reuocandi forum. l. 7. ff. de iudic. Et reuocare in prouinciam in l. 7. §. pen. ff. de accuſatio.

Reuocatoria, diploma principis ſignificat, quo abſentem ad ſe reuocat. l. vlt. C. de dignitatib. lib. 11. l. 3. C. de ſilentia. lib. 12. Iuſtin. Nouell. 8. οὐδὲ γὰρ δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν, πρὶν τὸν νενομισμένον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν πληρῶσαι

συνῃ χρόνον, τῆς ἐπαρχίας ὧν ἦρξαι ἀναχωρεῖν, ἢ κατὰ περίφρασιν Reuocatorias ἤτοι ἀνακλήσεως.

RIGOR curſus aquæ, rectum profluentis tenorē ſignificat.l.1.§.quod autem. ff. ne quid in flumine publ.l. 1.§.ripa.ff.de flumin.

Sic rigor ſtillicidij, rectus eius fluxus eſt.l. vlt.§.vlt. de ſeruitut. vrban. At Plinius lib. 8. Epiſt.ad Roma.Rigorem aquæ pro frigiditate poſuit. Sunt & rigores in agris, cuius verbi, quia à lexicis abeſt, non alienum erit interpretationem ſubiicere. Id autem Boetius lib. 1. Geometr. ita explicat. Rigor eſt, quidquid inter duo ſigna veluti in modum lineę directum proſpicitur. Flexuoſum verò eſt, quidquid ſecundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro à menſore operis cauſa ad finem directum fuerit, Rigor appellatur: quidquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea appellatur. Bini verò rigores ſunt, quando ſingulis ſpatiis interuenientibus tendunt, vt itinere plerumque peragunt. Aggenus Vrbicus, Rigor ait, ſuæ rectitudinis naturalis nomē accepit. Sicul. Flacc. in lib. de conditio.agror. In aliquibus regionibus, ait, ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, vt rigores durent per longum tractum, incedenteſque in viis aut riuis aut ſubſtructionibus, aut regionibus aliiſque finitionum generibus deficient ſupradicti rigores.

RIPAM fluminum dici, vt littus maris, Grammaticis notum eſt. Ripam autem fluminis Vlpian. definit eſſe id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. l.1. ff.de fluminibus. Paulus verò in l.penult.ff.eo. titul. Ripam ait eam dici, quæ pleniſſimum flumen continet. Ripam munire, eſt aggeribus factis & oppoſitis aquam coercere, ne excreſcens flumen agrum occupet. l. 1.§. ſunt autem.ff. ne quid in flumi. publ.l. vn. ff. de ripa munien. Inde Riparenſia caſtra in l.14. C. de re milit. lib.12. in ripis ſtatuta & locata. Et Riparenſes apud Vopiſcum in Aureliano. Inde etiam Ripuarij appellati ſunt Germani riparum Rheni accolæ, quibus conſcriptæ leges hodieq; extant.

RISCVM in l.25. ff. de auro argent. arculam veſtiariam interpretor. Hanc enim ſolam huius verbi ſignificationem ei loco accommodatam reperio. Tradit autem Pollux lib.7. onomaſt. cap. 19. & lib.10. cap. 31. κιβώτια οἷς ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες ῥίσκοι παρὰ τοῖς πατέροις λέγεσθαι. Donatus vero in Eunuch. Terent. nomen id eſſe Phrygium ſcribit, eoque ſignificari ciſtam pelle contectam. At in lexico B. Germani Riſcus κιβωτὸς μεγάλη definitur.

RIVVM Feſtus lib.16. dici ait non tantùm naturali ſuo impetu fluentem tenuem aquæ fluxum: quo modo Riuum fluminis dixit Caius in l.7.§.inſula.ff.de acquir. rer. domin. ſed & manu factum, ſiue ſuper terram in foſſa, ſiue ſuper ſpecu à Græco verbo ῥεῖν. Hoc poſteriore ſignificato Riuus definitur ab Vlpiano eſſe locus per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat.l.1.§. 1.ff.de riuis. Atque ita accipitur in l.2. ff. de extraord. cognit. l.12. & l. 16.ff. quemadm. ſeruitut. amitt. l.3.penult. & vlt.l. 5.in fin.ff.de aqua quotid.l. 13. l.21.§.1.ff. de ſeruitut.ruſt.l. 52.§.ſi in communem.ff.pro ſoc. Vitruu. lib.8. cap.7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, Riuis per Canales ſtructiles, & fiſtulis plumbeis, aut tubis fictilibus. Nam in riuo collocabantur fiſtulę, vel canales quibus aqua ducebatur.l. 3.§.ſi quis in riuo. ff. de riuis. Inde deprimere vel alleuare riuum in l. 12.ff.comm.præd. Et ducere riuum.l.9.ff.de ſeruitut.

Riui autem, prout conuenerat, terreni, ſignini, cementicij, lapideiue fiebant, vt apparet ex l. 1.§.vlt.& l.3.§.1.ff. de riuis. Item Riui quidam erant aperti, quidam tecti & operti.l. 1.§. vlt.l. 3.ff.de riuis.l.1.§.ſi quis.ff.ne quid in flum. pub. Hos ſubterraneos Frontin. ſępius appellat in lib.de Aquæductibus.

Inde Riuales, qui per eundē riuum aquam ducunt.l.1.§. ſi iter.& l.3.§.penultim.ff.de aqua quotid. vt Donat. in Eunuch. Terent. notat. Gell.lib.14.cap.1. Quod ei fortè de aquæductu cum riualibus contentio eſſet. Acron quoque in artem Poetic. Horatij, Riuales, ait, dicebantur, qui agris riuum haberent communem & propter eum ſæpè diſcrepabant. Inde & verbum Corriuare in l.1.§. ſed & foſſas.& l.3.ff. de aqu.& aqu. plu.

RODIÆ leges nauticæ leges ſunt à Rodiis deſcriptæ, quibus vt æquiſſimis mare regi Imperatoribus non diſplicuit. Quod & Iſidor. lib.5. cap.17. ſcribit. Inde titulus de leg. Rhod. ff. & apud Paul. lib. 2. Sentent. titul. 7. Tertullian. libro 3. aduerſ. Marcio. Scilicet nauclero non illi quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat.

ROMÆ appellatio continentibus ædificiis finitur.l.2.ff.de verb.ſignif. Itaq; ædificia Romæ fieri ea videntur, quæ in continentibus ædificiis fiunt.l.139.ff.de verb.ſignific. & qui in continentibus ædificiis nati ſunt Romæ nati intelliguntur.l.147.ff.eod.tit. & penu quæ Romæ ſit legata, non ea tantùm quæ intra murū, ſed & quæ intra continentia ſit debetur. l.4.§. ſi ita.ff.de penu leg.

Roma communis patria eſt.l.33.ff. ad municipal. & vt ſcitè Athenæus ſcribit τῆς οἰκουμένης ἐπιτομή.

Vnde Orbis Romanus.l.17.ff.de ſtatu hom. l.5.de metallar. in C. Theod. Caſſiodor. lib.3. Variar.epiſt.penult. Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diuiſus cenſuque

deſcriptus eſt. Saluia. Maſſil. lib. 7. de vero Dei iudicio. Sed vbi apud nos emendatur, aut quæ pars Romani orbis corrigitur? Et alias. Sed hęc omnia prætermittantur quæ & in toto fermè aguntur orbe Romano.

Roma autem duplex ſtatuitur in conſtitutionibus: vna vetus, altera noua, videlicet Cõſtantinopolis, quam veteris & antiquæ Romę prærogatiua lætari Impp. voluerunt. l. 6. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 40. C. de epiſcop. & clericis. l. 4. C. de operibus public. l. vlt. C. in quibus cauſis pignor. Zonaras etiam non ſemel hanc νέαν Ῥώμην vocat. Quinetiam Chalcedonenſis Concilij cap. 22. ita ſcriptum eſt: τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασιν τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ εὐλόγως κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ.

ROTÆ aquariæ apud Paul. lib. 4. Sentent. titul. 6. ſunt, per quas tollitur aqua. de quibus in l. 2. ff. comm. præd. & l. 40. §. vlt. ff. de contrahend. empt. & apud Caton. de re Ruſt. capite 11. fit mentio. Lamprid. in Heliogab. Paraſitos ad rotam aquariam & cum vertigine ſub aquas mittebat, rurſusque in ſummum reuoluebat. Tertullian. Rotas aquilegas vocat in lib. de Anima. A Vitruuio etiam inter ea organa quibus aqua hauritur Rota ponitur lib. 10. cap. 9. & alias ſæpè. Iſidor. lib. vltim. cap. 15. Dicta, ait, eſt Rota quaſi ruat. Eſt enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur. Lucretius in lib. 15.

In fluuio verſare rotas atq; hauſtra videmus.

Vbi hauſtra ſunt rotarum cadi ab hauriendo, quæ Græcè ἀντλία vocantur, vt & à Nonio notatur. Riuus verò ille quo per rotam educta aqua in hortum effunditur ἀμάρα Græcis vocantur, vt & in Etymologico traditur.

RVBRIANVM Senatuſconſultum temporibus Traiani factum eſt, Rubrio Gallo & Cælio Piſone COSS. Cuius ſententia exponitur in l. 26. §. ſubuentum. l. 28. l. 33. §. 1. ff. de fideicom. libert. l. 3. ff. de legit. tutoribus.

RVBRICA, terram rubri coloris, Latinis ſignificat. Eoque ſenſu verbum hoc apud Vitruu. lib. 7. cap. 7. & Cato. de re Ruſt. cap. 34. Tertullian. in lib. de habitu muliebri, & Nonium, in verbo Examuſſim, vſurpatum inuenies. Huiuſmodi verò terra & minio cùm tituli ac capita librorum notari ſolerent, eò factum eſt, vt Rubricæ pro titulis capiantur. l. 2. §. recuperandæ. ff. de interdict. Ouid. in lib. de Triſtibus.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Iuuenal. Satyr. 14. *perlege rubras Maiorum leges.* Perſius Satyr. 5.

Excepto ſi quid Maſuri rubrica vetauit.

Quintilian. lib. 12. cap. 3. Quorum alij ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, & formularij, vel, vt Cicero ait, leguleij quidam eſſe maluerunt. Terentianus, Inſtar tituli fulgidula notabo minio. Seruius in 10. Eclog. Virgil. Bucolic. faciem quoque Iouis ait, de rubrica illinunt inſtar coloris ætherei. Minium enim rubrica eſt.

RVDES parietes in l. 44. ff. de vſufruct. nullo dum tectorio opere inducti. Rudis materia, id eſt, non facta, neque in opera coniecta. l. 19. §. infecti. ff. de auro arg. Rudes lapilli vel gemmæ in l. 25. §. vlt. eod. tit. nondum ornamentis aptati, aptatæve.

RVERE, quod ad ſtipulationem damni infecti attinet, in qua hæc verba *Si quid ibi inerit*, poni ſolebant. l. 18. ff. rem rat. hab. non videtur quod aut vento, aut omninò aliqua vi extrinſecus admota cadat, ſed quod ipſum per ſe cõcidit. l. 43. ff. de damn. inf.

Ruina eſt caſu fortuito contingens ædificiorum lapſus. l. 30. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. is quoq;. ff. de oblig. & actio. l. 1. §. 1. ff. depoſ.

Ruta cæſa ſine copula à veteribus pronunciabantur, ſicut & alia multa. l. 5. §. idem Iulianus. ff. ad exhib. l. 66. §. quintus. ff. de contrah. empt. l. 38. §. vltim. ff. de actio. empt. Cicero in Partitio. Cum ex teſtamentis quæritur, quid ſit penus, aut cùm ex lege prædij quæritur, quę ſint ruta cæſa. Sic autem Feſto interprete appellantur, quæ venditor poſſeſſionis vſus ſui cauſa conciderat, ruendaq; contraxerat quaſi eruta. vt Nonius Marc. illo Virgilij verſu confirmat, ex lib. 1. Georg.

Cumulosq; ruit malè pinguis harenæ.

Planè Ruta cæſa Q. Mucius Scæuola definiebat quæ neq; ædium neq; fundi ſunt, in rutisq; cæſis ea demum ſtatuebat, quæ terra non tenerentur, quæque opere ſtructili tectoriòve non continerentur. l. 66. in fi. ff. de contrahen. empt. l. 241. ff. de verborum ſignificatio. Vlpian. Ruta eſſe ait, quæ eruta ſunt, vt creta, harena, & ſimilia. Cęſa vt carbones & his ſimilia. l. 17. §. ſi ruta. ff. de actione emp. Granaria item, quæ ex tabulis fieri ſolent, quorum ſtipites ſuprà terram ſunt. Item regulæ nondum ædificiis impoſitæ rutis & cæſis cedunt. l. 8. ff. de actio. empt. Solebant verò in venditionib. hæc excipi: quod præter ſuperiora loca, etiam ea quæ ſubieci, comprobant. Cic. Topic. feciique quod ſæpè liberales venditores facere ſolent, vt cùm ædes fundúmve vendiderint, rutis cæſis conceptis, concedant tamen aliquid emptori quod ornandi cauſa aptè & loco poſitum videatur. Idem lib. 2. de Orat. Sed diceres te cùm

te cùm ædes paternas vẽderes ne in rutis quidem & cæſis ſolium paternum recepiſſe.

RVPERIT in l. Aquilia, corruperit ſignificat. l. 27. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. l. 7. §. ſi quis radicitus. ff. arb. furt. cæſ. l. 32. in fi. ff. de oblig. & action. l. 70. §. 1. ff. ad Trebell. Et ideò qui veſtimenta ſciderit, & qui inquinauerit, & qui nauem perforauerit, & qui vulnerauerit, & qui virgis, loris, pugnis ceciderit, vel telo, aut quo alio ſciderit corpus, rupiſſe intelligitur. d. l. 27. §. ſi quis teſtamenta. §. ſi nauem. §. rupiſſe. eod. In 12. tab. etiam Feſto teſte Rupicias, damnum dederis ſignificabat.

Rumpere mulas onere. l. 30. §. qui mulas. ff. loca.

Rumpere flagris ſeruum in l. 9. §. penult. ff. de iniur.

Ruptum teſtamentum dicitur, quod vel poſteriore teſtamento ritè perfecto & ex quo hæres extitit, vel agnatione ſui hęredis ruptum eſt. l. 1. & 2. ff. de iniuſto rupt. l. 59. §. teſtamento. ff. de admin. tut. l. 31. ff. de teſt. l. 1. ff. de excexpt. rei iudic. l. 1. C. de poſtum. l. 30. §. vlt. ff. de acquir. hæred. l. 47. ff. de fideicomm. libert. l. 2. §. 1. ff. de acquir. hær. l. 2. ff. de condict. indeb. l. 1. §. ſiue autem. ff. de tab. exhib. Inſtitut. quib. modis teſt. infirm. in princ. & §. 1. Iſidor. lib. 5. Etymolog. cap. 24. Ruptum teſtamentum ait inde dictum, quod naſcente poſtumo neq; exhæredato nominatim neq; hærede inſtituto rumpatur.

RVRSVS pro Contra interdum vſurpari Seruius notat in illud Vergilij libro 3. Georgicorum.

Rurſus cura patrũ cadere & ſuccedere matrum
Incipit.

Sic accipitur in l. 11. §. ſi filio. & l. 88. ff. ad l. Falc. l. 56. in fi. ff. de iu. dot. l. 1. ff. quando appel. ſit. l. 31. ff. ad Trebell. §. rurſus. Inſtitut. de actio. vti rurſus ex diuerſo bis κατ' αὐτὸ Iuſtinian. dixit. Sic & apud Quintil. lib. 4. cap. vlt. & alias ſæpè hæc vox accipienda eſt.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

SACCVM & Sacculum pro marſupio, loculis, crumena, repoſitorio, & reconditorio nummorum dicunt Iureconſulti in l. 105. ff. de ſolutionibus. l. 1. §. ſi pecunia. l. 26. §. ſi Titius. & l. 29. ff. depoſi. l. vlt. ff. de l. commiſſ. l. 30. § quid ergo. ff. de vſufruct. l. 3. §. ſi plus quàm. ff. de ſtatu liber. l. 21. §. 1. l. 77. ff. de furt. Horat. lib. 2. Sermo. Sat. 3.

Menſam poni iubet atque
Effundi ſaccos nummorum.

Martial. lib. 5. Epigr.

Excuſſi loculosq́; ſacculumq́;.

Iuuenal. Sat. 14.

Interea pleno cum turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia
creſcit.

Feſtus lib. 4. Dirutum ait æs inde dictũ, quod diruebatur in fiſcum non in militis ſacculum. Auguſt. lib. 2. de moribus Manichæor. Cùm & de proprio ſacculo diligenter occultato pecunia copioſa ſuppeteret. Nonius Marcell. Marſupium ſaccũ interpretatur. Suidas. σακέλλιον βαλάντιον μαρσύπιον. ἐξ οὗ καὶ σακελλάριος.

Sacculariorum autem qui vetitas artes exercentes partem in ſacculos ſubducebant, & partem ſubtrahebãt, meminere l. penult. ff. de extraordinariis criminibus. l. 1. ff. de effractoribus. Saccularius autem eadem forma dicitur, qua Manticularius apud Tertull. in Apologet. cap. 43 Saccarius in l. 40. §. fundi. ff. de contrahenda emptio. qui ſaccum fert.

SACRA à ſanctis & religioſis ſeparantur. l. 1. ff. de rer. diuiſio. l. 24. §. 1. ff. de rei vend. l. 14 in fin. ff. de ſeruitutibus. l. 83. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. 17. ff. de verbor. ſignific. Nam vt

Feſt.lib.16.ſcribit,ſacrum eſt,quod Deo conſecratum eſt: Sanctum,vt murus,qui circa oppidum eſt.Religioſum, vt ſepulchrũ, vbi corpus humatum eſt.Noſtri ſacras res eſſe aiunt, quæ publicè ſunt conſecratæ,id eſt,à principe, vel ab eo, cui princeps dedicandi dedit poteſtatem.Quod verò ſibi ſacrum quis conſtituerit,id ſacrum non eſt, ſed profanum. l.6.§. ſacræ res.l.9.ff.de rer.diuiſio.l.vlt.ff.vt in poſſeſ. legato.Inde ſacrarium locus in quo ſacra reponuntur,vt & Iſidor.lib.15.cap.5.ſcribit,quod vel in priuato ædificio eſſe poteſt. Vnde de ſacrario interdictum.Ne quid in loco ſacro non competit.l.1.§.1.ff.ne quid in loco ſacro.l.9.§. 1.ff. de rerum diuiſ. Sacrum tamen quandoque plenius accipitur,vt& ſanctum contineat. l.2.ff. ne quid in loco ſac. Sacra certamina ſunt, quæ diis dedicata ſunt. l.4.ff. de his qui not. infam. qualia erant Iouis Capitolini, Apollinares ludi, Roma. ludi, & magnæ Deûm matris.Quintilian.lib.3. cap.7. An laudes Capitolini Iouis perpetuæ ſacri certaminis materia,vel dubiæ ſunt, vel in oratorio genere tractantur.Inde Firmic. lib.3.Matheſ.cap.12. Sacris quoque faciet certaminibus præpoſitos. Idem lib.6.cap.31.Athletam faciet ipſa genitura,& qui in ſacris certaminibus victor glorioſa & digna reportet præmia coronarum. Sic etiam ſacras coronas in l.40.ff. de re iudic. accipio,quæ in ſacris certaminibus partæ ſunt.

Sacras etiam Impp.res ad ſe pertinentes vocant. Sic ſacras domos,ſacras largitiones,ſacra ſcrinia, ſacrum ſtabulum, ſacram monetam, ſacrum comitatum in conſtitutionibus accipimus.Sic & principales conſtitutiones ſacræ dicuntur.l.5.§.ſi tutor.ff.de admi.tuto.l.5.ff.de manumiſſionibus.l.27.ff.de re iudicata. l.43. ff.de actio.empt.l.18.in princ. & §.1.ff. de iure fiſc.l.1.§.item.ff.quæ ſentent.ſine appell. reſc.l. 4.& l.6.ff.de appell. recip.

Sacer cognitor in l.3.C.vbi Senator.l.5.C. quo. appell.non recip.cui audientiam cauſæ vice ſua princeps mandauit. Qui & ſacri auditorij cognitor.in C.Theodoſ.vocatur.Et iudex ſacrarum cognitionum in quadam inſcriptione Italica ex qua alia Romana inſcriptio ex Thermis Conſtantini deſcripta emendanda eſt,in qua iudex ſacrarum cõſtitutionum pro cognitionum legitur.

Sacrarium principis in l.vlt.§.legati.ff. de muneribus & honor.l.8.de legat.& decret. legatio in C.Theodoſ.

Sacrilegi ſunt, qui publica ſacra compilauerunt.l.6. & l.9.ff.ad l.Iul.pecu. Seruius in 9. Ecloga Virgil.Sublegere ait furari eſt: vnde & ſacrilegus dicitur,qui ſacra legit,id eſt,furatur. Sacrilegium autem etiam Impp.appellant ſuarum conſtitutionum violatarum crimen.l.vn. C.de crim.ſacril.l.6.de appellatio in C.Theodoſ. Sacrilegiiq; crimen irrogant his,qui præcepta ſua neglexerint,vel ſcita violarint.l.1.C. vt digni.ordo ſeruet.lib.12.l.13.C.de erogatio.milit.anno.lib.12. & apud Caſſiodor. in libris Variar. aliquoties.

In ſacris paternis conſtituit, manereve ab Imp.dicuntur,qui in patris poteſtate ſunt.l.vlt. C.de inoffic.teſtam.l.vlt.C.de cur.fur.l.vlt.C. ad s.c.Tertyllian.l.2.C.de ſuis & legit.l.3.& l. 6.C.de bon.mater.Et à ſacris paternis abſolui remittive pro poteſtate paterna liberari.l.1.§. vlt.de ann.except.l.31.C.de fideicom.& l.12. C.de collatio. Hæc autem locutio inde fluxit quòd filiusfam. eorundem cum parentibus, quorum poteſtate continebantur, ſacrorum participes erant. Inde & qui per adoptionem in ius alienum tranſierant,in familiam & ſacra tranſire dicebantur. Valer.lib.7. cap.7. Et aliquantulum adiuuabat hæredes quod M. Anneius in Suffenatis familiam ac ſacra tranſierat. Habebant enim veteres propria ſua familiaria ſacra,vt & Cicero lib.2.de legibus perſpicuè oſtendit.

Sacra euocare in l.9.§.1.ff.de rer.diuiſio. Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, Deum cuius in tutela oppidum eſſet, euocare certis carminibus, quæ à Liuio lib.5.& Macrob.lib.3. Saturn. cap.8. referuntur.Quod & Plinius lib.28.cap.2.& Seruius 2. Æneid.notat ad illũ verſum, Exceſſere omnes adytis, ariſq; relictis.

Sacramentum quid olim eſſet, Varro lib.4. de lingua Latina his verbis explicat. Ea pecunia,quæ in iudicium venit in litibus, ſacramẽtum à ſacro dicitur.Qui petebat,& qui inficiabatur, de aliis rebus vtrique quingentos æris apud pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio numero aſſium: qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibat.Sed huius verbi apud Feſtum explicatio tranſpoſitione paginarum valdè deprauata & mutila eſt. Nam quæ in verbo Sacramẽtum plenæ definitioni deſunt, ea ex verbo, Seſtertius, quemadmodum me ſingularis doctrinæ vir idemque longe humaniſſimus, D. Montiſpeſſulanenſis Epiſcopus docuit,repetenda,& in hunc modum continuanda ſunt: Sacramẽtum æs ſignificat,quod pœnæ nomine penditur,ſiue in rem agitur, ſiue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aſſium eſt,in aliis rebus quingentorum, inter eos qui iudicio inter ſe contenderent. Quod lege Papin. Tribuni plebis ſancitum eſt his verbis,&c. Quæ verò in verbo ſacramentum leguntur, ea pertinent ad dictionem Septimontio. Inde verò explicari poterit quod ait Tullius pro Roſcio Com.legitimæ partis ſponſionem factam. Nam ſacramenti quantitas lege definita

ge definita erat. Ad locos autem vulgares Ciceronis & Valerij, qui de ſacramento citari ſolent, addendus eſt elegans Ciceronis Epiſt. ad Volumnium iocus, in qua ita eſt, Pugna, ſi me amas, niſi ridiculum ἔξω τῆς φιλοδικίας, niſi cætera quæ ſunt à me in ſecundo de oratore per Antonij perſonam diſputata de ridiculis, ἔντεχνα & arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe. Adde & illas ex Valerij Probi libello notas S.N.S.Q. quæ hæc ſignificabant, Si negat ſacramentum quæritio. Item has Q.N.T.S.Q.P. id eſt, Quando negas, te ſacramento quinquagenario prouoco. Quæ fuiſſe ſolennia ſponſionis ſacramenti verba veriſimile eſt.

Sacramentum etiam ὅρκον στρατιωτικὸν ſignificat. l. 8. C. de legat. l. de immunita. conceſſa. in Cod. Theodoſ. Quo qui liberabantur, ſacramento ſolui dicebantur. l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infam. l. 14. ff. de his quæ vt indig. l. vlt. ff. de re milit.

Sacerdotium in l. 37. §. ſacerdotio. ff. de pactis. Sacerdotium etiam in prouinciis & municipiis. l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu. l. 17. ff. de mune. & honorib. l. 8. ff. de vacatio. muner. l. 8. ff. de excuſ. tutor. l. 1. C. de natur. lib. l. vn. de pericul. ſucceſſ. lib. 10. C. Quod patrimonij munus eſſe ait. l. 8. de muneribus patrimo. lib. 10. Iul. Fir. lib. 4. Matheſ. cap. 15. Faciet quoq; nobili poteſtate pro climatis genituræ menſura gymnaſiarchas, prouinciarũ ſacerdotes. Verſabatur autem ſacerdotiorum munus in adparatu, editione & exhibitione ludorum, vt oſtendit. l. vlt. de expenſ. ludor. in C. Theo. Inde ſacerdotiorum editiones in l. 1. de ſpectacul. in C. Theo.

SALAMANDRA in l. 3. §. alio. ff. ad l. Corn. de ſicar. Animal id eſſe lacerti figura ſtellatum ac varium Dioſcorides lib. 2. & Plinius lib. 10. cap. 67. ſcribunt, cui tantus rigor eſt, vt ignem tactu extinguat: vnde & nata eſt vulgi opinio exiſtimantis igne eam veſci, nec vnquam eo abſumi, cùm præ frigiditate quidẽ aliquo tempore in igne illæſa ſubſiſtere poſſit, eo tamen tandem conſumatur, vt Galen. lib. 3. de temperament. ſcribit. Cæterùm inter venena numeratur. Nam hauſtum eius ſequitur inflammatio linguę & cum corpore, reſolutioneq; aliqua tremor & ſermonis impedimentum, & liuor totius corporis, vt Dioſcori. lib. 6. & Plin. lib. 29. cap. 2. tradunt.

SALARIVM annuam erogationem ſignificat, quæ alicui ſui tuendi exhibendiq; cauſa pręſtatur. l. vlt. ff. de in rem ver. l. 8. §. ſi in ſingulos. ff. de tranſactio. l. vlt. in fin. ff. de oblig. & actio. l. 19. §. vlt. ff. de annu. legat. Salarium verò Cornut. in Perſium victum vnius diei interpretatur. Plin. lib. 31. cap. 7. de ſale tractans. Honoribus etiam militiaque interponitur ſalariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ vię, quoniam illa ſal ad Sabinos portari conſueuerat. Salarium etiam annuas mercedes ſtipendiaq;, quę ob liberalem artem vel medecinam præſtantur, ſignificat. l. 16. §. 1. de aliment. legat. l. 4. ff. de decret. ab ord. fac. l. 51. §. item Papinianus. ff. pro ſoc. l. 7. l. 56. §. ſalarium. ff. manda. l. 1. & l. 18. C. eod. l. 4. ff. de offic. adſeſſ. l. 20. §. vltim. ff. loc. Inde ſalariarius, qui ſalario fruitur. l. 10. §. idem Labeo. ff. manda. Salarium quoq; prædij Iuriſconſulti dicunt in l. 40. §. hæres. de leg. 1. l. 8. ff. de vſufruct. & Salarium pro lapidibus cædendis in l. 14. in fi. ff. commu. præd.

SALINÆ quædam publicæ, quædam priuatæ erant. l. 17. ff. de verb. ſignif. l. 13. ff. de public. l. 4. §. ſalinæ. ff. de cenſib. l. 5. §. 1. ff. de rebus cor. qui l. 8. §. in miniſterium. ff. de pœn.

Salinarum vectigal in d. l. 17. & l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. l. 59. §. 1. de hæred. inſtit.

Salinarum conductores in l. 11. C. de vectigal. & com. in quas olim etiam ob maleficium pœnæ loco damnari maximè fœminas conſueuiſſe oſtendit d. l. 8. §. in miniſterium. ff. de pœn. & l. 6. ff. de captiuis & poſtlim.

SALTVS appellabant veteres paſcua loca & paſtionibus accommodata. l. penult. §. 1. ff ſi ſeruit. vindic. l. 8. ff. de inſtru. vel inſtru. l. 52. ff. de actio. empt. l. 25. ff. de pignor. actio. Varro lib. 4. de lingua Latina. Quos agros non colebant propter ſiluas aut id genus vbi pecus poſſit paſci, & poſſidebant, ab vſu ſuo ſaltus nominarunt. Hæc Græci ἄλσεα καὶ νομὰς, noſtri nemora dicunt. Ælius verò Gallus apud Feſt. lib. 17. ſaltum definit, vbi ſilua & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoq; ibi ſint. Et adiicio, ſi qua particula in ſaltu paſtorum aut cuſtodum cauſa aratur, eam rem non perimere nomen ſaltus, non magis quàm fundi, qui eſt in agro culto & eius cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſiluam. Virgil. lib. 2. Georg.

Saltibus in vacuis paſcunt & plena ſecundum Flumina.

Inde ſaltus paſcuus. l. 19. §. 1. ff. loc. Et ſaltus paſtioneſque in l. 8. ff. de inſtru. vel inſtru. Et per greges paſtioneſque fructus ex ſaltibus percipi dicitur. l. 32. ff. de vſufru. l. 9. ff. de inſtr. vel inſtru.

In ſaltibus etiam venari dixit Tryphonin. in l. 62. ff. de vſufru. Virgil. 1. Georgic.

Et magnos canibus circundare ſaltus.

Saltus autem alij æſtiui, alij hyberni erant. l. 67. ff. de legat. 3. l. 3. §. ſaltus. l. 44. §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ. Æſtiuos definit Vlpian. quibus interdum etiam hyeme, plerunq; autem æſtate vtimur. l. 1. §. æſtiua. ff. de aqu. quotid.

Inde Saltuarij ſaltuum cuſtodes vocantur. l. 8. in fi. l. 12. §. ſaltuarium. l. 15. in fi. ff. de inſtr. vel

inſtru.l.16.§.1.ff.de vſu & habit.l.62.in fine.de legat. 3.

Etiam qui ſaltibus adſcripti ſunt, Saltuenſes vocantur in l.1.de fugiti. colon.lib.11.C. & & l.13.qui milit.non poſſeſſ. lib.12.Saltuenſes fundi in l.13.C.de fund.patrimonial.lib.11.

Salvianvm interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis,quo vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit. §. interdictum quoque. Inſtitut. de interd.l.1.& 2.ff.de Saluia.interd. l. 1.C.eod.l.2.§.adipiſcendæ.ff.de interd.

Sancta propriè ſunt, quę neq; ſacra, neque religioſa,neque profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum eſt, etſi non ſit Deo conſecratum. l.9.§. propriè. ff. de rer. diuiſio. A ſanciendo enim ſanctum dictum, quaſi incorruptum & inuiolatum, vt Aggen.Vrbic.in Commentar.ad Frontin.ſcribit. Alio modo ſanctum definitur eſſe quod ab hominum iniuria munitum atque defenſum eſt. Dictum eſt autem à Sagminibus. l.8. ff.eod. id eſt, à verbenis, ſeu herbis puris quæ ex loco ſancto ſecabantur à Conſule vel Prætore legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum,bellúmve indicẽdum. quemadmodum Feſt.lib.17. tradit. & Plin. lib.22. cap.2. ſignificat. Ex quo & ipſi legati ſancti eſſe iure gentium dicũtur,quòd eos violari nefas ſit, quodque ab omni iniuria eos ius gentium vindicet & tutos præſtet.l. vlt.ff.de legationibus.

Sanctæ autem res ſunt,vt in ciuitatibus & oppidis muri & portæ.l.1.& l.8.in fin.ff. de rer. diuiſio.l.2.ff. ne quid in loco ſac.Zonar. tomo ſecundo σέβαστα γὰρ παρὰ ῥωμαίοις τὰ τείχη. Sed enim quod ad portas attinet à Iureconſ. diſſentire Plutarch. videtur qui ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς muros ἱεροὺς eſſe, portas non item, ſcribit: quòd per portas cadauera efferantur, aliæ item res immundæ & minimè puræ per eas tranſmittantur, inuehantur, euehantur. Verùm diuerſa potiùs quàm contraria aut pugnantia dicit. Meritò enim negat portas religionis quicquam habere, aliter atque muros qui aratro circumduci atque ambiri certis adhibitis ſacris in deſignanda vrbe ſolebant: cùm eo loci, in quo portæ ſtruendæ erant, ſiſti aratrum, & ſuſtolli conſueuiſſet: Verum eſt tamen nec portis nec muris quicquam coniungi, vel apponi licuiſſe, nec aliquid omnino in eas ſine nefario ſcelere committi potuiſſe quo violari viderentur. Ea propterque in ſanctis conſulti eorum vtrumque rectè numerant. l. 2.& l.vlt.ff.ne quid in loco ſac.Gaius lib.2.Inſtitutio. titul.1.Sanctæ quoque leges dicuntur, propter ſanctiones, quibus leges ſe ipſas olim muniebant.l.9.§. propriè.ff. de rer.diuiſio.Sacratas verò eas leges appellatas Feſtus ſcribit, quibus cautum erat,vt ſi quis aduerſus eas feciſſet,ſacer alicui deorum cum familia pecuniaq; eſſet.Cic. pro Corne. Balbo, Sacroſanctũ nihil poteſt eſſe niſi quod populus plébsve ſanxiſſet. Deinde ſanctiones ſacrandæ erãt aut genere ipſo,aut obteſtatione & conſecratione legis,aut pœnæ,cùm caput eius qui contrafecerit conſecratur. Atque hæ extremæ legum partes,quibus in eos qui aduerſus leges committerent,pœna irrogabatur, & ſanciebatur, ſanctiones vocabantur. l.41.ff.de pœn.d.l.9.§. propriè. Quarum exempla ſunt apud Cicero. lib.10.Epiſt.ad Atticum, & apud Feſtum lib. 17.in verbo,Satyra.

Sanctuarium principis libros atque commentarios,in quos agrorum formę referebantur,aut,quod magis eſt,locum ipſum & tabularium,in quo huiuſmodi libri reponebantur, ſignificat. Sicul. Flacc. in libro de conditio. agror. Quòd ſi quis contradicat, ſanctuarium Cæſaris reſpici ſolet. omnium enim agrorum & diuiſorum, & adſignatorum formas, ſed & diuiſionem commentarius & principatus in ſanctuario habet. Qualeſcunque enim formæ fuerint,ſi ambigatur,de eorũ fide ad ſanctuarium principis reuertẽdum erit. Hygen. in lib. de limitibus conſtit. Omnes ſignificationes & formas æris tabulis inſcribemus, libros æris & typum totius perticæ linteis deſcriptum, ſecundum ſuas determinationes, deſcriptis adfinibus,tabulario Cæſaris inferemus. Et ſi qua beneficia,aut conceſſa, aut adſignata coloniæ fuerunt, ſiue in proximo, ſiue inter alias ciuitates, in libro beneficiorum adſcribemus. Et quidquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit, non ſolùm colonia, ſed & tabularium Cæſaris manu conditoris ſubſcriptum habere debet. Ita & Sanctuarium Mithridatis pro ſecreto eius tabulario dixit Plin.lib.25. cap.8.

Sanctimoniales appellant Impp. virgines Deo deuotas, dicatas, & conſecratas. Rubr. de rapt. virg.

Sangvinolentos appellant recentes editos infantes. Rub. de infantib. expoſitis. C.& in l.vlt.C.de patrib.qui fil. diſtr. prout benè Iaco. Cuiacius admonet.

Sapientiam pro Philoſophia dixit Põpon. in l.2.§.poſt hunc maxime.ff.de orig. iur. Et Sapientiam ciuilem Vlpianus pro iuris ciuilis ſcientia in l.1.§.proinde. ff. de extraord. cognitio.

Sapiens à populo primus Publius Attilius appellatus eſt, vt idem Pompo. ſcribit in l.2.§. deinde Sextus.de orig.iur.

Sarcire in 12.tabul. ſatisfacere ſignificabat, auctore Feſto. Inde ſarcire noxam, id eſt, damnum præſtare. l.1.§. cùm arietes. ff. ſi quadrup. paup. l.14.ff. de incend.rui. Et ſarcire damnum

damnum in l.32.in fi.ff.de dam.infecto. Sarcire eſt etiam integrum facere. Sarcire ædificia in l.7.§.vlt.ff.de iure deliber.eſt corrupta reſtituere. Ob eam cauſam opera publica, quæ locantur, ſarta tecta locantur, vt idem Feſt. lib. 16.ſcribit. Ita Sarta tecta accipimus in l.7.ff.de offic.proconſu.l.7.ff.de vſufruct.& l.7.C.eod. titul.l.7.§.illud.ff. ad l.Iul. repetund. l.18.ff. de vſu & habit. l.2.C. de cond. in publ. horr. lib. 10. Flauius Vopiſc. in Aurel. De proprio poſſeſſiones quas in Mauritania habuit ſartis tectis Capitolij deputauit.

Sarcinator, Sarcinatrix, qui quæ ſarcienda veſtimenta accipit. l.25.§.vlt.ff.loca. l.1.§.1.ff. de tributor.l.5.ff.nautæ caupo.l.27.ff. de pecul. l.5.§.1.ff.de inſtitor.l.82.ff. de furt. Non. Marcell. Sarcinatorem ſutorem interpretatur addito Lucilij verſu. Sarcinatorū eſſe ſummum ſuere centonem optimè.

SARCOFAGVS ſepulchrum & capulum ſignificat, quod ex ſarcofago lapide fiſſili corpora celerrimè conſumente, qui in Troade plurimus naſcebatur, fieret, vt Iſidor. lib.16. cap.4. ſcribit. Inuenitur verbum hoc in l.37.ff. de religioſ.& ſumpt. l.18.§. vlt. de alim. legat. l.6. de ſepul. viol. in C.Theod. Et in libello varior. auctor. de limitibus: Orcas in fine inuenies, Sarcofaga in fine inuenies. Et in Epigram. Antiq.

Lethæoq; iaces condita ſarcofago.

Et in alia inſcriptione. Corpora eorum fictili ſarcofago commendauerim.

SARDONYX in l.vlt.§.ſpecies.ff. de publican. Gemma ex duorum nominum ſocietate ſic vocata. Eſt enim ex onychis candore & Sardi rubore mixta. auctore Iſidoro lib.16. Etymolog.cap.8.

SARGOGALLA in d.l.vlt.§. ſpecies. Puto eam eſſe quę in aliis auctoribus Sarcocolla vocatur. ſicut ibidem Saffirinus vocatur meo quidem iudicio qui à Plinio lib. 37. cap.9. & Iſidor. lib.16. cap.9. Sapphyrus appellatur. Eſt autem Sarcocolla lachryma arboris in Perſide naſcentis turi ſimilis, vt Dioſcor. lib.3. & Plin. lib.13. cap.11. & lib 24. cap.14. ſcribunt Nomen ab eo habet, quod diſſolutam & hiantem vulnere carnem adſtringat & adglutinet.

SATIS pro valdè in l.4.ff. de in integr. reſtit. quemadmodum Florentiæ legitur, & in l. 7.§. belliſſimè.ff.quod vi aut clam. l.16. l.45.§. penult. ff. de fideicomm. libert. l.2.§. poſt hos quoque. ff. de orig. iur. Vbi Satis ſuperlatiuo iungitur. Sic Satis inhumanum, Satis inciuile, Satis impium, in l.6. in fin. princ.ff. de pignor. action. l.20.ff. de acquir. hæred. l.37.ff. de leg. 3.l.15.ff. de procuratoribus. l.66. in fi.ff. de ritu nupt. l.1.C. de commun. rer. alienat. l.33.C. de inoffic. teſtam. & in aliis Iuſtin. Conſtitutionibus ſæpè. Particula autem, Satis, his verbis dare, facere, præſtare, accipere, petere, offerre, eleganter coniungitur.

Satiſdare autem dicimur aduerſario, cùm pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus datis fideiuſſoribus. l.1.ff. qui ſatiſd. cog. Satiſdatio enim in eod. tit. & in omnibus prætoriis ſtipulationibus, quibus ſatiſdari iubetur, fideiuſſorum dationem ſignificat. Nam ne pignorib. quidem in vicem ſatiſdationis quis defungi poteſt. l.7. ff. de prætor. ſtip. l.1. & l.3.§.1.ff. ſi cui plus quam per l.Falcid. Nec verò qui ſatiſdare promiſit, fidem impleſſe aliter intelligitur, quàm ſi eum dederit acceſſionis loco, qui vtiliter obligetur. Nam ſi minorem 25. annis, vel mulierem, vel ſeruum det, non videtur ſatis feciſſe obligationi aliter atq; ſi non idoneum dederit. l.3.ff. de fideiuſſoribus. l.8.§.1.ff. qui ſatiſdare cog. Non enim videtur ſatiſdatum, ſi vitioſè ſatiſdatum eſt. l.6.ff. eod. tit.

Satiſdatio nudæ cautioni repromiſſionique ſemper opponitur. l.1.§. ſtipulationem. ff. de prætor. ſtip. & in tit. de damn. inf. ſæpè. l.5.ff. de petit. hæred. l.45.ff. de procuratoribus. l.56. in princ.ff. de euictionibus.

Inde verbum Satiſdatum dicitur idoneam cautionem deſiderare. l.1.§. penult.ff. quod legator. Satiſdationis tamen appellatione interdum quoque repromiſſio continetur, qua contentus fuerit is, cui ſatiſdatio debebatur. l.61.ff. de verborum ſignificat. Cuius rei exemplum eſt in l.vlt.§. ſi legatarius.ff. quod legator.

Satiſdatò aduerbialiter, vt Teſtatò dicitur. Inde Satiſdatò cauere, promittere, id eſt, fideiuſſoribus datis. l.4.§. quæſitum.ff. ſi quis cautio. l.4.§. addici. ff. de fideicommiſſ. libertat. l. 7.ff. de accuſatio. l.56.ff. de euictionibus. l.18. in fin.ff. de caſtr. pecul. l.16.ff. de offic. præſid. l. 31.ff. ad leg. Falcid. l.3.§.1.ff. ſi cui plus quàm per Falcid.

Satiſdare etiam ſatis præſtare dicitur. l.8.ff. de vſufruct. ear. rerum quæ vſu conſumuntur. Martial. lib.2. Epigr.

Si de ſeruitio graui querantur,
Adſertor venias, ſatiſq; præſtes.

Cæterùm vt ſatiſdare debitor, ita ſatis accipere dicitur creditor, legatarius, aut alius quilibet, cui cautio præſtatur. l.8.ff. de vſufruct. ear. rer. l.17.ff. de teſtam. tut. l.7.ff. de incend. ruina. l.30.ff. de vſufructu legato. l. vlt.§. vlt.ff. quod legatorum. l.30.§.vlt.ff. de ſtatu lib. Sic ſatis de euictione accipere. l.48.ff. de euictionibus. Legati fideicommiſſive ſatis accipere. l.38. in fine.ff. de condict. indebiti. l.vlt.C. vt in poſſeſſionem legat. Subauditur autem per Elleniſmum in ea locutione, verbum Nomine, vt in integra oratione effertur in l.1.§. ſi Titio.ff. vt in poſſeſſionem legati. Ex quo genere ſunt & hæ

locutiones, Satiſdari certæ pecuniæ in l.6. in fi. ff. quibus modis pig. Fideicommiſſi ſatis petere. l.71. §.1. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. l.1. §. ſi quis ſit. l.7. ff. vt legat. nomi. caueat. & Pignori accipere legati. l. 28. ff. de pignoribus. & Interpellari traiecticiæ pecuniæ, in l.2. ff. de naut. fœnore. & Totius dotis ſatisfieri in l. 30. ff. de vſufr. leg.

Satis acceptio autem definitur eſſe ſtipulatio, quę ita obligat promiſſorem, vt adpromiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt, qui idem promittant. l. 5. §. ſatis acceptio. ff. de verbor. obligat.

Dicitur & Satis petere & ſatis deſiderare is, qui caueri ſibi poſtulat. l.14. ff. de adminiſtrat. tutor. l. vltim. §.1. ff. quod legatorum. l.8. ff. de prætor. ſtipulatio. l.7. ff. rem pupilli ſaluam fore. Inde illud in l. 52. in fin. ff. de iudic. Si petatur fideicommiſſo ſatis. & Satis legatorum deſideret in l.1. §. non exigimus. l. 3. §.1. vt in poſſ. legata.

Dicitur & Satis exigere. l.103. ff. de condition. & demonſtr. l.9. §. vlt. l.53. ff. de admin. tut. l.1. §. vſque adeò. ff. de tutel. & ration. diſtr. l.1. §. ſi præſes. ff. de magiſtr. conueniendis. l. 39. §. vltimo. de legatis 3. id eſt, ſatiſdationem exigere, vt in d. l.1. §. ſi curatores. de magiſtrat. conueniendis.

Et Satis poſtulare. l. 21. ff. rem rat. hab.

Debitor etiam ſatis offerre dicitur. l.1. §. vlt. ff. de requirend. vel abſentib. l. 5. ff. de ſuſpect. tut. l.6. C. de teſt. man.

Satisfacere eſt, deſiderium creditoris implere. l.1. ff. qui ſatiſd. cog. Satisfacit ergo, qui idoneum expromiſſorem volenti dat. l.4. §. ait Prætor. ff. de re iudic. In eo itaque quod dicitur pignus ſoluta pecunia, vel ſi eo nomine ſatisfactum ſit liberari, Satisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum. Siue enim aliis pignoribus ſibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio aliquo, ſiue nuda conuentione, ſiue alias quocunque modo receſſerit, vel ſi conuenerit, vt pro hypotheca fideiuſſor detur, datumq; licet non idoneum creditor admiſerit, vel ſi deferente creditore iurauerit debitor rem non eſſe pignori obligatam, ſatisfactum intelligitur. l.9. §. omnis. ff. de pignor. act. l.5. §. vlt. l.13. l.14. ff. quibus modis pign. l. 3. ff. de fideiuſſoribus. Sed & ſi accepto latum ſit, id propter quod hypotheca erat obligata, ſatisfactionis nomen proficiet. l. 49. ff. de ſolution. Et alias quoque ſatisfactum videtur ex promiſſore, vel pignore dato. l.53. ff. de contrahend. empt. §. venditę. Inſtitut. de rer. diuiſ.

Satisfacere itaq; & ſoluere ſeparantur. l.41. §. ſed ſi. ff. de man. teſt. l.30. §.1. ff. de vſufru. l.19. ff. de contrah. empt. l.45. ff. de adminiſtr. tut. l.39. §.1. ff. de ſtatu lib. l.38. §. quæſitum. ff. de liber. cau.

Ita Satisfactionis verbum accipiemus in l. 52. ff. de ſolutio. l.19. ff. de contrah. emp. Quod quanquam ita latè, vt dixi, pateat, tamē in Reſcripto Antonini quod exponitur in l.5. ff. vt in poſſ. legat. tamen ad exoluendum legatum refertur. d. l. 5. §. ſatisfactionis.

Satisfieri etiam verberibus de ſeruo dicitur in l.17. §. cùm ſeruus. cum §. ſequenti. ff. de iniur. l. penult. ff. ſi ex nox. cau. agat. Eóque modo Satisfactio accipienda eſt, in d. l.17. §. ait Prætor.

Porrò interdum à verbis ſuis, vox Satis diſiungitur. Ita Dari ſatis, & Satis pro aliquo dare, & Satis pro lite accipere, legimus in l.1. §. meritò. ff. de ripa mun. l. 33. ff. de fideiuſſoribus. l.2. §. ſed & ſi dubitetur. ff. de iudic. l.26. §. vlt. ff. de minoribus. l.11. §. idem Neratius. ff. de actio. empt. l.3. C. de poſtl. reuerſ. & Satis à poſſeſſore cauendum in l.60. ad fi. ff. de vſufruct. Et Satis definit eſſe cautum in l. 5. §. 1. ff. de legit. tut.

SATVRA, vt Feſt. lib.17. ſcribit, erat cibi genus ex variis rebus conditum: vel ſecundum aliorum interpretationem, genus carminis, in quo multis de rebus coniunctim & confusè diſputabatur. Ex quo Satura lex multis aliis cōferta legibus olim dicebatur. Vnde in ſanctione legum adiiciebatur, *Neue per ſaturam abrogato.* C. Lælius in Oratione, quàm pro ſe dixit. Poſtera die quaſi per ſatyram exquiſitis ſententiis in deditionem accipitur. Iſidor. lib. 5. Etymolog. Satura lex eſt, quæ de plutibus rebus ſimul loquitur, dicta à copia rerum, quaſi à ſaturitate. Iuſtinian. in Epiſtola Pandectis præpoſita. Et primo quidem anno hoc opus tradebatur legentibus, non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim & quaſi per ſatyram collectum. Auctor Panegyrici Flauienſium, Conſtantino dicti. Separatè igitur vtiq; dicam, neq; enim quaſi per ſatyram confundenda ſunt beneficia tua.

SCÆVA in l.12. §. item ſciendum. ff. de ædilit. ed. qui manu ſiniſtra ad ea opera quę dextra peragenda eſſent, vtitur.

Scæuum dogma pro peruerſo & improbato dicunt Impp. in l. hi qui ſcæui. de his qui ſuper religio. contend. in C. Theod. vt ſcæuitatem motum pro peruerſitate in l.17. de pœn. in eod. C. Ita Sceuas libidines Tertullian. in Apologet. cap.11. dixit. & ſcæuam rem pro mala vſurpatam Feſtus notat lib.16.

SCÆNA, ſic enim in P. Florent. ſcribitur, eſt, vt Labeo definiebat, quæ ludorum faciendorum cauſa quolibet loco, vbi quis conſiſtat moueaturque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita in loco publico priuatóve, vel in vico, quo tamen loco paſſim homines ſpectaculi

ctaculi cauſa admittuntur. Quam definitionem ad edictum De his qui notantur infamia, Vlpian. adcommodat in l. 2. §. ait Prætor. ff. eo. tit. Frontem autem theatri ſcænam appellatam ab vmbra luci denſiſſima, vbi à paſtoribus ineunte vere diuerſis ſonis carmina primis & rudibus temporibus cantabantur, Caſſiodor. lib. 4. Variar. epiſt. vlt. ſcribit. Inde Scænica veſtimenta in l. 127. ff. de verbor. ſignificat. l. 13. §. & ſi veſtimenta. ff. de vſufruct. quibus in ſcæna vtimur.

SCAFIA ventris exonerandi cauſa in l. 29. §. penult. ff. de auro arg. verbum Græcum eſt vaſa ſignificans, quibus ventris onus excipitur. Itaq; à Polluce lib. 10. Onomaſt. cap. 9. inter ea quæ εἰς ἀπόπατον mulieribus vſui ſunt, σκαφίον ponitur.

SCHOLAS militum vndecim fuiſſe Iuſtinian. in l. vlt. C. de loca. & cond. ſignificat. Eſt autem hoc verbum corruptum in l. 7. C. de aquæductu. in qua vulgò calculis pro ſcholis legitur.

Schola equitum & peditum in l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicum.

Et ſchola ſcutariorum & clibanariorum in l. 9. de anno. ciuit. in C. Theod. & in Notitia Imperij Rom. & apud Marcellin. lib. 22. qui eorundem primam & ſecundam ſcholam memorat lib. 26.

Schola agentium in rebus l. penult. C. de offic. milit. iud. l. 1. de agentibus in rebus lib. 12. C. l. 1. C. de offic. magiſtri offic. l. 12. C. de proxim. ſacr. ſcrin. l. 1. C. de præpoſit. agent. in reb. l. 7. C. de principibus agent.

Schola domeſticorum. l. 3. C. vbi Senator. & apud Marcellin. lib. 26.

Schola ſilentiariorum. l. 4. C. de ſilentiar. lib. 12.

Schola palatina. l. 11. §. fin autē. & §. illo proculdubio. C. de iudic.

Et Schola ſocietatis ſacrarum largitionum in l. 13. C. de palat. ſac. lar. lib. 12.

Schola gentilium apud Marcellinum lib. 27. & in Notitia cum de Magiſtro Officiorum tractatur.

Vnde Scholaris militia. l. 38. de decurionib. in C. de Theod. Vbi exiſtimo legēdum, Scholari etiam quidam nomen dederunt militiæ.

Inde & Scholaſtici in l. 2. de lucr. aduoc. lib. 12. Cod. in ſcholis militantes, qui & Scholares in l. vn. qui à præbitio. tiron. in C. Theod. & l. 3. C. de offic. magiſt. offic. l. vlt. Cod. de decan. lib. 12. l. 2. C. de priuileg. ſchol. l. 5. C. qui milit. poſſ. l. 14. C. de erogat. milit. anno. A Suida σχολάριοι vocantur. Cæterum Scholis tribuni & comites præficiebantur, vt ſuis locis comprobauimus.

SCIENTIA interdum ſolam notitiam deſiderat, interdum & voluntatem. veluti in l. Aquilia, qua dominus teneri dicitur quo ſciente ſeruus damnum dedit, ſcientiam pro patientiā accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur, ſi non prohibuerit. l. 45. l. 46. ff. ad l. Aquil. Similiterq; omnibus noxalibus actionibus, vbi ſcientia domini arguitur, ſcientia ſic accipienda eſt ſi cùm prohibere poſſet, nō prohibuit. Nam quod ſciente quidem, inuito tamen domino committitur, eum non obligat. l. 3. & l. 4. ff. de noxali. Cùm huiuſmodi ſcientia culpa vacet. l. 37. ff. de diuerſ. regul. In edicto quoque Si familia furtum feciſſe dicetur, ſciente domino à familia furtum factum accipimus, ſi ſciuit & prohibere potuit. l. 1. §. ſcientiam. ff. ſi fam. furt. feciſſ. In edicto De Tributoria, ſcientiam accipimus, quæ habet & patientiam, non etiam voluntatē. Non enim velle debet dominus, ſed non velle. Si igitur ſciuit, & non proteſtatus ſit, nec contradixerit, tributoria tenebitur tanquam eo ſciente negotio geſto. l. 1. §. ſcientiam. ff. de tributor. In edicto, Quæ in fraudem creditorum, hæc verba *Sciente te*, ſic accipimus conſcio & fraudem participante. non enim ſcire ſolum, ſed & fraudis participem eſſe oportet. l. 10. in princip. & §. quod ait Prætor. ff. quæ in fraudem credi. In eo quod dicitur dies bonorum poſſeſſionis petendæ ſcientibus cedere, ſcientiam accipimus non quæ iuris prudentibus inſit, ſed eam, quam quis aut per ſe habeat, aut conſulendo peritiores adſequi poſſit. l. 2. §. vlt. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſ.

SCRIBERE, complures habet ſingulares & ſummè notandas ſignificationes. Scribere enim eſt ſcripto promittere. Scæuola in l. vlt. ff. de doli exceptio. Homo ruſticanus genero ſcripſit quaſi vſuras præteritas. Plaut. Aſinaria: Nunc ſatagit, adducit domum etiam, vltro & ſcribit nummos. Seruius in 7. Æneid. Trāſcribi, ait, eſt tradi. Sermo autem hic ſumptus eſt de pecunia. Nam ſcribi eſt dari. Horatius. *Scribe decem Nerio non eſt ſatis.* Reſcribi verò reddi. Idem Horat.

Dictantis quòd tu nunquam reſcribere poſſis.

Teren. Phormio.

Argentum illud denuò reſcribi iuſſit Phormio. Ex quo emendandus eſt etiā Auſonij verſus in epiſt. ad Theonem in quo ita vulgo eſt.

Ergo aut prædictos iam nunc reſcribit arios,
Et redime vt mora ſit libera deſidia.

Cùm tamen legendum ſit *Ergo aut prædictos iam nunc reſcribe Darios.* Atque hoc ſenſu interpretari poſſumus quod ab Vlpian. ſcriptum eſt tutorem ſibi pecuniā creditam ſcribere poſſe in l 9. §. non tantum. ff. de adminiſtra. tutor.

Scribere etiam proprium Iureconſultorum muneris verbum fuit, quemadmodum & cauere, Pompon. in lib. 2. circa fin. ff. de orig. iur.

de Iureconſultis agens. Sed aut iudicibus, ait, ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſuluerant. In quo verbo ſcitè luſit Cicero Trebatium Iureconſultum negligentiæ arguens ambiguo ſumpto ex ſcribendi varia ſignificatione. Valdè, ait ille lib. 7. epiſtol. iam lautus es, qui graueris ad nos literas dare homini præſertim propè domeſtico. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi iam te aduocato cauſa cadent. Vbi ſcribere à vulgari ſua ſignificatione ad hāc quam trado tranſlatum, iocum facit. Scribere etiam formulam dicebatur, qui in iudicio alterum prouocabat. Quintilia. lib. 6. cap. 4. Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam, quod caput durum habeas. Sed & quod Græci dicunt δίκην γράφειν hoc Latini verbum verbo reddentes, Dicam ſcribere dicunt. Quam locutionem à comicis primum latinitate donatam, cùm Græcas comœdias Latinas facerent, veriſimile eſt. Vtitur autem ea Plaut. Aulularia. Terentius Phormio. & Cic. 4. in Verr. Prætor quoque ſcribere dicitur actionem, qui in edicto & albo proponit. l. 1. ff. de eo qui pro tu. Vnde in rem ſcriptæ actiones exceptionesque appellantur, quæ generaliter in rem proponuntur & aduerſus poſſeſſorem dantur, quanquam ex certæ perſonæ facto oriantur. l. 9. §. vlt. ff. quod metus cau. l. 1. §. vlt. ff. de interdict. l. 4. §. metus cau. ff. de doli exceptio.

Scribere etiam teſtamento dare relinquereq́; ſignificat. Inde ſcribere libertatem alicui, eſt ei teſtamento dare. l. 70. ff. de acqu. hæred. Quintilian. declamatio. 380. Æger à ſeruo cui libertatem ſcripſerat, venenum petit: nolenti dare crucem ſcripſit.

Scribere etiam hæredem tam tritum eſt, quàm quod tritiſſimum. Minus vulgatum eſt, ſcribere tutorem, quo tamen non Iureconſulti tantùm vtuntur. l. 20. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Sed & Cic. pro Cluentio: Nemo illum, ait, ex tam multis cognatis & affinibus tutorem vnquam liberis ſuis ſcripſit. Vt autem hæres ſcribi qui inſtituitur, ita & exhæres ſcribi dicitur qui exhæredatur. l. 4. ff. vnde liber. l. 1. §. Pomponius. ff. de Carbo. edic.

Scribere ſibi legatum videtur non ſolùm qui ſua manu id facit, ſed & qui per ſeruum ſuum vel filium quem in poteſtate habet, dictante teſtatore legato honoratur. l. 15. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſ.

Sic ſcribere ſibi, eſt teſtamento ſibi aliquod legatum aliúdve quid emolumento futurum adſcribere. l. 3. C. de his qui ſibi adſcribunt.

Pro non ſcriptis haberi & caduca fieri legata longè differunt. l. vn. §. & cum triplici. C. de caduc. tollen. Vbi traditur ea quę his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis nō eſſent, cùm teſtamentum fieret, pro non ſcriptis habita. Quod etiam confirmat l. 2. & l. 6. in fi. ff. de iure codicil. l. penult. ff. de his quę pro non ſcrip. habe. l. 26. §. pro non ſcripto. ff. de fideicommiſſ. liber. Pro non ſcriptis etiam habebantur, quæ ſeruis pœnæ relinquebantur. l. 3. ff. de his quæ pro non ſcrip. l. 25. §. ſi quis planè. ff. de acquirend. hæred. Item turpia legata, quæ legatarij magis notandi, quàm demerendi cauſa ſcribuntur. l. 57. de legat. 1. Itemq́ue deportatis & peregrinis relinquuntur. l. 1. C. de hæred. inſtit. In eadem cauſa ſunt & captatoriæ inſtitutiones, captatoriaq́; legata, eaq́; quæ ſibi quis manu ſua in teſtamento adſcripſit. l. 1. & l. vlt. ff. de his quæ pro non ſcrip. habe. l. 15. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis. l. 4. & l. 5. C. de his qui ſibi adſcribunt. Et generaliter quæcunq; illicitè & contra leges in teſtamento ſcribuntur, pro non ſcriptis habentur, & apud hæredem remanent. l. 14. §. ſequens quęſtio. & §. vlt. ff. ad l. Cornel. de falſ. l. vlt. ff. de his quæ vt indign. l. 20. in fin. de hæred. inſtit.

Scribere quoque, notam inurere ſignificat. l. 17. C. de pœn. Vlpian. in Inſtitut. tit. 1. Dediticiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt. Quintilian. lib. 7. cap. 4. Si quis fugitiuo ſtigma ſcripſerit. Vegetius lib. 2. cap. 5. Nam picturis in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti iurare ſolent. Inde inſcriptos vultus, id eſt, ſtigmate notatos dixit Plin. lib. 18. cap. 3.

Scriptum facere, pro ſcribæ munus exercere. Liuius lib. 9. ad fin. ſt. de C. Flauio qui ſcriba fuit, Inueni in quibuſdam annalibus, cùm appareret Ædilibus, fieriq́ue ſe pro Tribun. Ædilem videret, neque eius nomen recipi, quod ſcriptum faceret, tabulam poſuiſſe & iuraſſe nunquam ſcriptum facturum. Quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius. Sic & Gell. de eodem agens lib. 6. cap. 9. locutus eſt. Addam & aliam verbi Scribere ſignificationem, quæ quamuis in hiſtoriis frequens & peruulgata ſit, à Lexicographis tamen omiſſa eſt. Scribere enim milites, ſcribere ſupplementum exercitui, pro conſcribere, comparare & colligere crebrò legimus. Duos Salluſtij locos ſubieciſſe contentus ero. Sic autem ille in bello Iugurthino, Igitur diffidens, inquit, cæteri exercitui milites eligere, ſcribere, præſidia vndique acceſſere. Et alio loco. Et tamē exercitui ſupplementum ſcribere ab ſociis & nomine Latino auxilia accerſere.

SCRINIA palatij ſeu principum interdum quatuor memorantur, Memoriæ, Libellorum, Epiſtolarum, Diſpoſitionum. l. 19. C. de fide inſtrument. l. vlt. de decurionib. lib. 10. C. l. 3. C. de offic. quæſtor. l. 3. l. 4. l. 11. ff. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. C. l. 2. C. de priuileg. cor. qui in ſac. palatio. Interdum verò tria duntaxat,

memo-

memoriæ videlicet, epiſtolarũ, ac libellorum ſeu cognitionũ, vt in l.5.l.6.l.10.C. de proxim. ſacr. ſcrin. l.1. Cod. de priuileg. eor. qui in ſac. pala. Etiam exceptorum & tabulariorum & Canonum & Numerorum & Mittendariorum ſcrinia memorantur. l.vlt. de veſtibus olober. lib.11. Cod. l.7.C. de palatin. ſacr. largit. l.10. C. de murilegul. lib. 11. Item fabricarum & Barbaricariorum. l.1.C. de præpoſ. agent. in rebus lib.12.

Item ſcrinium auri ad Reſponſum. d. l.7.C. de palatin. ſacrar. largition. Cuius & in Noticia cum de Comite largitionum agitur, fit mentio. Ex hoc accipienda ſunt hęc Iuſtiniani verba in Nouella de Prætore Piſidiæ. ἐξέσται τε ἐπὶ τοῖς στρατιώταις καὶ Ad reſponſum. Et in Nouella de Prætore Lycaoniæ ἐχέτω γε μὴν καὶ Ad reſponſum ἤτοι ἀποκρισιαρίους περὶ τὴν στρατιωτικὴν εὐκοσμίαν. Et in Nouella de Prætore Thraciæ. καὶ παρέσθω, ait, μετ' αὐτῷ καὶ Ad reſponſum, διὰ τὰς ἐκεῖσε δυνάμεις. In Nouella ex Moderatore Helenoponti. ὑπακουέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ στρατιωτικὸν τὸ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἱδρυμένον. ἐχέτω τε καὶ Ad reſponſum Ex quibus locis apparet militaribus vſib. hoc ſcrinium deſeruiiſſe. Eoq; ad milites perlata exercitus rectorum mandata in vetuſtis quibuſdam ad Iulianum Patricium notis legi. Meminit etiam officij Ad reſponſum in re militari. l.19.§.1.C. de re milit. lib.12. Porrò in Noticia cùm officium Comitum ſacrarum largitionum recenſetur, ad ſuperiora ſcriniorũ genera hæc quoque adduntur, Veſtiarij ſacri, Aureæ maſſæ, Argenti, Annularenſe, à pecuniis, à miliarenſibus, in noſtris etiam libris ſcrinij ad limitem & ab argentariis, & operum, & Orientalis ſcrinij & Aſiani & Thracij & Macedoniæ & Daciæ fit mentio. l.7.C. de palatin. ſacr. largit. l.18. & l.vlt. C de numerar. lib.12.

Vnde Scriniarij in l.vlt. C. de caſtren. pecul. lib.12. l.8. & l.10. C. de numerar. lib.12. l.vlt. de apparitoribus præf. præt. Suidas σκρινιάριος ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἐπάρχου, ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον ἤτοι τὸ κιβώτιον. Scriniis autem magiſtri præponebantur. Et ita Alexand. Vlpianum magiſtrum ſcrinij fuiſſe Lampridius auctor eſt. Nec principibus tantùm, ſed & magiſteriis poteſtatibus ſui ſcrinarij erant. l.vlt. C. de teſt. milit.

SCRIPVLI in l.1. & l.5. C. de metallar. lib. 11. l.1. de ponderatoribus in C. Theod. l.12. de metallar. in eo. Cod. l.vlt. de annon. ciuic. Latinis Scripulum idem valet quod Græcis γράμμα: eſtq; viceſima quarta pars vnciæ auctore Voluſio Metiano.

SCVCLATIS in l.11. de Scænicis in Cod. Theod. fortè pro ſcutulatis cum vitio legitur, vt ſignificentur veſtes ſcutulis diuiſæ, quarum meminit Plin. lib.8. cap.48. B. Hieronymus in Ezechiel. cap.27. Iſtiuſmodi homines negotiatores Tyri ſunt, qui polymita, purpuram & ſcutulata mercantur.

SECRETARIVM locus eſt, in quo iudices cauſas examinant. Eſt enim Secretarium iudicum, vt Conſiſtorium principis. l.vlt. C. vbi Senato. l.3. C. de offic. diuerſ. iud. l.20. de exactionibus in C. Theod. l.2. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.10. C. l.1. & l.2. de offic. rector. prouin. in C. Th. Hoc verbo auctor paſſionis B. Cypriani ſtatim initio vtitur.

SECVNDVS hæres ſecũdo loco ſcriptum, id eſt, hæredi ſubſtitutum ſignificat. Caius lib. 2. Inſtitut. tit.4. l.4. ff. de S. C. Silania. ad differentiam hæredum inſtitutorum, qui priore gradu & loco inſtituuntur, quos ideò primos appellari ſuprà docuimus. Explicatur hoc verbum à Boeti. in Topic. frequensque eſt in Cicerone. Addam & ex aliis auctoribus duo quę mihi potiora viſa ſunt teſtimonia. Saluſtius in bello Iugurth. Erat præterea in exercitu noſtro Numida quidam Maſſiniſſę nepos, quem Micipſa teſtamento ſecundum hæredem ſcripſerat. Sueton. in Iul. cap. 83. Plures percuſſorum in tutoribus ſi quis ſibi filius naſceretur, nominauit. D. Brutum etiam in ſecundis hæredibus.

Secundæ tabulæ eæ dicuntur, quibus ſubſtitutio fiebat, quòd poſt paternas in ſecunda parte tabularum & in ima cera fiebant, vt lib. 3. Antiquit. plenius expoſui. Sic accipiuntur in l.19. §. poſtumos. ff. de aliment. leg. l.1. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. l.2. §. interdum. l.12. ff. de vulg. l.27. ff. ſi quis om. cau. teſt. l.14. §. ſi quis compulſus. & l.vlt. ff. ad Trebellian. l.11. ff. de excep. rei iud. l.11. §. quod vulgo. ff. ad l. Falcid. l.66. de legat.2.

Secundum ripam in l.29. ff. de acquir. rer. do. id eſt, prope ripam, vt in l.7. §. inſula. eo. tit. Sic Secundum agrum, Secundum viam, Secundum parietem. l.30. §.1. l.38. ff. de acquir. rer. do. l.13. ff. de ſeruit. vrb.

SECVNDOCERIVS in l.7. C. de palatin. ſacr. largitio. lib.12. & Rubr. de primicer. & ſecundocer. & l.vlt. Cod. de domeſtic. & protectorib. vbi ſecundocerij locum, non, vt vulgò legitur, ſecundi. primicerij vetus codex habet. Eſt & hoc verbum frequens in Noticia Imperij Rom. Eadem autem figura qua primicerius, ita & ſecundocerius qui ſecundum in ordine ſuo locum gradumque obtinet appellatur.

SELLÆ curules, ait Iſidor. lib.20. Etymolog. cap.1. erant in quibus magiſtratus ſedentes iura reddebant. Dictæ autem curules, quia apud veteres Prætores & COSS. propter itineris longinquitatem curru in forum prouehebantur. Sellæ autem quæ poſt eos vehebantur, quibus ſedentes iura dicebant à curru curules ſunt appellatæ.

Sellæ prætoriæ fit mentio in l.1.§.caſum.ff. de poſtul. Qua de re vide quæ lib.3. Antiquit. dixi.

Eſt & Sella geſtatoria, de qua apud Sueton. in Nero.cap.26.& in l.7.ff.de ſeruitut.ruſtic.l.49.ff. de legat.3. De qua & lib.1. Antiquit. aliquid dixi.

Sella balnearis apud Paulum lib.3. Sentent. titul.6.

SEDERE dicitur Prætor, cùm pro tribunali iuris dicendi cauſa ſedet. l.2.§. confeſtim.ff. ad Tertyllia. l.7.ff.de in integ. reſtit. Vnde dies quibus Prætor ius dixit, Seſſionum, appellantur, in l.51.§.ſatisfactionis.ff.vt in poſſ. legat. vt Zoannetus primum in lib. ſingul. reſtitutio. Mox Duaren.emendarunt.

Sedere etiam iudices dicuntur. Cicero pro Rabir.Poſt. Modo vos iidem in A. Gabinium iudices ſediſtis. Plin. lib.6. Ad Roman. Sedebant iudices centum & octoginta. tot enim quatuor conſiliis colliguntur. ingens vtrinque aduocatio.

SEMESTRIA Diui Marci in libris noſtris ſæpius citantur. l.46.ff.de pact.l.vlt.ff. de ſeruis export. l.12.ff. de acquir. hæred. §. item diuus. Inſtitut.de excuſatio.tutor. Sic autem fortè appellata ſunt, quæ in ſemeſtribus conſiliis conſtituta ab eo, & reſcripta erãt. Nam Auguſtum ſemeſtria ſibi conſilia inſtituiſſe Sueton. in eius vita ſcribit. & Dion lib.53. his verbis: τὸ δὲ δὴ πλεῖστον τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν, ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαι τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι. Quæ verba Zonaras in Auguſto tranſcripſit.

SEMINARIVM appellant fructus ſementis cauſa repoſitos. Sic Seminarium conſerendi agri cauſa paratum in l.9.§. ſeminarium. ff. de vſufru. Et Seminaria numero multitudinis in l.3.ff.de impenſ. in res dot.

SEMIS ſex vncias continet, vt notum eſt. Ex Semiſſe hæres ſcriptus dicitur, qui ex media parte inſtitutus eſt, qui Semiſſarius appellatur in l.116.§.1.ff.de legat.1.

Semiſſes vſuræ ſunt, quarũ menſtrua quantitas ducenteſima pars eſt ſortis. In vſurarum enim ratione centeſima aſſis locum obtinet, ad eamq; omnes vſurarum ſpecies redigũtur: itaq; Semiſſes vſuræ ſunt, ſi pro centum aureis ſingulis annis ſex præſtentur. Vide quæ libro vltimo in verbo Vſura dicam.

SENATVSCONSVLTVM eſt, quod Senatus iubet atq; conſtituit. §. Senatuſconſultum. Inſtitut. de iur. natur.

Senatuſconſulta autem quæ proprium nomen habent, à me ſunt ſuis quæq; locis relata & expoſita. Anonyma verò quædam proprio nomine non donata in his quos ſubieci loci referuntur.

Vnum Panſa & Auiola COSS. factum de ædium demolitione, quo dirui quid ex ædificiis negotiandi cauſa diſtrahive aut legari prohibetur. l.52.ff.de contr.empt.l.40.ff.de legat. lib.1.l.vlt.ff.de dam. inf. quo accipiendæ ſunt l.45.ff. de dona.int.vir.l.11.§.ſi quis illicitè.l.21.§.vlt.ff.de leg.3. Aliud Cotta & Meſſala COSS. factum de vxoribus procõſulum & præſidum. l.4.§.proficiſci.ff.de offic.proconſ. De quo Tacit. lib.3. Annal.

Alterius etiam eiſdem COSS. facti meminit l.12.§.ſi ſeruus.ff.de accuſatio.

Aliud Modeſto Conſule de ſeruis fugitiuis factum.l.1.§.1.ff. de ſeruis fugit. Quod intelligi puto in l.2.in fi.ff.ad leg.Fab.l.35.§.1.ff.de contrahend. empt.

Alterius quod Neratio Vero & Annio Priſco COSS factum eſt, meminit l.6.ff.ad l.Corn. de ſicar.

Senatuſconſultum de illicitis collegiis.l.1.ff. de colleg.illicit. de tutorum & pupillarium nuptiis.l.4.C.de excuſ.tut.

Senatuſcõſulta de tutelis. l.penult. de tutel. l.11.ff.de teſtam.tut.

Senatuſconſultum de comitibus libertiſq; eorum, qui prouincias regunt in l.16.ff.de off. præſid.

Senatuſconſultum de re funeraria in l.12.§.1.de religioſ.

Senatuſconſultum de tabulis ſignandis apud Paul.lib.5.Sentent.tit.27.

Senatuſconſultum de his qui voluntate dominorum in libertate morati ſunt. l.4.C. de fideic. libert.

Senatuſconſultum de proclamantibus ad libertatem in l.3.ff.quibus ad libert. procl.

Senatuſconſultum de his qui poſt manumiſſionem originem repetunt in l.1.C. de ingen.manumiſſ.de quo accipienda eſt l.3.ff.ſi libert.ingen.eſſe dicet.quęq; eius Senatuſconſulti verba quædam exponit.l.32.ff. de liber. cau.

Senatuſconſultum, quod in pecuniam ludere vetuit.l.2.ff. de aleatoribus. Aliud Iuuentio Celſo iterum & Neratio & Marcello COSS. Hadriani temporibus factum in l.vlt.Cod. de ſeruis Reip.manumitt.

Senatuſconſultum, quo pecuniæ vſusfructus conſtitutus eſt, per cautionem. l.1.C. de vſufr. l.1.ff.de ſeruit.leg.

Senatuſconſultum de cenſuum veterum & monumentorum fide. l.6.C. de probationib.

Senatuſconſultum de famoſis epigrammatis & libellis.l.5.§.vlt.ff.de iniur.l.18.§.vlt.ff.qui teſtam. fac.

Senatuſconſultum de mortis cauſa donationibus.l.35.ff.de donatio.cau.mort.

Aliud

Aliud item quo calumniæ cauſa publico iudicio damnati poſtulare apud pedaneos iudices prohibentur. l. 1. §. item Senatuſconſulto. ff. de poſtul.

Aliud de luctu. l. 15. C. ex quibus cauſ. infa. irroget.

Aliud quo plurib. legibus ad idem crimen rei fieri prohibentur. l. 14. ff. de accuſatio.

Aliud de his qui matrimonii cauſa manumittuntur. l. 18. ff. qui & à quib.

Aliud auctore Hadriano factum de natis ex ciue Rom. cuius Vlpian. in Inſtit. tit. 2. meminit. Aliud item quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel priuatis rebus obſtringi. l. 12. ff. de legationib. Quo referenda eſt l. 8. in fi. eo. tit.

Senatuſconſultum quo cautũ erat, vt mulier poſſet in ſua re quem de falſo excuſare. l. 5. C. qui accuſ. non poſſ. Meminit l. 2. ff. de accuſat. & l. 2. C. de calumniatorib.

Senatuſconſultum in l. 15. §. ſi quis ſe ſcribat. ff. de milit. teſt. & l. 14 in princip. l. 15. §. item ſenatus. ff. ad legem Corn. de falſ. l. 3. & l. vlt. C. de his qui ſibi adſcrib. Libonianum accipiendum eſt.

Sensvs pro ratione in l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. vbi animal ſenſu carere, id eſt, ratione, vt apud Iuſtinianum eodem tit. in princip. Alioquin falſum eſſet quod Vlpian. ait. Nam, vt Cicero libr. 1. Officior. ſcribit, bellua quantum ſenſu mouetur, ad id ſolum, quod adeſt, quodq́ue præſens eſt, ſe accommodat. Sic nullum ſenſum infantis eſſe dixit Paul. in l. 32. §. infans. ff. de acquir. poſſ. id eſt, nullum iudicium. Sic furore detentum ſenſum non habere, ait Vlpian. in l. 22. §. ſi maritus ff. ſol. matrim. Et aliàs ſentire non poſſ. l. 8. §. vnius. ff. de optio. leg.

Senſus pro voluntate teſtatoris in l. 15. ff. de vino trit. l. 3. §. conditio. ff. de adim. leg.

Sententiam dicere, ferre, dare, pronunciare pro eodem Iureconſulti tam ſæpè dicunt, vt putidum ſit exempla adferre. Sententiam dicere arbitri, quos ad dicendam ſententiam coacturum ſe Prætor pollicetur, exiſtimabantur, qui ea mente pronunciant, vt ſecundum id diſcedere litigatores à tota controuerſia velint. l. 23. ff. de arbitr.

Separatio bonorum, vel creditorum gratia fit, qui ſeparari ab hæredis bonis teſtatoris bona deſiderant, quæ alioquin hæredis bonis iuncta propter hæredis creditores ſuffectura nõ eſſent, tit. de ſeparatio. bonor. l. pen. C. de hæred. vend. Vel ſeruorum gratiâ fit, qui à domino, qui non ſoluendo erat, cum libertate neceſſarii hæredes ſcripti ſeparari à bonis eius peculium ſuum poſtulant. l. 1 §. vlt. ff. de ſeparat. l. 6. §. pen. ff de minor.

Separationem etiam bonorum Prætor ei concedit, qui patri ac poſtea fratri ex ſecundis tabulis hæres extitit, ſi hæreditatem patris reiecta fraterna retinere velit. l. 12. ff. de vulg. & pup.

Seqvester dicitur, apud quem plures rem, de qua controuerſia eſt, deponunt. l. 109. ff. de verb. ſignific. l. 5. §. 1. l. 6. l. 7. ff. depoſ. l. 18. ff. de præſcript. verb. l. 5. verſ. ſed ſi nec ipſi. ff. vt in poſſ. leg. l. 21. in fi. ff. de appellationib. l. 5. C. quor. appel. non recip. Tertullia. in lib de Reſurrectio. carn. Hic Sequeſter Dei atq; hominum appellatus ex vtriusque partis depoſito commiſſo ſibi. Idem in lib. de patientia, Adeò ſatis idoneus patientiæ ſequeſter eſt Deus, ſi iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt. Inuenitur & hoc verbum apud Plautum Mercatore Act. 4. ſcen. 3. & apud Quintilia. lib. 12. cap. 8. Ab eo autem ſequeſter dictus, quòd occurrenti aut quaſi ſequenti eos qui contendũt committitur, aut quòd eius fidem qui deponunt ſequantur, vt Gell. lib. 20. capit. 1. ſcribit. Iſidorus lib. 10. Etymolog. Sequeſter, ait, eſt, qui certantibus medius interuenit, qui apud Græcos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi ſolent, à ſequendo dictus, quòd fidem vtraq; pars ſequatur.

Inde in Sequeſtre deponere. l. pen. ff. depoſ.

Et Sequeſtraria actio quæ aduerſus ſequeſtrem datur. l. 12. §. cum ſequeſtria. ff. depoſ. l. 9. §. Labeo. ff. de dolo.

Et ſequeſtrare in l. 22. §. ſi verò dotem. ff. ſolut. matrim. Et ſequeſtratio Rubr. de prohib. ſequeſtr. pec.

Seqvi nomen alicuius, vel ſequi perſonam, eſt approbare, vel agnoſcere & admittere, & fidem ſequi. l. 71. ff. de iur. dotal. l. 10. C. ad Velleian. l. 4. C. ſi tutor vel curat. l. 1. ff. nautæ, caupo. l. 1. ff. de reb. cred. l. 24. §. in bonis. ff. de reb. auct. iud. l. 1. §. quæſitum eſt ſi fortè. ff. de ſeparatio. l. 10. §. ſi quid in fraudem. ff. quæ in fraud. cred.

Sequenti loco poſitum ædificium dicitur in l. 20. § ſi ſublato. ff. de ſeruit. vrb. quod alterius ſublati loco poſitum eſt. Sequentes actiones, id eſt, ſequenti loco propoſitæ & poſt alias. l. 11. §. idem Neratius. ff. de act. empt. l. 37. ff. de noxalibus. Sequens curator in l. 7. §. cùm de mentis. ff. de cur. fur. qui in alterius remoti ab adminiſtratione locum ſubſtitutus eſt. Sequens teſtamentum pro poſtremo & nouiſſimo in l. 3. §. item ſi ipſe. ff. ſi cui plus quàm per leg. Falcid. l. 28. § teſtamento. ff. de liber. leg. Martia. in l. 29. ff. ad Trebellian. ſecundo loco factum dixit: Sequentem etiam Prætorem in l. 26. § actio. ff. ex quibus cauſ. maio. Vlpian. vocat eum, qui ſequente anno erat Prætor futurus.

Sequi nuptias pro contrahere. l. 34. §. vlt ff. de ritu nupt. l. 15. C. ex quib. cauſ. infa. irrog.

SERIÆ vaſa ſunt vinaria & frumentaria. l.206 ff.de verb.ſignif.l.15.§. proprietatis. ff.de vſufr. Terent.Heautont. Releui dolia omnia, omnes ſerias.

SERICVM nema in l.vltim §.ſpecies.ff.de publican Serica veſtimenta in l.25.ff.de auro, arg. Vbi Serica à bombycinis ſeparantur, vt & apud Paul.lib.3.Sent.tit.6. quæ tamen imperitè confundit Iſidor.lib.19.cap.27. Ac bombycina quidem ex vermiculis fiebant, vt ſuprà lib.2. oſtendimus. Serica verò ex genere quodam lanicii quod Indiæ populi Seres, ex arboribus depectebant: quemadmodum eruditè D. Andr.Tiraq.vir omni noſtra prædicatione ſuperior, notauit in libro De legib. connubialib. Id quod ſubiecti auctorum loci comprobant. Vergilius 1.Georgic.

Velleraq́, vt foliis depectant tenuia Seres.

Seneca in Hippolyto,

Quæ fila ramis vltimi Seres legunt.

Et in Hercule Oetæo:

Quæ Phœbæis ſubditus Euris
Legit Eois hæc arboribus.

Plinius quoque lib.6.capit.17. Seres, inquit, lanicio ſiluarum nobiles perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. Ammianus quoque Marcellin. libr.23. apud Seras ſiluas eſſe ſublucidas refert, à quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris velut quædam vellera mollientes ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nenteſque ſubtemina conficiunt ſericum. Idem & Solinus in Polyhiſtore cap.51. ſcribit. Porrò, vt quo tempore texendi ſerici artificium in Occidentis partes inuectum ſit, vnicuique liqueat, admonere operæprecium duxi, legiſſe me apud Othonem Phryſingenſem libro 1. De geſtis Friderici cap.33. Rogerium Siculum Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices qui ſericos pannos texere ſolebant ob Imperatoris ignominiam captiuos deduxiſſe: quos in Palermo Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi ſuos edocere præcepit. Exindeq́; ars illa prius à Græcis ſolis inter Chriſtianos habita, Romanis patere cœpit ingeniis.

SERVARI ab aliquo poſſe dicitur quod ex eius bonis redigi poteſt l.vlt.ff.de adm. tut. l. vlt. ff. ſi ventr. nom. Sic rem ſeruari dicunt: Cuius locutionis exēpla libro ſuperiore protulimus. Et ſeruari indemnitatem.l.38.§ vlt. ff.de actio. empt. Seruari etiam per actionem dicunt Iureconſulti, quod abeſt, vel quid damni datum eſt.l.17.in fin.ff. ſi ſeruit. vindic.& aliis ſatis multis locis. Sic Seruare pœnam ab ſocio.l.6.in fin.ff. comm.diuid. Quod mater filiæ ſuæ ſeruari teſtamento iuſſit, eo tempore præſtari voluiſſe intelligitur, quo ſui iuris ea ſit. l.26.ff.de auro, arg.

SERVIANA actio in rem Prætoria, quæ de rebus in prædium vrbanum inuectis illatis, quæ tacitò pignoris iure locatori pro penſione obligantur, proponitur. §. item Seruiana. Inſtitut. de actionibus. l. vltim. ff. de Saluia.interd. Quæ verò eius exemplo de cæteris rebus pignori oppoſitis datur actio, ea quaſi Seruiana ſiue hypothecaria appellatur. l. 13.§. 1. ff. ad Velleian. vel vtilis Seruiana l.1. §.cùm prædium.ff.de pignorib. l.1. C. comm. de legat.

Inde Seruiana vel hypothecaria in l.29.ff. fam.erciſc. l.4.§. ſi quis autem. ff. de doli except. Confunditur tamen plerumque hęc differentia & cuiuſlibet pignoris perſecutioni Seruianæ nomen adcommodatur. l.3.l.10.l. 11.l.21.ff.de pignorib.l.42.§.ſed & dominum. ff.de procuratoribus l.28.ff.de pignor.act.l.4. ff.quibus mod. pign. l.30. ff. de noxalib. act.l. 34.& l.35.& l.66. ff. de euictionibus. l. 3. §. eſt autem.ff.ad exhib.

SERVITVS eſt, conſtitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam ſubiicitur.l.4.§.1.ff.de ſtatu hom.

Serui verò vel à ſeruiendo, vel à ſeruando dicti ſunt, quod Imperatores captiuos ſeruare quàm occidere mallent, vt in dict. l.4. traditur.& in l.239.§.1.ff. de verbor. ſignificat.& ab Auguſtino lib.19.De ciuit.Dei.cap.15.

Serui porrò appellatio etiam ad ancillam refertur. l.40.§.1. ff. de verborum ſignificat. Proinde ſeruis legatis etiam ancillæ debentur.l.101.in fin.ff.de verbor. ſignificat. quæ ex Modeſtini libro 8. Differentiarum ſumpta & excerpta ex l.81.ff. de legat. lib.3. vt inſcriptio planum facit.

Seruire nobis intelliguntur & hi, quos curamus ægros, qui cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediuntur. l.2. §.Stichus.ff de ſtatu liber.

Seruorum varia miniſteria variaq́; officia erat: In libris enim noſtris & Diſpenſatores, & Actores, Ordinarios & Atrienſes, Hoſtiarios, Miniſtratores, Obſonatores, Cubicularios, Notarios, Nomenculatores, Calculatores, Focarios, Cocos, Lecticarios, Curſores, Tonſores, Scoparios, Saltuarios, Diætarios, Topiarios, Textores, Tabellarios, Villicos legimus. l.8.l.12.§ idem reſpondit, domo.ff.de inſtruc. vel inſtrum.l.61.l 81.de legat.3. l.203. in fin. ff. de verb.ſignific.

Seruilia nomina hæc in libris noſtris referuntur, Pamphilus, Stichus, quæ vulgatiſſima ſunt. Item Damas, Eros, l.105.ff.de verbor.obligat.l.162. §.vlt. ff. de verbor.ſignific. Lucrio.l.37.§.pater. de legat.3. Feliciſſimus. l.41.§.Feliciſſimo.de legat.§ Philargyrus l.28. §.vltim.de condition.& demonſt. Diphilus l. vlt.ff.de fideicom.liber.Parthenius.l 41. ff. de hæred.

hæred. inſtit. Trophimus, Cupitus, Spendoforus, December, Seuerus.l.37.l. 40.§. libertatem.l.41.§.penult.de fideicomm.libert. Antiochus. l.97.de legat. libr. 3. Andronicus & Calenus.l.21.l.29.§.1.ff.de ſtatu liber. Aithales.l.24.ff.ad leg.Cornel.de falſ.Philonicus in l.vlt.ff.de rebus dub.Stephanus in l.52.ff.eod. tit.Philocrates apud Valer.lib.6.cap.8.Philippus in l.2. ff. de offic. prætor. & apud Cicer. in Orat. pro Rege Deiota. Clemens apud Suet. in Tiber.cap.25.

Ancillarum verò hęc nomina notaui, Areſcuſa, vt lib.1.probaui. Thetis in l.vlt.ff. pro derelicto. Agathea.l.28.in fi.ff.de conditio.& demonſt.Glauce, Tyche, Elpis.l.37.§. 1. de legat. 3.Feliciſſima.l.41.§.Feliciſſimo.eod.tit. Concordia.l.49.ff.de fideicomm.libert. Victorina in l.41.§. hæredc. ff. eod. tit. Eutychia.in l.59. ff.de manum.teſt.

Serui publici tabulariam olim adminiſtrabant, vt ex l.18.ff.de adoptio.l.2.C.eod.tit.ff. rem pupill. ſal. fo. l. 1. §.exigere. ff. de magiſt. conuen.l.3.C.de poſtlim.reuerſ.l.4. C. de arbitr.l.vlt.C.de ſeruis Reip.patet.Quod poſtea ab Arcadio, Honorio, Theodoſio, prohibitum fuit in l.3.de tabulariis.lib.10.C.

Serui publici etiam obligationes rebus publicis acquirebant.l.11.ff. de vſur. fit & ſerui cuiuſdam publici & curatoris ciuitatis mentio in Epiſtola Conſtantini, quæ refertur ab Auguſtino Epiſt.68.

Serui pœnæ fiunt, qui metallo vel operi addicuntur, vel qua alia pœna damnantur, quæ miniſterium corporisq; laborem & ſeruitutem irrogat: veluti qui in metallicorum miniſterium, ad ludum, ad beſtias, in opus publicum damnantur. l. 6. §. irritum. ff. de iniuſto rup.l.6.ff.de ſtatu liber.l. 25. §. ſi quis planè.ff. de acquiren.hæred.l.8.§. in miniſterium.& §. quicunque.& §.vlt.l.12.l.17.l. 36.ff. de pœn. l.7.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.§.pœnæ.Inſtit. quib.mod.ius pat.pot.l.1. in fi.& l.2.ff.de contra tabul. Hi enim omnes pœnæ magis quàm Cæſaris & fiſci ſerui ſunt.l.3.ff.de his quæ pro non ſcrip.haben.

Seruam etiam pœnæ mulierem factam legimus.l.6.ff.de ſtatu liber.l.2.§.1.ff.ad Tertyllian. quod accidebat, cùm vel in opus ſalinarum, vel in miniſterium metallicorum damnabantur.l.8.§. in miniſterium.ff. de pœn.l. 6.ff.de capti.& poſtlim. Nam huiuſmodi pœnis ſeruitutem irrogantibus adfici mulieres conſueuerant. Iuſtin. Nouell. 12. εἰ γάρ τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ εἰς μέταλλον δοθῆναι προσετάχθη, δουλεία μὲν ἦν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας ἐκ τῆς δουλείας ἐπιφερομένη. Quam ille ſeruitutis pœnam (ſic enim appellatur in l.1.ff. de ſententiam paſſ.) abrogans, eadem conſtitutione, ἡμεῖς δὲ, ait, τοῦτο ἀνείλομεν, καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν.

Seruitutes etiam appellantur prædiorum iura l.1.in fi.ff.de rer.diui.l.50.§.1.in fi. de alien. iudic. mut. quibus fundi perſonis vel perſonæ fundis ſubiiciuntur. A quibus & ſeruum prædium, & ſeruum fundum, quod ſeruit dicimus, liberoq; opponimus.l.8. ff. de act. empt. l.20.§.1.ff.de acq.rer.dom. Cicer. de leg. Agr. Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima conditione ſunt: libera meliore iure ſunt, quàm ſerua. Capite hoc omnia quæ ſeruiebāt, non ſeruient. Quarū aliæ perſonarū eſſe dicūtur, vt vſusfructus & vſus: aliæ rerū: eæq; rurſus vel vrbanorū, vel ruſticorū prædiorum. l. 1. ff. de ſeruitutib. cum proximis & coniunctis titulis. l. 39. ff. de vſufruct. In rem vel in perſonam ſeruitutes dixit Paul. in l. 12. ff.de annu. leg. Has etiam ſeruitutes perſonales vocant. l. 8. §. tale legatum. ff. de liber. leg. l.37.ff.de ſerui. ruſtic. Et hominum ſeruitutes in l.15.ff.de ſeruituti.l.20.in fin. ff.de ſeruit.ruſtic. Quoniam hominibus debentur & cum his pereunt.

Rerum verò ſeruitutes prædiorum ideirco dicuntur, quòd prædiis debentur non perſonis, & ſine prædiis conſtitui non poſſunt. Nemo enim eas ſeruitutes acquirere vel debere poteſt, niſi qui prædium habet. l. 1. ff. comm. præd.l.34.ff. de ſeruit. ruſtic. Ideoq; in cauſa aquæductus ſententia prædio dari dicitur. l. 33.§.vlt.ff.de neg.geſt.

Seruitutes autem hæ vel vrbanorum vel ruſticorum prædiorū appellantur prout ſunt prædia quibus debentur. Vrbanis enim ædificiis quocunque ea loco poſita ſint, conſtituta, vrbanorum prædiorum dicuntur: quales ſunt altius tollendi, vel non tollendi, ſtillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, immittendi, proiiciendi, protegendi, proſpectus, luminum, oneris ferendi, cloacæ immittendæ ſeruitutes.l.1.2.& 3.ff.de ſeru. vrb.l.1. ff. commu.præd.§.æque. Inſt. de actionib. Ruſticorū verò prędiorum ſunt hæ, iter, actus, via, aquæductus, hauſtus aquæ, pecoris ad aquam appulſus, pecoris paſcendi, cretæ eximendæ, calcis coquendæ iura. l.1.l. 2.cum ſeq.ff.de ſeruit. ruſtic.Inſtit.de ſeruitutib.

Sexagenarios exactores quoſdā appellatos, qui à collatoribus ſpecies annonarias ſuſcipiebant, tributaq; exigebant, conſtat ex l. 1.C.de exactionib.tribut. in C.Theod.& l. 2. de annon.& tribut.in C.Theod.

Si pro Quia.l.48.§.vlt. ff. de iure fiſc.l.4.ff. de nouationib.

Si pro An, in l.3.§. 1. ff. de collatio.bon.l.9. §.1.ff.de eden.l.5.§.idem Iulianus.ff.de lib.leg. l.13.C.de vſufr.leg.l.3.C. commu.de leg. l.10. C.de adoptionib.& aliàs ſæpè.

Hæc verba, *Si fecerit, ſi dederit*, in conditionibus teſtamentariis plerunque hanc ſignificationem habent, Si per eum non ſtet, quominus det aut faciat. l. 23. ff. de conditio. inſtitut. In ſtipulationibus quoque hæc conditio, *Si Pamphilum non dederis*, ſic plerunque exauditur, ſi per te ſteterit quominus Pamphilum dares. l. 115. ff. de verbor obligat. Similiq; modo hæc conditio, *Si Capitolium aſcẽderit*, ſic accipitur, ſi cùm primùm potuerit Capitolium aſcenderit. l. 29. ff. de condit. & dem. Et ex diuerſo, *Si capitolium non aſcenderit*, hanc recipit interpretationem, ſi cũ primùm potuerit, capitolium non aſcenderit. l. 17. §. 1. ff. de manum. teſta. Pari ratione talis conditio, *Stichus ſi eum hæres non manumiſerit, liber eſto*. hunc ſenſum habet, ſi cùm primùm potuerit ſine magno incommodo ſuo manumittere, non manumiſerit. l. 20. in fi. ff. de ſtatu liber.

SIGNA, Sigilla & Signacula idem valent. l. 1. §. ſi pecunia. ff. depoſi. l. 12. §. pen. ff. loca. l. 1. in fine. l. 2. §. ſi dubitetur. l. 4. ff. de teſtament. quemadmod. aper.

Signa autem anulis χαρακτῆρα habentibus impreſſa accipimus in re teſtamentaria. l. 22 §. ſignum autem. ff. qui teſta. fac. l. 11. ff. de iniuſto rup. §. 1. Inſtit. de teſtament.

Inde Signatores, teſtes ad teſtamenti vel alterius negotii tabulas anulis ſuis obſignandas adhibiti appellantur. l. 22. ff. de teſti. l. 3. §. hoc interdictum. ff. de tabul. exhib. l. 32. in fin. ff. de furt. l. 32. in fin. ff. ad Aquil. l. 4. l. 6. l. 7. ff. de teſtament. quemadmodum aper. Saluſt. in coniuratio. Catil. Ex illis teſtes ſignatoreſque falſos commendare. Suet. in Auguſto cap. 33. Et cùm de falſo teſtamento ageretur, omnéſque ſignatores lege Cornelia tenerentur, &c. Valer. libr. 7. capit. 7. In eo Tullianus Pompeii magni familiaris ipſo Pompeio ſignatore hæres ſcriptus.

Signatores etiam appellantur in l. vlt. ff. de l. commiſſoria. qui ſacculum pecuniæ ſignis ſuis obſignarunt.

Signatæ autem tabulæ teſtamenti in edicto Prætoris accipiuntur, quæ ſeptem teſtium ſignis ſignatæ ſunt. l. vltim. ff. de ſecund. tabul. Nec ſignatæ videntur, ſi earum linum, quo ligatæ erat, à teſtatore ipſo inciſum eſt. l. 1. §. penult. eodem titul. Sic & in l. 12. ff. de iniuſto rup. ſignatum teſtamentum accipimus. Signata ciſta in l. 1. §. ſi ciſta. ff. de lege commiſſ. teſtium ſignis obſignata. Sic & ſignata domus in l. 1. §. penultim. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. 20. ff. de iniur.

Signa præterea vexilla militaria ſunt. l. 2. §. initium. ff. de orig iur. l. pen. ff. ex quibus cau. maio. l. 3. §. vlt. ff. de teſtib.

Sigilla etiam in ædificiis legimus. l. 13. § ſed ſi ædium. ff. de vſufruct. l. 41. §. pen. de legat. 1. l. 12. §. Papinianus. ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 17. §. caſtella. ff. de actio. emp. l. 19. §. idem Celſus. ff. de auro argen. Et apud Plin. lib. 36. cap. 24. Pediculis argenteis adiuncta ſigilla in l. 32. ff. de auro argen. Sigillum candelabro adiectum in l. 23. §. ſi quis rei ſuæ. ff. de rei vendic. Et patellæ adiecta ſigilla apud Cic. 6. in Verr. Arnobius lib. 6.

Sigillaria pro ſigillis deorum & [illegible] etiam ſigilliola: Abſtinetis, ait, à riſu, cùm diis immortalibus, ſigilliolis hominum formis ſupplicatis humanis, quinimò deos eſſe ſigillaria ipſa creditis. Tertullia. in lib. de Oratio. Cùm perinde faciant nationes adoratis ſigillaribus ſuis ridendo. Vnde & Sigillaria vicus Romæ, in quo non ſigilla tantùm, ſed & libri & lances & aliæ id genus venales res exponebantur. Vnde in l. penultim. §. paterfamil. ff. de legat. 3. Sigillaribus emptæ lances. Et apud Gell. lib. 2. cap. 3. In ſigillariis emptus liber qui etiam libros eo loci expoſitos apertè ſignificat. lib. 1. capit. 4. Meminit & Sueton. in Nero. cap. 38.

Vnde etiam Sigillariorum celebritas quædam inſtar nundinarum Saturnaliorum diebus addita, qua ſigilla deorum fictilia venalia proponi & pueris emi, ſed & inuicem pro munere miſſitari ſolebant, quemadmodum Macrob. lib. 1. capit. 10. & capit. 11. oſtendit. Spartia. in Caracalla, quæ à parentibus gratia ſigillariorum acceperat & vel clientibus vel magiſtris ſponte donarunt. Idem in Hadria. Saturnalia & ſigillaria frequenter amicis inopinantibus miſit, & ipſe ab his libenter accepit.

SIGNINVM riuum lapideũ interpretatur Vlpian. in l. 1 §. vltimo. ff. de riuis. Plinius libr. 35. cap. 12. Signinum ex teſtis tuſis fieri calce addita ſcribit. Vitruuius verò lib. 8. capit. vltim. Signina opera ita fieri tradit. Primum harenam puriſſimam aſperrimamque parari, cementum de ſilice frangi, calcem quoque quàm vehementiſſimè mortario miſceri, ita vt quinque partes harenæ ad duas calcis reſpondeant, mortarióque cementum addi Frontin. libro de Aquæductib. Concipiuntur ergo via Collatia ad milliarium octauum paluſtribus locis ſignino circumiecto continendarum ſcaturiginum cauſa. Ex quibus apparet ſigninum riuum teſtaceum & cementicium potiùs, quàm lapideum interpretandum eſſe. Quare vereor ne ſuperior interpretatio à Triboniano non ab Vlpiano veniat. Signinam fabricam etiam Boëtius in Topic. Cicero. dixit. Et Signinum alueum aquæductus Caſſiodor. lib. 5. Varr. Epiſtol. ad vniuerſos poſſeſſor.

SILENTIARII, qui audientiam faciunt, murmur voce compeſcunt & cohibent, quorum

rum ſchola in aula Conſtantinopolitana erat, vt ex Niceph. libr. 16. capit. 24. apparet. De his ſilentiariis ſacri palatii viris ſpectabilibus meminit l. vlt. C. de excuſatio. tuto. l. 30. §. vlt. ff. de inofficio. teſtamen. Ambroſ. in Oratio. de morte Valentinia. Veſperi profectus eſt ſilentiarius, tertio die mane quærebat, iámne remoraſſet. At apud Saluia. Maſſil. lib. 4. de vero Dei iudicio, cùm ait, Pauerit quippe actores, pauerit ſilentiarios, pauerit procuratores. Silentiarii accipiuntur, qui in familia cæterorum ſeruorum murmur cohibebant, vt Seneca quadam Epiſtola probat. Sed & Procop. lib. 2. de bello Perſico, Imperatorum ad ea quæ ſunt quietis, miniſtros ſilentiarios vocari ſcribit.

Silva cædua eſt quæ in hoc habetur, vt cędatur: vel quæ ſucciſa ruſſus ex ſtirpibus aut radicibus enaſcatur. l. 30. l. 77. ff. de verb. ſignific. l. 10. ff. de vſufruct. Silua palaris in l. 9. §. vlt. ff. de vſufruct. ex qua pali & pedamenta ad vineas ſumuntur.

Simpla promitti dicebatur, cùm ob euictionem ſimplum rei pretium promittebatur. l. 5. §. vl. l. 56. l. 60. ff. de euictionib. l. 17. ff. de inſtitor. Varro. lib. 2. de re ruſtic. capit. 10. Cauere debet de euictione ſimpli quanti ea res ſit. Inde in l. 36. ff. de donatio. inter vir. quæ cautio ſtipulatio ſimplæ vocatur, in l. 11. in fin. l. 27. ff. de euiction. Actio autem de euictione interdum ſimpli, interdum dupli erat. Simpli erat. cùm dictum non erat quantum ob eam rem præſtare emptorem oporteret, vel cùm ea, quæ empto fundo acceſſerant, euincebantur. l. 16. l. 60. ff. de euictionibus. Dupli verò erat rebus pretioſis vel mancipiis venditis.

Inde Simplariæ venditiones. l. 48. in fin. ff. de ædil. ed. Ex quibus ſimpli actio ob euictionem competit.

Simplicia interdicta ſunt, in quibus alter actor, alter reus eſt. §. tertia diuiſio. Inſtitut. de interdict. Qualia ſunt interdicta exhibitoria, reſtitutoria, & omnia prohibitoria de arboribus cædendis, & de itinere actuque. l. 2. ff. de interdict.

Simplex ſubſtitutio, quę in vnum duntaxat caſum concipitur. l. 1. ff. de vulg. & pup.

Simplices fugitiui, qui nondum pro liberis ſegeſſerunt. l. 2. ff. de fugitiu.

Simplex donatio pro mera in l. 20. §. ſi pater. ff. fam. erciſc.

Simplex iuſſio, quę fit ſine cauſæ cognitione. l. vlt. §. vlt. ff. quod met. cau.

Simpliciter, pro, generaliter, & vt Græci dicunt, ἁπλῶς. l. 66. §. duorum. ff. de legat. lib. 2. l. 3. §. qui liberis. ff. ad Trebell. l. 9. §. vlt. ff. de adm. tut. l. 29. in princ. ff. de liber. & poſt. l. 71. ff. de leg. lib. 1.

Simpliciter & ſimplicius in l. 26. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 9. ff. de ſeruitutib. id eſt, non deſignata parte fundi quæ ſeruiat.

Sinendi modo relicta legata dicebantur, quæ ita dabantur, *Hæres mi illum rem illam ſibi habere ſinito, permittito*. §. 1. Inſtit. de teſtament. l. 1. C. comm. de legat. Caius lib. 2. Inſtitut. tit. 5. In lege locationis qua ſcriptum erat, *Redemptor ſiluam ne cædito, neue quem cædere ſinito*, verbum ſinendi hanc habere ſignificationem Vlpian. ſcribit, vt non tantùm redemptor ſi quem caſu cædentem viderit prohibeat, ſed vti curet & det operam, ne quis cædat. l. 30. ff. loca.

Singvlare ius eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate conſtituentium introductum eſt. l. 16. ff. de legibus. l. 44. §. 1. ff. de acq. poſſ. l. 44. §. nondum. ff. de vſucapionib.

Singularia quædam, id eſt, contra regulas iuris communis in l. 15. ff. de reb. credit.

Singulariter ſcriptum edictum, quod vnitatis numero ſcriptum eſt. l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod fal. tut. Sic Singularem perſonam pro vnica dixit Vlpian. in l. 9. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. Et Singulares tunicas. l. 38. ff. de auro argen. leg. pro ſingulis.

Singularii milites quidã olim appellati, vt ex Caſſiodoro lib. 11. Variar. & ex Notitia Imperii Rom. patet.

In Sinv meo habui, in l. 27. ff. de probatio. ſignificat in occulto. Lamprid. in Commodo, Prædam omnem in ſinum contulit. Alio loco, Qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur, id eſt, in priuatas rationes. Tertullian. in lib. De fuga in perſecutio. Paciſcens cum delatore, vel milite, vel miniſtro aliquo præſidis ſub tunica & ſinu quod aiunt.

Smaragdvs in l. 21. ff. de auro, arg. & l. vl. §. ſpecies. ff. de publican. l. 1. nulli lic. in fren. lib. 11. C. Gemma eſt viridis coloris, de qua poſt Plinium multis verbis agit Iſidor. lib. 16. Etymol. cap. 7.

Smvrna in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. ea vocatur, quę vulgò Myrrha dicitur.

Sobrini propriè vocantur, qui ex fratribus patruelibus, aut conſobrinis, aut amitinis vndique propagantur. l. 3. ff. de gradibus & affinit.

Sobrinum Ælius Gallus apud Feſt. lib. 17. definit, patris mei conſobrini filium & matris meæ conſobrinæ filium. Cic. 1. Offic. Sequuntur fratrum coniunctiones poſt conſobrinorum ſobrinorumq́;.

Soceri nomine & viri & vxoris pater communiter demonſtratur. Mater verò eorum ſocrus appellatur, cùm apud Gręcos propriè viri pater ἑκυρὸς, mater ἑκυρὰ vocitetur:

vxoris autem pater πενθερὸς mater πενθερά. l. 4. §. gradus. ff. de gradib. & adf. Soceri autem & Socrus appellatio etiam ſponſalibus acquiritur. l. 8. ff. de gradibus & adf. Sed & vxoris vel mariti auus, auia, proauus, proauia & vlteriores, ſoceri & ſocrus appellatione continentur. l. 146. ff. de verbor. ſignific. l. 3. §. 1. ff. de poſtul. Quanquam vir vxoris ſuæ auum, magnum ſocerum dicat, auiam, magnam ſocrum: proauum verò maiorem ſocerum, proauiam maiorem ſocrum appellet, vt Feſt. lib. 11. & Modeſt. in d. §. gradus. ſcribunt. Quos etiam proſoceri abſoceriq́; nomine appellatione demõſtramus, vt in l. 15. §. 1. ff. rer. amot. Et apud Capitolin. in Gordianis, Originem maternam & ex Traiani Imperatoris genere habuit auo proauo COSS. ſocero, proſocero, & item alio proſocero, & duob. abſoceris conſulibus.

SOCII dicuntur tam qui tractatu habito ſocietatem coierunt, quàm qui in communionem inciderunt, & generaliter qui aliquid communiter poſſident, Socii vocantur. Ita communium prædiorũ dominos ſocios appellat. l. 19. & l. 34. ff. de ſeruit. ruſtic.

Conuentionalis autem ſocietas vel certæ vnius rei atq; negotiationis eſt, vel omnium, totorum, ſeu vniuerſorum bonorum.

Societates etiam collegia & corpora vocantur, in l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. l. 31. ff. de furt. l. 3. §. à municipib. ff. de bon. poſſ. Quibus qui præerant, magiſtri ſocietatium vocabantur. l. 14. ff. de pact.

Ita Societates vectigalium Tacit. lib. 13. vocat, vbi malè Rhenanus emendauit, Neceſſitates. Coïre enim ſolebant publicani in ſocietatem cõductionis vectigalium, permiſſumq́; his erat corpus habere, vt in d. l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſit. Caius ſcribit. Inde Societas vectigalium cauſa coita in l. 65. §. penultim. ff. pro ſoc. & ſocii vectigalium in l. 9. §. ſocii. ff. de publican.

Societas vitæ pro communione victus quę inter virum & vxorem eſt. l. 1. ff. rer. amot. l. 52. ff. de re iudic. Ex qua vxor rei humanæ atque diuinæ ſocia dicitur in l. 4. C. de crimin. expil. hær.

SODALES ſunt qui eiuſdem collegii ſunt, quam Græci ἑταίρους dicunt. l. vlt. ff. de colleg. & corp. Vnde Sodalitia in l. 1. ff. eodem tit. De quibus legem quãdam Licinniam latam Cic. pro Plancio refert. Tertull. lib. 2. ad vxor. Diſcumbit cum marito in ſodalitiis, ſæpè in popinis. Appellat & Sodalitates idem Cicero in Cato. maiore & aliis locis.

SOLACIVM pro Salario in l. 13. in fin. ff. communia præd. l. 33. in fin. ff. de adm. tut. & l. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. in fin. ff. ſolut. matr. Atq; adeò commoda & Salaria munerum ac militiarum, Solacia Impp. appellant. l. 15. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 3. l. 5. l. 6. C. de aduocat. diuerſ. iudicum. l. penultim. Cod. de præd. decur. lib. 10. l. 3. C. de agentibus in reb. lib. 12. l. vltim. C. de ſilentiar. lib. 12. Inde Solacia annonarum in l. vn. C. de annon. & capit. l. 17. de erogat. milit. annon. lib. 12. C. Eadem eſt in Nouellis Iuſtiniani vis verbi παραψυχή. Secundum hæc, in l. 4. C. de nauicul. lib. 11. vbi vulgò Salariis pro mercedula præſtitis legitur, veteres ſcripti codices & impreſſus Theodoſii Codex in l. 32. eodem titul. Solatiis ſcriptum habent.

SOLARIVM locum editum ſignificat in quo veteres apricari & ſolem captare ſolebãt. l. 13. ff. de ſeruitutib. vrb. præd. Macrob lib. 2. c. 4. de Auguſto. cùm de Tyriæ purpuræ, quam emi iuſſerat, obſcuritate quereretur, dicente venditore, Erige altius ac ſuſpice, his vſus eſt ſalibus: Quid ergo, vt me populus Rom. dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum? Veteres enim hyberno tempore valetudinis gratia in ſole apricari, &, vt Seneca ait, in ſole percoqui ſolebant: habebantq; in ædibus ad eum vſum loca adcommodata: Quæ teſte Iſidoro lib. 15 cap. 3. Solariorum inde nomen acceperunt. Quòd & Imperator Leo Conſtitutio. vlt. his verbis tradit, τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπαίθρων, ὡς ἄν τις εἴποι, προσοχημένων θεατρείων, ἃ καὶ πρὸς μόνην καὶ ὑπαίθριον ἀπόλαυσιν ἐπινοοῦνται, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τοῦ ἡλίου εἰλήφει, ἡλιακὰ προσαγορευόμενα.

Solarium etiam inſtrumentum id ſignificat quo horæ ſolis vmbra declarantur vt in illis feſtiuis Plauti verſibus, quos Gellius lib. 3. capit. 3. citat. Vt illum Dii perdant, primus qui horas reperit, Quique adeò primus ſtatuit hic ſolarium. Cicer. lib. 2. de Natura deorum: Aut cui ſolarium deſcriptum, aut ex aqua contemplere intelligere declarari horas arte non caſu.

Solis dies in l. 3. C. de feriis. l. 10. & l. 13. de exactionib. in C. Theodoſ. Is eſt, qui hodie à Chriſtianis Dominicus vocatur. l. 2. & l. vlt. C. de feriis. ad quas pertinentem Leonis conſtitutionem Nicephor. lib. 15. Hiſt. eccleſ. cap. 25. memorat. Gregor. Turonenſ. lib. 3. Hiſtor. capit. 13. Ecce enim, ait, dies ſolis adeſt. Sic enim Barbaries diem Dominicum vocitare conſueta eſt. Quæ verba Aimoinus monachus in eadem hiſtoria referenda tranſcripſit lib. 2. de geſt. Francor. cap. 11. Diebus porrò nomen à planetis antiquitas indidit. Auſonius in Edyll.

Nomina quæ ſeptem vertentibus apta diebus
Annus habet; totidem errantes fecere planetæ.
Primum ſupremúmque diem radiatus habet ſol:
Proxima fraternæ ſuccedit luna coronæ, &c.

Hanc

Hanc verò inſtitutionem ab Ægyptiis ad reliquas gentes manaſſe Dio lib. 37. ſcribit.

SOLEMNE ſignificat Anniuerſarium legitimum ordinarium. Ita ſolennia munera in l. 12. §. pen. ff. de adm. tutor. Et ſolennia patrimoniorũ onera in l. 2. ff. de veter. & aliis com pluribus locis. quos in libris Antiquit. rettulimus, quibus nunc adiungo l. 4. C. quo. appell. non recip. & l. 27. C. de iure dot. & l. 25. C. de rei vend. In quib. ſolennium penſitationum, fructuumq; fit mentio.

Sic & ſolenne ius pro ciuili & legitimo. l. 28. ff. de diuerſ. reg. iur.

Solenne ſpacium in l. 1. ff. pro dote. quod lege 12. tab. ad vſucapionem præſtitutum eſt.

Solennia tempora in l. vlt. C. de excuſ. veter. quinquaginta dies ſunt, D. Marci conſtitutione ad allegandas excuſationes pręfiniti. l. 6. & l. 18. C. de excuſ. tut.

Solennes actiones certis formulis cõcluſæ. l. 2. §. deinde ex his legib. ff. de orig. iur.

Solennis numerus teſtium pro ſeptem teſtium numero, qui teſtamentis faciendis adhiberi debet. l. 21. ff. qui teſtam. fac. poſſ.

Solennia prouocationis in l. 11. C. de adm. tut. l. 30. in fin. ff. de appellat. l. 5. ff. eod. tit. in C. Theod. de quib. lib. 2. Antiquit. dixi.

Solennia accuſationis in l. 11. §. quidam. ff. de adulter. l. 7. C. de calumniatorib. l. 3. & l. 6. C. de exhib. quæ perſtringuntur in l. 1. Cod. ad Turpillia. l. 3. ff. de accuſationib.

Solennia verba in l. 23. ff. de manumiſ. teſtam. quę in manumiſſione facienda pronunciari ſolebant, quæ vel à domino ipſo manumittente, vt Feſt. Pomp. indicat, vel à Lictore virgam capiti ſerui imponẽte, vt Boeti. in Topic. teſtatur, proferri conſueuerant.

Solennia teſtamenti. l. 20. §. pen. & §. vlt. ff. qui teſtam. fac. l. 2. C. de teſtament.

Solennes feriæ, ſtatæ & certæ & quotannis recurrentes. l. 26. §. ſi ferox. ff. ex quibus cauſis maiores.

Eſt & adoptionis ſolennitas. l. 25. in fi. ff. de adoptio. l. 13. l. 14. Cod. de probat. l. 5. C. de ſuis & legiti. Vnde adoptio ſolenni iuris ordine explicari ſolere dicitur. l. 4. C. de adoptio.

Solennis quoque emancipatio in l. 9. C. de adopt. l. 3. C. de emancip. lib.

Solennitas etiam acceptilationib. & verborum obligationib. tribuitur. l. vlt. C. de bon. auctor. iudi. poſſid. l. 7. C. commu. vtriuſq; iudic. l. 12. & l. 14. C. ſi cert. pet. l. 1. C. de acceptilationi. l. 10. C. de contr. ſtipulat. l. 1. C. de vſur. l. 5. in fi. C. de dolo. Ita ſolenniter liberationem præſtare, accipe l. 17. C. de fideic.

Solenniter cauere eſt ſatiſdatione ordinaria & vſitata cauere. l. 28. ff. de adminiſtr. tuto. l. 46. ff. de procuratorib. Quanquam hoc Tribonianum Iurecõſultis adſcripſiſſe facile crediderim ex §. ſin autem per procuratorem. Inſtit. de ſatiſdatio.

Obſignatio ſolenniter facta. l. 9. C. de ſolut.

Solennia iudiciorum. l. 7. ff. de in integr. reſtitutio. Vnde ordinatis ſolennibus in l. 11. & l. 15. C. de liber. cau.

SOLLICITATOR, qui ſeruum ad delinquendum impellit. l. 11. §. quamuis. l. 14. §. æſtimatio. ff. de ſeruo. corrup.

Sollicitatores alienarum nuptiarum. l. 1. ff. de extraor. crim. quos ſollicitatores alieni affectus Caſſiodor. lib. 5. Variarum vocat.

SOLIDA proprietas plena & non deducto vſufructu. l. 26. in fin. prin. ff. de vſufruct. leg. l. 35. ff. de bon. libert.

Solida legata, id eſt integra in l. 14. §. 1. ff. ad l. Falcidiam.

Solidum capere nõ poſſe dicuntur, qui totum quod eis relinquitur, capere & ſibi acquirere non poſſunt. l. 6. ff. de vulga. & pupilla. l. 72. ff. de hęred. inſtit. l. 6. §. 1. ff. de condit. & demonſtratio. l. 7. ff. de conditio. inſtit. l. 67. ff. ad legem Falcid. l. 16. §. ſi qui. ff. ad Trebellian. Tertullian. ad vxorem. Tu modò vt ſolidum capere poſſis admonitionis noſtræ fideicommiſſum.

Solidum non ſoluitur non minus, quantitate, quàm die. l. 85. ff. de ſolutionib.

Solidum & aureum idem valere lib. 1. docuimus. Et ita in l. 1. §. hoc autem. ff. de fugitiu. l. 42. ff. de ædilit. ed. l. 34. ff. de iure fiſc. l. 25. ff. de epiſc. & cleric. accipiendum eſt ſolidorum nomen.

Solidus autem auri, 20. libris æris æſtimatur. l. vn. de collat. ær. lib. 10. C. In Nouella Maiorani de curialibus, Solidi Gallici fit mentio, cuius aurum minore æſtimatione taxatur. In legibus autem Longobardorum ſolidus 40. denariis æſtimatur. l. 1. de quantitate ſolid. In legibus Longobardorum. Et ita in lege Salica, Solidus accipiendus eſt: vt ex eo patet, quod 600. denarii in iis legibus 15. ſolidos facere dicuntur, & 120. denarii ſolidos tres. Sed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendum eſt, quod emendatu facile erit, ſi ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, ſolidorum ratio æſtimatioq; redigatur.

SOLVM appellant Iureconſulti aream cui ædificium ſuperponitur. l. 21. ff. de pignor. act. l. 2. C. de rei vendic. quod & ideò partem eſſe ædium dicunt. l. 49. ff. de rei vendic.

In ſolo fieri opera dicuntur, quæ ſolo coniuncta ſunt: veluti ſi quis ædificium ponat in ſolo: quod ſi quis meſſem faciat, vineas putet, arbores ſuccidat, opus tamen in ſolo facere non cenſetur. Et hoc ita in operis noui nunciatione obtinet. l. 1. §. hoc autem. ff. de noui oper. nunciat. Cæterum in interdicto,

Quod vi aut clàm, quod ad ea ſolùm opera, quæ in ſolo fiunt, pertinet, etiam in ſolo fieri videtur quod circa arbores fit, nõ etiam quod circa fructum arborum. Itaque ſi vineas quis vel arundinem vel ſalictũ ſucciderit, hoc interdicto tenebitur. l. 1. §. hoc interdictum. l. 7. §. notauimus. ff. quod vi aut clàm.

In ſolo conſiſtere dicuntur ſeruitutes, quæ ſolo imponũtur, & ſolo debentur, quales ſunt iter, actus, via. l. 3. ff. de ſeruitutib.

Res ſoli dicuntur, ædes, agri, fundi, & cæteræ res immobiles ſolo coniunctæ. l. §. ff. de rei vendicat. l. 1. ff. de condict. tut. l. 7. ff. de vſufr. l. 1. §. ſi fundus. & l. 3. §. pertinet. ff. de vi & vi arma. l. 7. §. in peculio. ff. de pecul. l. 1. ff. de ædilit. ed. l. 55. ff. de donatio. inter vir. l. 1. ff. vtrub. l. 30. §. quid ergo. ff. de vſucapioni. l. 1. ff. vſufruct. quẽadmodum caueat. l. 12. §. cellarum. ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 24. ff. quæ in fraud. credit. Quę & ſolo cohærere & ſolo contineri dicitur. l. 10. ff. quod vi aut clàm. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi arma. Quod verbum vt Iureconſultis proprium Seneca notat. Sic enim lib. 11. Natur. Quęſtio. Tertia pars de agris, terris, ſatis, arbuſtis quærit: &, vt Iureconſultorum verbo vtar, de omnibus, quæ ſolo continentur. Plin. lib. 6. Epiſt. Eoſdem patrimonii tertiam partem conferre iuſſit in ea, quæ ſolo continerentur.

Sic pignora ſoli in l. 15. §. ſi pignora. ff. de re iudic. & obligatio ſoli in l. 29. §. legatum. ff. de lib. leg.

Solum porrò Seruius in 5. Æneidos eſſe ſcribit quod vnicuiq; rei ſubiacet. Vnde nauium ſolum mare, aër auium, ſtellarum cœlum. Ex quo ab Ouidio dictũ ſit, Aſtra tenent cœleſte ſolum.

Solarium vectigal quod pro ſolo penditur. l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco publ. l. 39. §. hęres. ff. de legat. 1. Atq; ita etiam penſio, quæ a ſuperficiario pro ſolo penditur, appellatur in l. 15. ff. qui potio. in pign. Mercedẽ ſoli vocat Marcia. in l. 17. ff. de pign. act.

Solutionis appellatione omnis liberatio quoquomodo facta & ſatisfactio qua creditor contentus fuerit continetur. l. 47. l. 176. ff. de verb. ſignif. l. 52. l. 54. ff. de ſolutionib. quod quemadmodum ſe habeat, lib. 1. de ſolutio. abundè expoſuimus.

Soluẽdo eſſe non videtur, niſi qui ſolidum poteſt ſoluere. l. 114. ff. de verbor. ſignific. Quæ interpretatio facienda eſt, quotieſcunque legimus, quòd quis ſoluendo non ſit, alium teneri. l. 1. §. ſi magiſtratus. ff. de magiſtr. l. 5. §. vltim. ff. de ſolutionibus cum aliis infinitis. Soluendo videtur is, qui defenditur. l. 96. ff. de diuerſ. reg.

Soluendo eſt hæreditas, quæ hæredem inuenit, quandoquidem aditione hæres creditoribus etiam vltra vires hæreditates obligatur. l. 36. ff. de bon. libert. l. 33. ff. ſol. matr.

Solutus actione dicitur, qui ea liberatus eſt. l. 21. ff. ex quib. cauſ. maio.

Solutus legibus, qui his non adſtringitur. l. 31. ff. de legibus. l. 23. ff. de legat. 3. l. 3. C. de teſtament.

Solutum Caius non intelligi eum ſcribit, qui licet vinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur, aut qui in publico ſine vinculis ſeruetur. l. 48. ff. de verb. ſignif.

Soluta prædia Cice. in Orat. de lege Agra. nulli obligata vocat: His enim obligata opponit his verbis, Soluta meliore in cauſa ſunt, quàm obligata. Sicul. Flacc. in lib. de conditio. agror. Solutos ait, à quibuſdam appellatos occupatorios agros, Solutos verò non eſſe quorum fines demonſtrari poſſint & finiri.

In ſolutum & Pro ſoluto dari dicitur, quod vt in liberationem debiti cedat, & creditorem transfertur. l. 40. §. vlt. ff. de min. l. 46. de ſolu. ff. l. 19. §. vlt. ff. de reb. credi. l. 24. ff. de pigne. act. & aliàs ſæpè.

His verbis, *Soluto matrimonio dotem reddi*, id actum videtur, vt nullo caſu dos apud maritum remaneat, ſiue diuortio, ſiue morte matrimonium ſoluatur. l. 240. ff. de verborum ſignificat.

Soluta margarita in l. 25. ad fin. ff. de auro arg. & ſolutos vniones in l. 6. ff. eod. tit. vt accipi oporteat, vide quæ lib. 2. Antiquit. dixi.

Sonticus morbus dicitur, qui cuiq; rei gerendæ obeſt. l. 2. §. ſi quis iudicio. ff. ſi quis cautio. Quod verbum eſt ex 12. tab. Cuius vis exponitur fuſiùs in l. 60. ff. de re iudic. & à Feſto lib. 17. & 1 Gellio lib. 20. cap. 1.

Sordes pro pecuniaria corruptione. l. 3. §. 1. l. 9. §. vlt. ff. de recept. qui arbitr. l. 3. C. de arbi. l. 15. ff. de iudic. l. 26. §. per magiſtratum. ff. ex quib. cauſ maio. l. 7. §. quæſitum. ff. de minorib. l. 7. §. competet. ff. de adminiſt. tuto. l. 51. de euictionib. Nam quod in illis locis dicitur, per ſordes, hoc, pecunia accepta, dicitur in l. 1. §. 1. ff. de magiſtr. conuen. l. 8. §. vlt. ff. manda. Sic interpretandum eſt verbum ſordidè in l. 3. §. nunc videamus. ff. de ſuſpect. tut.

Sordida veſtis in l. 39. ff. de iniur. ſordium plena, qualis olim erat reorum habitus, qui inde ſordidati dicebantur, vt ex veterum auctorum libris notum eſt.

Sordida munera quæ habeantur, in Conſtitutionibus expoſui ſuprà libr. 11. in verbo Munus.

Sororem Antiſtius Labeo dictam putat, quòd quaſi ſeorſim naſceretur, ſepararetúrque ab ea domo in qua nata eſſet. Quemadmodum Non. Marcell. teſtis eſt. Mulier enim ſuæ familiæ caput & finis eſt, vt in l. 195. in fin. ff. de verb. ſignif. traditur. Sororum autem

tem aliæ conſanguineæ, aliæ vterinæ ſunt. l. pen. & l. vlt. C. de legiti. hæred. quæ verba ſuis locis à nobis exponuntur.

SORTES appellantur pecuniæ ipſæ principales, quibus vſuræ accedunt. l. 24. ff. de vſufruct. leg. l. pen. §. 1. ff. ad leg. Falcid. l. 58. §. ante diem. ff. ad Trebellia.

SPADONVM generalis appellatio eſt, côque tam hi qui natura ſpadones ſunt, itē thlibiæ, thlaſiæ, caſtrati: ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continentur. l. 128. ff. de verb. ſignif. l. 4. §. contendimus. ff. ad l. Corn. de ſicar. l. 39. §. vlt. ff. de iure dot. Mamert. in panegyrico. Nec fœminas tantùm, ſed ſpadones quoq; quos quaſi à conſortio generis humani extorres ab vtroq; ſexu aut naturæ origo, aut clades corporis ſeparat. Spadones tamen nonnunquam à caſtratis ſeparantur. §. ſed & illud. Inſtit. de adoption. l. 6. in fin. & l. 7. ff. de ædilit. ed. l. 14. in fi. ff. de manum. vindi. l. 6. ff. de libert. & poſtum. Proprieq; ac ſpecialiter Spadones ſunt, qui valetudine aliqua præpediti, aut vitio corporali liberis operam dare non poſſunt. l. 2. & l. 40. §. vlt. ff. de adoptio. l. 6. ff. de lib. & poſtu. Et ita Theophil. in tit. de Adoptionib. Spadones definiuntur οἱ διὰ τὸ πάθος ἢ ψύξιν ἐνοχλήσαντα τοῖς γονίμοις μορίοις, παιδοποιεῖν κωλύονται, τούτου δὲ ἀπαλλαγέντος παιδοποιοῦσι. Quod euenit plerunque ex contortione meatuum ſeminis, vt medici docent: quo vitiò purgato generandi priſtina vis reſtituitur. Itaque ſpado ſpecialiter appellatur cui ſterilitas, morbus, vitiumve corporis impedimento eſt, quominus generare poſſit, non item is, cui neceſſaria ad generandum pars corporis deeſt.

SPATIARI, ſpatia facere & deambulare eſt. l. 7. ff. de ſeruitutib. Et apud Sueton. in Tiber. cap. 14.

SPECIES apud Iureconſultos ſingula corpora ſignificat. l. 54. ff. de verb. oblig. l. 30. ff. de legat. 1. Separaturque interdum à quantitate, id eſt, ab his, quæ pondere, numero & menſura conſtant. l. 6. ſi cert. petat. l. 6. ff. de rei vendicat. l. 34. §. ſed ſi pondus. ff. de legat. 1. Quæ tamen ipſa etiam certæ ſpeciei loco ſunt, cùm certo loco circumſcribuntur ac definiuntur: veluti ſi vinum quod in apothecis eſt, pecunia, quæ in arca eſt, legetur, vel promittatur. l. 30. in fi. l. 34. §. ſed ſi non corpus. de legat. 1.

Species etiam pro forma, qua corpus id eſſe agnoſcitur quod eſt l. 7. ff. de ſupellect. leg. l. 76. ff. de iudic.

Speciei communi contineri dicuntur, quæ in ſuo genere functionem recipiunt. l. 29. ff. de ſolutionib.

Species pro annonariis corporis ſeu quantitatibus in l. 10. & l. 11. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. 1. l. 2. & l. vlt. C. de condit. in publ. horr. libr. 10. l. 1. de quibus muneribus præſtatio. lib. 10. l. 7. C. de annon. & tribut. l. 10. l. vn. C. de Salgamo hoſp. non præſt. & aliis infinitis Codicis locis.

Sic ſpecies annonariæ in l. vlt. C. de collat. fundor. fiſcal. lib. 11. Vegetius lib. 3. cap. 3. Sollers debet eſſe tractatus vt pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturiùs exigantur.

Specialis iudex pro iudice dato & pedaneo, in l. vlt. ff. de offic. prætor. l. vlt. C. de iudic.

Specialis actio, actio ſingularum rerum petitionis dicitur. l. 1. §. 28. §. ſed & ſi is qui. l. 73. ff. de rei vendica. Itaq; actionibus de vniuerſitate, ſpeciales opponuntur. l. 3. C. de præſc. 30. annor. Et ita ſpecialia iudicia interpretor, quibus de vna certa re agitur: qualia ſunt commodati, locati, depoſiti. l. 38. ff. loca.

SPECTABILIS, titulus eſt dignitatis, quo ornantur præfectus Auguſtalis, Comes orientis, Proconſules, & Vicarii, vt ex l. vn. C. de ratiocin. oper. publi. l. vn. C. vt omnes iudic. l. 32. C. de appellatio. l. 3. §. illud. l. vlt. C. de can. largition. tit. lib. 10. C. l. 57. & l. 59. ff. de decur. lib. 10. & ex Notitia conſtat.

Ornantur & eo Duces. l. 36. C. de appellatio. l. 3. C. de offic. milit. iudi. l. vlt. de off. præf. præt. Ornantur & eo Tribuni & notarii magiſtri ſcriniorum, Comites ſacri conſiſtorii, Comites domorum, Comites ſcholarum, Comites militares, item Caſtrenſis, Tribunus notariorum, & Silentiarii. l. vlt. C. vbi cauſa fiſcal. l. 37. §. 1. de appellatio. l. vlt. de decurion. lib. 10. C. l. 30. §. vlt. C. de inoff. l. 4. C. de aduo. diuerſ. iud. teſte eadem Notitia.

Et ita ſpectabiles iudices accipe in l. 32. C. de appellatio. l. vlt. C. de modo multar. l. vn. de annon. & cap. l. 4. C. de iuriſdictio. omn. iud. l. 11. in fin. l. 13. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.

Spectabilitas autem inferior erat illuſtri dignitate. Eamq;, militiæ ſudore deterſis antiquitatem tribuiſſe Caſſiodor. lib. 2. Variar. Epiſt. ad Steph. ſcribit.

SPECTARE pro expectare in l. 5. §. Prætor. ff. de his qui deiecer. vel effude. l. 6. ff. quod falſo tut. l. 29. in fi. ff. pro ſoc. l. 83. §. ſacram. verſi adeo. ff. de verb. oblig. vt ex initio illius §. deprehenditur.

SPECVLARIA appellabantur quibus lumen tranſmittebantur & ſol admittebatur in ædes, vt hodie per vitreamina & chartacea fit. l. 12. §. ſpecularia. ff. de inſtru. vel inſtr. l. 9. §. 1. ff. quod vi aut clàm. Martial. lib. 8. Epigr.

Hibernis obiecta notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles & ſine luce diem.

Seneca libr. 13. Epiſtol. Quantæ nunc aliquis ruſticitatis damnet Scipionem, quòd non in caldarium ſuum latis ſpecularibus diem ad-

miſerat. Idem lib. 14. Epiſt. Quædam noſtra demum memoria prodiiſſe ſcimus, vt ſpeculariorum vſum perlucente teſta clarum tranſmittentium lumen. Muniebantur verò his ſpecularibus hyeme cœnationes & diætæ aduerſus ventorum imbriumq; vim: Atque ita venti his excludebantur, vt tamen lumen habitantibus transfunderent. Fiebant verò hæc ex lapide quodam quem Hiſpania dabat, qvi uitri modo perlucidus in quamlibet tenues cruſtas findebatur, vt Plin. lib. 36. cap. 12. & lib. 3. cap. 3. oſtendit. Speculatii. in l. vlt. ff. de iure immunitat.

SPECVS locus eſt, ex quo deſpicitur, vnde & ſpectacula dicta. l. 1. §. ſpecus. ff. de riuis. Sic accipitur in l. 11. ff. de aq. & aq. plu. & l. 3. ff. de riuis. ex quibus apparet per ſpecum plerunque aquam veteres duxiſſe, quod tum neceſſe erat fieri, vt ex Vitruuio lib. 8. cap. 7. conſtat, cùm medii montes erant inter mœnia & caput fontis. Itaque non malè Vlpian. à deſpiciendo ſpecum dictum putat, quòd ſpecus locus eſſet vndiq; apertus & in profunditatem demerſus.

Speculum parieti affixum. l. 12. §. ſpecularia. ff. de inſtr. vel inſtrum.

SPERARE pro timere in l. 3. §. ſi legatarius. ff. ſi cui plus, quàm per l. Falcid. vt in illo noto Vergilii verſu,

At ſperare deos memores fandi atque nefandi.

SPOLIA appellabatur pannicularia ea, quibus indutus erat quis, cùm ad ſupplicium deducebatur. l. penult. ff. de bon. damn. Vnde locum illum, in quo exui ſolebant, Spoliarium appellatum eſſe credo. Plinius in Panegyrico. Nunc templum, nunc verè Deus, non ſpoliarium ciuium cruentarumq; prædarum ſæuum receptaculum. Lamprid. in Commodo, Gladiatoris cadauer trahatur: gladiatoris cadauer in ſpoliario ponatur. Seneca lib. 13. Epiſtolar. Nunquid aliquem tam cupidum eſſe vitæ putas, vt iugulari in ſpoliario, quàm in harena malit.

Spolia etiam quæ cui latro abſtulit, vocantur in l. 31. §. 1. ff. depoſi.

SPONSALIA ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. l. 1. ff. de ſponſalibus à ſpondendo, quòd ſcilicet olim per ſponſionem contraherentur, cùm veteribus moris eſſet futuras ſibi vxores ſpondere, & ſtipulari. l. 2. ff. eod. tit. vt & Varro lib. 5. de lingua Latin. & Gellius ex Seruio Sulpitio lib. 4. cap. 4. ſcribunt. Sponſionis tamen appellatio non ea tantùm quæ per ſponſi interrogationem fit, ſed & omnis promiſſio ſtipulatioq; continetur. l. 19. §. dictum. ff. de ædil. edic. l. 7. ff. de verbor. ſignificat.

Itaque ex ſponſu agere apud veteres ſignificabat, ex ſtipulatu, vt in Varronis & Gellii ſuprà citatis locis.

Sponſionem facere in l. pen. ff. de aleæ luſu ſignificat, ſtipulatione pignoréve depoſito cõtendere, vt qui ex certamine ſuperior diſcedat, pecuniã in ſtipulatum deductam pignoríve depoſitam ferat. Macrob. lib. 3. capit. 17. Nec moratus ſponſione contendit, pignus cuſtodiente Munatio Planco. Sic & ſponſionis cauſa anulos depoſitos accipe in l. 19. §. vl. ff. de præſcript. verb. qui in hoc ex conuentione depoſiti erant, vt à victore auferrentur. Nam in ſponſionibus anulorum pignoribus olim certatum Plin. lib. 33. cap. 1. docet. Quinetiam litigatores olim ſponſionem facere certæ pecuniæ ſolebant, quæ eius lucro cederet, qui iudicio viciſſet. Cuius rei cauſa vice mutua ſtipulationes interponi ſolebant. Teſtimoniis, quoniam à Budæo ſatis multa congeſta ſunt, vtendum non putaui. Papinianus legem definit communem Reipublicæ ſponſionem. l. 1. ff. de legib. exprimere meo quidem iudicio volens vim verborum Græcorum πόλεως συνθήκη κοινὴ, quib. Demoſthenes in legis definitione, vt eſt in l. 2. eodem tit. relatum, & Ariſt. in eadem re lib. 3. politico. vſi ſunt.

SPORTVLAS Romani appellarunt tam ſtipes illas, quas ſalutatoribus, qui prima luce in atrium conuenire ſalutandi gratia ſolebant, dabantur, quàm cœnas & conuiuia, quæ eius officii nomine præſtabãtur. Erogationes quoque illæ, quæ in ordinem decurionum fiebãt, ſportulæ appellabantur. l. 5. §. vltim. ff. de donatio. inter vir. l. 6. §. 1. ff. de decurioni. vt & ex Plinii Epiſt. ad Traia. lib. 10. apparet. Sed & pecuniæ illæ, quæ iudicibus vel executoribus litium ac negociorum pro ſalario dabantur, Sportulæ ſunt appellatæ. Rubri. de ſportul. iudic. l. 31. §. executoribus. ff. de epiſcop. & cler. §. tripli. Inſtitut. de actionib. l. 4. C. de Caſtrenſian. lib. 12. l. 12. C. de proxi. ſacr. ſcrin. l. vlt. C. de præpoſit. agent. in reb. l. vlt. §. vt autem. C. de re milit. lib. 12.

Sportulæ ꝓ ſalariis annuis in l. 120. ff. de legatis primo. niſi cui magis placeat municipales erogationes interpretari. Quo ſenſu in antiquis inſcriptionibus hoc verbum aliquoties accipitur.

Sportæ autem calathi ſunt de vimine texti. l. 3. §. vltimo. ff. de penu lega. In quibus etiam pecuniæ condi ſolebant, vt Aſcon. in Verrin. ſcribit.

SPVRIVS appellatur, qui vulgò quæſitus & patre incerto natus eſt, quaſi σποράδην conceptus. §. ſi aduerſus. in fin. Inſtitut. de nupt. l. 25. ff. de captiu. l. 3. C. ſoluto matrimo. l. 29. §. ſ. ff. de inofficio. teſtament. l. 4. ff. vnde cogna. l. 6. ff. de decurionibus. Caius lib. 1. Inſtitut. titul. 4. Vlpian. in Inſtitut. tit. 4. Qui matre quidem

dem certa, patre autem incerto nati ſunt, Spurii appellantur. Itemq; vulgo conceptos ſpurios eſſe titulo 5. ſcribit. Quos & Fauonios antiquitus dictos Iſidor. libro 9. Etymolog. cap. 5. notat. Ex libera etiam conceptum & ſeruo, velut ſpurium haberi aiunt Impp. in l. 6. ff. de ſuis & legitim. propterea quòd ei licet certus pater eſt, is tamen eſt qui iuſtus pater eſſe non potuit.

STABVLVM locum ad ſtationem iumentorum paratum ſignificat. l. 13. in fi. ff. de vſufruct. Hoc qui exercent & iumenta apud ſe ſtabulari permittunt, Stabularii vocantur. l. 1. §. caupones. l. 5. & l. vltim. in fin. ff. nautæ, caupon. ſtabul. l. 1. ff. furti aduerſ. nautas, cau. ſtabu.

Stabulum etiam ad hominũ manſionem conſtitutum diuerſorium ſignificat. l. 1. in fin. ff. furti aduerſ. naut. Vnde ſtabulum πανδοχεῖον vertit Theopil. in §. penult. Inſtitut. de obligat. ex quaſi delict. Cypria. Epiſt. 13. lib. 3. Aut ſi, inquit, in via ſtabulum aliquod obſideri & teneri à latronibus cœperit, vt quiſquis ingreſſus fuerit inſidentium illic infeſtatione capiatur, nónne commeantes hac opinione comperta ſtabula alia appetunt tutiora, vbi ſunt fida hoſpitia & receptacula commeantibus tuta. Varro libr. 4. de lingua Latin. Inde Locarium quod datur in ſtabulo aut taberna, vbi conſiſtunt.

Hinc ſtabularius, qui ſtabulum exercet, tectoq; viatores, vel Commeſſatores accipit. Seneca lib. 1. de Benefic. cap. 13. Nemo, ait, ſe ſtabularii aut cauponis hoſpitem iudicat. Tertullia. in Apologet. c. 39. Aliis cœnaturis creditor erit neceſſarius, Herculanarum decimarum polluctarum ſumptus ſtabularii ſupputabunt. Vbi tamen Rhenanus ſine ratione, tabularii, emendat. Apuleius lib. 2. de Aſino aur. Sumo, ait, ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario perſoluto capeſſimus viam.

STATIO à ſtando, vel ſtatuendo appellatur. Ea igitur appellatione is locus demonſtratur, vbi quid ſtatuitur & ſtat. Sic nauium ſtationem Vlpian. interpretatur vbi tutò naues ſtare poſſint. l. 1. §. non autem. in fin. ff. de fluminibus. Sic apud Virg. Æneid. 5. Statio malè fida carinis. Et lib. 4. Georgic. Statio tutiſſima nautis. Inde portum ſtationem eſſe concluſam idem Vlpian. dixit in l. 59. ff. de verbor. ſignificat.

Statio etiam iumentorum in l. 13. in fi. ff. de vſufruct. Et ſtatio militum. l. 3. §. qui ſtationis. ff. de re milit. Et apud Plin. lib. 10. Epiſt.

Vnde Stationarii milites in l. 1. §. ſed & intem. & l. penult. ff. de fugitiu. l. 1. §. ſed &. ff. de offi. præf. vrb. in l. 8. C. de accuſatio. & l. 6. C. de dignitatib. lib. 12. & l. 1. C. de cohortalib. lib. 12. Stationariorum nomine apparitores Præſidum per prouincias conſtituti ſignificantur, qui notoriis crimina nunciare Præſidibus ſolebant. vt apparet ex l. 1. C. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. & ex l. 31. de epiſc. & cleric. in Cod. Theod. Stationes autem militum per Italiam diſpoſuiſſe Tiberium Sueton. in eius vita cap. 37. ſcribit.

Stationes fiſcales. l. 3. C. de compenſatio. l. 1. C. ne fiſcus rem quam vendidit euincat. l. 19. de ſuſceptorib. in C. Th.

Stationes etiam dicebantur, quo homines conuenire, ſtare, & in circulos cogi conſueuerant. vt Plinius lib. 1. Epiſt. ad Senecio. Plerique in ſtationibus ſedent, temporibusq; audiendis tabulis conterunt. Idem lib. 2. Epiſt. ad Apollinar. Itaque prehendo amicos, ſupplico, ambio, domos ſtationesq; circumeo. Iuuenal. Satyr. 11.

Conuictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum.

Vlpia. in l. 15. §. conuicium. ff. de iniur. Idem & ſi ad ſtationem vel tabernam ventum ſit. Vide & quæ de eodem verbo diximus lib. 2. Antiquit.

Stare ſentẽtiæ arbitri nihil aliud eſt, quàm id agere quantum in ſe ſit, vt arbitri ſententiæ pareatur. l. 28. §. vlt. ff. de recept. qui arbitr.

STATVAS principum his, qui ad eas confugiſſent tutiſſimum aſylum fuiſſe in libr. 4. Antiquit. docuimus. Inde ad ſtatuam confugere, id eſt, ad ſtatuam Cæſaris, legimus. l. 2. ff. de his qui ſui vel al. l. 1. in princ. ff. de offic. præf. vrb. l. 17. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. ed. l. 28. §. ad ſtatuas. ff. de pœn. l. 5. ff. de extraord. criminib. l. vn. C. de his qui ad ſtat. confug. §. ſed & maior. Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Sueton. in Tiber. cap. 53. Nouiſſimè calumniatus, modò ad ſtatuam Auguſti, modò ad exercitum confugere velle, Pandatariam relegauit. Plin. lib. 10. Epiſt. ad Traian. Miles qui eſt, in ſtatione Nicomediẽſi ſcripſit mihi Callidromum quendam nomine cùm detineretur à piſtoribus quibus operas ſuas locauerat, ad tuam ſtatuam confugiſſe.

STATVTA libertas dicitur, quæ in diem vel conditionem deſtinatur. l. 1. & l. 6. ff. de ſtatu liber. l. 81. § penult. ff. de legat. lib. 1. l. 15. & l. 16. ff. de noxalibus. l. 27. §. de eo quoque. ff. ad l. Iul. de adult. l. 6. in fin. ff. de optio. leg. l. 25. §. 1. ff. de liber. cau.

Vnde Statu liber appellatus eſt, qui ſub cõditione teſtamẽto liber eſſe iuſſus erat, quemadmodum Vlp. Inſtit. tit. 2. ſcribit.

Status autem perſonarum conditionem ſignificat. Secundum quam alii ingenui ſunt, alii libertini, alii ſerui, tit. de ſtatu hom. tit. ne de ſtatu defunct. Vnde inſtrumenta ſtatus, quibus manumiſſio vel ingenuitas probati poteſt. l. 8. ff. quod met. cau.

Et Status cauſę pro liberalibus iudiciis, quibus ex libertate in ſeruitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem quis petitur. l. 8. §. ſi quis. ff. rem rat. hab. l. 1. C. de off. prætor. l. 39. §. ſi ſtatus. ff. de procuratorib. l. 1. §. ſed & ſi de ſtatu. ff. de tab. exhib. l. 6. C. de fide inſtr. l. 3. C. de ord. cognit. & aliàs ſæpè. Serui porrò ſtatum non habent. Ideóque in libertatem perducti mutare ſtatum non videntur. l. 3. §. vltim. & l. 4. ff. de cap. minut. Statum autem mutant liberi omnes, qui vel ciuitatem, vel libertatem, vel familiæ ius amittunt. l. 2. ff. de in integr. reſtit. l. 1. ff. de cap. minut. l. 9. §. Papinianus. ff. de minoribus.

Statum etiam obligationis, pro conditione & natura dicimus. l. 9. §. 1. ff. de duob. reis. l. 108. in fi. ff. de verb. obligat. & l. 124. ff. eod. tit. coniuncta l. 12. §. pen. ff. de ſolutionib.

Statum quoq; ætatis dicimus. l. penult. C. quando dies leg. ced. Et inde verba hæc, *Cum ad ſtatum ſuum peruenerit*, ſic accipimus, cùm viceſimum quintum annum attigerit. l. 77. §. curatoris. ff. de leg. lib. 2.

Stellatvra in l. 12. C. de erogatio. milit. anno. libr. 12. Lamprid. in Alexandro, Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid tuliſſent, capitali pœna adfecit. Spartia. in Peſcennino Nigro. Nam & Imperatorum tribunos duos quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.

Stellionatvm Iureconſulti appellant fraudem omnem atque imposturam, quæ propriam ſignificationem non habet, & in proprium delicti nomen non cadit. l. 7. §. 1. ff. ad Turpillian. Veluti ſi quis rem alienam ſciens obliget, vel alii iam pigneratam alii denuò obliget, vel in pignore dando pro auro æs ſubiecerit, ſtellionatus crimen committit. l. 1. ff. ſtellionatus. l. 16. §. 1. l. 36. ff. de pignor. act. Similiter qui ſciens ſtatu liberum diſſimulata eius conditione vendit, vel creditor numeratam iam ſibi pecuniam iterum accipiẽs, ſtellionatus crimine plectitur. l. 29. §. penult. ff. manda. l. 9. §. 1. ff. de ſtatu liber. Eſt autem à ſtellione vafro animali lacertæ non abſimili & guttis ſtellatis diſtincto hoc nomen ductũ, vt Plin. lib. 30. capit. 10. ſignificat. Stellionem etiam ſuum veluti ſenium more cæterorum ſerpentium temporibus ſtatutis exuere, Apuleius Apologet. 1. ſcribit. Meminit & Columella lib. 9. cap. 7.

Sterilis pecunia, quæ vſuras non parit. l. 3. §. vſuras. ff. de contrar. & vt. Sic ſteriles nummi, in l. 7. ff. de vſur. Et ſterilis dos, ſine commodo aliquo in l. 4. in fin. ff. de pactis dotalibus.

Stillicidivm eſt, quod ſtillatim & guttatim cadit. Quo nomine à flumine ſtillicidium differt. Inter ſtillicidium enim & flumen, vt Varro libr. 4. de lingua Latin. ſcribit, hoc intereſt, quòd ſtillicidium ſtillatim cadat, flumen continuè fluat. Ad hæc, cùm ſtillicidii ſeruitus ex ſuperiore loco ſit, flumen non niſi ex inferiore & imo loco eſſe poteſt. l. 20. §. ſtillicidium. l. 28. ff. de ſerui. vrb. Seruius in 3. Georgic. vnà cum Feſto ſtillam diminutiuum eſſe à Stiria credunt, vnde ſtillicidium ſit deductum. Ita ſtillicidium ſitulæ dixit Tertullia. in lib. aduerſus Gnoſtic.

Stillicidia immittere. l. 1. §. item ſciendum. ff. de aq. & aq. pl. l. 28. in fi. ff. de ſeruit. vrb. l. 16. ff. ſi ſeruit. vindic. & proiicere. l. 20. ff. de ſeruit. vrb. Is verò in cuius aream ſtillicidium cadit, recipere & excipere & ſuſcipere dicitur. l. 17. §. vltim. l. 20. in fin. ff. de ſeruit. vrb. l. 9. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindic.

Stipes modica æra appellabantur: vnde ſtipendia dicta Vlpian. ſcribit. l. 27. §. 1. ff. de verbor. ſignific. l. 1. ff. de colleg. & corp. Stipendia autem merere dicuntur, qui militant. l. 18. ff. de re iudic. Impleuiſſe verò ſtipendia dicuntur, qui legitima militiæ tempora impleuerunt, & pleno ſtipendiorum numero functi ſunt. Rubr. de his, qui non implet. ſtipen. lib. 10. C. l. 8. ff. de re milit. Stipendia porrò non militiæ tantùm, ſed & legationis dicimus. l. 6. in fi. ff. de legationib.

Stipvlatio eſt, verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum facturúmve ſe quod interrogatus eſt, reſpondet. l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obligat. Sic autem à firmitate appellata eſt, quod firmandarum obligationum cauſa interponeretur, firmiſſimumq; eſſet adſtringendæ obligationis vinculum. Nam ſtipulum veteribus firmum ſignificabat, vt Paul. lib. 5. Sentent. & Iuſtinia. in princip. tit. de verbor. obligat. & Iſidor. lib. 10. Etymolog. ſcribunt. Quanquam Varro lib. 4. de ling. Lat. & Feſtus lib. 17. à ſtipe dictam magis putant. Stipulari autem verbum commune eſt, vt & Priſcianus libr. 5. notat, & Suetonii auctoritate ex lib. 8. Prætorum confirmat. Stipulari itaque dicitur non is tantùm, qui interrogat, ſed etiam qui ſpondet promittit, vt in l. 7. ff. quod certo lo. l. 26. §. qui decem. ff. de condit. indeb. l. 5. §. Imperator. ff. de ſolutionibus. §. penultim. Inſtit. quibus mod. tollit. oblig. l. 39. ff. de contrah. empt. l. 12. C. de contrah. ſtip. Iſidor. libr. 10. Etymolog. Stipulator promiſſor: ſtipulari enim promittere eſt. Idem lib. 5. Etymolog. cap. 24. Stipulatio eſt promiſſio vel ſponſio.

Stipulatus pro ſtipulatione in l. 9. ff. de vſur. l. 8. ff. de re iudic. l. 73. ff. de conditionib. & demonſtrat. l. 17. ff. de reb. auct. iud. l. 10. §. partum. ff. quæ in fraudem credit. l. 28. §. igitur ſi quis. ff. de iureiur. l. 33. §. vlt. de leg. 3.

Stipulari de aliquo pro ab aliquo Iureconſulti dicunt. l. 54. §. inter. ff. loca. l. 19. ff. ad Velleia. l. 110. ff. de verb. oblig. l. 13. §. 1. ff. de recept. qui arbitr.

Stipulari ſtipulationem. l. 5. §. 1. ff. iud. ſol. l. 42. §. vlt. ff. ſol. matr. Qui autem ab eo cui ſpõdit & promiſit vice mutua, ſtipulatur, Reſtipulari dicitur. l. 43. §. 1. ff. de dam. inf.

STRATORES proconſulum. l. 4. §. 1. ff. de offic. proconſul. l. vltim. ff. de iure immunita. ſtratores, in l. 10. ff. ex quibus cauſ. maior. Stratores etiam in carceribus ponuntur, in l. 1. C. de cuſtod. reor. iique, quantum exiſtimo, ſignificantur, qui victus & ſtratus eorum, qui carcere continebantur, curæ præpoſiti erant, aut etiam milites illi intelliguntur, quibus cuſtodiæ committebantur.

In ſtratu omne veſtimentum continetur & omnis ſtragula veſtis. l. 45. ff. de verb. ſignific. Et ſic accipiendum eſt hoc verbum in l. 34. ff. de re iudica.

Stramentum vocat Caius in l. 234. in fine. ff. de verb. ſignif. vtrunq; à ſternendo: vnde & ſtragula veſtis dicta eſt. l. 12. §. ſed ſi fundus. ff. de inſtruct. vel inſtrum. l. 5. ff. de ſupell. legat. Et ſtratoriæ veſtes apud Paul. lib. 3. Sentent. tit. 6. Et ſtragula veſtimenta in l. 23. §. veſtimenta. ff. de auro, argent.

Stratura loci ex tabulis. l. 242. in fi. ff. de verbor. ſignificatio.

Strata lapide via. l. 1. §. penult. ff. de via publ. Stratę pro viis publicis. l. 4. C. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. & l. 6. de itine. munien. in Cod. Theod. & apud Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. vlt. qui ſtratam dictam quaſi vulgi pedibus tritam tradit, cùm tamen ſimilius verò ſit ab eo quòd lapidibus ſternatur, ita appellatam. Procop. lib. 2. de bello Perſico viam à Latinis ſtratam etiam dici tradit.

STRICTVM ius æquitati opponitur: ſummum, merum, & ſubtile ius ab æquitatis præceptis diſiunctum ſignificat. l. 86. ff. de acquir. hær. l. penult. ff. de conſtitut. pecun. l. penult. C. ad exhib. l. penult. §. 1. ff. de iure dot. l. 50. in fin. ff. de petitio. hæredit. l. 28. ff. de ſtatu lib. l. 8. C. de iudic.

Quomodo & ſtrictam rationem accipimus in l. 7. §. ſi cuius tamen. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. §. accuſationem. in fi. ff. ad Turpillian.

Et ſtrictam interpretationem. l. 20. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruitut. vrban.

Hinc ſtricti iuris actiones dicũtur, quæ ſtricto iure vallatæ ſunt, nec ex bona fide deſcendunt. §. actionum. Inſtitut. de action. l. vn. §. ſed & ſi non ignoramus. C. de rei vendic. ἐν οἷς, vt cum Theophilo loquar, τῆς ἀκριβείας γίνεται λόγος. Quæ & ſtricta iudicia, & ſtricti iudicij actiones vocantur. l. 3. §. in hac. ff. commod. l. 5. ff. de in lit. iur.

STRVCTILE dicitur quod manu conſtructum eſt, & fabrica conſtat. Sic ſtructile opus. l. 241. ff. de verb. ſignif. Structilis lapis in l. 6. §. modus. ff. ſi ſeruit. vindic. Structilis riuus in l. 3. §. 1. ff. de riuis. Structiles baſes in l. penult. ff. de verb. ſignif. Structiles canales apud Vitruu. lib. 8. cap. 7. Structilis forma apud Pallad. lib. 9. cap. 11.

Structum in l. 3. §. vnde illud. ff. de minorib. ſignificat machinatum.

STRVCTORES bucularum in l. vlt. ff. de iure immunit. ſecundum Florentinam lectionem. Alij enim codices habent ſtructores, bucularij. Et ſtructores quidẽ Tribonianus ædificatores interpretatur in l. 1. de excuſatio. artific. lib. 10. C. Veget. etiam lib. 2. cap. 11. In exercitu ſtructores ponit. Sic enim illic ex vetuſtis codicibus legendum eſt, non vt paſſim ſcriptũ eſt, Inſtructiores. Similiterq; in miniſteriis militaribus ſtructores poni videmus in Epiſtola, quæ à Vopiſco in Aurelian. refertur.

STVDIOSI iuris, pro iuris peritis. l. 1. ff. de offic. adſeſſ. l. 9. §. 1. ff. de pœn. l. 4. ff. de extraor. cognitio. Et apud Sueto. in Neron. Gellius lib. 12. cap. 13. Cur hoc me potius, ait, rogas quàm ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſq; iuris, quos adhibere in cõſiliũ iudicaturi ſoletis. Sic enim legere malo quàm vt vulgo, ſtudioſiſque viris. Nam iuris periti in conſilium adhiberi nõ quilibet ſtudioſi ſolebant. Quanquam & conſulti abſolute ſtudioſi videntur appellari in l. 2. §. poſt hunc maximè. ff. de orig. iur. Studioſè pro data opera, arte, propoſito, & αὐθάδως in l. 1. ff. de abigeis. Similiter ſtudio, id eſt, arte in l. 13. & l. 53. ff. de fideicom. libert.

STVLTVS imperitum ſignificat, in l. 9. §. ſi quis ius. ff. de iur. & fac. ignoran. l. 4. ff. quod vi aut clam. Et ſtultitia imperitia eſt, in l. 51. ff. de euictionibus.

STVPRVM propriè in viduam & in virginem committitur, vt adulterium in nuptam. Sed & lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. l. 101. ff. de verb. ſignif. l. 3. in fin. de cõcubin. l. 41. ff. de ritu nuptiar. l. 6. §. 1. ff. de adulter. Stuprum etiam in maſculum committitur. l. 2. ff. de ſeruo corrupt. l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. l. 8. ff. quod met. cau. l. vlt. ff. de offic. pręſid. Stuprum autem quibus modis, & in quos committatur, expoſui ad caput primum legis Iuliæ de adult.

SVBADIVVÆ l. 4. 5. & vlt. C. de agentib. in reb. lib. 12. ſunt Adiutorũ adiutores, quẽadmodum Syneſius in Epiſt. ad Herculianum indicat his verbis, Ἁρποκρατίων τίς ἐστι τῶν κεχαλκε-αῖς δορυφόρων, τὸ ξενικὸν ἔχων τοῦ βοηθοῦ βοηθεῖν. ἡ γὰρ σουβαδιοῦβα λέξις τοῦτο ἑρμηνεύειν πιστεύεται. Eſt planè inſigne in hoc verbo mendum apud Suidam, apud quem ita ſub littera ρ, ſcriptum eſt. ῥουβαδιοῦβας παρὰ Ῥωμαίοις ὁ τοῦ βοηθοῦ

βοηθός. Nam proculdubio in ordinem dictionum à litera σ incipientium vox illa transferenda eſt, & pro ῥεβαρυβὸς σουβαδιούβα ſcribendum. Inuenitur autem hoc verbum aliquoties in Notitia imperij Roman. Atq; adeò vbi officium magiſtri officiorum recenſetur, Subadiuuæ adiutores duo pro Subadiuuæ adiutoris legitur. Subcurator eadem forma in l. 30.ff.de negot.geſt.

SVBDITVS iudex interprete Feſto lib.17. dicebatur, qui loco mortui dabatur his, qui cũ iudicem habuerant, in aliqua re vel lite. Sic in l.60.ff. de iudic. Subditus iudex in demortui locum ſuffectus dicitur.

SVBIICERE delatorem vel accuſatorem, ſummittere & ſupponere eſt. l. 50.§.1.ff. de legat. 1.l.15.ff.ad Turpillian.l.14.§.is demum videtur.ff.de bon.libert.

Subiici etiam partus, id eſt, ſupponi dicitur. l.1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de vent. inſpic. l.1.§.vlt. l.3.§.ſi mater.ff. de Carbonia. edi. l.1.§.1.ff. de quæſt.l.16.ff.de his quæ vt indig. Suppoſitum partum dicit.l.46.ff.de iu.fiſc.l.9.ff.de Carb.ed.

Subiecto nomine.l.8.in fi.ff. de rebus eor.

Subiicere teſtamentum. l.2.ff. ad l. Cornel. de falſ. & apud Paul. lib.3. Sententia. Tit.7.& lib.5. Titul.24. Quintilian. lib.9.cap.2. Ream tuebar, quæ ſubiecisſe dicebatur marito teſtamentum.

Subiici beſtiis, pro obiici, in l.vlt.C.ad l.Fab. de plagia.l.3.§.penult.ff.ad l.Cornel. de ſicar. l. 12.C.de pœn.

Subiici quæſtioni. l.11.C. de quæſtionib.

Subiici fuſtibus. l.28.§.& vt generaliter. ff. de pœnis.

Subiici pœnis. l.1.ff.ad Turpillian.

Subiici vectigalium præſtationi dicuntur ea, pro quibus vectigal præſtatur, & penditur. l.9.§.pen.ff.de public. Vectigalibus etiam ſubiectos agros Hygen. lib.2. de limit. cõſtituend. dicit: qui ſub vectigali locantur.

Subiici vſuris dicuntur, quibus vſuræ adplicantur. l.38.ff.de negot.geſt.l.54.ff.de adminiſtrat. tutor.

SVBLIMISSIMI iudices ſunt Pręfecti prętorio, Quæſtores, Magiſtri officiorum. l.37.§. penult.& l.penult.C.de appell. Inde ſedes prętoriana ſublimiſſima appellatur in l.14. C. de iudiciis.

SVBSCRIPTIO interdũ appellatur quod à principe vel præſide libello oblato ſubſcribitur.l.1.ff.de conſtit.princip.l.1.C. quomodo & quan.iudic.l.1.C.comminatio epiſt.

Subſcriptio etiam in crimen pro inſcriptione.l.7.ff. de accuſationib. l.29. ff. ad l. Cornel. de falſ.l.3.ff. ad l.Fab. de plag. l.13.C. de accuſ. Quintilian. Declamat. 15. Nunquid iniquè indices, in tanti ſceleris ſubſcriptione depoſco, ne nominibus reos æſtimare velitis.

Subſcribere in crimen. l.vlt.ff. de furt. l.24. ff.de falſ.l.vlt.ff.de priua. del. Subſcribere autẽ accuſator libellis quos dabat, debebat ſe profeſſum eſſe. l.3.§.item ſcribere.ff de accuſ.

Subſcribere rationibus. l.40.§. ſeruus teſtamento.ff.de ſtatu lib. & Subſcribere rationes. l.82.ff.de conditio. & demonſtr. l.12. ff. de liber. legat. Inde Subſcriptæ rationes. l.41.§. libertatem.ff.de ſtatu lib.l.13. in fi. ff. de diuerſ. temporalibus.

SVBSECIVA quæ ſint, hic explicare non erit alienum. Scribit autem Iſidor. lib.15. Etymolog. capite 13. Subſeciua propriè eſſe, quæ ſutor de materia præcidens quaſi ſuperuacua abiicit. Indeque ſubſeciuos agros dictos, quos in pertica diuiſos recuſant quaſi ſteriles, vel paluſtres. Itemque Subſeciua, quæ in diuiſione agri non efficiunt centuriam, id eſt, iugera ducenta quæ à ſubſecante linea ita appellata eſſe Frontin. in lib. de Agrorum qualitat. ſcribit. A quo & eius interprete Aggeno Vrbico Subſeciuorum duo eſſe genera dedici. Vnum, quod in extremis aſſignatorum finium centuria expleri non potuit. Aliud, quod in mediis aſſignationibus & integris centuriis interuenit: quidquid enim inter 4. limites minus, quàm incluſum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione, ideò quod is modus, qui aſſignationi supereſt, linea eludatur & ſubſecetur. Et generaliter Subſeciuum appellatum eſt, quod inter menſuralem lineam & centuriæ extremitatem minùs quàm vt centuriam expleret, ſupererat. Ex quibus illuceſcet hic Tertulliani ex lib. 1. aduerſ. Marcio. locus. In quo ita eſt: Et videndum, ne qua adhuc illi vacent ſubſeciua, in quibus & tertius aliquis ſtipare ſe Deus poſſit. Sic enim illic verbum hoc ſcribi debet. Similiter Apuleius lib.8.de Aſino aur. Ac me relictum ſolum & ſubſeciuum cum faſtidio plerique præteribant. Sueton. in Domitian. cap.9. Subſeciua quæ diuiſis per veteranos agros carptim ſuperfuerant, veteribus poſſeſſoribus vt vſucapta conceſſit. Quod etiam Aggen. Vrbic. in Commentariis Frõtini his verbis refert. Nam Domitianus per totam Italiam ſubſeciua poſſidentibus donauit, edictoq; hoc vniuerſis notum fecit.

SVBSEDISSE pars ſoli dicitur, quę depreſſa eſt. l.14.§.1.ff. de aqua & aq. plu. Cic. lib.1. de Diuinatio. verbo, Deſidere non ſemel in eo ſignificato vſus eſt.

SVBSIDIARIA actio ea vocatur, quæ pupillo in ſubſidium datur aduerſus magiſtratus qui tutores dederunt. l.1. in princip.§. non tantùm.ff. de magiſtr. conuen. §. vlt. Inſtit. de ſatiſdatio. tutor. Inde autem appellationem habet, quòd non in extremum ſubſidium pupillo excuſſis tutoribus fideiuſſoribusque eorum da-

rum datur.l.5.C.de magiſtr. conueniendis.

SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant, vt Paul. in l.39.ff.de verb. ſign. ſcribit, & Feſt. lib.16. confirmat, Reſignare, inquiens, antiqui pro, reſcribere, ponebant, vt adhuc ſubſignare dicimus, pro, ſubſcribere.

Subſignatæ facultates fiſco.l.penult.§. conductores.ff.de iure immunita. quę ſubſcriptione obligatæ ſunt. Quo ſenſu & ſubſignare res dixit Iuſtin. in l.vlt.§.defenſionem.C.de admi. tutor. Subſignata etiam apud ærarium & Cenſorem prædia, quæ in cenſum deferebantur. Cic. pro Flacco ſignificat.

SVBSISTO, hoc verbo noſtri vtuntur temerariam ac præcipitem affirmationem inhibentes.l.32.ff.ſi cert. pet.l.33.ff.de procuratoribus.l. penult. §. conductores. ff. de iure immunit.

SVBSTANTIA pro bonis & facultatibus. l.51.ff.de petit. hæred.l.3.§.vſuras.ff.de contra. & vt.act.tut.l.14.§.patris.ff.de bon.libert.l.3.§. nunc videamus.ff.de ſuſp.tutoribus.l.4.C.qui bon.ced.poſſ.& aliis multis locis.

Sic Subſtantia hæreditatis.l.58.§.penult.ff. de admin.tut. Subſtantia pro οὐσία in l.9.§.inde quæritur.ff.de contrah.empt. Et ideò materiã ipſam qua corpus conſtat, ſignificat in l.4.§.ſi ſi ex lana.ff.de vſucap.l.9.§.ſi quis rerum.ff.ad exhib. Sed & pro corpore ipſo ponitur in l.20. ff.de contr.empt.

Subſtantia & res opinioni & exiſtimationi opponuntur in l.2.§.ſi ſub conditione.& §.ſi à pupillo.ff.pro empto.

SVBSTITVERE eſt, in alterius locũ quid ſtatuere & locare. Sic Subſtituere arbores.l.18. ff.de vſufru.l.45.§.pen.ff.de iure fiſc. in locum mortuarum vel infructuoſarum aliàs reponere.l.14.ff.de impenſ.in res dot. Subſtituere pecora.l.69.ff.de vſufruct.

Hoc exemplo Subſtitui dicuntur hæredes, qui ſecundo vel tertio gradu inſtituuntur.l.1. ff.de vulg.& pup. Nec verò hæredibus modò, ſed & legatariis quoque ſubſtituitur, & his quibus mortis cauſa quid donatur. l.50.ff. de legat.2. l.32. de legat.3.l.10.ff.de mort. cauſ. donat.

Subſtitutio autem alia ſimplex eſt, quæ vnũ caſum: alia duplex, quę plures caſus amplectitur.l.1.§.1.ff.de vulg.& pup.

Item Subſtitutio alia vulgaris, quæ in eum caſum fit, ſi hæres non ſit: alia pupillaris, quę in eum caſum fit, ſi intra pubertatem filius deceſſerit.l.2.ff.de vulg.& pup.& Inſtitut. eod. titul. Et hi ſunt duo Subſtitutionum caſus: Quorum alter primus, alter ſecundus appellatur. l.4.ff.de vulgari & pupillar.l.8. Cod. de impuberum & aliis.

SVBVRBICARIÆ regiones, & ſuburbicariæ partes in l.9.de anno. & tribut. in C.The.l.12.de extraord. muneribus in eo.Cod.l.12. de indulgent.deb. eo. & in Notitia imperij Rom. vbi de Comite rerum priuatarum per Occidentem tractatur. Adnotauit aliquid de hoc verbo Iac.Cuiac.lib.1.Obſeruatio.

SVCCESSORES alij in vniuerſum ius, alij in rem ſuccedunt.l.vlt.ff.de except.rei vend.l.19.§.deinde.ff.de ædilit.ed.l.7.in fi. & l.8.ff. de iureiur. Ita Succeſſio per donationem in l.17.§. pactum.ff.de pact. Succeſſorum itaque verbo non ſolùm qui in vniuerſa bona, ſed & qui in rei dominium ſucceſſerint in ſtipulatione damni infecti continentur.l.34.§.adiicitur.ff. de dam.infec. In locumque ſucceſſiſſe accipimus ſiue per vniuerſitatẽ, ſiue in rem ſucceſſerint.l.1.§.in locum.ff.quod legator. Et ideò cùm hæredem ſignificare volumus, iuris ſucceſſorem dicimus.l.9.§.1.ff.de eden.§.legatariis.Inſtitut. de teſtam.ordin.& in locum hæreditario iure ſuccedentem.l.vlt.ff.pro ſuo.quos in locum & in ius ſuccedere ait Paul.in d.l.9.§.1.& l.42.& l.177.ff.de diuerſ.reg. Qui autem per vniuerſitatem ſuccedunt, vel ciuili, vel honorario iure ſuccedunt.l.1.in fi.ff. de muneribus & honor. Vnde quidã honorarij ſunt ſucceſſores, veluti bonorum poſſeſſores & quibus ex Trebelliano Senatuſconſulto hæreditas reſtituta eſt.l.24.ff.famil.erciſc.l.9.§.illud.ff. de interrogatio.in iu.fac.l.7.in fi.ff.de condict. furt.

Succeſſio dicitur, cùm priore ſubducto de poteſtate ſuo hęrede, vlterior in proximum locum ſuccedit.l.28.§.1.ff. de liber.& poſt. Et Succedere, pro in ſui hæredis locum ſuccedere ſublato de medio vel morte, vel pœna, vel captiuitate, vel emancipatione eo qui præcedebat.l.29.§.videndum.& §.ille caſus.ff. de liber.& poſt.l.2.ff.de vulg.& pup.l.6.§.1.& l.13. ff.de iniuſto rup. Planè quod in l.1.§.interdũ.ff. de ſuis & legit. dicitur in ſuis ſucceſſionem nõ eſſe, hunc ſenſum habet, vt eo qui primum locum mortis tempore tenebat mortuo, ſequẽs vt ſuus hæres non admittatur: aliter atq; ſi ante cùm alij delata hæreditas non eſſet. Quomodo & in hæreditate legitima ſucceſſionem non eſſe, cum Paulo lib.4. Sentent. tit.8. Iuſtinian. ſcribit in §.placebat. Inſtitut. de legit. adgnator. ſucceſſ.

Succeſſorium edictum & Succeſſorium caput dicitur, quo inter bonorum poſſeſſores ſucceſſionis gradus definiti ſunt, & vno repudiante vel omittente, vel tempore excluſo ſequentes in locum eius admittantur.l.1.ff. de ſucceſſ.ed.l.vlt.C.eod.tit.l.1.§.penult.ff.de iur. & fac.ign. Vlpian. in Inſtit.tit.28.

Succedaneus culpæ dicitur, qui in culpam ſuccedit. l.4.ff. de magiſtr.conueni. Succedaneus alieni periculi.l.3.§.vlt.ff. de admin.tut.

qui aliorum culpam præſtat. Succedaneus damni in l.10.C.qui dare tutor. Et Succedaneus functionis in l.27. de decurioni. lib.10. Cod.& Succedaneus ſolutionis in l.3.Cod.de fundis rei priuat. lib.11. Sic Succedanea hoſtia olim dicebatur, quæ in alterius locum ſacrificiis adhibebatur, vt Gell.lib.4. c.6. Et Seruius in 8. Æneid. ſcribunt. Apul. libro 8. de Aſino aur. Sed poſtquam non ceruam pro virgine, ſed aſinum pro homine ſuccidaneum videre.

Svcvlæ in l.19.§.illud nobis. ff. locati. machina eſt tractoria, quæ vectibus verſatur. Ex ſtipite enim oblongo, quem vectes ambiunt, conſtat. Meminit Vitruuius lib.10.cap.4.& cap.5.

Svdorem aquæ in legibus vocari Seneca lib.3.cap.15. Natur. Quæſtio. ſcribit, qua guttæ quædam vel preſſura loci eliduntur, vel æſtu euocantur. Quod ego ad interpretationem l.1.§. caput aquæ. ff. de aqua quotid. traho. in qua ita eſt. Planè ſi aqua ſudoribus manando in aliquem locum effluere, atq; ibi apparere incipit. Vitruu. lib.8. cap.1. In terra autem nigra ſudores & ſtillæ inueniuntur exiles, quæ ex hibernis tempeſtatibus collectę in ſpiſſis & ſolidis locis ſubſidunt. Quod ipſum Pallad.lib.9.cap.8.tradens, Nigra, ait, terra humores & ſtillicidia non magna ex hibernis imbribus & liquore collecta, & mox, Sequenti die aperto loco ſi in eodem vaſe ſudores intrinſecus inueniantur, aut ſtillæ, aquas ibi eſſe non dubites.

Svfficere operi, adminiſtrationi, negotiis, l.13.ff.de tutel.l.pen.§.vlt. de excuſ. tut. l.5.§.ſed ſi filius.ff.de liber.agn.

Suffectus Conſul ait Iſidor. lib.10. eſt, qui pro alio ſubſtituitur. Sic enim appellabatur, qui in demortui Conſulis locum ſufficiebatur. l.5. 2.§ Labeo.ff.de orig.iur. Lamprid.in Alexand. Conſules quoſcunq; vel ordinarios vel ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit. Spartian. in Caracalla, Helium Pertinacem ſuffectum conſulem ob hoc ſolum quòd filius eſſet Imperatoris, occidi iuſſit. Sueton. in Iulio cap.80. Maximo ſuffecto trimeſtrique conſuli. Idem in Auguſto cap.26. Die Kalendarum Ianuar. cùm mane pro æde Capitolini Iouis paululum curuli ſella pręſediſſet, honore abiit, ſuffecto alio in locum ſuum. Ab ordinariis autem coss. non etiam à ſuffectis anni computabantur. Et idcirco minor eos honor, minor laus ſequebatur. Auſon. in Gratiar. actio. Sed conſulatus ille cuiuſmodi? Ordinario ſuffectus, bimeſtri ſpacio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumptus, quærendum vt reliquerit tantus Orator, quib. Conſulibus geſſerit conſulatum.

Svffragia pro vocibus & ſcitis, quibus vel in magiſtratu mandando, vel reo iudicando, vel lege, aut rogatione ſcienda, aliáve qua re ſtatuenda voluntatem ſuam quiſque indicat. l.32.ff.de legibus. l.1.ff.de offic.quæſtor. l.5. quod cuiuſque vniuerſit.l.6.§.1.ff. de decurioni.l.8.ff. de muneribus & honoribus. l.5.ff. famil. erciſc. l.vltimo.ff. de præd. decurion.

Suffragium etiam in conſtitutionibus auxilium & patrocinium honorum adipiſcendorum cauſa latum ac præſtitum ſignificat. l.vn. C.de ſuffrag.l.1.ſi cert.pet.de ſuffr.in C.Theo. l.7. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic. l.36. l.44. de decurionibus in Cod.Theod. Nou.Conſtit.6. Lamprid. in Alexand. Quod cùm factum eſſet, & Thurinus ſuffragium promiſiſſet, dixiſſetque ſe quædam Imperatori dixiſſe, cùm nihil dixiſſet, &c.

Svggillare pudorem. l.10.§. prætor ait.ff.de in ius voc. Vnde & Suggillatio in l.15. §.ſi quis ſic fecit.ff.de iniur. Quo verbo & Plinius lib.7.cap.45. vtitur.

Svggrvnda, vel Suggruenda (variè enim in Pandectis Florentinis hoc verbũ ſcribitur) ſunt proiecta ex ædibus quæ ita prouehuntur & protenduntur, vt nuſquam requieſcant. l.242.§.inter.ff.de verb.ſignif. l.5. in fi.ff. de his qui deiecer. vel effuder. Rubrica, De damn.inf. & ſuggrundis & proiectio.apud Vitruu. lib.2.cap.9. Subgrunda vocantur. Vnde Subgrundationem idem dixit lib. 4. cap.2. Suggrundas etiam Varro lib.3. De re ruſtica dixit. Græci γεισηποδίσματα appellarunt. Sic enim Moſchopul. in lib. περὶ χεδῶν, γεισηποδίσματα αἱ περιβολαὶ τῶν ὑπερῴων οἰκημάτων αἱ ὑπὲρ τοὺς κάτω τοίχους περιϊοῦσαι, γεισήποδες δὲ τὰ φέροντα αὐτὰς ξύλα.

Svlpvraria ſulpuris fodinam ſignificat. l.8.§.in calcariam ff.de pœn.l.13.§. inde eſt quæſitum. ff de vſufruct.l.52.§. ſi ſulpurariæ.ff. de furt.

Sulpurata de ligno, id eſt, ligna ſulpure illita in l.55.§.vlt.ff.de legat.3.l.167.ff.de verb.ſignif. vt ſunt noſtræ allumettæ.

Svmi dicitur iudex arbitérve, & capi, qui ex conuentione litigatorum aditur. l.4. Cod. de dote releg. Sic Sumptus ex interdicto iudex. l.21.ff.quod vi aut clam. Sumptus ex compromiſſo in l.50.ff.de recep qui arbitr. l.penul. ff.de iudic. Cicer. pro Flacco. Q. Naſo iudex ſumitur. Valer.Max. lib.8. cap.2. de C. Mario. Nam cùm C. Ticinius Minturnenſis Fanniam vxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam dote ſpoliare conaretur, ſumptus inter eos iudex in conſpectu habita quæſtione ſubductum Ticinium monuit, vt incepto deſiſteret. Dicitur & aſſumi qui aliis additur. l.17.§. ſi in duos. ff. de recept. qui arbitr.

Svm-

SVMMITTI dicuntur pecora, quæ in locum demortuorum capitum ſubſtituuntur, vt eo modo grex ſuppleatur. l.69. l.70. ff. de vſufr. l.58. §. hæreditatem. ff. ad Trebell. l.10. §. ſerui. ff. de iure dot.

Summittere delatorem, eſt accuſatorem ſubiicere & ſupponere. l.9. §. vlt. ff. ad leg. Corn. de falſ. l.5. ff. de iure patron. l.1. §. incidit. iuncta l.15. ff. ad Turpillian. Quintilian. Declamatio. 281. Quinetiam ſi permittitur iſta defenſio, & ille poteſt dicere ſe non occidiſſe, qui percuſſorem ſummiſerit. Nam ita emendandum eſt, vbi vulgò, ſuum miſerit, perperam legitur. Sed & apud eundem auctorem Declamatio. 355. in hoc verbo aliud mendum eſt. Inueniſſe illos rationem, qua mutuo dolore diſtraherentur, ſummiſſeq; qui dicerent malè tractatas à tutore rationes. vbi, ſummiſiſſe, legendum eſt.

Sic Summittere vim in l.9. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. Et Summittere qui vociferentur interpretare in l.15. §. conuicium. ff. de iniur.

SVMMVM ſupplicium mortem ſignificat. l.38. §. qui abortionis. ff. de pœn. l. penult. ff. de condictio. cauſa dat. l. vlt. ff. de ſepul. viol. & apud Paul. lib.5. Sentent. tit.21. Calliſtrat. in l.28. ff. de pœn. Summum ſupplicium eſſe videtur ad furcam damnatio, item viui crematio, & capitis amputatio. Paul. lib.5. Sentent. tit.17. Summa ſupplicia ſunt crux crematio, decollatio. Ad beſtias etiam damnatio ex hoc genere eſt. l.29. ff. de pœn. vt Paul. lib.5. Sentent. tit. 23. oſtendit.

Summa diuiſio primam & præcipuam ac generaliorem diuiſionem ſignificat. l.3. ff. de ſtatu hom. l.1. ff. de rer. diuiſ. §.1. Inſtitutio. de actionibus.

Summa pecunia quantitatem ſignificat. l.29. ff. de verbor. obligationibus. l.45. §. fiſcalibus. ff. de iure fiſc. l.22. l.38. ff. de re iudic. & aliàs ſæpè.

Summa pignoris id ſignificat quanti pignus valet, vt ſumma debiti, pecuniæ debitæ, in quam pignus obligatum eſt ſummam. l.87. ff. de furt.

Summa condemnationis. l.3. §. penult. ff. vti poſſid.

Summa poſſeſſionis. l.3. §. at ex contrario. ff. de acquir. poſſeſſ.

Ad Summam Rempub. exercitio nauium dicitur pertinere. l.1. §. licet. ff. de exercitor. Tale aliquid in Quintilian. lib.1. notaſſe mihi videor, qui ad ſummam pertinere ſtudiorum initio à perfectiſſimo quoque optimè tractari, ait.

Summa quæſtionis. l.52. §. penult. de oblig. & actionibus.

Summatim cognoſcere Prætor iudéxve dicitur in l.15. §. ſi ſuper. ff. de re iud. l.1. in fin. ff. de prætor. ſtipul. l.3. §. ſciendum. ff. ad exhib. l.3. §. cauſæ cognitio. ff. de Carbon. ed. l.3. §.1. ff. vt in poſſeſſ. legat. l.9. §. illud quæritur. ff. de interrogationibus in iure faciend. l.1. §. ſi ea quæ. ff. de vent. in poſſeſſ. mittend. l.7. verſ. planè. ff. de petitione hæredit. l.40. ff. ad leg. Aquiliam.

SVPERDICI in l.13. in fin. ff. de iureiurand. eſt præconis voce, &c, vt cum Apuleio loquar, boatu pronunciari & proclamari, vt & in l.16. C. ex quibus cauſ. inf. irrog.

SVPERDVCERE nouercam dicitur pater, qui filiis nouercam inducit. l. vlt. de bon. matern. in C. Theod. Quintilian. Declamatio. 381. Quidam filio ſuperduxit nouercam, & ex ea aliam filiam ſuſcepit. Plinius lib.6. Epiſtol. ad Roman. Inducere nouercam eodem ſenſu dixit.

SVPERESSE rebus ſuis, ſufficere earum adminiſtrationi, negotia ſua gerere, ſignificat. l.1. §. vlt. ff. de procuratoribus. l.60. in fi. ff. de re iudic. l.12. ff. de tutoribus & curat. dat. l.2. ff. de cur. fur. l.10. ff. ex quibus cauſis ma. l. penult. ff. de vacat. muner. Gellius lib.1. cap.22. de huius verbi ſignificatione diſputans, eos ridet, qui ſupereſſe ſe his, quibus aduocationem præbebant, dicebant, pro adeſſe. Quo tamen in ſignificato Sueto. in Auguſto hoc verbo vſus eſt.

SVPERFICIES appellatur quidquid ſuprà faciem terræ, & ſuprà ſolum exiſtit. Plantæ itaque, vineæ, & arbores agri ſuperficies ſunt. l.13. ff. de ſeruit. ruſt. Caius lib.2. Inſtitut. tit.1. Domus etiam ſolo impoſita ſuperficies appellatur. Eſt enim ædificium ſuperficies ſoli. l.44. ff. de obligation. & action. l.23. ff. de vſucapion. l.71. ff. de vſufruct. l.15. ff. qui potior. in pignor. hab. l.81. § qui fundum. l.86. §. vlt. ff. de legat.1.

Vnde Superficiaria prædia, quæ in conducto ſolo certa penſione annua habentur. l.10. ff. fam. erciſc. l.49. ff. de verb. ſignif. l.16. in fi. ff. de pignor. act. Superficiarias enim ædes in conducto ſolo poſitas dixit Caius in l. vlt. ff. de ſuperficiebus. Sic & Superficiaria inſula in l.12. §.1. ff. de publicia. l.15. & generaliter. ff. de vi & vi arm. l.9. §. quæſitum. l.39. §. damni. ff. de damn. inf. Et Superficiarius fundus. l.1. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.

Superficiarium interpretatur Paulus, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certā penſionem præſtet. l.74. ff. de rei vendic. Alias hac periphraſi ſignificatur, qui in cōducto ſolo ſuperficiem impoſuit. l.18. §. & qui in conducto. ff. de dam. inf. Seneca lib.13. Epiſt. Mathematica, vt ita dicā, Superficiaria eſt, in alieno ędificat, aliena accipit. Proinde ſuperficiarij domini nō ſunt, ſed quaſi inquilini, cū in alieno habitēt. l.3. §. pen. ff. de noui oper. nūc. Aliquod ta-

men ius in re habent. l. 19. ff. de damn. inf. Et ideò Superficiaria bonis adnumerantur. l. 49. ff. de verbor. ſignificat. Superficiarios denique Prætor loco dominorum habet, & vtilibus in rem actionibus tuetur. l. 1. §. vltim. l. vltim. ff. de ſuperficiebus. l. 18. §. ei qui. ff. de dam. inf. l. 74. & l. 75. ff. de rei vendicat. l. 16. in fin. de pignor. actio.

Porrò etiam Superficium dici notandum eſt, & ita in l. 32. ff. de iure dot. ſcriptum eſt, & in autographo Piſano in l. 1. ff. de ſuperficiebus vt & apud Caium lib. 2. Inſtitut. tit. 1.

SVPERINDICTVM extraordinariũ munus vltra ſolitam & canonicam collationem indictum ſignificat. l. 1. C. de indictionibus lib. 10. l. 1. C. de ſuperindicti. l. 3. C. de excuſ. muner. eod. l. 3. C. de ſilentiar. lib. 12. Appellatur & ſuperindictio in l. 1. de priuileg. dom. Auguſt. lib. 11. Vnde Superindicticij tituli. in l. vlt. eod. tit. quemadmodum ex ſcriptorum librorum auctoritate emendandum eſt.

SVPELLECTILEM Pompon. definit eſſe domeſticum patrisfam. inſtrumentum, quod neque argento, auróve facto, vel veſti adnumeretur. l. 1. ff. de ſupel. leg. Alfenus ſupellectilis eas res eſſe ſcribit quę ad vſum communem patrisfam. paratæ, nomen ſui generis ſeparatũ non habent. l. 6. ff. eod. tit. Tubero Supellectilem eſſe dicebat inſtrumentum patrisfam. rerum ad quotidianum vſum paratarum quod in aliam ſpeciem non caderet. l. 7. eodem titul. Supellectilis ergo appellatione veſtis non continetur: quoniam proprio generi adſcribitur. l. 4. ff. de legatis lib. 1. Origo autem huius verbi exponitur in dict. l. 7.

SVPPETERE præter tritas ſignificationes eſt, ſubiecta ſua perſona pro alio petere. l. 53. §. apud Labeonem. ff. de furt.

SVPPRIMERE teſtamentum in lege Cornelia teſtamentaria intelligitur, qui ſciens prudensque tabulas teſtamenti in fraudem hæredum, legatariorum, fideicommiſſariorum, aut libertatium non profert, & qui cùm habebat, & proferre poſſit, eas proferre non curat. Paulus lib. 4. Sentent. tit. 7. Iſidorus quoque ex Paulo mutuatus ſuppreſſum teſtamentum lib. 5. Etymolog. cap. 24. definit, quod in fraudem legatariorum ſeu libertorum non eſt palam prolatum. Quod etſi non latet, ſi tamen perſonis ſupradictis non proferatur, ſupprimi videtur. Supprimere ergo celare eſt, quod crimen in teſtamentis ad legem Corneliam de falſis pertinet. l. 2. ff. ad legem Corneliam de falſis. Et ita ſuppreſſas tabulas accipe in l. 10. in fin. ff. quemadmod. teſtament. aperiant. l. 33. ff. de iudic. l. 3. §. ſi quis dolo. ff. de tabul. exhibend. l. 9. ff. de dolo. l. 7. de falſ. Suetonius in Caligula capite 16. Legata ex teſtamento Tiberij quanquam abolito, ſed & Liuiæ Auguſtę quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſoluit. Supprimere etiam mancipia dicimus. l. 82. §. penultim. ff. ad furt. Vnde Suppreſſores mancipiorum, plagiarij, qui alienis ſeruis ſuadent, vt à dominis fugiant, eoſque inuito vel inſciente domino celant. l. penultim. ff. de lege Fabia. Et Suppreſſi mancipij crimen in l. 3. ff. eod. titulo. Supprimere etiam naufraugium. l. 3. §. item is cuius. ff. ad legem Corneliam de ſicariis: & Naufragos ſuppreſſos dicunt Iureconſulti. l. 3. §. vltimo ff. de incend. rui. Supprimere merces. l. 30. in fin. ff. de crimine ſtellionatus.

SVPREMVS non is demum, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, & quem nemo ſequatur, intelligitur. l. 34. ff. de vulgar. & pupill. l. 92. de verborum ſignificat. Sic Supremas tabulas ſecundum quas ſe Prætor bonorum poſſeſſionem daturum pollicetur, accipimus nouiſſimas, poſt quas aliæ nullæ factæ ſunt. l. 1. §. 1. l. penultim. §. planè. ff. de ſecund. tabul. Sed & illæ ſupremæ habentur tabulæ quæ ſolæ ſunt. l. 161. ff. de verbor. ſignificat. In vulgari quoque ſubſtitutione, qua ei, qui ſupremus morietur, hæres ſubſtituitur, rectè hæres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur. l. 163. ff. de verbor. ſignificat. l. 9. ff. de rebus dub. Cùm verò plures ſunt, ei qui nouiſſimus deceſſerit, ex his verbis ſubſtitutus ſuccedet. d. l. 9. & l. 14. in fin. ff. ad leg. Falcidiam.

Suprema dies pro nouiſſima in l. 7. §. Papinianus. ff. ſolut. matrim. Sic Suprema hora. l. 1. §. dies. ff. quando appellan. ſit. l. 2. ff. de verborum ſignificatione. Et in 12. tabul. *Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto.*

Suprema numero multitudinis abſolutè pro nouiſſimis iudiciis, & vltima voluntate, ſeu teſtamento. in l. 25. §. 1. ff. de liber. & poſt. l. 3. §. vltim. ff. de muneribus & honoribus. l. vn. ff. de bonor. poſſeſſ. ex teſtament. milit. l. 39. ff. de pignor. act. l. 36. §. miles in ſupremis. ff. de milit. teſtament. Corn. Tacit. libr. 1. Nihil eo die ſenatus agi, niſi de ſupremis Auguſti, cuius teſtamentum inlatum eſt per virgines Veſtales. Quintilianus Declamatione 1. Neque ego grauiſſimum patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim. At quod ipſum auctor declamatione 8. ait, Vidimus igitur frequenter ad vitam poſt conclamata ſuprema redeuntes, ſic accipiendum eſt, poſt conclamata nouiſſima verba: In quibus fuiſſe verbum, Ilicet, Donatus in Virgilium & Seruius notant.

Suprema etiã iudicia dicunt nonnunquam: l. 5. ff. quemadm. teſtam. aperian. l. 32. §. pœnitentiam. ff. de donat. int. vir. Quintilian. lib. 16. cap. de riſu. Conſulens eum, an primi-

pila-

pilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia.

Supremas etiam tabulas pro teſtamento Latini auctores dicũt. Martial. lib. 1. Epigrammatum:

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas.

Idem eod.

Quadrantem Criſpus tabulis, Fauſtine, ſupremis
Non dedit uxori.

Supremam etiam volũtatem mortuorum diſpoſitionem dicimus. l. 78. ff. de hęred. inſtit. & aliis vulgatis locis.

SVSCIPERE cognitionem in l. 8. & l. 9. ff. de offic. præſid. Plin. libr. 6. epiſt. ad Cornelia. Hæredes cùm Cæſar eſſet in Dacia, communiter epiſtola ſcripta petierant, vt ſuſciperet cognitionem.

Suſcipere iudicium ſeu excipere reus dicitur l. 7. ff. de pet. hær. l. 7. §. vlt. l. 9. §. ei tutori. ff. de tut. & rat. diſtr. Et ſuſcipere litem. l. 64. ff. de procuratorib. Sed & iudex qui iudicandi in ſe neceſſitatem recipit, ſuſcipere iudicium dicitur. l. pen. ff. de vacat. muner.

Suſcipere obligationem l. 45. ff. manda.

Suſceptores, qui ſolutionem auri & ſpecierum accipiebant, & modum iugationis poſſeſſorũ & ſpecies ſingulas deſcribebant. l. 9. C. de defenſorib. ciuit. l. 5. C. ad l. Iul. repetun. l. 5. de exactorib. tribut. l. 10. C. l. penult. §. illud. de cano. largit. tit. eod. l. 23. de decurion. lib. 10. C. l. 1. & 2. & toto tit. de ſuſceptorib. eo.

Suſceptores, qui luſores recipiunt. l. 1. §. idem notandum. ff. de aleæ luſu.

SVSPECTVS tutor eſt, qui non ex fide tutelam gerit, licet ſoluendo ſit. §. ſuſpectum. Inſtit. de ſuſpect. tut. Nam qui fraudulenter tutelam adminiſtrauit, etiam ſi ſatis offerat, vt ſuſpectus remouetur. Tutorem enim non facultates, ſed fraudulenta adminiſtratio, & callida conuerſatio ſuſpectum faciunt. l. 31. ff. de reb. auct. iud. Itaq; ſi in tutela graſſatus eſt, aut ſordidè egit vel perniciosè pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, iam vt ſuſpectus remouetur. l. 3. §. nunc videamus. ff. de ſuſpect. tutorib. Apparet itaq; ex fide & diligentia & maleuolo propoſito magis, quàm ex facultatibus ſuſpectum tutorem argui. Quod in hærede quem vt ſuſpectum Prætor deminuere vetuit: contra eſt qui ex ſolis facultatib. ſuſpectus exiſtimatur. d. l. 31. & l. 7. §. qui ſciens. ff. pro empto. Dicunt autem promiſcuè Iureconſulti pro eodem ſuſpectum facere, & ſuſpectum poſtulare. l. 1. §. conſequens. l. 3. l. 7. ff. de ſuſpect. tut. l. 6. ff. rem rat. hab. l. 39. ad fin. ff. de procuratorib. l. 14. §. 1. ff. de ſolutionib. l. 8. §. pen. ff. de adm. tut. l. vlt. ff. qui pet. tut. Vnde ſuſpecti poſtulatio & accuſatio. l. 3. §. ſi quis afuturus. ff. de ſuſpect. tut. l. 1. §. ſuſpecti. ff. ad Turpill. l. 5. §. geſſiſſe. ff. de adm. tut.

SVSPENDIOSI, qui ſuſpendio vitam finierunt. l. 11. ff. de his qui notant. infam. Et apud Plin. lib. 28. cap. 4. vbi laqueum ſuſpendioſi temporibus circumdatum dolorem capitis ſedare tradit.

SVSTINERI, differri & inhiberi ad tempus ſignificat. Sic Suſtineri iudiciũ, actio, pœna, præſtatio dicitur. l. 24. §. vlt. ff. de lib. cau. l. 5. §. vlt. l. 7. §. 1. ff. de petit. hær. l. 35. ff. de iure fiſ. l. 1. §. vlt. ff. ſi famil. furt. fec. l. 6. §. quid tamen. ff. de iniuſto rup.

Suſtinere pœnam, aliàs ſufferre ſignificat. l. 1. ff. de pœn.

Verbo SVVM, dominium ſignificari & ea tantùm quę vindicari à nobis poſſunt, non etiam quæ in nominibus ſunt ſuorum appellatione contineri, traditur in l. 27. §. argento. & l. 34. ff. de auro arg. Sed nec quæ pignori tenentur, ſuorum appellatione veniunt. l. 9. §. vlt. ff. de ſupell. leg. l. 47. de leg. 3. Ambiguum verò eſſe cùm quis ſuum dicit, vtrùm de toto, an de parte ſignificet, Pompon. in l. 239. §. vlt. ff. de verb. ſign. ſcribit: quoniam & id noſtrum eſt, quod nobis cum alio commune eſt. Cùm quis ſuos ſeruos dicit, hi deſignari videntur, quos paterfa. ſuorum numero habuit, & qui pleno iure eius fuerunt. In his verò fructuarii ſerui non continebantur, nec venales habiti. Serui planè cum alio communes & bona fide poſſeſſi & quorum vſusfructus alienus ſit, continebuntur. l. 71. l. 73. l. 74. ff. de legat. 3.

Suum tamen conſequi recipere creditores pro eo quod ſibi debetur conſequi Iurecõſulti eleganter dicunt. Vnde Vlpian. in l. 7. §. apud Labeonem. ff. quę in fraud. credi. eum ait qui ſuum recipiat, nullam videri facere iniuriam, hoc eſt, eum, qui quod ſibi debetur, receperit. Sic & in l. 15. §. quòd ſi res. ff. de re iudic. l. 96. §. 1. ff. de ſolution. l. 44. ff. de cond. indeb. l. 4. §. idem Iulianus. ff. de doli except. l. 12. ff. de nouatio. l. 37. ff. de iure fiſc. l. 7. de ceſſio. bonor. In eam deniq; ſentẽtiam ad ſuum peruenire dicunt. l. 1. ff. quod certo loc. l. 1. §. illud verum. ff. ſi quis teſtam. lib.

Suos hæredes liberos in poteſtate poſitos vocamus, qui primum poteſtatis locum obtinent, quaſi domeſticos & familiares hæredes cum viuo quoque patre quodammodo domum habere exiſtimẽtur, nec tam in nouum dominium ſuccedere quàm vetus continuare videantur, magiſque ad propria aut debita, quàm ad aliena bona vocentur. §. ſed ſui. Inſtitut. de hæredum qualitate & differentia. l. 11. ff. de liber. & poſtum. l. 12. ff. qui teſtam. face. poſſ. Et apud Plinium in Panegyrico. Qua de cauſa ſui hæredes illico apparent & exiſtunt, & ipſo iure hæredes deprehendun-

tur, nec aditione egent. l. pen. §. ſi patronus. ff. de bon. libert. l. 14. ff. de ſuis & legit. Suos hæredes ait Vlp. in l. 1. §. ſuos. ff. de ſuis & legiti. accipere debemus filios, filias, ſiue naturales ſiue adoptiuos. Calliſtratus in l. 220. ff. de verb. ſig. Liberorum ait, appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his deſcendunt, continentur. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex 12. Tabul. comprehendit. Caius lib. 2. Inſtit. Tit. 8. Sui hæredes ſunt filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote, & omnes per virilem ſexum deſcendentes. Similiter & poſtumi, qui ſi viuo patre nati fuiſſent, in poteſtate futuri erant: ſui hæredes ſunt. Priſcianus lib. 17. Suus Ciceronis filius hæres eſt patris conſtitutus. Suus enim dicitur ad diſcretionem illius, qui ſecundum leges ſuus non eſt, id eſt, ſub poteſtate patris naturalis conſtitutus: Sic & ſuam hæredem accipe in l. vlt. ff. de collat. bonor.

Suos in l. 8. l. 12. l. 19. C. qui accuſ. non poſſ. accipimus parentes, liberos, patronos, patronas, eorumq; filios, filias, nepotes, neptes, conſobrinos, & prooinquos. l. 1. ff. de accuſ.

Sui iuris eſſe dicuntur, qui nullius poteſtati ſubiacent, ſed propriæ ſunt poteſtatis & proprii arbitrii. tit. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Qui & ſuæ poteſtatis eſſe dicuntur. l. 4. ff. de his qui ſunt ſui. l. 17. ff. de his qui not. infa. l. 43. ff. de obligatio. & actio. l. vlt. ff. de liber. cau. & ſui arbitrii. l. 22. ff. de ritu nupt.

Ita ſuæ poteſtatis fieri dicuntur ſerui manumiſſione. l. vltim. ff. de liber. cau. In eundem ſenſum ſuæ auctoritatis dixit Spartia. in Hadria. Decoctores, ait, bonorum ſi ſuæ auctoritatis eſſent, catamidiari in amphitheatro & dimitti iuſſit.

Suæ ætatis eſſe dicuntur, qui minorem ætatem exceſſerunt. l. 27. ff. de neg. geſt. l. 5. §. item ipſe tutor. ff. de auctor. tutor. Si tamen teſtator alicui ita legauerit, cùm ſuæ ætatis erit factus, facti quæſtionem eſſe Vlpia. ſcribit, vtrùm de pubertate, an de 25. annis ſenſum ſit. l. 50. in fi. ff. de legat. 3. Hoc exemplo credo Tribonianum in Alexandri reſcripto verba hæc, *ſuæ ætatis factus ſit*, interpretatum, ſi pupillarem ætatem exceſſerit. l. 3. C. de teſtamen. tut. Furioſus ſuus non eſſe dicitur, id eſt, apud ſe non eſſe. l. 7. §. adeò. ff. quibus ex cau. in poſſ.

Sua morte decedere dicuntur, qui naturali morte & natura ſua obeunt. l. vltim. §. 1. ff. de bon. damnator. Cuius §. verba repetita ſunt, licet diuerſo auctoris titulo prælato in l. 28. ff. de bon. libert. Sueton. in Iulio cap. vlt. Percuſſorum autem ferè neque triennio quiſquam amplius ſuperuixit, neque ſua morte defunctus eſt. Damnati omnes, alius alio caſu periit. Significat enim omnes biothanatos fuiſſe, vt cum Firmico loquar. Trebellius Pollio in Herennia tyranno. Multi enim dicunt eos ab Aureliano interemptos, multi morte ſua eſſe conſumptos.

Sic ſua natura rem intercidere accipimus in l. 14. §. vlt. ff. depoſi.

ΣΩΡΙΤΗΣ Cauillationis genus, qua ab euidenter veris ad euidenter falſa gradatim & per breuiſſimas mutationes pducimur. l. 177. ff. de verb. ſignific. l. 65. ff. de diuerſ. reg. Aceruالem Cic. lib. 2. de diuinatione Latinè vertit. Ab aliis aceruus vocatur. Inuentum autem à Chryſippo Diogen. Laërt. ſcribit.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ Græcis negotium geſtum & vltro citroq; obligationem ſignificat. l. 7. ff. de pact. l. coniuncta. l. 19. ff. de verb. ſignif.

SYNDICI ſunt actores vniuerſitatum, collegiorum, ſocietatium, & aliorum corporum, per quos tanquam in Republica quod communiter agi fieri oportet, agitur & fit. l. 1. §. quibus autē. l. 6. §. 1. & §. actor. ff. quod cuiuſq; vniuerſit. Defenſores quoque ciuitatum & qui ad earum cauſas vel agendas vel defendendas eliguntur, Syndici appellantur. l. 1. l. vlt. §. defenſores. ff. de muner. & honor.

SYRIARCHIA, ſacerdotii genus in Syria. l. 1. C. de natural. lib. l. vn. C. de off. comit. Orient. l. 103. de decurionib. in C. Th. Nouell. 89. vnde Syriarchæ in l. vlt. de expenſ. ludor. in C. Th. qui id ſacerdotii muneris gerebant. Syrias autem multitudinis numero nominari in l. 7. §. interdicere. ff. de interdict. & in l. 3. ff. de cenſib. memini mirum eſſe debet. Duę. n. memorantur in l. 1. ff. de cenſib. vna, quæ Cœle, altera quę Phœnice diceretur. In Notitia quoque Imperii Rom. Syria ſalutaris ponitur, ſed & Syriæ nomen latiſſime patuiſſe Guiliel. Tyrenſis Pontifex tradit libro 13. de Bello ſac. c. 2.

SYNONETVM, publicam comparationem ſpecierum quæ in cōmune fiebat Impp. appellant. l. 1. de publ. compar. in C. Th. Quam coëmptionem appellari in l. 2. C. de frumen. vrb. Conſtantinop. & in Rubr. vt nem. lic. in coëmptio. ſpec. ſe excuſ. docuit Iac. Cuiac. lib. 1. Obſeruatio. Cui addam Græcum ex Tiberii conſtitutio. locum, in quo ita eſt: ἃ καθ' ἡμετέραν κέλευσιν, εὐτελείας ἕνεκα τῆς ἐνδόξης ταύτης πόλεως, ἢ καὶ ἑτέρων προφάσεων χάριν συνωνῆ τινα εἰδῶν γενέσθαι συμβολὴν, τούτοις ἅπασιν οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑποτελεῖς, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τοὺς τῶν βασιλικῶν οἴκων κτήσεις καὶ οἰκήσεις ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα.

B. BRIS.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

TABERNÆ appellatio omne vtile ad habitandum ædificium demonſtrat, ex eo quòd tabulis claudatur. Vnde Tabernacula & contubernales appellantur. l. 183. cum l. ſeq. ff. de verbor. ſignific. Diomedes lib. 3. Secunda ſpecies togatarum, quæ tabernariæ dicuntur, humilitate perſonarum & argumentorum ſimilitudine Comœdiis pares, in quibus non magiſtratus regesq́;, ſed humiles & priuatæ domus inducuntur: quæ quòd olim tabulis tegerentur, communiter Tabernarię vocabantur. Iſidor. lib. 15. Etymolog. cap. 2. Tabernæ olim vocabantur ædiculæ paruæ & ſimplices in vicis, axibus & tabulis clauſæ. Vnde & tabernariæ quòd ſoleant conſidere. Dictæ autem tabernę, quòd ex tabulis ligniſq́; erant cõſtructæ, quæ nunc & ſi non ſpeciem, nomen tamen retinent.

Tabernam negotiatoriam, & cauponiam & purpurariam dicimus. l. 43. ff. de ritu nupt. l. 2. ff. de inſtitor. l. 91. §. pater. de legat. 3. Tabernas quoque Suidas καπηλεῖα καὶ πανδοχεῖα interpretatur. Tabernæ etiam argentariæ, in l. 32. ff. de contrahen. empt. fit mentio. Tabernam autem qui pignori dat, merces, quæ in ea ſunt, obligaſſe videtur. l. 34. ff. de pignoribus. Tabernæ inſtrumento legato loci duntaxat non etiam totius negotiationis inſtrumentum legatum videtur. Proinde inſtitores legato non continebantur: Aliter atque ſi inſtructa taberna legetur. l. 185. ff. de verbor. ſignificat. l. 13. ff. de inſtruct. vel inſtrument. Inde Tabernarius in l. 52. §. 1. ff. ad leg. Aquiliam.

TABVLÆ non teſtamenti duntaxat, ſed & contractuum & alterius cuiuſcunque negotii dicuntur ab eo quòd in tabulas ligneas cera illitas ea referri ſolerent. Vnde Ceratæ à Plauto in Aſinaria appellantur. Ex indeq́; bonorum poſſeſſio contra tabulas, Contra lignũ dari vulgo dicebatur. l. 19. ff. de cont. tab. Sic Tabulæ nuptiales in l. 31. ff. de donatio. & l. 9. C. de nuptiis. & apud Tertullian. in lib. de pudicitia, & Apul. Apolog. 2. & Auguſtin. lib. 2. de motib. Manichæor. Quas tabulas Matrimoniales vocat Iulius Firmicus lib. 7. Matheſ. cap. 7. Tabulæ dotis. l. pen. ff. de donatio. int. vir. Seu tabulæ dotales in l. 12. ff. de dote releg. Tabulæ venditionis. l. 2. C. ſi mancip. ita venier. & apud Senecam libr. 4. Controuerſiar. Et Tabulæ emptionum in l. 1. de his qui ven. æt. impetr. in C. Theod. Tabulæ auctionales apud Ambroſ. lib. 2. Epiſtol. Tabulæ contractus. l. 4. C. ſi quis al. vel ſibi. Tabulæ inſtrumentorum Reipubl. l. 31. l. 32. ff. de furt. Tabulæ quibus pecunia expromiſſa erat. l. 104. §. 1. de legat. lib. 1. Tabulæ rem ſaluam fore cautionis. l. 5. ff. de ſuſp. tutor. Tabulas verò teſtamenti in prętoris edicto quo ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio defertur, & in interdicto De tabulis exhibendis, accipimus omnem materiæ figuram. *Siue igitur* tabulæ ſint, ſiue cuiuſcunq; alterius materiæ, ſiue chartæ, ſiue membranæ, ſiue corium animalis alicuius tabularum appellatione continebuntur. l. 1. ff. de ſecund. tab. Paul. lib. 4. Sent. tit. 7. Tabulæ planè teſtamenti non intelliguntur in quibus hæres ſcriptus nõ eſt, magiſq́; codicilli, quàm teſtamentum intelliguntur. l. vltim. ff. de iure codicill.

A Tabulis, Tabularii, qui inſtrumenta publica teſtationesq́; conſcribunt. l. 11. C. qui potio. in pig. l. vlt. §. hi quoque. ff. de munerib. & honoribus. l. 3. §. ſi tabulæ. ff. de tabul. exhib. l. vltim. ff. de iure Emphyt. l. 8. C. de teſtam. tut. l. vlt. §. ſui autem dubius. C. de iure fiſc. l. 9. C. de defenſoribus ciuit. l. vn. §. ſancimus itaque. C. de Lat. liber. l. vn. C. de annali except. l. 1. de exactorib. tribut. lib. 10. C. Rubr. de Tabular. lib. 10. C. & l. 2. de iure fiſc. eod. l. 2. de conueniend. fiſc. debit. l. 1. de his qui ex public.

ratiocin.eo.lib.l.1.de immunitat.nemin.conced.lib.11. Tabularius etiam pro calculatore, quem Græci ψηφιστὴν vocant, qui in tabula calculandi & computandi artem pueros docet, vel aliàs eam artem tenet. leg. 1. §.ludi.ff. de extra. cognitio. Quem etiam eſſe huius verbi ſenſum.l.vlt.ff.ſi menſ.falſ.mod. oſtendit.

Tabelliones etiam dicuntur, qui inſtrumenta formant, conficiunt, & conſcribunt.l. 9.§.& nonnunquam.ff. de pœn.l. 14.§. his tabellionibus.C.de ſacroſanct.eccl.l.29.l.31.§.1. l.49.C.de epiſcop.& cleric. Nouell.73. Suidas ταβελλίων ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος, ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἔχων αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι.

Tabularium in quo inſtruméta adſeruantur.l.92.ff.de leg.lib.3.

Tabellarius ſeruus.l.penult.ff.de acquiren. rer. dom. literarum gerulus, vt Caſſiodorus loquitur.

Tacitam fidem contra leges adcommodare intelligitur, qui vel id, quod relinquitur, vel aliud tacitè, id eſt, clàm, videlicet domeſtica cautione & chirographo, vel nuda pollicitatione promittit ſe reſtituturum perſonæ, quæ legibus ex teſtamento capere prohibetur.l.10.& l.11.ff. de his, quæ vt indign.l. 103.ff.de leg.lib.1.

Tacitè enim relictum videtur, cùm neque teſtamento, neq; codicillis palàm datum eſt, ſed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad ſe ex bonis defuncti peruenerit, id ei qui alioquin capiendi ius non habeat reſtituturum.l.1.l.3.in princip.& l.40.§.1.l.42.ff. de iur.fiſc.l.12.in fin.ff. de fideicomm. libertat.l. 21.ff.de inoffic.teſtamen.l.83.ff.de acquir.hæred. Quò bellè alludit Syneſius Epiſtol. 1. quæ quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommiſſorum pendet, vulgo obſcura habetur. Agit autem in ea de libris ſuis Rhetoricis, quos pro vulgo quæſitis liberis habet. Et tamen perinde atque iuſtos & legitimos eos complecti ſcribit, vt pro iuſtorum loco eos ac lubens ſit habiturus, niſi leges, quæ acres ſunt ingenuitatis patronæ, repugnarent. Itaque id eos demum ex bonis ſuis laturos ſcribit quod clàm & tacitè in eos ſit collaturus. Verba eius quibus hanc poſtremam orationem exprimit, hæc ſunt, ἔχει δὲ κέρδος ὅ, τι ἂν αὐτῷ λάθρα χαρίσωμαι.

Hinc Tacita fideicommiſſa interpretare, quæ quis non capienti tacitè rogatus eſt reſtituere.l.18.in princ.& §. 1.l. vlt. ff. de his, quæ vt indign.l.13.ff.ad leg.Falcid.l.3.C.ad legem Falcid.l.17.§.in tanto.ff.de vſur.l.3.ff. de probationib.l.1.de delatorib.lib.10. C. Quintilia. lib.9. cap.2. Ream tuebar quæ ſubieciſſe marito teſtamentum dicebatur & chirographum marito expirante hæredibus dediſſe & verum erat. Nam quia per leges inſtitui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum peruenirent. Scripſerat & Paul. librum ſingularem de Tacitis fideicommiſſis. Porrò non eò minus tacitum fideicommiſſum eſt, quod palàm teſtator reliquerit, ſi perſonam cui reſtitui vellet non ſignificauerit. l. 123.§. vltim. ff. de legat.libr. 1. Cuius rei exemplum eſt in Quintilian. Declamation. 325. in qua diues fingitur deceſſiſſe hærede inſtituto bonorum paupere, cum elogio tali, *Peto vt hanc hæreditatem tanquam fideicommiſſam*. Ex quibus verbis tacita fides ſuſcepta arguitur. Difficile, ait, eſt quidem natura probare tacitum fideicommiſſum. Quomodo tamen probamus? Elogium ſcriptum eſt palàm certè & manifeſtè electus hic eſt ad tranſitum hæreditatis: ſilentium & fides eſt, inquam, de reſtituenda hæreditate, &c.

Per tacitam fidem tranſlata prædia in l. 15. §. pen.ff. ad municipal. quæ in fraudem munerum ciuilium in alium nomine tenus tranſlata ſunt. Ita vt re ipſa maneant in prioris poſſeſſoris dominio.

Tacita Senatuſconſulta quæ olim appellarentur explicat Capitolinus in libr. De rebus geſtis Gordianor.

Talio, ait Iſidor.lib.5.cap.27. eſt ſimilitudo vindictæ, vt taliter patiatur quis vt fecit. Ariſtot. lib. 5. De moribus ἀντιπεπονθὸς vocat. Lexicon B. Germani ἀντιπάρασιν Impp. ſimilitudinem ſupplicii vocant in l. vltim. C. de accuſationibus. Verbum autem hoc ex 12. tabul.fluxit.

Taxationem Iuſtinianus in Nouellis interpretatur ῥητὴν ποσότητα ὁριζομένην παρὰ τοῦ δικάζοντος. Et ita hoc verbum accipiendum eſt. in l. 4. §. iurare. ff. de in lit. iur. & in l. 68. ff. de rei vendicat. l. 18. ff. de dolo. l. 3. §. præterea. ff. ad exhib. Iac. Cuiac. libr. 2. Obſeruation. notat.

Taxationes etiam in ſententiis, contractibus, teſtamentis, & aliis negotiis dicũtur clauſulæ, quibus eius quod agitur, pronunciatur, vis reſtringitur & coërcetur & temperatur.l. 23.in fi.ff.de actio.empt.l.6.ff.vt legator.nom. cau.l.41.in fi.ff.de legat.lib.2.l.5.ff.de tritico, vino. Quintilia. Declamatio.13. Crimen iſtud non priuatam taxationem formulæ merebatur. Nam Feſt.lib. 17. ſcribit, Taxatio dicebatur, cum arbitro præſcribebatur quo ad ius ei eſſet ſtatuendi.

Tectores ſunt dealbatores, qui κονιάται Græcis dicuntur. l. 5. §. ſed interdum. ff. commoda.l.27.in fi.ff.ad l.Aquil.l.1.de excuſatio. artific. lib.10. Horum opificium ita Tertullia.

tullia.in lib.de Idololatr.explicat. Scit albarius tectoria inducere, & ciſternam liare, & cymatia diſtendere, & multa alia ornamenta. Præter ſimulachra parietibus incriſpare. Inde tectoria, Incruſtationes ſplendorem tranſmittentes quæ ex gypſo & calce vel ex marmore tuſo compoſitæ parietibus inducebantur & illinebantur, vt Vitru.lib.2.cap.4.& lib.7.cap.3. Et Plin.docent. Inuenitur hoc verbum in l.7. in fin.ff.de vſufr.l.38. in fi.ff.de rei vend.l.3. §. ſi vicinus.ff.vti poſſide.l.3.§.ſed ſi mutua.ff.de in rem ver.l.17.§.quæ tabulæ.ff. de actio.emp. l.40.ff.de dam. infec. Sic vulgaria tectoria in l.13.in fin.ff.de ſeruit.vrban.quæ Seneca gregalia vocare videtur. lib. 13. Epiſt. vbi balnea gregali tectorio inducta dicit.

Tectorivm opus in l.241.ff.de verbor. ſignificat.tectorium autem imponere parietibus pro inducere dixit Nerat.in l. 44. ff. de vſufruct.

Telonarii in l.3. de indulgent. debit. in C.Theod.Moſchopul.in lib. περὶ σχεδῶν, τελώνης, ait, ὁ τὰ τέλη ἀνειλόμενος. οἱοί εἰσιν οἱ τὰ τῆς θαλάττης, καὶ τὰ τῶν ἀντιπαύλων διενεργοῦντες νῦν. Canonem telonei apud Caſſiodor. libr. 5. epiſtol. ad Ampel. legimus, Gotthorumque regibus penſitatum fuiſſe inde intelligimus. Et planè Telonea inter regalia ponuntur in conſtitutione Friderici Imperatoris quæ ad finem lib.2.de feudis.tit.56.poſita eſt. Ad quam pertinet quod Raudeuicus lib.4. de geſtis illius Imperatoris capite 5. ita ſcribit, Tam epiſcopi quàm primates, vno ore, vno aſſenſu in manum principis regalia reddere, primique reſignantium Mediolanenſes extitere. requirentique de hoc ipſo iure quid eſſet, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, conſulatus, monetas, telonea, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, portus, omnemq́; vtilitatem ex decurſu fluminum prouenientem. Fodrum autem quid eſſet, vt hoc obiter & extra rem propoſitam explicetur, Otho Friſingenſis lib. 2. de geſtis Friderici cap. 12. his verbis indicat. Mos antiquus ex quo imperium Roma.ad Francos deriuatum eſt ad noſtra vſque deductus eſt tempora, vt quotieſcunque reges Italiam ingredi deſtinauerint, gnaros quoſlibet de familiaribus ſuis præmittant qui ſingulas ciuitates ſeu oppida peragrando, ea quæ ad fiſcum regalem ſpectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Quo verbo & idem auctor eiuſdem lib.cap.23.vtitur.

Telvm vulgò quidem quod arcu mittitur, generaliter tamen quicquid manu iaci & mitti poteſt ſignificat. Itaque & lignum & ferrum & lapis telum dicetur. Et ita teli verbum in 12. tabul. quæ latronem, qui ſe telo defenderet, occidi permittebant, acceptum Caius in l.233. ff. de verborum ſignificatio. tradit. Quomodo etiam in l.2.§.occiſorum. ff. de ſenatuſc.Silania. & in l. Cornelia. ff. de Sicariis verbum hoc accipiendum eſt.§.item lex Cornelia.Inſtitut.de public.iudic. Feſtus verò lib. 1. Tela ab armis proprietate ſignificationis hoc diſtare ſcribit, quòd tela ſint ea, quibus procul præliamur: Arma verò ab humeris dependentia.

Temere litigare controuerſiamq́; mouere dicuntur, qui per calumniam quid petunt, aut ſine iuſta cauſa experiuntur.l.29.§.1. ff.de liber.cau.l.79.ff. de iudic. Inſtit.de pœna tem.litig.

Temeritas accuſatorum.l.1.ff.ad Turpillia.

Non temere, pro, non paſſim, facilè, in l.7. §.ſed & ſi quis.ff. de iniur. Sic apud Sueton.in Domitia.cap.19.

Temerator.l.29.ff.de falſ.

Temones inter præſtationes & munera referuntur in l.4. C. de proxim.ſacr. ſcrin. lib. 12. vnde Temonaria functio in l. 14. de extraord.munerib. in Cod. Theod. & temonaria onera in l.1. C.de palatin.ſacr. largit.lib.12. l.4.C. de dignitatib. libr. 11. Et temonarii, qui hoc tributi genus exigunt, in l. 2. C. de priuil. cor. qui in ſac. palat. In qua tamen vulgo turmariorum, aut, vt alii emendant, telonariorum pro temonariorum, legitur. Quod vitium ſatis perſpicuè ex eo deprehenditur quod capitularios eos vocari Impp. aiunt. Capitulum autem atque temonem aliâs coniungi docuimus.

Tempore peritura res dicitur, cùm dilatio actionem pereptura eſt.l.2.ff.de feriis. l.12.ff.de procuratorib.

Tempore liberati dicuntur, qui temporali actione tenebantur cuius dies exiit.l.vlt.in fin. ff.rem rat. hab.l. 1. §. item ſi periculum. ff. de vent.in poſſ.mitt.l.5.§.quotieſcunq́;.ff.de Carbo.ed.l.45.ff. de adm. tut.l. 24. de mort. cauſ. don.l.3.ff.quæ in fraud.credit.

Temporales actiones perpetuis opponuntur, & hoc nomine hodie eæ demonſtrantur, quæ minore ac breuiore 20. & 30. annorum ſpacio finiuntur.l.5.ff.de obligat. & actio.l.9. §.ſi paterfam. ff. de adm. tut. Inſtit. de perpet. & tempor.actio.

Temptat, pro temptat dicere & affirmare nititur, in l.160.ff.de verb.ſignif.l. ff.quibus mod.vſusfr.amitt. l. 11. §. quod ait prætor. ff. quod vi aut clàm.l. 2. §. & Africanus. ff. ad Tertyllia.l.10.ff.de acq.poſſ.

Tenere merum factum ſignificat, & ad poſſeſſionem corporalem refertur. Tenet enim qui corpore poſſeſſioni inſiſtit, licet non poſſideat.l.9.in fin.ff. de rei vendic. Itaque tenere & poſſidere ſeparantur.l.18.ff.de acceptilationibus. Quinetiam in quos ius poſſidendi

non cadit, quales ſunt ſerui, hi tenere rectè dicuntur. l. 38. §. hæc quoq; ſtipulatio. ff. de verb. oblig. l. 49. §. 1. de acq. poſſeſ. l. 4. §. item ſi eam rem. ff. de vſucap.

Huius etiam verbi nouam mihi ſignificationem ex ſuis ingenioſiſſimis obſeruationib. promptam Pet. Faber pro ſua in me beneuolentia ſuggeſſit: qui tenere idem interdum ſignificare, quod obtinere & iudicio vincere his quæ ſubieci locis comprobauit. Paul. in l. vlt. ff. de exceptio. rei iudic. Qui in rem egiſſet nec tenuiſſet. Imp. Anto. in l. 1. C. ad l. Fabiam de plagiar. Si verò in cauſa tenuerit, etiam l. Fabiæ crimen perſequi poterit Philippus. & in l. 6. C. ad l. Corn. de falſ. ſecundum ſcriptorum Codicum lectionem, Qui falſas tabulas dixerit nec tenuerit, quod nonnullorum inſcitia immutatum eſt. Similiter in l. 12. C. de inoffic. teſtam. Eum, ait Gordianus, qui inofficioſi cauſam delatam non tenuit, à falſi accuſatione non ſubmoueri placuit. Cicero in Orat. pro Cæcinna. Et hoc loco dixiſti Scæuolam cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe. Sueton. in Domitia. cap. 9. Nec repeti niſi intra annum, eaq; conditione permiſit, vt accuſatori qui cauſam non teneret, exilium pœna eſſet.

Tenet pro occupat & tegit in l. 7. §. inſula. ff. de acq. rer. dom. Sed & terra teneri dicuntur quæ terra cohærent.

TENOR rationis. l. 16. ff. de legib.

Tenor inſtrumenti. l. 8. ff. de ſtatu hom.

Tenor ætatis. l. 28. §. pen. ff. de lib. & poſt.

Tenor iuriſdictionis. l. 8. C. quod met. cau.

Tenor actorum. l. 113. C. de fide inſtrum.

Tenor legis. l. pen. C. ad l. Aquil.

TERMINI limites agrorum & fines poſſeſſionum ſignificant. l. 3. ff. de acq. poſſ. l. 12. ff. fin. regund.

Terminos ergo finium cauſa poſitos lapides, arborésve accipimus, in l. 1. & l. 2. & l. 3. ff. de termino mo. l. 1. C. de accuſatio.

Terminales lapides apud Ammian. Marc. lib. 18. qui & finales in libello variorum auctorum de limitib.

Terminales arbores apud Paul. lib. 5. Sent. tit. 22. De quibus vide Sicul. Flaccum, Hygenum, & alios auctores de limitib.

TERRITORIVM eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis, ab eo dictum, quòd magiſtratus ibi ius terrendi habeat. l. 239. §. territorium. ff. de verborum ſignificat. Sic Territoria oppidorum & ciuitatium. l. 3. §. non perpetuæ. ff. de ſepul. viola. & l. 41. §. ſi quis ad opus. ff. de legat. lib. 1. Territorium etiam iudicis in l. vlt. ff. de iuriſdict. Verùm enimuerò in huius verbi Etymologia à iureconſulto, imò & à ſeipſis variè auctores diſſentiunt. Varro quidem libr. 4. de lingua Lat. Terram à terendo dictam ſcribit, ab eoq; colonis communem locum, qui prope oppidum relinquitur, territorium dictum quod maximè teratur. At Siculus Flaccus aliunde huius appellationis originē deducit. Sic enim in lib. de Conditio. agror. ſcribit. Ab his populis, qui ſedes in aliqua regione conſtituerant, eorumq; agros occupauerant, præmenſium quod vniuerſis ſuffecturum videbatur ſolùm, territis fugatiſq; inde ciuibus, territoria dixere. Et aliàs. Bellis enim geſtis victores populi terras omnes, ex quibus victores eiecerunt, publicè atque vniuerſaliter territorium dixere, intra quos fines ius ducendi eſſet: vbi malim, iuris dicundi ius eſſet. Huic conſentit Frontin. in libr. de Agror. qualit. his verbis, quicquid enim ad coloniæ municipii ve priuilegium pertinet, territorii iuris appellant. Sed ſi rationem appellationis huius tractemus, territorium eſt quicquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt. At Iſidor. in alia penitus ſententia eſt. Territoriorum enim vocatum ait, quaſi Tauritorium, id eſt, tritum bobus & aratro, ab eo quòd antiqui ſulco ducto & poſſeſſionum & territoriorum limites deſignabant.

TERTIOCERIVS eadem forma, qua primicerius & ſecundocerius dicitur, qui in ordine ſuo tertium locum obtinet. l. 1. C. de præpoſit. agen. in reb. libr. 12. l. 7. C. de palatin. ſacrar. largit. lib. 11. ibi & Quartocerius eadem figura effertur. Inuenitur & Tertiocerii nomen aliquoties in Notitia imperii Roma.

TERTYLLIANO Senatuſconſulto matres ad legitimam filiorum hæreditatem admittuntur. Titu. ad S.C. Tertyllian. ff. l. 34. ff. ad Trebellia.

TESSARESCAIDECADITÆ in l. 5. C. de hæret. & Manich. hæreticorum genus ab eo nuncupatum quod 14. Luna paſcha cum Iudæis obſeruare contendunt, auctore Iſidoro lib. 8. Etymol. cap. 5.

TESTAMENTVM eſt iuſta voluntatis noſtræ ſententia de eo quod poſt mortem ſuam fieri quis velit. l. 1. ff. qui teſtam. face. Iudiciorum teſtationem vocat Florentin. in l. 24. ff. eod. tit. & ſupremam conteſtationem Vlp. in l. 20. §. vlt. eod.

Teſtamentum etiam pro teſtamētaria hæreditate nonnunquam poni Pet. Faber, vt nihil non ad locupletandum noſtrum opus adderet, me admonuit probauitque primum ex l. vlt. ff. de ſecun. tab. in qua ita eſt, Quòd ſi ita hæres ſcriptus ſit, vt interdum excludatur à teſtamento, eo quod non inuenitur portio qua hæres inſtitutus eſt. Deinde ex l. 14. ff. de his quæ vt indign. in qua Papinian. admitti ad teſtamentum, id eſt, ad hæreditatem teſtamento delatam dixit, vt apparet ex l. præcedenti. Item ex l. 2. C. de bon. mater. in qua

ſic hoc

ſic hoc verbum accipi Thalelæus notauit. Eodemq; modo & apud Sueton. in Nero. cap. 32. cùm ait, Deinde vt ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent, id eſt, teſtamentariæ hæreditates. Ac deniq; apud Ambroſ. in Sermon. 14. in Pſal. vbi Teſtamentum adire dixit.

Teſtamenti factionem habere dicitur non is ſolùm, qui teſtamentum facere poteſt, ſed & is, qui ex alterius teſtamento capere, & ſibi vel aliis acquirere poteſt. l. 16. ff. qui teſtament. fac. l. vlt. ff. pro hærede. l. 31. l. 49. & l. ſeq. ff. de hæred. inſtit.

Teſtamenti itaque factio cum his eſſe dicitur, quibus vel hæreditas, vel legatum relinqui poteſt. l. 7. ff. pro legato. l. 21. ff. de teſtam. tut. l. 5. ff. de ſeruit. leg. §. ſeruus autem. Inſtitut. de hæred. inſtit. §. teſtes. Inſtit. de teſtament. l. 82. §. vlt. ff. de leg. 2.

Teſtamentum autem illud propriè dicitur quod iure perfectum eſt: ſed abuſiuè teſtamēta ea quoque appellamus, quæ iniuſta, irrita, rupta, vel imperfecta ſunt. Nam horum quoque inſpectionem Prætor permittit. l. 2. §. 1. ff. teſtam. quemad. aper.

Ad Teſtamenti cauſam pertinere quod ad interdictum de tabulis exhibendis, & edictum de aperiendis teſtamentis attinet, videtur omne quodcunque quaſi ad teſtamentum factum ſit, in quacunq; materia fuerit ſcriptum, quod contineat ſupremā voluntatem. Et ideò tam primæ quàm ſecundæ tabulæ & codicilli hac appellatione continentur. d. l. 2. §. 1. & l. 2. ff. de tab. exhib.

Teſtamento quoque dati tutores videntur, qui codicillis teſtamento cōfirmatis dati ſunt. l. 3. ff. de teſtam. tutela.

Teſtamentarius teſtamenti ſcriptorem ſignificat, qui dictante teſtatore id excipit. l. 9. §. 1. ff. de hæred. inſtit. l. 15. §. 1. & l. 22. §. ſi teſtamentarius. ff. ad leg. Cornel. de falſ. l. 1. ff. ſi quis aliquem teſt. prohib. l. 3. §. vlt. ff. ad Trebellian.

Teſtamentaria appellata eſt, Cornelia lex de falſis, quòd de his, qui teſtamenta ſubieciſſent, reſignaſſent, celaſſent, ſuppreſſiſſent, falſáve ſignaſſent, recitaſſent, ſcripta eſſet: Quēadmodum ſuprà libro 3. teſtimoniis abundè multis probaui. Latius verò teſtamentariæ leges quæcunque ad cauſam teſtamentorum pertinent accipiuntur in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid.

Teſtari non modo teſtamentum facere. l. 8. §. 1. ff. de tranſactionibus, ſed & teſtibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notúmve facere ſignificat. l. 20. ff. de acqu. hær.

Vnde Teſtatio ſcripturam teſtibus communitam ſignificat. l. 7. ff. de ſponſalibus. l. vlt. ff. de cuſtod. reor. l. 3. ff. de concubin. l. 21. ff. ex quibus cau. maior. l. 20. ff. de optio. leg. l. 7. ff. de aſſig. libert. l. 2. ff. de naut. fœn. l. 8. §. 1. ff. de noui oper. nunc. l. 39. §. vlt. ff. de legat. 3. vbi teſtatione complecti, in teſtationem redigere, in teſtationem referre, pro eodem dicuntur, & id ſignificant quod vulgò dicimus *prendre acte*. In teſtatum etiam redigere ait Vlpian. in l. 1. §. rectè autem. ff. vſufr. quemad. cau.

Teſtatio vacuæ poſſeſſionis. l. 12. C. de contrahend. empt.

Teſtatio pro conuentione & denunciatione teſtibus adhibitis facta. l. 5. §. vlt. ff. de admi. tut. l. 1. §. ſed & ſi quis contra. ff. quod vi aut clam. Sic Teſtationibus conuentus. l. 32. §. cùm quidam. ff. de arbitr. Teſtatio pro teſtium depoſitione vt loquimur in l. 21. ff. de his qui not. infam.

Teſtationes conſignare. l. 9. §. & nonnunquam. ff. de pœn.

Teſtatio priuata ſeu adnotatio. l. 5. Cod. de probatio. Teſtatio habita. l. 4. ff. de fide inſtru. l. 13. C. eod. tit.

Teſtato conuentus dicitur qui coram teſtibus conuentus eſt. l. vlt. ff. pro derelic. l. 5. §. vlt. ff. de admi. tut. l. 122. §. cohæredes. ff. de verbor. obligat. l. vlt. ff. de l. commiſſ. l. 8. §. igitur. ff. mand. l. 10. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. credit.

Teſtato denunciare l. 1. §. licet. ff. de pericul. & commod. Teſtato iubere. l. 1. ff. quod iuſſu.

Teſtato etiam teſtamento facto ſignificat, in l. 45. § 1. ff. de iure fiſc. l. 7. ff. de diuerſ. reg. iur. vt inteſtato ſine teſtamento.

Teſtimonia abſentium teſtium dicta & teſtationes ſcriptis comprehenſas ſignificant: & à teſtibus ſeparantur. l. 3. §. idem diuus. ff. de teſtibus. l. 1. ff. de fide inſtrum.

TESSERA frumentaria in l. 52. §. 1. ff. de iudic. l. 49. §. 1. l. 87. ff. de legat. 2. quid ſit ex Dionis verbis à Xiphilino in Epitomen contractis quæ ſubieci, planum fit. Ac primùm quod Sueton. in Nero. cap. 11. ait, Neronem teſſeras frumentarias populo ſparſiſſe, ille διὰ συμβόλων σφαίρια μικρὰ γεγραμμένα in vulgus iacta refert, quæ continerent quantum frumenti, aliarúmve rerum ei, cuius in manum veniſſent, præſtandum eſſet. Sed id ipſum apertius in Tito idem auctor explicat. σφαίρια ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν εἰς τὸ θέατρον ἐρρίπτει σύμβολον ἔχοντα τὸ μὲν ἐδωδίμου, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργύρου σκεύους, ἃ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δωτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Idem in Domitiano, τοῖς δὲ θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου. Et in Hadrian. καὶ δῶρα διὰ σφαιρίων καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἔρριψε. Ex quibus colligitur perſpicuè teſſeras ſymbola fuiſſe in orbem rotundata continentia quantum cuique præſtari in veſte, auro, argento, vaſis deberet.

Cæterùm Auguſtus vt annonæ difficultatibus ſubueniret, frumentum cuilibet ex populo viritim quaternis penſionibus præberi inſtituit: Cuius rei ergo Teſſeræ notum facientes quantumcunque admetiendum eſſet, dabantur, vt Sueton. in Auguſto cap. 40. & cap. 41. ſcribit. Seruius in illud Virgilij Georgic.

Aut pecori ſignum aut numerum impreſſit aceruis.

Facit, ait, characteres, quib. pecora ſignantur, aut teſſeras, quibus frumentorum numerus deſignatur. Nam numeros pro literis poſuit, quibus numeri continentur. Hinc Iſidor. lib. vlt. cap. 14. Teſſeras ait eſſe, quib. frumentorum numerus deſignatur.

Sunt & Teſſeræ militares, quibus per contubernia quid dux præcipiat, ſignificatur.

Teſſeras etiam pacis & belli, in l. 2. §. deinde quintus. ff. de orig. iur.

Testvdineis legatis lecti quoq; teſtudinei pedibus inargentati debentur. l. 100. in fi. ff. de legat. 3. Ex quo apparet veteres ſupellectili ex teſtudine vſos, quod & Celſus in l. 7. ff. de ſupellect. leg. tradit. Primus autem, vt Plin. lib. 33. cap. 11. auctor eſt, Caruilius Pollio teſtudines ſecare in laminas lectosq; & repoſitoria his veſtire inſtituit.

Theatrvm & Amphitheatrum diuerſa ſunt. l. 7. ff. de rer. diuiſ. l. 3. ff. de operib. publ. Quid alterum ab altero diſtet, exponit Caſſiodor. lib. 4. variar. Epiſt. vlt. & lib. 5. Epiſt. ad Maxim. vbi theatrum viſorium interpretatur.

Thensavrvs quemadmodum in P. Florent. perpetuò retenta antiquæ ſcripturæ ratione ſcribitur, eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominium non habeat. l. 31. l. 63. ff. de acquir. rerum dominio. l. 67. ff. de rei vendic. l. 3. §. mercatoris. l. 44. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. l. 3. §. pen. & vlt. ff. de iur. fiſc. l. 39. §. 1. ff. de auro arg. Theſaurum etiam Leo Imperat. interpretatur condita ab ignotis dominis tēpore vetuſtiori mobilia. l. vn. de theſauris lib. 10. C.

Theſaurorum autem præpoſitos habebant Imperatores Conſtantinopolitani & Comites. l. penult. C. de murilegul. lib. 11. l. vlt. Cod. vt dignit. or. ſer. l. 2. C. de palat. ſacra. largit. lib. 12. Et Theſaurarios, cuſtodiæ theſaurorum ſuorum præpoſitos. l. 1. de cano. largitio. titul. lib. 10. Cod. Et Theſaurenſes. l. 2. Cod. de palatin. ſacr. largit. lib. 12. C. Ammia. Marcellin. lib. 22. Hic idem Vrſulus datis literis ad eum, qui Gallicanos tuebatur theſauros, quicquid poſceret Cæſar, proculdubio iuſſerat dari.

Theophrastvs citatur in l. 3. ff. de legibus quæ excerpta eſt ex l. 3. ff. ſi pars hæreditatis petatur.

Thymelici, de quibus in l. 4. ff. de his qui not. infam. l. 10. ff. de pollicitatio. l. penult. de ſpectacul. in Cod. Theod. Suida interprete ſunt οἱ ἐν ἐπιχωρίοις τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι. Iſidorus vero lib. 18. cap. 47. thymelicos muſicos ſcænicos interpretatur, qui organis & liris & citharis præcinebant. Indeq́ue dictos ait, quòd olim in Orcheſtra ſtantes cantabant ſuper pulpitum, quod θυμέλη vocabatur. Quæ interpretatio accommodatior eſt ad Vlpiani verba quàm illa Suidæ. Phrynichus quoque ἐν ἐκλογῇ Ἀττικῶν ῥημάτων θυμέλην, ait dictum τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐφ' οὗ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ ἄλλοι τινὲς ἠγωνίζοντο. Thymelicos certè à Scænicis diſiunctos ſuasq́ue in Orcheſtra peregiſſe actiones Vitruuius lib. 5. cap. 8. indicat. Hinc Thymelitæ in l. 21. de piſtoribus in Cod. Theod. l. 5. de Scænicis in eod. Cod. Thymelicis autem in d. l. 4. xyſtici adiunguntur, qui ſe in gymnaſiis & xyſtis exercebant. Quorum Sueton. in Galb. cap. 15. meminit. Tertullian. in lib. de Spectacul. Etenim ipſi actores & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcænicos, xyſticos, harenarios illos amentiſſimos. Vnde Xyſtarches apud eundem Tertyllian. in libr. ad Martyres. Suidas ξυσταρχεῖν γυμνασίου ἄρχειν interpretatur, & ita xyſtarcham apud Marcellinum legimus libro 21. In Pandectis tamen Florentinis Exuſtici appellantur.

Tigna appellantur in 12. Tabul. omnes materiæ, ex quibus ædificia fiebant. l. 7. §. appellationis. ff. de acquirend. rer. do. l. 1. ff. de tigno iuncto. l. 62. ff. de verb. ſignif.

Tirones ſunt, qui nondum in numeros relati, lecti tamen vt militent, publicis expenſis iter faciunt, & ſub campi doctore exercentur. l. 42. ff. de teſtament. milit. l. vlt. ff. de muneribus & honor. l. 4. in fi. ff. de re milit. l. vlt. ff. de cuſtod. reor. Hos notis compungi in brachiis ſolitos oſtendit. l. 3. ff. de fabricenſibus. lib. 11. C. Et Veget. lib. 1. cap. 8. Tironum autem præſtatio & præbitio olim in muneribus publicis fuit. l. 4. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 11. l. 2. Cod. de priuileg. eor. qui in ſac. pal. l. 10. C. de palatin. ſacr. largit. lib. 12. l. 2. C. de ſilentiar. eod. tit. Qui à præbitio. tiro. in Cod. Theod. Marcell. lib. 21. Pariq́ue ſtudio ſupplementa legionibus ſcripta ſunt indictis per prouincias tirociniis.

Titvlvs cauſam poſſeſſionis ſignificat. l. 1. ff. pro ſoluto iuncta l. 3. §. vlt. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. 13. §. 1 ff. de petit. hæredit. l. 2. & l. 11. C. eod. tit. l. vlt. ff. ſi quis om. cau. teſt. Significat & cauſam transferendi dominij. l. 24. C. de rei vendic. l. 22. C. fam. erciſc.

Titulo tenus ære alieno allegato. l. 5. §. ne tamen. ff. de rebus eor. qui ſub tut. Sub Titulo operarum l. vlt. in fi. ff. qui & à quibus.

Titulus actionis. l. 69. ff. de fideiuſſoribus.

Tituli etiam fiſcales & largitionales. l. 5. de ſuſceptori-

ſuſceptoribus. lib. 10. C. Rubr. de canon. largit. titul. Symmach. lib. 2. Epiſtol. Et quantum in titulis fiſcalibus exigendis tua cura promouerit.

Togati in Impp. Conſtitutionibus pro aduocatis & patronis ponuntur. l. 11. §. proculdubio. C. de iudic. l. vlt. C. de ſportul. Et in titul. de aduocatis diuerſ. iudic. paſſim.

Topiarii ſerui in l. 60. §. vlt. de legat. lib. 3. l. 12. §. idem reſpondit. & l. 17. in fi. ff. de inſtr. vel inſtrum. Et apud Plin. lib. 3. Epiſt. ad Caluiſ. Sunt qui hedera geſtationes conueſtiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciunt, variasque ex his ſubtiliter compoſitis & plicatis figuras exprimunt & reddunt. Vnde quidam Typiarios eos efferendos contendunt à typis, id eſt, formis ac figuris, quas exprimunt. Hos eleganter hoc verborum ambitu Iulius Firmicus lib. 8. Matheſ. cap. 10. deſignat: Vel qui, ait, buxeas arbores tondens in belluas fingat aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciat.

Torrens eſt, ait Vlpianus, qui Græcè χείμαῤῥος. l. 1. ff. de fluminibus. Feſtus verò libro 17. torrens, ait, ſignificat fluuium ſubitis imbribus concitatum, qui alioquin ſiccitatibus exareſcit.

Tractatvs pro quæſtione & articulo in l. 5. in princ. & §. penult. ff. de præſcript. verb. l. vlt. ff. ſi pars hæred. pet. l. 32. §. officio. ff. de arbitr. Sic Tractatu habito in l. 9. ff. de gradibus & adfin. At in l. 32. ff. pro ſoc. tractatu habito eſt, conuentione habita.

Tractoriæ diplomata & literas euectionis publicæ præbitionisque ſignificant. Rubric. de tractoriis & ſtatiu. lib. 12. Cod. Sic enim eam Rubricam emendandam cenſeo, eodemq; collyrio etiam l. 2. C. de deſertoribus lib. 12. & l. penult. de curſu publ. eod. lib. medebimur, in quibus Tractatoriæ pro Tractoriis perperam ac mendosè vulgo legitur. Sed & in l. 1. Cod. de tractor. & ſtat. vbi impreſſi codices Tractatores cum ſtatiuis, rectius & Rubricæ conuenientius ſcriptorum codicum auctoritate freti legimus Tractoriæ cum ſtatiuis. Huius noſtræ ſcripturæ veritatem præter veteres libros, etiam impreſſi Beati Auguſtini codices comprobant: in quibus, Epiſt. 15. ita ſcriptum eſt, Tractoria ad me denuo Idib. Nouembr. venit. Quæ & mox tractoria epiſtola ibidem appellatur. Et in lib. poſt collatio. contra Donatiſt. cap. 24. A primatu ſuo per tractoriam ſunt euocati. Formulam tractoriæ legatorum ex antiquo libro ſcripto ſumptam hic adſcribam.

Ille Rex omnibus agentibus (locus) Nos in Dei nomine Apoſtolico viro N. necnon & illuſtri viro N. partibus illis legationis cauſa direximus. Ideo iubemus, vt locis conuenientibus eiſdem à vobis euectio ſimul & humanitas miniſtretur: Hoc eſt veredos ſiue paraueredos tot, panes nitidos tot, vini modios tot, ceruiſiæ modiũ tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, verueces tot, agnellos tot, phaſianos tot, pullos tot, oua tot, olei libras tot, gari libras tot, mel tantum, aceti tantum, piper tot, grani maſtiches tot, dactylas tantas, peſtaſias tantas, amygdala tot, cereos tot, ſalis tot, olera, legumen, carra tanta, faculas tot. Itemq; victu ad caballos eorum fœni carra tanta, ſuffuſi modios tot. Hæc omnia diebus tam ad ambulandum, quàm ad nos in Dei nomine reuertendo vnuſquiſque veſtrum per loca conſuetudinaria eiuſdem miniſtrare & adimplere procuretis, quatenus nec moram habeant, nec iniuriam perferant, ſi gratiam noſtram optatis habere.

Sed & qui Tractatores in impreſſis libris, Tractores in ſcriptis, vocantur. l. vlt. Cod. de executoribus & exactoribus lib. 12. Tametſi in Lexico B. Germani Tractatores inuenio παραχωριστὰς verti. In Nouellis planè πραγματευτῶν nõ ſemel fit mentio & maximè in Nouell. περὶ ἀνθυπάτου Καππαδοκίας. Et in Nouell. περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως. Et in Edicto Iuſtinian. 13. Quos curam egiſſe τῆς εἰσπράξεως τῶν δημοσίων φόρων ex illis locis liquet.

Tractvs temporis l. 12. l. 45. §. vlt. ff. de procuratorib. l. 30. ff. de diuerſ. regul. iur. Tractus pro plaga & regione. l. 4. Cod. de ſumma trinit. l. 2. C. de offic. præf. præt. Valer. lib. 7. cap. 1. Mauritaniæ & Numidiæ cæterarumque illius tractus gentium. Frontin. lib. 1. de Aquæductibus. Ea namque eſt, quam omnes tractus eius per vicem in modulos certos diſpenſatam accipiunt.

Traiici vectores dicuntur, qui in vlteriorem ripam vel littus exponuntur. l. 3. ff. nautæ, caupon.

Traiici etiam pecunia, quæ trans mare exportatur. l. 39. §. patruus. ff. de adm. tut. l. 9. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. Inde Traiecticia pecunia nautica quæ periculo creditoris traiicienda mutuo datur.

Traiecticia, ait Modeſtinus, ea pecunia eſt, quæ trans mare vehitur. Cæterùm ſi eodem loco conſumatur, non erit traiecticia. l. 1. ff. de nautic. fœn. Sic in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. & in l. 1. & l. vlt. C. de naut. fœn. & in l. 19. C. de vſur. & l. 2. §. vlt. ff. quod cert. loco. & in l. 23. ff. de obligat. & action. Paul. lib. 2. Sentent. tit. 14. & Nouell. Conſtit. 110. Appellatur nautica pecunia in l. 1. §. vltim. ff. nautæ, caupon. l. 3. ff. de naut. fœn.

Traiicere armenta. l. 12. ff. de ſeruit. ruſt.

Traiicere aquæductum. l. 11. §. 1. ff. de publicia.

Transcribere in alterius ius transferre ſignificat. l. 12. ff. de præſcript. verb. l. 3. C. de reuoc. his, quæ in fr. cred. l. 41. §. agri plagam,

ff.de legat.3.l.3.C. de rebus auct. iud. Agratius in lib. de Orthograph. Tranſcribere, ait, dicimur, cùm ius noſtrũ in alium tranſit. Sic tranſcripta prædia accipe in l.vlt. de præd. nauicul. lib.11.C. Ambroſ. lib.6.Epiſt. Deniq; tranſcriptis in aliorum iura prædiis virum ſequitur. Symmach.lib.2.Epiſt. Cum ad ſoliditatẽ tranſcriptę in nouum dominium poſſeſſionis cuncta ex morte celebrata ſint.

Æs alienum in ſe tranſcribere, id eſt, transferre in l.13.ff.ad Velleian.

TRANSFVGA non is ſolùm accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello transfugit, ſed & qui per induciarum tempus aut ad eos quibus cum nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta transfugit, maloq; conſilio & proditoris animo patriam relinquit. l.19.§. transfugæ.ff. de captiu. & poſtl. Feſtus lib.14. Gallum Ælium perfugam, qui & transfuga dicitur, definiſſe ſcribit, qui liber aut ſeruus aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit. Sic in l.14.ff. ex quibus cauſ. maior. & l.38.§.1.ff. de pœn. l.3. in fi. ff. ad leg. Corn. de ſicar.

Transfuga metalli, qui ex metallo refugit in l.12.§. ſi deportatum.ff. de captiu. & poſtl. qui alias refuga dicitur.

TRANSIGENDI verbum generale eſt, & ad omnes ſpecies pertinet, quibus controuerſiæ deciduntur atque finiuntur. Itaque & iureiurando tranſigi negotium dicitur. l.31. in fin. ff. de iureiur. Seneca præfatio. libri 7. Declamat. Placet, inquit, tibi rem iureiurãdo tranſigi. Et ſententia tranſigi. l.13.§. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l.1.§. ſicut. ff. ad Turpillia. l.5.ff. de decurionib. l.15.ff. ad municipal.

Ita tranſigi negotia accipimus. l.2.ff. ſi quis cautio. & l.1.§.1.ff. de pactis. & velut pacto tranſegiſſe videtur de credito, qui contentus fuit pignora poſſidere. l.15.§. ſi pignora. ff. de re iudic.

Tranſegiſſe videtur cum poſſeſſore, qui iureiurando litem æſtimauit eo pretio quod ipſe conſtituit. l.46.ff. de rei vendicat.

Tranſacta finitaq; in Senatuſconſulto Tertylliano ſic accipimus, iudicio terminata tranſactione compoſita, longiorisq; temporis ſilentio finita. l.1.§. vlt. ff. ad s.c. Tertyl. l.230.ff. de verb. ſignif. quæ ipſa inſcriptione ſuadente eò referenda eſt.

Paulus verò libro ſingulari de tacitis fideicommiſſis, tranſacta finitáve intelligenda ſcribit non ſolùm de quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine cõtrouerſia ſint poſſeſſa. l.229. ff. de verb. ſignif.

Tranſactio ſpecialiter cõuentionem ſignificat, qua à lite iam mota vel mouenda aliquo dato retento promiſſo receditur. toto titul. de tranſactio. ff. & C. Et à pacto hoc diſtat, quòd qui tranſigit de re dubia & lite incerta neque fit ita, non gratuitò decidit: qui verò paciſcitur donationis cauſa, rem certam & indubitatam libertate remittit. l.1.ff. de tranſactionibus.

Tranſactum autem dicitur ſiue Aquiliana ſtipulatione, ſiue pacto ſit tranſactum. l.2.ff. de tranſaction. vtroq; enim modo tranſactiones fiunt. l.15.C. eod. tit.

TRANSLATIO legati eſt, cùm ab vno ad alium legatum transfertur. fit verò ea quatuor modis, quos Paul. explicat in l.6.ff. de adim. legat. De hac tranſlatione agit l.vlt.ff. de his qui pœnæ nom. & Iuſtinian. in tit. de ademptio. legator.

Tranſlatio etiam iudicij, litis tranſlationem ſignificat. l.17.§. ſed & ſi pater. ff. de iniur. cum iudicium ab vno ſuſceptum in alium transfertur in l.25. l.27.ff. de procuratoribus.

Tranſlaticiè pro defunctoriè & colluſoriè in l.1.§. præuaricatorem. ff. ad Turpill.

Tranſlaticiè pro obiter in l.1.ff. de iure patron. l.55.§. qui fideicommiſſ. ff. ad Trebell.

Tranſlaticia edicta dicebantur, quæ ex veteri & recepto iure eoq; quod antea obtinebat, componebantur. Cic.3. in Verrem, In re tam vſitata ſatis eſt, oſtendere omnes antea ita ius dixiſſe, & hoc vetus edictum tranſlaticiumq; eſſe. Cognoſcite aliud hominis in re vetere edictum nouum. Idem lib.3. Epiſt. ad Attic. Alterum caput eſt tranſlaticium, de impunitate ſi quid contra alias leges eius legis ergo factum ſit. Erat enim hoc caput ex libris antiquis legibus in Clodiam legem tranſcriptum. Gellius lib.3. cap. penult. Hoc ſignificabat edictũ, quo nunc quoq; COSS. cùm Senatores in curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis cauſa tranſlaticio vtuntur.

TRADITIO rerum corporalium eſt. Incorporales enim traditionem non recipiunt. l.43.§.1.ff. de acquir. rer. dom. Sed in his vſus iuris pro traditione poſſeſſionis cedit. l.20.ff. de ſeruitutibus. Eoque modo traditio ſeruitutum accipienda eſt in l.1. in fin. ff. de ſeruitut. ruſtic. & traditio vſusfructus in l.13.§.1.ff. de publicia.

Traditionis autem nomine Iureconſulti omnes adquiſitionum ſpecies complectuntur vt ſtipulationis verbo obligationes omnes. Ideoq; ſępè ſtipulari & Per traditionem accipere coniungunt, cùm omnem obligationem & dominij acquiſitionem ſignificare volũt, vt in l.12.§. de illo. ff. de vſufr. l.27.§.1.ff. ad Trebell. l.12.§.1.ff. de captiu. & poſtl. l.14. l.15.§. ſi ſeruus. ff. de caſt. pecul. l.14.ff. de vſu & habit. l.25.§. licet. ff. de liber. cau. l.33. & l.39. in fi. ff. de acquir. rer. do. l.86.§. cùm ſeruus. ff. de legat.1. l.12.ff. de auct. tut. Ex cõtrario in l.6.ff. de verb. oblig. nec tradere nec promittendo obligari hoc cõtinet, nec alienare nec ex aliquo contractu obligari.

Traditæ

Traditæ videtur trabes, quas emptor ſignauerit. l. 14. in fi. ff. de peric. & commod.

Tradita res videtur, ſi cùm apud me eſſet ex aliqua cauſa, poſt emptionem apud me remãſerit. l. 1 1. §. ſi quis rem. ff. de public. l. 6 2. ff. de euictionibus. l. 9. §. interdum. ff. de acquir. rer. do. Non videtur traditus ſeruus, quem donec pretium ſolueret, à venditore emptor conductum rogauit, cùm eius poſſeſſio per locationem à venditore retineatur. l. 1 6. ff. de pericul. & commod. Si quis fundum per Epiſtolam donet ei, qui in eo fundo ſit, ſufficit hoc ad traditam poſſeſſionem. Idem eſt & ſi à fundo abſit, ſi tamen qui donat, ab eo conducat, vel vſumfruct. retineat, vel ſi eius nomine cõſtituat poſſidere. l. 77. ff. de rei vendic. l. 3 5. §. ſed ſi quidem. ff. de donationibus.

Trapetvm in l. 19. §. illud. ff. loca. mola eſt oliuaria, interprete Iſidoro lib. vlt. Etymol. cap. 14. vnde in Lexico B. Germani Trapetum ἐλαιῶν μύλος, & ἐλαιουργεῖον redditur. Plin. lib. 1 5. cap. 6. de oleis agens, Poſtea, ait, inuentum, vt lauarentur vtique feruenti aqua, protinus prælo ſubiicerentur ſolidæ (ita enim amurca exprimitur) mox trapetis fractæ premerentur.

Trapezophora in l. 3. ff. de ſupell. leg. Pollux lib. 10. onomaſt. cap. 19. τραπέζαν ἐφ' ἧ τὰ ἐκπώματα κατάκειται, id eſt, menſam in qua vaſa potoria collocabantur, τραπεζοφόρον recenti ſignificatione dictam ſcribit.

Trebellianvm Senatuſconſultum Anneo Seneca, & Trebellio Maximo coss. factum de fideicommiſſariis hæreditatib. hoc continebat. vt reſtituta hæreditate fideicommiſſario & in fideicommiſſarium actiones hęreditariæ tranſirent. Vlpian. in Inſtitut. tit. 22. §. reſtituta. Inſtitut. de fideic. hæred. Sed Iuſtinian. in hoc Senatuſconſultum etiam Pegaſianum quod de quartæ detractione ſcriptũ erat, tranſtulit. Hodie igitur ex Trebelliano non tantùm tranſire actiones, ſed & quartam detrahi dicimus.

Tremisses l. penult. in princip. C. de excoctio. & tranſlatio. milit. an. lib. 1 2. l. 3. C. de milit. veſte. eo. libr. Aureorum ſiue ſolidorum tertiam partem valentes nummi. Quos poſteriorum Imperatorum tempore ſiliquas octo pependiſſe non dubium eſt, quando quidem ex eorum conſtitutione duos & ſeptuaginta ſolidos ex libra conflatos conſtat.

Tribvnal, vt Iſidor. definit, locus ſublimis & editus in quo conſidentes magiſtratus ius dicunt. l. penult. ff. de iuſtit. & iur. Pro Tribunali enim ſoli magiſtratus ſedebant. Vnde ius dicentem hac periphraſi nonnunquam Iureconſulti demonſtrant, Qui tribunali præeſt, qui pro tribunali cognoſcit. l. 1. §. penult. ff. de iudic. l. 2. ff. de re iud.

Tribvni militaris fit mentio in l. 1 2. §. vlt. ff. de re milit. l. 1 1. l. 1 3. eod. titul. lib. 1 2. C. l. vn. D. de ſalgamo lib. 12. l. 1. C. de commeatu. eod. lib. Tribuni prætoriani in l. vlt. C. de numerar. lib. 12. l. 4. C. de apparit. magiſt. mil. Tribuni ſcholarum. l. 8. C. de erogat. mil. an. libro 12. Rubr. de comitibus & tribu. ſchol. & apud Marcellinum lib. 22. Tribuni vigilum in l. penult. C. de apparitoribus magiſtr. milit. lib. 1 2. Tribunus voluptatum apud Caſſiodorum in lib. Variar.

Tribvtvm initio pecunia ea, quę populo imperabatur, appellata eſt, ſiue quod tributum à ſingulis pro portione cenſus exigeretur, vt Varro lib. 4. de lingua Latina ſcribit, ſiue ab intributione, aut quod militibus tribueretur, vt Vlpian. in l. 27. in fine & Feſt. libro 17. probant. Tributa verò poſteaquam Auguſtus cum populo prouincias partitus eſt, appellata ſunt, quæ bello victæ prouinciæ populo quotannis pendebant: quæ verò Cæſaris prouinciæ ad belli ſubſidia inferebant, ſtipendia ſunt vocata. Ea cauſa eſt, cur tributa à ſtipendiis, Tributariaque prædia à ſtipendiariis ſeparentur. l. 1 3. ff. de impenſ. in res dot. l. 46. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſc. §. per traditionem. Inſtitution. de rer. diuiſ. Vbi Theophil. hanc horum verborum differentiam veriſſimè tradidit, quæ à quibuſdam immeritò tidetur. Italica quidem certè prædia immunia erant.

Tributa autem quędam erant perſonarum ſiue capitis: quædam verò pro prædiis, aut mouentibus reddebantur. l. 3. ff. de cenſibus. l. 42. ff. de pact. l. 3 2. in fin. ff. de vſufruct. leg. l. 14. §. idem Iulianus. ff. de act. empt. Vnde Tributoria cauſa. l. 46. §. vt debitoribus. ff. de iure fiſc.

Tributoria actio à Prætore redditur in dominum, quo ſciente ſeruus in peculiari merce negotiatus eſt, ſi quid cum eo eius rei cauſa contractum erit, vt quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, cui quid debebatur, & cæteros creditores pro rata portione diſtribuatur, à qua diſtributione tributoria nomen habet. tit. de tributor. ff. §. introduxit. Inſtitut. quod cum eo. l. 3. ff. quando ex fac. tut.

Triens tertia pars eſt aſſis, & quatuor vncias continet: vnde Trientes vſuræ, quæ intra tertiam partem centeſimæ concluduntur. Quomodo & Trientarium fœnus apud Capitolin. in Antonio, & Trientes penſiones apud Lamprid. in Alexandr. interpretari oportet.

Trierarchvs, qui triremib. præeſt. l. vn. ff. de bonor. poſſeſſio. ex teſtam. milit. & apud Cicero. 3. in Verrem, & Cornel. Tacit. lib. 18.

TRIGEMINI ſunt tres vno partu editi, quales fuere Horatij temporibus Tullij Hoſtilij Romanorum regis.l.7.ff.de rebus dub.l.3.ff. ſi pars hæred.l.137.ff.de verb.oblig.

TRIPLICATIO eſt defenſio, quæ replicationi obiicitur.l.7 §.1.& §.cùm dementis.ff.de cur.fur.Inſtit.de replicatio.in princ.

TRITAVVS eſt patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui proauiæ proauus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater, dictus quaſi tertius auus. l.3.l.vlt.§.ſexto.ff.de gradibus & adf.Scribitur autem in d.l.3. Triauus Triauia in P.Florent.

TVERI ſe pro eo quod eſt ſuſtentare, tolerare, exhibere ſe, & alere in l.penult.& l.vlt.ff. de in rem verſo.l.1.§.ſed nonnullos.l.de tutel. & rat.diſtr.Notandum eſt autem hoc verbum etiam paſſiua ſignificatione contra grammaticorum regulas vſurpari à Iureconſultis non ſemel, vt in l.7.ff.de curatoribus fur.l.17.ff.de iniuſto rup.l.30.ff.de liber.cauſ.l.5.§.ad eam autem.l.vlt.in fi.ff.de legat.præſt.l.17.in fi.ff.de noxali.l.3.C.de ſeruitutibus.l.153.de decurionibus in C.Th.Sic & Varro lib.3.de Re ruſtic. cap.1.Et in pace à Ruſticis Rom.alebantur, & in bello ab his tuebantur.Vitruu.lib.8.Res omnes non ali ſine elementorum poteſtate, neque creſcere, nec tueri.

TVMPANA in l.34.§.vlt.ff.de auro argent. Margariti genus quod ita Plinius lib.9.cap.15. exponit, Quibus vna tantùm eſt facies & ab ea rotunditas auerſis planities, ob id tympana nominantur.

Tympanum etiam in inſtrumentis olearijs numeratur in l.21.§.illud.ff.locati.

TVMVLTVM Cicer.1.in Ant.Oratio.bellum ſubitò, & de repente concitatum appellari ſcribit.Ita poteſt hoc verbum accipi in l.1.§.1. ff.depoſ.l.24.in fi.ff.de diuerſ.reg.iur.

TVNC in edicti Vnde vi verbis, *Quæq; ibi tunc habuit*, ſic accipimus, tunc cùm deiiceretur.l.1.§.rectiſſimè.ff.de vi & vi arm. In hac oratione, *Si in quinquennio filius Titio naſcatur, tunc hæres dato*, Articulus TVNC extremi quinquennij tempus ſignificat.l.4.in fin.ff.de conditio.& demon. Tunc ex hac die in l.126.in princip.ff.de verbor.obligat.quod vulgo dicimus, Ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc.

TVRBAM Labeo appellatam aiebat ex genere tumultus & Græco θορυβεῖν tractam. Idem Turbam à rixa hoc modo ſeparabat, quòd Turba multitudinis hominum erat turbatio & cœtus, Rixa etiam duorum. Et ita in edicto à Prætore de damno quod in turba datum eſt propoſito, in turba factum accipimus, quod decem aut quindecim hominibus coactis factum eſt.l.4.in princip.& §.1.ff. vi bon.rapt.

Turbare ſigna, eſt confundere & permiſcere, ſic vt adgnoſci iam non poſſint.l.22.§.ſi ſigna.ff.qui teſtam.fac.Quintilian.lib.12.cap.8. Deniq; linum ruptum aut turbata cera, aut ſine adgnitione ſigna frequentur inuenies.

Turbare rationem ſibi commiſſam eſt conturbare l.1.in fi.ff.de ſeruo corrup.

TVRPES perſonæ ſunt famoſæ & inhoneſtæ perſonæ, veluti lenones, meretrices, viſpilliones, harenarij, hiſtriones, pantomini.l.3.ff. ſi quis à parē.l.72.§.pen.ff.de ſolutionib.l.27. C.de inoffic.teſt.l.7.& l.63.§.ſi ſub conditione.& §.ſi verò nominis.ff.ad Trebellian.l.22.§. nec non illud.ff.ſol.matri.l.12.de ſcænic.in C. Th.Et ita in l.17.ff.de teſt.tut.l.12.ff.de ſponſalibus.l.3.§.Iulianus.in fin.ff.de liber.exhib. Sed & alias turpe plerumq; ſignificat famoſum & quod infamiam irrogat. Sic Turpes actiones, Turpiaq; iudicia, appellantur, quę damnatis infamiam inferunt. ἀτιμωτικὰς ἀγωγὰς vocat Theophil.in §.ex quibuſdam.Inſtit.de pœn.tem.litig. Quales ſunt, iniuriarum, vi bonorum raptorum, ſerui corrupti, rerum amotarum, tutelæ, fiduciæ, mandati, pro ſocio, depoſiti l.56.ff.pro ſoc.l.2.ff.rer.amot.l.1.ff.de his qui not.infam.Ita Turpe tutelę iudicium dixit Cicero lib.1.de Orator. Et Pro Cæcinna Turpe iudicium dari aduerſus eum, qui tutelam fraudaſſet. Idemq; Turpia mandati, pro ſocio, depoſiti, iudicia appellat.in Oratio.pro Roſcio Com. Sic turpi iudicio damnatos apud eundem in Oratio.pro Cluentio, interpretare, qui eo iudicio damnati ſunt quod infamię notam inurit.

Turpes conditiones, quę inhoneſtę & contra bonos mores ſunt.l.63.§.ſi ſub conditione. ff.ad Trebell.l.112.§.penult.ff.de legat.lib.1.

Turpis inſtitutio.l.9.ff.de lib.& poſt.

Turpia legata, quæ denotandi magis legatarij cauſa ſcribuntur.l.54.de legat.1.

Turpis pactio.l.7.ff.de his qui not.infam.

Turpia lucra ob falſum teſtimoniũ, ob gratioſam ſententiam, aut alias turpiter & ſcelere quæſita.l.5.ff.de calumniatoribus.l.16.§.vlt.ff. quod met.cau.

Turpiter datur quod meretrici datur: Item quod datur, vt malè iudicetur. l.3. l.4.§.ſed quod meretrici.ff.de condict.ob turp.cauſ.

Turpiter accipitur quod in hoc accipitur, vt res depoſita, vel commodata reddatur.l.5.ff. de tutel.& ration.diſtrah.l.vlt.ff.de condict. ob turp.cauſ.

TVRPILLIANO Senatuſcon.pœna quinque librarum auri plectuntur, qui ſine abolitione ab accuſatione deſiſtunt.toto titulo ad Turpillian.ff.& C.l.3.in fi.ff.de procuratorib. Meminit huius Senatuſconſulti l.22.in fin.ff. de his, quæ vt indign.l.6.§.qui iudicij.ff.de decurionibus.l.14.§.1.ff.de bon.libert.l.5.in fi. ff.de

ff. de pœn. Conſtantinus lib. 1. tit. 3. τὸ συκοφαντῶν δόγμα vocat. Nomen autem habet à Turpillio, qui cum Pæto cõſulatum Neronis temporibus geſſit, vt memini me in lib. ſingul. de Adulter. adnotare.

TVTELAM Seruius Sulpitius definit vim eſſe ac poteſtatem in capite libero ad tuendum eum, qui ſe per ætatem defendere non poteſt, iure ciuili datam ac permiſſam. Quam vim ac poteſtatem qui habeant, Tutores appellantur. l. 1. ff. de tutel. Inſtitut. de tutoribus in princip.

Tutores autem vel teſtamentarij appellantur, qui ſcilicet teſtamento dati ſunt, vel datiui, qui à magiſtratibus dati ſint. l. 7. ff. rem pup. ſal. fo. l. vlt. Cod. de legit. tutoribus. quales ſunt Attiliani & Iuliani & Titiani tutores. Inſtitut. de Attilian. tutor. Sunt & legitimi tutores adgnati, videlicet quibus lex 12. tabul. vt ſucceſſionis emolumentum, ita & tutelæ onus detulit.

Sunt quidam tutores, qui honorarij appellantur. Sunt qui rei notitiæ gratia dantur. Sunt qui ad hoc dantur, vt gerant. l. 14. §. 1. ff. de ſolutionibus.

Honorarij autem dicũtur, qui honoris gratia dantur. l. 60. ff. de ritu nupt. l. 2. §. 1. ff. de adm. tutor. Qui & ſi non gerant, periculo tamen tutelæ ſubiiciuntur. Cæterùm honoris cauſa datus tutor non videtur, quem pater à cæteris tutoribus rationes accipere voluit. l. 26. §. 1. ff. de legit. tutoribus.

Notitiæ verò cauſa tutores dari olim liberti ſolebant quòd in familia verſati cognitas ac perſpectas pupilli facultates haberent, & ideo tutores earum notitia inſtruere poterant. l. 1. §. ſi pupillus. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. 32. §. 1. ff. de teſtam. tut. l. 1. C. de peric. tut.

Pro tutore negocia gerere qui dicantur expoſui lib. 14.

Tutelæ actio duplex eſt: Directa vna, quæ pupillo aduerſus tutorem: altera Contraria, quæ tutori aduerſus pupillum competit. titul. de contrar. & vt. act. tut.

Tutelam reddere, tutelæ rationes reddere Iureconſultis ſignificat. l. 2. §. ei quoque. ff. de iudic. l. 21. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. vn. in fin. ff. ſi penden. appell. Dicunt & eodem ſenſu, reſtituere tutelam. l. 7. §. vlt. l. 28. in fin. ff. de adm. tut. l. 1. §. vlt. ff. de vſur. l. 21. in fi. ff. de annu. leg. l. 1. §. ex illa. ff. ad leg. Corn. de falſ. l. 10. ff. rem pup. ſal. fo. l. penult. C. de ſuſp. tutoribus. Sic tutelam exigere & tutelam repoſcere pro tutelæ rationes repoſcere; in l. 13. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. 30. ff. de adminiſtr. tut. Et recipere tutelam Sueton. in Claudio cap. 2. Diu etiam atq; poſt tutelam receptam alieni iuris & ſine pædagogo fuit, id eſt, poſt pubertatem. In ſuam tutelam venire, & ſuæ tutelæ effici, eſt ad pubertatem peruenire. l. 7. §. 1. ff. de admin. tutor. l. 8. §. 1. ff. de ſecun. tab. l. 39. ff. de vulg. & pup. l. 54. in fi. ff. de hæredibus inſtit. l. vlt. ff. de iure delib. l. 32. ff. de legat. 1. Sic in edicto prætoris de miſſione in poſſeſſionem verba hæc, *Si pupillus in ſuam tutelam venerit* accipienda ſunt. l. 5. §. ait Prætor. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. Proinde ſi filiæfam. ita legatum ſit, cùm in tutelam ſuam peruenerit, tunc debebitur, cùm viripotens facta fuerit. l. 51. ff. de legat. lib. 3. Nec verò Iureconſultis tantùm, ſed & aliis Latinis auctoribus huiuſmodi locutio placuit. Cicero quidem cùm alias ſæpius, tum in lib. de Orat. ita locutus eſt. Negaretq; niſi poſtumus & natus, & antequam in ſuam tutelam veniſſet, mortuus eſſet, hæredem eum eſſe poſſe, qui ſecundum poſthumum & natum & mortuum eſſet hæres inſtitutus. Idem lib. 2. de Inuentio. Quidam pupillum hęredem fecit, pupillus autem antè mortuus eſt, quàm in ſuam tutelam veniret. Porro interdum ea verba ſignificant, Cùm in ſuam tutelam & poteſtatem peruenerit. Quod ex coniecturis erit æſtimandum. Interdum etiam 25. annum hæc verba demonſtrant, ſi ea mens fuerit loquẽtis teſtatoris. l. 56. in fi. ff. de legat. 3. In qua Vlpian. ex voluntate teſtantis aliam atque aliam hęc verba recipere interpretationem docet.

TZANCARVM, vel TZANGARVM (eſt enim quædam in ſcriptura varietas) fit mentio in l. 3. & l. vlt. Quo quenque habitu eſſe op. in C. Theod. Et ita fortè apud Vopiſc. in Claudio verbum hoc pro zanchis quæ inter veſtimenta numerantur ſubſtitui debet. Genus autem quoddam calceamentorum id fuiſſe, adductus libelli Græci de officiis aulæ Conſtantinopolitanæ verbis, ſuſpicor, quæ ita habent, ἔτι καὶ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων ἃ καλοῦνται τζάγκια, ἔχοντα ἐκ πλαγίου κατὰ τὰς κνήμας καὶ ἐπὶ τῶν ταρσῶν ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων, ἅπερ καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς εἴς τε τὰς προελεύσεις καὶ τὰς προκύψεις. καὶ ὁ ταῦτα ποιῶν οὐ τζαγκάριος, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζάγγας ὀνομάζεται. Sed & Moſchopul. in lib. περὶ σχεδῶν, Τζαγγάριον vulgò appellari ſcribit quem Attici σκυτοτόμον, id eſt, cerdonem coriarium vocant. Planè Imperatorum calceamenta purpurea & φοινικόχροα fuiſſe Zonar. Tomo 2. Annal. in Michaelis Theophili filij imperio indicat. Ἐδίδου, ait, αὐτῷ τὰ φοινικόχροα πέδιλα, καὶ προσέταττεν ὑποδήσασθαι καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. Eaq; mox τῆς βασιλείας παράσημα vocat. Idem in Baſilio Porphyrogeneto, χαλεπήσας ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὑποδεδεμένου ὑποδήμασι φοινικοῖς, τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς βασιλείας γνωρίσματα ὁ Σκληρὸς ἀπεδύσατο, τὰ δέ γε πέδιλα οὐκ ἀπεδύετο, & quæ ſequũtur. Guiliel. Tyrius lib. 15. de Bello ſac. cap. 23. Exhibita, ait, ſibi in patris præſentia, & eo mandante im-

periali reuerentia, ocreis, vt mos eſt, in illo Imperio, inſignitus purpureis ab vniuerſis legionibus certatim Auguſtus eſt appellatus. Idem etiam Nicetas in Annalibus confirmat, καὶ τοῦτον, ait, ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον, ἐρυθροῦ τε οἱ πεδίλου μεταδεδώκει, καὶ βασιλέα ἐδόκει ἀναγορεύεσθαι. Et alias, τῷ μὲν πρεσβεύοντι κατὰ γένεσιν, Ἀλέξιος τῷ δὲ τὸ ὄνομα, πορφυρίδος μετεδώκε, καὶ πεδίλοις ἐρυθροῖς ὑποδεῖσθαι διαφῆκε, καὶ συνευφημεῖσθαι οἱ παρεῖχεν, ὁπηνίκα Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύετο.

B. BRISSONII DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE,

LIBER DECIMVSNONVS.

VACANTIA bona dicuntur eorum, qui ſine hærede decedunt, quę lege Iulia ad fiſcum deferuntur. l.96.§.1.l.114 .§. quæ inteſtato.ff.de legat.lib.1.l.50. ff.de manum.teſtam. l.6. §.eſt fiſco.ff.ad Trebellian.l.6.§.certè.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l.1.§.1. l.vlt. ff. de ſucceſſ. ed.l.1.§.diuus.l.41.ff.de iur.fiſc.l.18.ff.de vſucapionibus.l.19.ff.de diuerſ. temp. l.10.C. de inoffic.l.22.C.de appellat.l.1.C. de quadri. præſcript.l.1.C.de donatio.inter vir. l.penult. & l. vlt.de vacation.lib.10.C. Strabo ἀδέσποτα vocat lib.17. Geograph. quod dominũ, id eſt hæredem non habeant. Conſtantinus verò ἀκληρονόμητα. Sic Vacantem hæreditatem accipe in l.13.§.item ſi quis à fiſco.ff. de petit. hæred. Et Vacare bona, in l.2.in fi.ff. ad Tertyllian. & in l.38.ff.de iure fiſc.quorum neque hæres, neque poſſeſſor extat, ab eo quòd domino vacua iacent. Vacantes areæ quæ nullum vſum ciuitatibus ornatumq; præbent. l.41. C. de operibus publ. Vacare etiam domus dicitur, quæ à nullo inhabitatur. l.penult.§.1. ff. de vſu & habit. Et Vacare poſſeſſio, quæ à nullo detinetur. l.37.ff. de vſucapionibus. Vacare ſeruus qui nullum miniſterium præſtat. l.11.ff. ad exhib. Et Vacare hæreditas, in l.30.ff. de vulg.& pup. quæ ab hæredibus ſcriptis adita non eſt. Vacare quoq; portio dicitur, quæ teſtamento nulli data eſt. l.vlt.ff.de ſecun.tab.§. videamus. Inſtit. de hæred.inſtit. Quomodo & vacuam partem intellige in l.19. & l.59.§.1.ff. de hæred. inſtit. Et vacuum ſextantem, in l.8.ff. de ſecund. tab.

Vacuum autem propriè inane ſignificat. Ita vacuus locus, vacuus vterus pleno opponitur. l.30.§.penult.l.83.ff.de acquir.hæred. l.2.§ 1.ff. de decurionibus. Ita vacuæ tabulæ, id eſt, nihil ſcriptum habentes. l.11.ff. de iniuſto rupt.

Vacuus fundus, qui à nemine detinetur & occupatur. l.33.ff.loca. Cornific.4. Rhetor. ad Herenn. Neceſſe eſt cùm conſtet iſtum fundũ noſtrum eſſe oſtendas te aut vacuũ poſſediſſe aut vſu tuum feciſſe. Eodemque modo vacua poſſeſſio, quæ à nemine detinetur. l.18. in fi.d. l.68.in fi.ff.de contrah.empt.l.52.in fin.l.75.§. qui id quod.ff.de verb.oblig.l.3.§.hoc interdictum.ff.de itin.actuq;.l.penult. in fin.ff. de acquir.poſſeſſ.l.3.C.eod.tit.l.4.§. ſi tu me vi.ff. de vſucap. l.19.ff. de vi & vi arm. Cic. lib.3. de Orato. Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiæ doctrinæq; poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atq; vacuam abundantes otio nobis occupatis, immolauerunt. Quintilian. Declamat.12. Vndecunq; oſtulſit lucrum, ſine reſpectu ſalus publica addicitur & in vacuam poſſeſſionem fames venit.

Ita vacua poſſeſſio dari, tradique dicitur. Et in vacuam poſſeſſionem mitti introducive, qui in fundi poſſeſſionem liberam, & à nemine occupatam introducitur. l.3.§.1.ff.de actio. empt.l.3.ff.de vſuris. l.32.§.arbitri.ff. de recept. qui arbitr.l.18.§. ſi venditorem. l.33. l.34.ff. de acquir. poſſeſſ. Vacua autem poſſeſſio emptori tradita non intelligitur, ſi alius vel ventris, vel legatorum nomine in ea ſit, vel creditores bona poſſideant. l.2.§. vlt.ff. de act. empt.

Quanquam

Quanquam hi non poſſideant, ſed magis cuſtodiendi & obſeruandi cauſa in poſſeſſione ſint.

Vacua traditio, pro, vacuæ poſſeſſionis traditio in l.20.ff.de ſeruitutibus.

Vacatio, munerum publicorum excuſationem ſignificat. l.5.§.vlt. in fi. ff. de muneribus & honor.tit. de vacat. & excuſat. muner. Sueton. in Claudio cap.55. Cùm decurias rerum actu expungeret, eum qui diſſimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſpõderat, vt cupidum iudicandi dimiſit. Plin. lib. 10. Epiſt. Cùm citarem iudices conuentum inchoaturus, Archippus vacationem petere cœpit, vt Philoſophus.

Vacatio autem muneris publici non præſtat, vt ne magiſtratus quis creetur. l.12.ff. de muneribus & honoribus. Ea verò omnia, quæ extra ordinem ad tempus indicuntur, ab his qui vacationem meruerunt, exigenda non ſunt.

Vacatio etiam ex lege Iulia Papia dari dicebatur his perſonis, quæ neceſſitate matrimonij contrahendi ad tempus liberabantur, & interim nihilominus, ex aliorũ teſtamentis perinde atque nuptiis deuinctæ capere poterant. Vlpian. in Inſtitut. tit.14. Fœminis, ait, lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem, à diuortio ſex menſium, &c. Sueton. in Auguſto cap. 34. de lege Iulia, de maritandis ordinibus. Hanc, inquit, cùm aliquanto ſeuerius, quàm cæteras emendaſſet, prę tumultu recuſantium ferre non potuit, niſi adempta demum lenitáve parte pœnarum & vacatione triennij data, intra quę vacationis tempora viduam manentem vacantem appellari in l.5.§.qui vacantem. ff. ad leg. Iul. de vi pub. defendi poteſt. Quanquam & quamlibet viduam accipi poſſe non ignorem. Quintilian. Declamat.15. Siue enim, iudices, malignitas eſt, perſuaſionis humanæ fœminam vacantem vocare meretricem ſeu miſeræ nomen, id impoſuit aliquis amator. Corn. Tacit. etiam vacuam mulierem in eundem ſenſum dixit lib.13. Annal.

Vacare dicitur pecunia, quæ non occupatur, neque nominibus vel in emptionem prædiorum collocatur. l.12. in fi. ff. de adm. tut. Vnde vacua pecunia quæ occupata non eſt, ſed in arca ſterilis & otioſa mãſit. l.24. ff. de prę ſcript. verb. l.28. ff. depoſ.

Vacantes, quantum exiſtimo, ab Impp. appellantur, qui nulla iam dignitate funguntur, ſiue munere exceſſerint, ſiue nunquam geſſerint. l.vlt. C, vt dignit. ordo ſeruet. l.vlt. Cod. de primicer. & ſecund. lib.12. Vacantes etiam tribunos, apud Ammia. Marcell. lib.31. & Veget. lib.3. cap.17. legimus.

VADES propriè dicebantur, vt Auſon. in Monoſyllab. & Feſtus libro vltim. oſtendunt, qui reum capitis ſiſtendum ſpondebant. Qualis fuit ille Damon, de quo Cicero libro tertio Offic. meminit. Sed tamen quicunq; pro altero vadimonium etiam in ciuili cauſa promittebat, vas appellabatur. Acron ad illa Horatij verba lib.1. Serm. Sat.2.

Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem.

Vadibus, ait, id eſt ſponſoribus, à vadimonio, quo promittit is, qui ad iudicium prouocatur certo die ſe adfuturum. Vades autẽ ideò dicti, quòd qui eos dederat, vadendi & diſcedendi habeat poteſtatem. Inde vadimonium non ſponſionem modò alterius ſiſtendi, ſed & conſtitutum diem ſignificat, quo quis ſe iudicio ſiſtere debebat. ad quam diem, qui iudicio adſunt, vadimonium obire, & ad vadimonium occurrere à Latinis dicuntur. Cicer. pro Quintio: Vadimonium non obiit quidam ſocius & affinis meus. Plin. libr.8. Epiſtol. An ſi litibus tererer, obſtrictum me eſſe crederem obeunti ad vadimonia. Sueton. in Calig. cap. 39. Et litigatorum plerique quòd occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent. Feſtus autem obire vadimonium, ire ad vadimonium interpretatur, quòd veteres Ob, pro Ad, ponere ſolebant. Vadimonio etiam ſiſtere dixit Apuleius lib.9. de Aſino aur.

VASIS legatis, non ſolùm ea continentur quę aliquid in ſe recipiant, edendi bibendique cauſa paratum, ſed & quæ aliquid ſuſtineant. Et ideò ſcutellas vel promulſidaria repoſitoria quoque continebantur. l.19.§. argento. ff. de auro, argento. Vaſorum enim generalis appellatio eſt. Dicimus vaſa vinaria, vaſa naualia.

Inde Vaſcularius, qui vaſa conficit. l.20. §. vlt. ff. de prę ſcript. verb. l. penult. ff. de auro, arg. l.vlt. ff. de oblig. & action.

VBIQVE pro vbicunque in l.77. ff. de contrah. empt. Sic cuiuſq; pro cuiuſcunq; in l.7.§. ſi quis. ff. de liber. cauſ.

VECTIGAL, vt & ipſa appellatio oſtendit, propriè dicitur, quod pro inuectione, vel euectione mercium debetur. Rubric. de publican. & vectigalibus. Sed tamen generaliter publica vectigalia accipimus, ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vectigal octauæ, venalium rerum. Item ſalinarum, & metallorum, & picariarum. l.17. l.203. ff. de verbor. ſignificat. l.59.§.1. ff. de hæred. inſtit. l.2. C. quæ res vendi. Species verò ad vectigal pertinentes, enumerat Iureconſultus, in l.vlt.§. ſpecies. ff. de publican. In qua non dubito de ſuo Tribonianum nonnulla inferſiſſe.

Vectigales agri ciuitatium, ſeu municipiorum, vocantur, qui manente apud municipes, dominio in perpetuum locantur, id eſt, hac le-

ge,vt tamdiu pro his vectigal pendatur,quamdiu neq; ipſis qui conduxerunt,neq; his,qui in locum eorum ſucceſſerunt auferri eos liceat.l.1.ff.ſi ag.vectigal.l.11.§.1.ff.de publican.l.71.§.vlt.ff.de leg.lib.1.

Ita Vectigalem fundum, & vectigale prædium accipe in l.1.ff. de condictio. triticiar.l.16.in fi.ff.de pignerat.act.l.16.ff. de ſeruitutib.l.4.§.finium.ff.fin.regund.l.1.ff.quibus modis vſusfruct. amit.l.7.ff. comm. diuid.l.23.§.1.ff. de aq. & aq.plu.l.5.§.bonorum.ff. vt in poſſeſſ. legator.

Vectigales quoque agros populi Romani appellabant, qui ex hoſte capti, vectigalibus ſubiiciebantur, mancipibusque,vel in ſingula luſtra, vel in annos centenos locabantur, vt Hygen.in lib. de Limitibus conſtituen. docet.

Inde Vectigalis actio,quæ de vectigali fundo poſſeſſoribus propoſita eſt.l.15.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto.l.66.ff.de euictionibus. proprias enim Prætor his in rem propoſuit actiones loco domini eos habens, licet domini non ſint.l.1.ff.ſi ag.vectigal.lib.5.in fi.ff.arb.furt.cæſ.

Vectigal etiam pro compendio ponitur in l.59.§.vlt.ff.de vſufr.

VECTVRA tam iumentorum, quàm camelorum & nauium eſt.l.29.ff.de petit.hęred.l.62.ff.de rei vend.l.15.§.item cùm quidam. ff. loca.l.vlt.ff.de l.Rhod.l.52.§.ſi quis ex ſociis.ff. pro ſoc.l.39.§.1.ff.de leg.1.l.13.§.ſi fructibus.ff. de act. empt.

Vectores dicuntur, qui naui vehuntur.l.1.§.vltim.l.3.l.5.ff.nautæ,caupon.l.1.in fin.ff.furti aduerſ. naut.l.2.in princip.& §§. ſeqq.ff. de l.Rhod.

VELA appellabantur, quæ in ædibus vel vmbræ gratia,vel arcendi frigoris ventiq; excludendi cauſa obtendebantur.l.17.§.qua pictæ.ff.de actio.empt.l.41.§.item hoc prohibetur.ff.de leg.lib.1.l.12.§.ſi domus.ff.de inſtruc. vel inſtr.vbi etiam vela cilicia ideò parati ſcribitur, ne ædificia vento vel pluuia laborent. Martial.lib.14.Epigr.

Sit licet & ventus,te tua vela tegent.

Seneca lib.4.Natur.quæſtio.Itaque quamuis cœnationem velis ac ſpecularibus muniant,& igne multo doment hyemem. Sueton. in Calig.cap.26. Reductis interdum flagrantiſſimo ſole velis emitti quenquam vetarent. Tertullian. in lib. de habitu muliebri, de Parthis & Medis loquens: Sed & parietes Tyriis & hyacinthinis & illis regiis velis quæ vos operosè reſoluta transfiguratis pro pictura abutuntur. Sic velum in mæniano immiſſum in l.2.§. cùm quidam.ff. ne quid in loco publ. & cubicula obductis velis opaca apud Plinium lib.7.Epiſt.ad Cornutum.

VELLE apud Iurecōſultos eſt,expreſſis & diſertis verbis teſtari & profiteri ſe velle, vt ex diuerſo Nolle eſt vetare & contradicere,& ita declarare. Inter hæc medium verbum eſt Non nolle,id eſt,pati & tacere.l.1.§.ſcientiam.ff. de tributor.Eius autem eſt non nolle, qui poteſt & velle.l.3.ff.de diuerſ.regul.

Velle non creditur infans, pupillus, furioſus, prodigus: item is, qui imperio patris vel domini obſequitur.l.4.l.40.& l.189.ff. de diuerſis reg.iur.Itaq; in lege Papia,ſi impubes ſit patronus, voluntate eius non videtur liberta nupta,ſi tutoris auctoritas non acceſſerit.l.13.in fi.ff.de oper.libert.

Voluntatem filiæ cùm pater agit de dote, non ſic accipimus,vt conſentiat filia, ſed vt ne contradicat.l.2.§.voluntatem.ff.ſol.matri. voluntate itaq; filię pater dotem recepiſſe videtur ſi cauſas contradicendi ei filia non habuerit.l.37.ff.eod.tit.

Errantis Voluntas nulla eſt.l.20.ff.de aq.& aqu.pul. nec furioſi.l.47.ff.de acquir. hæred.l.40.ff. de diuerſ. reg. iur. Proinde eorum voluntate factum nihil videtur. Cæterùm cùm voluntas alicuius in aliquo actu deſideratur, ea vel ſubſequi rectè poteſt.l.10. ff. de aqu.& aqu. pluuiæ.

Voluntate noſtra poſſidere ſerui intelligũtur,quòd eis peculium habere permiſimus.l.1.§.item acquirimus.ff.de acq. poſſ.

Voluntate domini in libertate eſt, qui volente & conſentiente domino ius libertatis vſurpat, vel aliquid pro libero gerit.l.4.C.de fideicomm. libert. & apud Quintil. Declamatio.340.

Voluntas interdum ex ſcientia, & patientia inducitur.l.7.§. interdum.ff. de S.C. Macedonia.

Verbum,Volo,meram voluntatem ſignificat. proinde qui reſtituere rogatus eſt, quibus volet, etiam indignos præferre poterit, aliter atq; ſi his quos dignos putauerit,vel arbitratus fuerit reſtituere rogatus eſſet. Tunc enim non alias quàm ex viri boni arbitratu reſtitutio facienda eſt.l.1.& l.24.ff. de legat.lib.2. Verba autem hæc *Si volet*,extenſiua ſunt & tractum habent.l.6.in fin.ff. ad Tertyllian.l.113.ff. de verb.oblig.

VELLEIANO Senatuſconſulto, quod M. Silano & Velleio Tutore COSS. factum eſt, fœminis alienam in ſe obligationem ſuſcipientibus ſubuenitur.l.1.& l.2.ff.ad S.C. Velleia. Appellatur Senatuſconſultum de interceſſionibus.l.9.l.10.l.19.C.eod.tit.

VELVT, improprietatis vel fictionis nota eſt. Sic Velut hæredes dicuntur bonorum poſſeſſores,& cæteri honorarij ſucceſſores, quoniam hęredes ſola lex vel conſtitutio principis facere poteſt.l.1.ff. de poſſeſſ. hær.§. quos autem.Inſtit.de bon.poſſ. Peculium veluti patrimonium

monium eſſe dicitur. l.32.§.1.l.39.ff. de pecul. quoniam patrimonium ſubiectæ alieno iuri perſonæ non habent.

Veluti poſſeſſor iuris dicitur. l.16.§. penult. l.18.§.ſi quis.ff. de petit. hæred. quoniam iuris poſſeſſio propriè nulla eſt. Pari ratione & Interdicta veluti poſſeſſoria de iuribus prædiorum conſtituta dicuntur. l. 20. ff. de ſeruitutibus.

Et Velut longa poſſeſſio, quæ vſu nititur, qui in rebus incorporalib. poſſeſſionis vicem repræſentat. l.5.§.pen.ff. de itin. actuque. l.20. ff. de ſeruitutibus.

Velut Muciana cautio, in l.71.ff. de conditio. & dem. quę ad exemplum Mucianę comparata & introducta eſt.

Velut Vti poſſidetis interdictum pro vtili interdicto in l. 1. §. proponitur. ff. de ſuperficiebus.

Velut pacto tranſegiſſe dicitur, qui contentus fuit pignora in creditum poſſidere. l.13.§. ſi pignora. ff. de re iud.

VENÆ aquarum. l.1.§. pen.ff. de fonte. l. 21.ff. de aqu. & aqu. plu.

Venæ fontis in l.34. in fi.ff. de ſeruit. ruſt.

Venæ putei in l.24.§.vlt.ff. de dam. inf.

Venæ metallorum & lapidicinarum in l.13. §. inde eſt quæſitum. ff. de vſufr. vt venæ ſaxorum in l.2.l.10. de metallar. in C.Th.

Sic & vena ferri in l. 1. de fabricenſibus lib. 11.C. vbi tamen vulgò mendosè venerabilis, pro venæ nobilis legitur, quemadmodum arguitur ex l.2.eod. tit. in C.Th.

VENALIVM nomen, quemadmodum Quintilian. lib.8.cap.1. ſcribit, cùm commune ſit omnibus rebus quę mercis numero habentur, tamen peculiariter ſeruis nouiciis tribuitur. l.11.ff. de negot. geſt. Seneca lib.4. de Benefic. cap.12. Mercator vrbibus prodeſt, medicus ægrotis, mango venalibus. Idem lib.11. Detrahis veſtimenta venalibus, ne quæ vitia corporis lateant. Plin. lib.35. cap.17. Eſt & viliſſima, qua circum perducere ad victoriæ notam, pedesq; venalium trans mare aduectorũ denotare inſtituerunt. Quintil. Declamat. 338. Cùm fortè videret puerum venalibus interpoſitum, & cognouit, & adgnitus eſt. Sueton. in lib. de clar. Rhetorib. Venalicij cùm Brunduſij gregem venalium naui educerent, formoſo & pretioſo puero quod portitores verebantur, bullam impoſuere. Inde Venalicia famalia apud Vlpian. in l.31.§.vlt.ff. de donatio. int. vir. quæ venalis habetur. Sueton. in Auguſto, cap.42. Magna verò quondam ſterilitate ac difficili remedio cum venalicias & Laniſtarum familias vrbe expuliſſet. Et Venalicium in l.vlt.ff. de ædilit. ed. Et Venalicia multitudinis numero in l.5.§.vlt.ff. de iu. delib. Inde mangones, id eſt, mancipiorum negotiatores, qui ſeruorum negotiationem exercent, Venaliciarij appellantur. l.207. ff. de verbor. ſignificat. l.1.§.1. ff. de tributor. l.37. 44. §.1.ff. de ædilit. edi. l.57.ff. mandat. quos venaliciariam vitam exercere Vlpia. ait in l.73.§. vlt. ff. de leg. lib.3.

VENATIO edi dicebatur, cùm in harena populo beſtiarum venatio exhibebatur. l.122. ff. de legat. lib.1.l.1.§. beſtias. ff. de poſtul. Vnde Venatorius ludus in l.8.§.vlt.ff. de pœn. Venatores ſerui. Et Venatorium inſtrumentum l. 12.§. ſi in agro. ff. de inſtruct. vel inſtr. Et apud Paul. lib.3. ſent. titul.6. Et Venatio ludiaria apud Trebellium Pollio. in Gallienis.

VENENVM τῶν μέσων ἐστὶ, vt ſecundum Vlpia. in l.1.§. perſuadere. ff. de ſeruo corrupt. loquar, id eſt medium nomẽ eſt: quemadmodum φάρμακον apud Græcos, ideoque qui venenum dicit, adiicere debet, vtrum bonum, an malum. Nam & medicamenta venena ſunt, eoq; nomine continetur omne, quod adhibitum eius rei naturam, cui adhibitum eſt, mutat, ſiue id ad ſanandum, ſiue ad occidendum paratum eſt. l.236.ff. de verborum ſignificat. l. 3.§.1.ff. ad l. Corn. de ſicar. Vnde apud Cicero. lib.3. Officior. vbi vulgò, Qui vinum fugiens vendit ſciens, in vetuſtis codicibus, quos quidem mihi legere contigit, omnibus venenum fugiens legitur, id eſt, medicamentum. Non. Marcell. Medicinam, ait, & Venenum dicimus: tractum à Græcis qui venenum φάρμακον appellant. Quod antiquorum exemplis comprobat. Similiter Seruius in 1. Georgic. ad illa verba ille malum virus, Benè, ait, addidit malum, ad diſcretionem. Nam virus & bonum & malum eſt, ſicut Venenum quod idem eſt. Venit autem à Græco. Nam illi φάρμακον medium habent, id eſt, bonum & malum. Inde adeò eius veneni quod nocet, mali adiectione diſtinctio fit. l.9.ff. ad l. Aquil. l.35.§. veneni mali. ff. de contrah. empt. l.7. ff. de lege Pomp. de parricid. l.4.§.1.ff. famil. erciſc. Et huiuſmodi venenum Quintilianus Declamatio.350. interpretatur potionem mortis cauſa datam. Inter venena autem cantharidas Tertullian. lib.1. aduerſus Marcio. ponit: Nec diſſentit Marcia. in l.3.§. alio ſenatuſconſulto. ff. ad l. Corn. de ſicar.

Inde Venenarij intoxicatores, & qui venena miſcent. l.29.§. venenarij. ff. de pœn. Tertul. in Apologet. cap.43. Nam ſi qui fortè verè de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſunt, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi. Idem in lib. de pudicitia: Vt Tragœdias omittam, ſciunt hodie venenarij, ſciunt magi. Sueton. in Neron. cap. 33. Britannicum veneno aggreſſus eſt, quod acceptum à quadam Locuſta venenariorum indice, cùm opinione tardius cederet, ventre

modò Britannici moto, mulierem ſua manu verberauit. Quod idem Corn. Tacit. lib. 12. refert. Vtitur etiam hoc verbo Iul. Firmic. lib. 6. cap. 19. hæc eo pluribus exemplis confirmo, quòd in huius verbi interpretatione lapſum Baptiſtam Pium in poſterioribus Annotatio. video.

Venerabiles domos locosq́; in conſtitutionibus recentiorum Impp. exaudire oportet, Eccleſias, xenones, ptochotrophia, noſocomia, brephotrophia, orphanotrophia, & alia id genus. l. 18. l. 19. C. de ſacro. eccleſ. l. 33. & l. 37. C. de epiſc. & cler. Quorum verborum interpretationem ex Iuliano Patricio hic adſcribam: Xenodochium, ait ille, eſt locus venerabilis, in quo peregrini ſuſcipiũtur. Appellant etiam Xenonem. Ptochotrophium eſt locus venerabilis, in quo parentibus orbati pueri paſcuntur. Gerontocomium eſt locus venerabilis, in quo pauperes & propter ſenectutem ſolam infirmi homines curantur. Brephotrophium eſt locus venerabilis, in quo infantes aluntur. vt orphanotrophium interprete Moſchop. in libr. περὶ χηρῶν, ἔνθα οἱ ὀρφανοὶ τρέφονται.

Venientanæ gemmæ meminit l. 19. §. pen. ff. de auro argent. Eam Plinius & Iſidorus Italicam gemmam eſſe à Veientibus repertum, nigram facie, albis intermicantibus notis, ſcribunt.

Verba alia directa ſunt & ciuilia & legitima ſeu principalia ſeu Imperatiua. Alia ſunt precaria & inflexa, vt ſuis locis expoſuimus.

Verbis contrahitur obligatio per interrogationem & reſponſionem, vt Caius in l. 1. ad fi. ff. de oblig. & actio. & lib. 11. Inſtit. & Iuſtin. in tit. de verb. oblig. ſcribit. vnde verborum obligatio pro ſtipulatione ponitur. l. 3. Cod. de rer. permut. l. 6. C. de iur. dot.

Verberare & Pulſare in l. Cornelia de iniuriis hoc differunt, quòd verberare eſt cum dolore cædere, Pulſare ſine dolore. l. 5. in princip. & §. inter pulſationem. ff. de iniur. l. 22. §. vltim. ff. rem rat. hab. Confunduntur tamen vt plurimum. l. 4. §. ſi cùm ſeruũ. ff. vi bon. rapto. Verbera ſeruilia l. 12. ff. de iud. fiſc. quæ ſint, expoſui lib. 3. Antiquit.

Verberatio vinculorum l. 7. ff. de pœn.

Veredi in l. 4. & l. 7. C. de curſu pup. lib. 12. Auſon. in Epiſt. ad Paulinum.

Vel celerem mannũ vel ruptum terga veredum
Conſcendas, propere dum modo iam venias.

Iſidor. lib. 12. Etymolog. cap. 1. veredos ab eo dictos tradit, quòd veherent rhedas, vel quòd per vias publicas currerent per quas & rhedæ ire ſolebant. Procopius libro 2. de bello Perſico, equos publicos curſuales veredos appellari Latinis ſcribit. Inde Veredarij apud Caſſiodor. lib. 2. Variarum epiſt. ad Dromonarios & lib. 4. Epiſt. ad Godiſcalcum. Hi ſunt teſte eodem Procopio libro 3. de bello Perſico, qui equis celeriter vecti regias perferunt literas.

Versicolorium appellatione ea continentur, quæ tincta ſunt & neta, neque detexta, neque contexta: veluti purpura, crocum, & alia id genus. Quæ verò natiuo colore vel alba vel nigra ſunt, verſicoloribus non adnumerantur. l. 70. §. verſicoloribus. l. 78. §. coccum. ff. de legat. lib. 3. l. 32. §. Labeo. ff. de auro, argent.

Verſicoloria veſtis in d. l. 32. §. Titia: & verſicoloria lana apud Paul. lib. 3. Sent. tit. 6.

Versum in rem dicitur, quod in patrimonium redactum eſt. l. 2. ff. quod cum eo. l. 21. ff. de dolo. l. 3. §. contractum. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. l. 1. §. item ſi quid. ff. de ſeparationibus.

Verſum autem in rem quod ad actionem de in rem verſo attinet, videtur, puta agrum colendo, domum fulciendo, mancipia veſtiendo, mercando vel creditori ſoluendo, vel quid tale faciendo, vt Paul. lib. 2. Sent. titul. 9. ſcribit. Vlpian. autem in rem verſum videri ait, ſiue id ipſum quod ſeruus accipit, in rem domini conuertit, veluti ſi triticum acceperit, & idipſum in familiam domini cibariorum nomine conſumpſerit: aut ſi pecuniam à creditore acceptam dominico creditori ſoluerit, & generaliter toties de in rem verſo eſſe actionem, quibus caſibus procurator mandati, vel qui negotia geſſit negotiorum geſtorum haberet actionem, quotiesq́; aliquid conſumpſit ſeruus, vt aut meliorem rem dominus haberet, aut non deteriorem. l. 3. §. 1. & §. ſeq. ff. de in rem verſo.

Vertiſſe in vſus ſuos pupillarem pecuniam, vt vſuris maximis ſubiiciatur tutor videtur, qui ſibi ſumpſit ex adminiſtratione nummos, vel clam, vel quaſi ſua pecunia licenter abuſus eſt. Nec enim vtique qui non fœnerauit, vel non depoſuit, vel qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipſe ſibi non ſoluit, vel qui nec pecuniam pupillarem ſuo nomine fœnerauit, in vſus ſuos vertiſſe intelligitur. l. 7. §. pecuniæ. cum §. ſequ. l. 46. l. 54. ff. de admin. tutor. l. 38. ff. de negot. geſt. Quòd ſi tutor in vſus ſuos pecuniam conuerterit, inde aliquid in rem pupillarem impenderit, quantum impenderit, vertiſſe deſinit. l. 3. §. planè. ff. de contrar. & vtil. act.

Vestis an veſtimentum legetur, nihil intereſt. l. 23. & l. 33. ff. de auro, arg.

Veſtimentorum autem eſſe Vlpian. ait, omnia lanea, lineaq́;, vel ſerica, vel bombycina, quę induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, iniiciendi, accũbendi cauſa parata ſunt. d. l. 23. §. 1. Veſtimentumq́; id accipitur, quod

detextum

detextum eſt, & ſi deſectum non ſit, id eſt, ſi cōſummatum ſit, non etiam ſi nondum pertextum, vel detextum in tela adhuc ſit. l. 22. ff. eodem tit.

Veſtimentorum autem quædā virilia ſunt, quę ſcilicet ipſius patrisfam. cauſa parata ſunt, & quę ad vſum virilem ſaluo pudore attinent. Muliebria verò, quæ ad vſum matrisfam. ſpectant, quib. vir non facilè vti poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ. l. 23. §. veſtimenta. ff. de auro, arg. Paul. lib. 3. Sent. tit. 6. Et Varro lib. 9. de lingua Lat. vt Tunicam virilem & muliebrem dicimus, non eam, quam habet vir aut mulier, ſed eam quam habere ex inſtituto debet. Poteſt enim muliebrem vir, virilem mulier habere, & in ſcæna ab Actoribus haberi videmus: ſed eam muliebrem, quæ de eo genere eſt, quo indutæ mulieres, vt vterentur, eſt inſtitutum. Mentem tamen legantis in hac re inſpiciendam eſſe Pompo. in l. 33. ff. de auro, arg. ſcribit, vt ſi teſtator ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt, ea virilis appellatione contineatur. Veſtis planè abſoluta appellatione tam virilis quàm muliebris etiam ſi tragica, aut citharœdica ſit, continetur. l. 127. ff. de verb. ſignif. l. 15. §. & ſi veſtimentorum. ff. de vſufr.

Veſtiarii in l. 5. ff. de inſtitor. Veſtiarius negotiator in l. 45. ff. de oper. libert. & Veſtiaria pro veſtitu in l. 83. ff. de condit. & dem. & l. 3. §. quamuis. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falc. l. 4. l. 8. l. 12. l. 13. l. 18. cum ſuis §§. ff. de alimen. leg. l. 8. ff. de tranſactionib.

Veſtiarium in poſtremis libris Codicis. & in libro Notitiæ Imperii Rom. accipe, in quo veſtes principis conduntur, & reponuntur. Moſchopul. in libro cui titulus eſt, συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων, βεστοπράτης ὁ ῥάπτης, βεστία γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Guiliel. Tirius lib. 2. de Bello ſacro cap. 15. Quo facto ex Imperialibus veſtiariis oblata ſunt prædicto viro munera in auro, veſtibus, vaſis, & pretioſis lapidibus. Huic veſtiario comes præponebatur. Erat & veſtiarii ſacri ſcrinium, vt ſuprà docui.

Vetus ius in libris noſtris variè accipitur. Interdum enim hoc nomine lex. 12. tab. ſignificatur, quæ alias lex antiqua appellatur. l. 1. ff. de petit. hæred. l. 2. §. 1. ff. de noxalib. Interdum verò vetus ius intelligitur quodcunque ante nouam aliquam legem, vel conſtitutionem obtinuit, vt in l. 2. §. ſi mater hæreditatem. ff. ad Tertyllian. & l. 2. C. eodem tit. Ius vetus eſt, quod ante Senatusconſultum Tertyllianum ſeruabatur. Similique modo in l. 32. §. ſi diuortium. ff. de donat. int. vir. Vetus ius eſt, quod ante Orationem Antonini in vſu erat. in l. 8. §. ſed ſi curator. ff. de reb. eor. Vetus ius intelligendum eſt, quod Orationem Seueri anteceſſit, quæ prædia eorum, qui ſub tutela curáve eſſent, ſine decreto alienari obligaríve prohibuit. Eadem ferè de Antiquo iure libr. 1. docuimus.

Vetus vinum ex vſu teſtatoris æſtimatur, id eſt, quotannorum vino pro vetere vtebatur. Si id non appareat, vetus accipietur, quod non eſt nouum, id eſt anni prioris vinum. l. 10. l. 11. ff. de tritico, vino vel ol.

Veterani dicuntur, qui iuſtam miſſionem legitimis impletis ſtipendiis conſecuti ſunt. titul. de priuileg. veter. ff. & de excuſa, veter. l. 8. §. Papinianus. ff. de inoffi. l. 8. §. veterani. ff. de procuratorib. l. 9. ff. de iure codicill. l. 40. ff. ad l. Falcid. l. 9. C. quando prouoc. non eſt nec.

Veteratores ſerui in Ædilitio edicto non ſpatio ſeruiendi, ſed genere & cauſa æſtimantur. Nam quicunq; ex nouiciis, venalitiorum alicui miniſterio præpoſitus ſit, veteratorum numero eſt. l. vlt. ff. de ædilit. ed. In vectigalium tamen cauſa, Veterana mancipia intelliguntur quę anno continuo in vrbe ſeruierint. l. 16. §. quoties. ff. de publican.

Vetuſtas in libris noſtris infinitum tempus, id eſt, quod hominum memoriam excedit ſignificat. l. 1. §. vlt. l. 2. & l. vlt. ff. de aq. & aq. pl. l. 4. C. de aquæductib.

Vexillationes equitū alas dici Veget. lib. 2. cap. 1. ſcribit ab eo quòd velis, id eſt flammulis vtantur. Quo poſtremo verbo Leo Imper. in lib. De re militari non ſemel vtitur. Ita accipe vexillationes in l. 2. C. de hæred. decur. l. 9. C. quando prouoc. non eſt nec. l. 8. de erogatio. milit. anno. libro 12. C. l. 1. de bon. milit. in C. Theod. & in Notitia Imperii Rom. Apul. libr. 7. de Aſino aur. Tota denique factione militarium vexillationem indagatu contecta.

Via interdum ius eundi, agendi, & ambulandi ſignificat. Nam iter & actum in ſe via continet. l. 1. §. via. l. 7. ff. de ſeruit. ruſtic. l. 14. §. ſi viam. ff. de acceptilatio. Dicitur autem via quaſi vehia, quòd vehendo teratur, vt Varro lib. 4. de lingua Lat. Via enim vt Iſidor. lib. 15. cap. vlt. ſcribit, eſt, qua ire vehiculum poteſt. Huius latitudo lege 12. tab. definita eſt, in porrectum pedes octo, in anfractum ſexdecim. l. 8. ff. de ſeruit. ruſt.

Viæ aliàs itinera ſignificant quibus publicè commeatus eſt. Viarum autem quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ. l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco pub. l. 38. ff. de acquir. rer. domin.

Publicas vias Iſidor. lib. 15. capit. vlt. definit, quæ in ſolo publico ſunt, per quas iter populo patet, quæ vel ad mare, vel ad oppida pertinent. hæ & prætoriæ dicuntur, & conſulares,

& βασιλικαὶ, & militares. d.§. viarum. & l. vlt. ff. de itineribus pub. Sicul. Flacc. in lib. de Conditio. agrorum, Viarum, ait, non omnium vna eademq́; eſt conditio. Nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent. Nam & curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. Hygen. in lib. de Limitibus conſtit. Quibuſdam, ait, colonis D. M. ita conſtituerunt vti viam conſularem tranſeuntem per coloniam contineret.

Priuatæ viæ, quæ & agrariæ dicuntur, dupliciter accipiuntur: vel eæ, quæ ſunt in agro quibus eſt impoſita ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant. Vel eæ, quæ ad agros ducunt per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via conſulari. d.§. viarum. Sunt & vicinales viæ, quę vel in vicis ſunt, vel in vicos ducunt: quæ ſi non ex collatione priuatorum fiant, publicarum loco habentur. Sed inter eas & cæteras militares hoc intereſt, quòd militares exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica aut ad aliam viam militarem habent. Vicinalium verò pars in militares exitum habent, pars ſine exitu intermoriuntur. l. vlt. ff. de locis & itinerib. pub.

Et ita vicinales vias accipe apud Senecam lib. 5. de Benefic. cap. penultim. & apud Frontin. lib. 2. de Aquæductibus. & in §. item ſi putator. Inſtitut. de l. Aquil. vbi Theophil. publica μὲν ἐστὶν ὁδὸς, ait, ἥτις καὶ μιλιτάρια λέγεται, παρὰ δὲ τοῖς Ἕλλησι βασιλικὴ, ἣ πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται ἐπὶ διαφόρους ἀπιόντες τόπους. Vicinalis δὲ ἡ ἐπὶ κώμας ἄγουσα, vicus γὰρ ἡ κώμη, διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ἐπὶ τὴν κώμην αὐτῶν. Sicul. Flacc. in libr. de Conditio. agror. Vicinales autem viæ, quæ de publicis diuertuntur in agros, & ſæpè ad alteras publicas perueniunt, aliter muniuntur per pagos, id eſt, per magiſtros pagorum, qui operas à poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere ſoliti ſunt, aut, vt comperimus, vnicuique poſſeſſori per ſingulos agros certa ſumpta adſignantur, quæ ſuis impenſis tueantur. Viator pro apparitore in l. 5. §. ne tamen. ff. de reb. eor. l. vlt. ff. de iudic. l. 5. §. miſſus. ff. vt in poſſ. legat.

Viaticum ſumptus itineris ſignificat. Græcè ἐφόδιον dicitur, auctore Gellio lib. 17. cap. 7. l. 1. §. ſi pupillis. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. 52. §. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſoc. Impendia ad iter explicandum neceſſaria vocantur in l. 7. ff. ad Trebellia. Ad ſumptum etiam deſtinatam quamcunq; pecuniam viaticum, vocant. l. 17. ff. de reb. credit.

Viaticulum ὑποκοριστικῶς dixit Vlpian. in l. 18. in fi. ff. de iudic.

Vicarivs interprete Theophilio in §. Cùm autem. Inſtit. quod cum eo. appellatur ὁ τοῦ οἰκέτου οἰκέτης. Sic in l. 25. ff. commu. diuid. l. 5. §. 1. ff. de tributor. l. 19. §. vlt. ff. de noxalib. l. 11. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de pecul. l. 4. in fin. l. 7. §. in peculio. ff. de pecul. l. 17. §. 1. ff. de in rem verſo. l. 31. ff. de contrah. empt. l. 17. §. item ait. l. 44. ff. de ædilit. ed. l. 71. in fi. ff. de legat. 3. l. 12. §. Celſus. ff. de inſtruct. vel inſtrumen. l. 4. l. 6. §. ſi vicario. l. pen. ff. de pecul. legat. l. 10. ff. de manumiſſ. teſt.

Vicarii vocantur, qui vicem aliorum gerunt. l. 4. §. legati. l. 13. ff. de legationibus. l. vn. C. vt omnes iudic.

Erant autem vicarii prouinciarum, qui vices Præfectorum prætorio in diœceſibus gerebant. l. 3. §. illud. de cano. largitio. titul. Velut in præfectura prætoriana Orientis tres erant vicarii, quorum fit mentio in l. vltim. C. de diuerſ. offic. libr. 12. Vnus diœceſeos Aſianæ, qui prouincias octo adminiſtrabat, Pamphyliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Piſidiam, Phrygiam Pacatianam, Phrygiam ſalutarem. Alter erat vicarius diœceſeos Ponticæ, ſub cuius diſpoſitione erant prouinciæ 11. Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia ſalutaris, Cappadocia vtraque, Helenopontus, Pontus Polemoniacus, Armenia prima, & ſecunda. Tertius erat vicarius diœceſeos Thraciarum, cui ſuberant Thracia, Hæmimontus, Rhodope, Mœſia ſecunda, Scythia.

In partibus verò Occidentis vicarius vnus erat vrbis Romæ, cuius fit mentio libr. 4. Variar. Caſſiod. Epiſt. ad Ioan. Archiatrum, Cui ſuberant Conſulares & correctores Italiæ & Præſides Sardiniæ, Corſicæ, Valeriæ.

Alter verò erat ante Iuſtiniani tempora vicarius Africæ, cui ſuberant conſulares Byzacii & Numidiæ: & Præſides quoq; Tripolitanæ & Mauritaniæ vtriusq;.

Tertius erat vicarius Hiſpaniarum, cuius fit mentio in inſcriptione l. vltim. C. quor. bonor. & l. 16. C. de donat. an. nupt. & apud Sulpit. Seuer. lib. 2. Sac. hiſtor. Huic ſuberant conſulares Beticæ, Luſitaniæ, Galliciæ: Præſides Tarracenſis, Carthaginenſis Tirigitaniæ, inſularum Balearium. Et hæc ita ante Iuſtinian. obtinuere. Cæterùm Iuſtin. vicarios Aſianæ & Ponticæ diœceſeos abrogauit, & vtrumque in vnicæ prouinciæ, nempe Galatiæ Pacatianæ, adminiſtrationem commutauit Nouella 6. & Nouell. 20. Idem vicarium Africæ in propriam pręfecturam prætorianam tranſmutauit.

Vicesima hæreditatium, vectigal fuit ab Auguſto ad ſubſidium ærarii oneraq; bellorum lege Iulia extraneis hæredibus irrogatum. Cuius fit mentio in l. vltim. C. de edic. D. Hadria. toll. & apud Paul. lib. 4. Sentent. tit. 6. & apud Plin. in Panegyr. Traian. Et Dio. libr. 55. De legibus autem viceſimæ primus ſcripſit

pſit Aulus Ofilius auctore Pomp. in l. 2. §. ex his auditoribus. ff. de orig. iur. Scripſerat & de viceſima hęreditatium Macer libros duos, vt ex inſcriptionibus ſatis multis comprobatur.

VICI pro pagis in l. 2. §. vlt. ff. de vacat. mune. l. 30. ff. ad municipal. l. 198. ff. de verb. ſignif. vnde Vicanei, qui ex eodẽ vico & pago ſunt. l. 4. ff. de cenſibus. Et Vicinales viæ, quæ vel ex vicis vel in vicos ducunt, de quibus ſuprà in verbo Via diximus.

VICINVM, proximum ſignificat & affine. Sic vicina dicitur eſſe emptioni permutatio in l. vl. ff. de rer. permut. Sic vicinus tractatus. l. 9. §. hinc vicinus. ff. de vſufr. Vicinæ ſcripturæ in l. 20. §. 1. ff. qui teſtam. fac.

VICTVS verbo continentur quæ eſui, potui, cultuique corporis, quæq; ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtimenta quoq; & cætera, quibus tegendi curandive corporis noſtri cauſa vtimur, eadem appellatione continentur. l. 43. l. 44. l. 45. ff. de verb. ſignifi. Verbum itaq; viuere non ad ſolum cibum pertinet, ſed & veſtimenta & ſtramenta eo continentur, cùm ſine his viuere nemo poſſit. l. 23. in fi. ff. de verb. ſignif.

VIGILES nocturni excubitores vocabantur, qui noctu incendiorum arcẽdorum cauſa vigilias agebant ex Auguſti inſtituto, qui per ſingulas vrbis regiones eos diſpoſuit, pręfecto eis ex equeſtri ordine viro ſpectabili, qui præfectus vigilum eſt appellatus. l. 12. & 13. ff. de offic. præf. vigil. l. vlt. ff. de condict. cau. da. l. 2. §. 1. ff. de fugit. l. 58. ff. de furt.

VINCTVS, quod ad l. Æliam Sentiam attinet, non videtur fuiſſe ſeruus, licet carcere clauſus fuerit, ſi vincula corpori eius non ſint addita. l. 216. ff. de verb. ſignif. Et apud Vlp. in Inſtitut. tit. 1.

Vinculorum autem appellatione vel publica vel priuata vincula ſignificantur. l. 224. ff. de verb. ſignif. Et ideò in edicto prætoris De in integrum reſtitutione maiorum verba hęc, *Siue in vinculis eſſet*, non ad eum tantùm pertinent, qui publica cuſtodia coërcetur, ſed ad eum quoq;, qui à latronib. aut prædonibus vel potentioribus vi oppreſſus vinculis teneatur: Sed & incluſi lautumiis vinctorum numero habentur: quatenus nihil intereſt, parietibus quis, an compedibus teneatur.

In vinculis quoque eſſe accipimus eos, qui ita alligati ſunt, vt in publico parere ſine dedecore non poſſint. l. 9. & l. 10. ff. ex quibus cauſ. maior.

Cuſtodiæ autem appellatione ſola publica intelligitur. Et ideò in vinculis cuſtodiáve ſeparantur in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Et apud Vlp. in Inſtit. tit. 1.

Vinculum & obligationis dicimus. l. 67. ff. de procuratorib. Et æquitatis. l. 95. §. naturalis. ff. de ſolutionibus. Vinculum pignoris in l. 39. §. curatores. ff. de adm. tutor. l. 15. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudic. l. 16. C. de locato. l. 2. C. de cur. fur. Et ita vinculum reſtituendæ rei quæ pignori nexa erat dicitur in l. 9. in fin. ff. de ſupell. leg. Sic & vinculum in l. 20. ff. qui teſt. fac. poſſ. pro vinculo pignoris, quo ab hoſtibus redempti redemptoribus obſtringuntur. l. 21. ff. de captiu. & poſt. l. 8. & l. 11. C. eo. tit. l. 43. §. vlt. ff. de legat. lib. 1. Quo vinculo reſolui intelliguntur ſi libertas iis detur. l. 70. ff. de acquir. hæred.

Vinculum ſtipulationis. l. 6. C. ſi cert. pet. l. 6. C. de vſur.

Vinculum cautionis. l. 40. ff. de vulg. & pupill. l. 13. §. 1. de tut. & curat. vt vinculum fideiuſſionis apud Caſſiodor. lib. 2. Variar. Epiſt. ad Fruinatem.

Vinculum locationis. l. 52. §. pen. ff. de fideiuſſoribus.

Vinculum familiæ. l. 87. ff. de acq. hæred.

Vinculum neceſſitudinis & affinitatis. l. 9. ff. de ſuſpect. tutorib. l. vlt. C. de codicil.

Vinculum religionis. l. 1. C. de in lit. iur.

Vinculum pœnæ. l. 134. ff. de verb. oblig.

Vinculũ inſulæ. l. 5. ff. de interdict. & releg.

Vincula cenſualia. l. 4. §. ſi quis inquilinum. ff. de cenſib.

VINDICATIO omnis in rem actio appellatur. l. 25. ff. de obligat. & actio. §. appellamus. Inſtitut. de actionib. Itaq; non eæ tantùm actiones, quib. rem noſtram eſſe, ſed & quibus pignori obligatã nobis eſſe intẽdimus, vindicationes appellantur. Vnde Hypothecaria actio vindicatio pignoris appellatur in l. 16. §. in vindicatione. ff. de pignorib. A vindicãdo autem vindicatio ducitur. Eſt autem vindicare vel dominium vel ius aliquod ſibi adſerere. Inde vindicare ſuum eſſe pro eo quod aliàs ſuum eſſe petere dicitur. l. 27. §. cui legatum. ff. de auro, arg. l. 66. ff. de rei vendic. l. 6. §. ſed & ſi fundum. ff. de confeſſ. §. nam cui. Inſtit. de actionibus. l. 21. §. 1. in fi. ff. de except. rei iud. Et vindicare dominium in l. 40. ff. de pignor. actio. Et vindicare per in rem actionem ius non eſſe alicui reficiendi. l. 3. §. pen. ff. de riuis. Et vindicare pignus creditor dicitur, qui in rem ſibi pignori obligatam à poſſeſſore petit. l. vlt. ff. de pigner. act. l. 16. §. creditor. ff. de pignorib. l. 7. C. de oblig. & actionib.

Vindicare in ſeruitutem. l. 3. ff. de liber. cau. Nec verò res corporales tantùm, ſed & iura vindicari dicuntur, veluti hæreditas, vſusfructus, ſeruitus. l. 1. ff. de petit. hæred. l. vn. §. pen. ff. de remiſſionib.

Vindicare etiam iniuriam ſibi factam exequi & crimen perſequi ſignificat. l. 2. §. ſed & ſi agant. ff. de iudic. l. 18. §. 1. ff. de iure fiſ.

Vindiciæ autem, quę olim dicerentur, vide apud Gellium lib. 20. cap. 19. & Feſtum Pompeium lib. vlt.

VINDICEM in 12. Tab. appellatum, qui alterius cauſam ſuſcipiebat vindicandã, quẽ nunc procuratorem dicimus, Boët. in Topic. ſcribit. Videtur tamen ita potius appellatus, qui iudicio ſiſti, iudicatumque ſolui ſatis pro alio dabat.

VINDICTAM Boët. in Topic. Cic. virgulam quãdam fuiſſe ait, quam lictor manumittẽdi ſerui capiti imponens, eum in libertatem vindicabat. Quam à Vindice Vitelliorum ſeruo, de quo in l. 2. §. initium ſeceſſionis. ff. de orig. iur. fit mentio, dictã quidam putant, quod pro præmio indicii coniurationis libertatem à COSS. accepiſſet. Alii ab eo quod ea virgula in libertatem mancipium vindicabatur, vt Liuius lib. 2. ab Vrb. cond. & Plutarch. in Publicola, & Theoph. in §. vltim. Inſtit. de libertin. ſentiunt.

Inde vindictam imponere in l. penult. §. pater. ff. de caſtr. pecul. l. 14. in fi. ff. de manumiſſio. & l. 12. §. poteſt. ff. de liber. cauſ. l. 5. ff. de manum. vind. l. 2. C. ſi aduerſ. libert.

Et vindicta libertatem imponere. l. 10. C. qui teſt. fac. Et vindicta manumittere. l. 33. ff. de dolo. tit. de manumiſſ. vindicta.

Et vindicta liberare. l. 122. §. Flauius. ff. de verb. oblig. l. 15. ff. de manumiſſionib. l. 5. ff. de manum. vind. l. vlt. ff. pro derelic.

Vindicta etiam vltionem ſignificat, opponiturq; rei perſecutioni. l. pen. ff. ſi ex noxa. cau. ag. l. pen. ff. de ſepul. viol. l. 7. ff. de in integ. reſtit. l. 2. § emancipatus. ff. de collat. bon.

VINO legato, id omne quod ex vinea natum vinum permanſit, & acetum quoq; quod vini numero paterfam. habuerit, continetur. Mulſum verò & defrutum, & zythum & ceruiſia niſi ne his quoque teſtator ſenſerit, non continẽtur. l. 1. & l. 9. ff. de tritico, vino. l. 2. in fi. ff. de optio leg.

Vini autem genera quædam enumerantur in d. l. 9. Vinaria vaſa propriè torcularia eſſe placet: Dolia autem & ſeriæ tamdiu in ea cauſa ſunt, quamdiu vinum habeãt: cùm verò ſine vino eſſe deſierint, in eo numero non ſunt. l. 206. ff. de verb. ſignif. Seriarum autem, cadorum, cupparum, culleorum, in quibus vinum diffundi ſolebat, fit mentio in l. 15. §. proprietatis. ff. de vſufr. l. 93. §. pen. ff. de leg. lib. 3. l. 3. §. 1. l. 16. l. 14. ff. de trit. vino.

Vinacea ſunt grana vuarum in doliis condita. l. 52. §. ſi quis maſſam. ff. de furt. l. 14. in fi. ff. de condict. furt. Et apud Cato. lib. de re ruſt. cap. 7. cap. 10. & cap. 11.

VIRI boni arbitrium, quod omnibus ferè ſtipulationibus olim comprehẽdebatur, idoneæ & integræ exiſtimationis diligentiſq; circumſpecti, & conſiderati patrisfa. arbitrium ſignificabat. l. 20. §. vlt. ff. de oper. libert. l. 21. §. ſiue autem. ff. de noui oper. l. 9. in prin. & §. ſed ſi lapidicinas. l. 13. in fi. l. 15. §. & ſi veſtimentorum. l. 65. ff. de vſufr. l. 18. §. & cuius. ff. de dam. inf. l. 47. §. ſi Sticho. ff. de fideic. libert. l. 13. ff. de annu. legat. l. 1 ff. de leg. libr. 2. l. 17. l. 18. ff. iudic. ſol. l. 50. ff. ſol. matrim. & aliis infinitis locis. Qua de re etiam ſuprà lib. 2. nonnihil dixi.

Viriles portiones æquales Paul. interpretatur in lib. 3. Sent. tit. 2. quæ ſcilicet pro numero perſonarum & in capita conſtituuntur vt tot fiant, quot ſunt & perſonæ. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutel. & rat. diſtr. l. 7. ff. de fideiuſſorib. tut. l. 43. ff. de re iudic. l. 54. §. vlt. de legat. 1. l. 67. §. ſi duos. ff. de leg. 2.

Virilis portio in legatis conſeruandis poſt petitam contra tabulas bonorum poſſeſſionem quomodo accipienda ſit, vide l. 8. ff. de legat. præſtand.

Virilis appellatione in l. Papia, etiam interdum tota hæreditas continetur. 145. de verb. ſignificat.

Viripotens virgo dicitur matura & nubilis virgo, & quæ iam virum pati poteſt. l. 13. ff. de verb. ſign. l. 101. ff. de condit. & demonſtrat.

Virilitas pro teſticulis. l. 5. in fi. ff. ad l. Corn. de ſicar. Martial. lib. 9. Epigr.

Non puer auari ſectus arte mangonis
Virilitatis damna mæret ereptæ.

Plin. lib. 35. cap. 12. Galli Samia teſta virilitatem ſibi amputant. Quint. Dec. 340. Mango iratus, ait, illi fortaſſe pretium exciſa virilitate producet. Et in Inſtit. Orat. lib. 5. cap. 13. Non alio medius fidius modo docentium, quàm pro mancipiorum negotiatores formę puerorum exciſa virilitate lenocinãtur. Apul. lib. 8. de Aſino aur. Fuga deteſtabilem illum exectorem virilitatis meæ relinquentem.

VIRIDIARIA, loca ſignificant virentib. herbis graminibusq; & arbuſtis conſita. l. 26. ff. de inſtr. vel inſtr. Et apud Vlp. in Inſtit. tit. 6. Et Suet. in Tiber. cap. 60. Et Lamprid. in Heliogabalo. & Veget. lib. 4. cap. 6. appellantur. & Virdiaria prout in Pand. Flor. ſcriptum eſt in l. 13 §. fructuarius. & §. ſi ædium. ff. de vſufr. & l. 8 in fin. ff. de inſt. vel inſtr. Et viridia in l. 79. in fi. ff. de verb. ſignif. l. 15. ff. de ſeruit. l. 12. ff. de ſeruit. vrb. Et apud Vitru. libr. 6. cap. 6. & lib. 5. cap. 9. & Senec. Epiſtol. 15. libr. 1. Et ſic ciſternam viridibus ſubditam apud eundem accipe lib. 13. Epiſt. Et Ambulationes preſſis ac tonſis viridibus vmbroſas apud Plin. lib. 5. Epiſt. ad Apollinar. Macrob. libr. 1. Saturn. capit. 4. viridia cùm ἀντὶ ἐπιθέτου accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, vt viridia prata, viridium pratorum. Cùm verò ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, viridiorum dicimus: vt cùm dicitur, Formoſa facies viridiorum.

rum. Apparet autem ex d.l.26. etiam in doliis defodi viridiaria conſueuiſſe aggeſta terra. Quin & in feneſtris amœnitatis gratia interdum habebantur, vt ex Martiale, & ex Plin. lib.19.cap.4.intelligimus. Supra ædificia quoque viridiaria habuiſſe Rom.oſtendit l. 12. ff. de ſeruit.vr.præd.

Viriola, ornamenti genus è gemmis. l.14.ff.de contrah.empt.l.8. ff. de optio. leg.l. 27.§. ornamenta.l.vlt. §.vlt. ff. de aur. arg.leg. Diminutiuum autem eſt à verbo viria, quo vtuntur Tertull. in lib. de Pallio. & Plin. libr. 33.cap.3.

Vis eſt neceſſitas impoſita contraria voluntati,maioriſq; rei impetus, qui repelli non poteſt.l.1.l.2.ff.quod met.cau.

Vi autem poſſidere in interdictis prætoriis dicitur, qui expulſo veteri poſſeſſore ſiue iure is,ſiue mala fide poſſidebat, acquiſitã per vim poſſeſſionem obtinet: aut qui in hoc ipſum aptatus & præparatus venit, vt contra bonos mores auxilio, ne prohiberi poſſit ingrediens in poſſeſſionem facit. Sed qui per vim poſſeſſionem ſuam retinuerit, aut etiam ereptam ſibi,in ipſo congreſſu recuperauerit, vi poſſidere non intelligitur.l.1.§.vi poſſidere.ff. de vi & vi arm.l.41.§. ſi tu me vi.ff.de vſuc. Vi poſſidet & ille,qui abſente domino ingreſſus poſſeſſionem,venientem deinde non admiſit. l. 6. in fi.ff.de acq.poſſ. At qui vacuam poſſeſſionem occupauerit, quanquam deinde venientem dominum prohibuerit, vi non poſſidet.l. 4.§. pen. ff. de vſucap. Vi porrò poſſidere à me videtur & qui ab auctore meo vi poſſidet.l. 3. §. ſi quis ab auctore. ff. de itin. actuq;. vimq; facit, qui non ſinit poſſidentem eo quod poſſideat, vti arbitrio ſuo,ſiue in ſerendo,ſiue in fodiendo,ſiue ædificando,ſiue quid omnino faciẽdo, quod liberam poſſeſſionem aduerſarii non relinquit.l.11.ff.de vi & vi arm.

In interdicto Quod vi aut clàm, vi factum videtur finitore Mucio Scæuola, quod quis cùm prohiberetur fecit.l.74.§.vi factum.ff.de diuerſ.reg.iur.l.1.§.hoc interdictum ff.quod vi aut clàm. Sed & qui vel minimi lapilli iactu prohibitus facere perſeuerauerit, vel contra teſtationem denunciationemq; fecerit, aut cùm ſe ſciret prohibendum, per vim molitus eſt,ne prohiberi poſſet,& quominus prohiberetur, conſecutus eſt per periculum denunciando aduerſario, aut ianua præcluſa.l.1. §. hoc interdictum.& l.19. ff.quod vi aut clàm.

Vim facere videtur quominus reficiatur, qui neceſſaria refectioni aſportari nõ patitur. l.4.ff.de itin. actuq; priu. Non videtur vim facere, qui iure ſuo vtitur, & ordinaria actione experitur.l. 197. §.1.ff. de diuerſ. reg. iur. Alia cauſa eſt eius,qui quod ſibi deberi putat, non per iudicem repoſcit.l. 8.ff. quod met. cauſ.l. pen.ff.ad l.Iul.de vi priuat. Cæterùm omne omninò quod per vim fit,aut in vis publicę aut priuatæ crimen cadit.l.195.ff.de diuerſ.reg.

Vim publicam Iſidor. lib. 5. Etym. cap. 26. definit eſſe ſi quis ciuem ad populum vel iudicem vel regem appellantem necauerit,torſerit,verberauerit,vinxerit.Priuatam verò, ſi quiſquam ante iudicium armatis hominib. è ſuo quenquam deiecerit, vel expugnauerit. Quod ille ex Paulo lib.5.Sent.tit.26.tranſcripſit. Vim publicam committit & qui per vim ſtuprum infert.l.29.§. vlt. ff. ad l. Iul. de adult. Atq; ita credo initio genere & qualitate delicti,vim publicam à priuata ſeparatam. Poſtea placuit,Publicam eam vim accipi,quæ armatis hominibus coactis committatur.Priuatam verò,quæ ſine armis fiat.l.5. ff.ad leg.Iul.de vi priu.l.3.l.4.& l.5.ff.ad leg.Iul.de vi pub.§.item lex Iul.Inſtit.de pub.iud.§. ſed & ex conſtitut. Inſtit.de interdict.

Vis maior, quam θεοῦ βίαν vocant.l. 9.§. Iulianus.l.25.§.vis maior.& l.36.ff.loca.l.1.C.eo.tit.l.13.in fi.& l.30.ff.de pignor.act.l.3.§.inde Labeo.ff.nautæ caupo.l.17.§. ſi cui mihi.ff.de præſcript.verb.l.1.C.commoda.l.19.C. de pignorib.Columella lib. 1.c.7.Nam vbi ſedulò colitur ager,plerunq; compendiũ,nunquam, niſi cœli maior vis,aut prædonum inceſſit,detrimentum adfert. Seneca lib. 4. de Benefic. cap. pen. Vadimonium promittimus, tamen deſeritur:non in omnem datur actio deſerentem: maior vis excuſat. Appellatur & vis diuina in l. 24.§.ſeruus.ff.de dam. infe. Et vis magna in l.2.in fi.ff.de peric.& commo.rei vend. Et vis cui reſiſti non poteſt.l. 15.§.1. ff. loca. Et vis naturalis.l.59.ff.eod.titul. Et maiores caſus, quib. humana infirmitas reſiſtere non poteſt. l.1.§.is quoq;.ff. de obligat.& actio. Huiuſmodi ſunt grandiores labes, tempeſtates, incendia,terræ motus, vis aquarum, magnitudines ventorum,& alię id genus,quę humano conſilio prouideri non queunt,qui caſibus fortuitis & vi diuinæ adſcribuntur.

Vi ipſa.l.27.§.illud.ff.de pact.l.1.ff. de ſtatu liber.l.72.§. Stichus. ff. de ſolutio. l.16.§.inde quæritur.ff.ad Trebellia. Quòd Græcè dicitur τῇ δυνάμει. vt in l. 29. ff. de recep. qui arbit.receper. Dicitur & effectu in l.10.ff.de vſu & habit.

Viscellia lex aduerſus libertinos ingenuitatis iura & munia vſurpantes & ſibi vindicantes ſcripta fuit.tit.ad l. Viſcell. C.l.vn.C. victum ciuilit.criminalit.ag.

Visiones, vt Anto. Auguſt. animaduertit, Iureconſulti appellant quod Græci θεωρήματα & θεωρίας. l. 25. §. adeò. ff. de petit.hær.l. 8.§.ſi mulier.ff.ad Velleia.l.8.in fin.ff. de probationibus. l. 29. §. in omnibus. ff. mand. Inſpectionem etiam dicunt Iureconſulti non-

nunquam in eandem ſententiam.l.31.ff.depoſi.l.44.ff.de obligat. & actio.l.12. §. manumittendo. ff. de captiu. Viſiones planè Quintilian.lib. vltim. capit. 10. appellat quas Græci φαντάσματα.

VISPELLIO vilium & ignobilium cadauerum elatorem ſignificat. Et ita hoc verbum in Pandectis Florent.ſcribitur in l.31.ff.de euictionibus.l.7.ff.ad Trebellia.l.72. §. pen. ff. de ſolutionib. Vbi biſpellionem vſitata literarum B. & V. inter ſe commutatione ſcriptum eſt. Quod tamen in fœdum errorem quoſdam induxit. Sic & in Lexico B. Germani viſpelliones νεκροθάπτας, κοπιάτας. In aliorum auctorum codicibus viſpillones & veſpillones appellantur, vt apud Tertullian.in libr.de Pallio, & Martial libr. 1. Epigr. ſemel atq; iterum, & in libello Fulgentii obſcurarum vocum, & apud Ammia.Marcellin.lib.29.& Sidon.Apollin. lib.1. Epiſt. vlt. & lib. 2.Epiſt.ad Deſideratum, vbi veſpillones & Sandapilarios coniungit: in codicibus tamen Suetonii & Eutropii, qui Venetiis anno 1490. impreſſi ſunt, apud illum in Domitia.cap.17. & apud hunc lib. 7. cùm de Domitiani funere agit, viſpiliones ſcriptum eſt. Dixi etiam de hoc verb. lib. 1. de Solutionib.

VITIVM à morbo in Ædilium edicto ſeparatur: Eaque inter hęc verba differentia ſtatuitur, quòd morbus, temporalis eſt corporis imbecillitas: vitium verò perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi luſcus quis ſit.l.1. in princip. & §.ſciendum. ff. de ædilit. ed.l.101.§. verum eſt. ff. de verborum ſignific. In ſtipulatione autem damni infecti, qua de vitio locis operis ve cauetur, vitium id eſſe definitur quod accidens extrinſecus vitioſas ædes facit.l.15. §. notandum cum ſeq.l.18.§.1. & §.& cuius.l.24.§.vitium.ff.de damn.infect. Paluſtris itaque locus & harenoſus vitioſus non exiſtimabitur, quia naturale id vitium eſt. Quòd ſi arbores vetuſtate deciderint, vitio earum caſus factus intelligitur. dict. l. 24.§.apud Viuianum.ff.eod. Quò referenda ſunt illa Cicer.in Topic.verba: Non enim eius vitio, qui demolitus eſt, damnum factum eſt, ſed eius operis, vitio, quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit.

Vitium facere ædificia dicuntur, interprete Boëtio in Topic. Cicero. quæ ruinam minantur.l.28.§.vlt.& l.3.ff.loca.l.32.ff. de dam. inf. Vitium etiam facere nauis dicitur. l. vlt. §. pen.ff.de l.Rod.

Vitia poſſeſſionum alia ſunt ex re, veluti quod res fiſci ſit, vel furtiua, vel vi poſſeſſa, vel contra leg.Iuliam repetundarum accepta: Alia ex perſona, veluti ſi mala fide, ſi clàm, ſi precariò, quis poſſeſſionē ſit ingreſſus. l.11.C. de acquir.poſſeſſ.l.13.§.1.ff.eod.tit.l.24.ff.de vſucapionib.l.13.§.partus.ff.de publicia. Vitioſum itaque initium poſſeſſionis eſt, ſi quis rei alienæ ſciens poſſeſſionem apprehendat.l.15. §.pen.ff.de vſucapionib.

Vitioſeq; cœpiſſe poſſidere intelligitur qui vi, clàm vel precariò, vel mala fide cœpit poſſidere. l. 2. §. Celſus.ff.pro empto.l.13.§. vlt.l. vlt.ff.de acquir. poſſeſ.l.3.§. ſi quis ab auctore. l.pen.ff.de itin.actuq;.l.1.§. Ariſto. ff. de aqua quotid.l.15. §. pen. ff. de vſucap. Ex contrario ſine vitio tradita poſſeſſio in l. 24. ff. de donat. inter vir.l.1.§.vlt.ff.de except.rei vend.

Vitium etiam pro culpa ponitur. Sic vitio ſuo quem cauſa cecidiſſe, vitióve eius quid accidiſſe, id eſt, culpa dicimus. l.23. in fi. ff.de negot.geſt.l.95.§.penult.ff. de ſolutionibus.l.71. in fin.ff.de conditionib. & demonſtratio.l.63. in fin.ff.de euictionib.l.12.§. pen. ff. de inoffic. teſtament.

VITREAMINA in l.18.§. pen.ff. de inſtr. vel inſtrum.

Vitriarii in l. 2. de excuſ.artific. in C.Th. Et Vitrarii apud Lamprid.in Alexandro.

VIVARIA, loca ſepta ſunt, quibus incluſæ feræ cuſtodiuntur & adſeruantur.l. 62. §. 1.ff. de vſufruct. l. 3. §. item feras. ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi viuaria à piſcinis Paul. ſeparat, & quod initio, Viuariis, poſtea, Siluis circumſeptis dicit. Sic & apud Plin. lib.8.cap. 52. vbi viuaria primum togati generis inueniſſe Fuluium quendam ſcribit, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Ammia. Marcellin. libr. 31. Ita hic quoquo intra ſepta, quæ appellant Viuaria, ſagittarum pulſibus crebris dentatas conficiens beſtias incidentia multa parui ducebat.

Viuaria etiam piſcium dixit Seneca libro 14. Epiſtol. Et viuaria murenarum, oſtrearum, coclearum idem Plinius libro 9. cap. 54. 55. & 56.

VLTIMVM ſupplicium mortem interpretamur. l.21. ff. de pœnis. l. 1. in fine. ff. ad legem Corneliam de falſis. Ad beſtias itaque damnati, quia ea damnatio mortem irrogat, vltimo ſupplicio damnati dicuntur. l. 29. ff. de pœn.

Ita vltimā pœnam Plin.lib. 2. Epiſt. ad Arria. dixit & Suet.in Iulio cap.14.

VLTRO, Particula hæc quaſdam poteſtates habet non ſatis notas niſi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. Primus autem ab hinc tribus annis admonui, vltro interdū ſignificare vltrà, verſa vice, prior. Idque à Donato in Terentii Adelph. Actus 4. ſcen. 3. & à Seruio in libr. 2. Æneid. eſſe adnotatum. Addidi etiam Vltro ſignificare ex vna parte. Vnde Vltro citroq;, valet, Hinc inde, Ex vtraque parte, Ex vtroque latere. Harum omnium ſignificationum exempla ego obſer-

obſeruaui in l.3.verſ.quinimò.ff.de condictio. cau.da.& l.1.§.interdictum.ff.vti poſſidet.& l.2.ff.de l.Rod.& l.34.§.item ſi emptor.ff.de contrah.empt.& l.15.ff.de noui oper.nunc.l.29.in fin.ff.famil.erciſ.l.59.ff.de furt.l.1.in fin.ff.de vſur.l.25.ff.de liber.leg.l.18.verſ.Sed nec ſi ſocius.ff.de caſtr.pecul.l.10.ff.de neg.geſt.l.19.ff.manda.l.22.ff.ex quibus cauſ.maior.l.11.§.cùm eſſet.l.37.§.nuptura.in fin.ff.de leg.3.Cicero pro Quintio, Tunc appellat vltro Næuium, vt quoniam ſuſpicaretur ſibi aliquid deberi,&c.Cornel.Tacit.lib.11.Deinde metu ne ad perniciem vltro traherentur, deſiſtũt. idem libro 5.Conſultusq́; Cæſar, an ſepeliri ſineret, non erubuit permittere, vltróque incuſare caſus, qui reum abſtuliſſent. Idem eo. libr. Vltróque damnatur, atque vrbe exigitur. Et poſtea: Non deſpectum id apud Barbaros vltroq́; potentiam habet. Plin.libr.35.cap.6. Qui adulterant vero iudicio ſtercora columbina vel annulariam vltro inficiunt. Idem lib.5.cap.9. Cauſas huius incrementi varias prodire, ſed maximè probabiles eteſiarum eo tempore ex aduerſo flantium repercuſſum, vltro in ora acto mari. Idem libro 29.capit.1. Quinimò tranſit conuicium & intemperantia culpatur, vltróque qui periere arguuntur. Accius Phœniſſis incuſat vltrò à fortuna opibusq́; omnibus deſertum. Sueton. in Tiberio capit.11. Sed neq́; impetrauit, vltróque etiam admonitus eſt, dimitteret omnem curam ſuorum. Apul. Apolo.2. Sed nec quicquam tentata eius grauitate, vltro leuitatis & inconſtantiæ increpitus reportat. Auguſtin.in lib.de Geſt.cum Emerito. Ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes ſuas vltro accuſando miſerunt.

VNCIA duodecima pars eſt aſſis, &, vt Caſſiodor.libr.1. Variar. ſcribit, menſuræ primus gradus. Vnde Vnciarius hæres ex vncia ſcriptus.l.34.§.inde dicitur.ff.de leg.1. Et Vnciæ vſuræ.l.47.§.præfectus.ff.de adminiſtr.tut.Vnciaria lex apud Feſt.lib.vlt.

VNGVENTIS legatis non tantùm ea legata videntur quib.vnguimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis.l.21.§.1.l.25.in fine.ff.de auro, argento leg. Vnguenta autem coactis odoribus fieri ait l.27.§.1.ff.de acquiren.rerum dom.

VNIO, margaritum eſt ex concha, quæ apud Rubrum mare & creſcit & coaleſcit.l.6.l.19.§.pen.ff.de auro,arg.leg.Plin.lib.12.cap.1. Vnio in maris Rubri profundo, Smaragdus in ima tellure quæritur. Apertiùs hoc demõſtrat idem auctor lib.9.cap.35.Scribit autem Iſidor.lib.16.Etymolog.cap.10.inde vniones dictos quòd tantùm vnus, nunquam duo vel plures ſimul reperiantur.

VNIVERSITATES appellantur collegia & corpora, curiæ, ſocietates. titulo, Quod cuiuſque vniuerſit. & titul. de manumiſſionib. quæ ſeruis ad vniuerſitat. pertinentib. Durat verò & manet vniuerſitatis nomen etiam ſi ad vnam perſonam reciderit.l.7.§.vlt.ff.quod cuiusq; vniuerſit.

Vniuerſitatis res ſunt, quæ in ciuitatib. ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum.l.6.§.1.ff.de rer.diuiſ.§.vniuerſitatis.Inſtit.eod.

Vniuerſitatis etiam pro vniuerſitate bonorum, vt hæreditate, vt caſtrenſi peculio.l.1.ff.quor.bon.l.20.§.ait Senatus.ff.de pet.hæred.l.1.ff.de rei vend.l.1.§.quæ ſunt alicuius.ff.de interdict.Caius lib.2.inſtit. Per vniuerſitatem ait, id eſt, omnia ſimul bona acquirimus hæreditate, adoptione. Sic in §.videamus.Inſtit.per quas perſonas nobis acquir.& Inſtitut.de acquiſitio.per adrogatio.in prin.& in l.1.de actionib.certo temp.finien.in C.Theod. verbum hoc accipiendum eſt.

Vniuerſitas quoq; vocatur grex, peculium, armentum, equitium.l.70.ff.de vſufr.

VOCONIA lex de mulierum hæreditatib. Inſtit.de l.Falc.& apud Paulum lib.4.Senten. Quam Q. Voconius Saxa Trib. pleb. à plebe rogauit, vt Cic. pro Cornel. Balbo, & Flor.in epito.Liuia.& Auguſti.lib.2.de Ciuitate Dei ſcribunt.Cauebatur autem ea, vt ne quis cenſus mulierem vltra quadrantem hæreditatis relinqueret hæredem.

VOLVPTVARIÆ impenſæ ſunt, quæ ad voluptatem fiunt, quæque ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridia, aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ.l.1.in prin.l.7.l.9.l.11.ff.de impenſ.in res dot.l.79.ff.de verb.ſignific.& apud Vlp.in Inſtit.tit.de dotib. Voluptuoſæ etiam appellantur.l.14.ff.de impenſ.in res do. Voluptati deſeruientia prætoria in l.198.ff.de verb.ſignif. quale deſcribitur in l.13.§.fructuarius.ff.de vſufr. Voluptatis artifex in l.7.§.dabitur.ff.de oper.libert.

VRBEM ab Vrbo appellatam, id eſt, à curuatura aratri, quod in vrbe cõdenda olim adhiberi ſolebat, Pomponius tradidit in l.239.§.vrbs.ff.de verb.ſignif. Quod & Seruius in 1.Æneid. Et Iſidor.lib.15.ſcribunt & aliàs plenius exponemus.

Vrbem autem ſimpliciter cùm legimus, Romam κατ' ἐξοχὴν intelligimus, quæ olim inter aliàs tantum caput extulit vrbes, Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Et ita in l.1.ff.de ſenatoribus.l.1.ff.ad legem Iuliam de amb.l.penultim §.negotiatores.ff.de muneribus & honoribus.l.7.§.conſtitutum.ff.de interd.& releg.l.1.ff.de off.præf.vrb. Vrbis tamen appellatio proprietate ſermonis anguſtior eſt, quàm Romæ. vrbs enim muris, Ro-

ma verò continentib. demum ædificiis finitur.l.2.ff.de verb. ſignif. Eadem à Conſtantino in l.1.C.de ſuariis.lib.11. vrbs æterna, vt à Symmacho lib.1. Epiſt. ſæpenumero, & Ammia. Marcellino, vocatur. Et ita in l.4.C. de operib.public. Impp. Valentinia. & Valens. Intra vrbem æternam ſcripſerant. Cuius loco Tribonian. Intra vrbem Romam veterem & nouam ſuppoſuit. Addidit etiam de ſuo clauſulam hanc, Niſi ex ſuis pecuniis opus huiuſmodi conſtruere voluerit. Quemadmodum etiam in l.6. eod. tit. addidit, Et murorum.& in l.9. publicis pecuniis. & in l.11. non ſterilia. Et illa poſtrema verba, Nemini excuſatione, &c. Sed de Triboniani licentia erit alius dicendi locus. Nunc ad rem. Vrbem regiam in Conſtitutionibus, Conſtantinopolin accipere debemus.l. vlt.C.de adſeſſoribus.l.12.C.de iudic.l.14.§.ſanè.C.de ſacroſan.eccl.l.25.C. de nupt.l.25.C.de teſtament.l.5.C.de his qui ad eccl.conf.l.31.§.in hac.C. de epiſc. & cler. §.vlt.Inſtitut.de ſatiſdationibus. Eadem & inclyta & florentiſſima vrbs appellatur.l. vn.C. de contractib.iudic.l.11.C. de adſeſſorib. l.vlt. C.de ædific.priua.In Epiſt. Pandectis præpoſita.§. illud veró. & d.l.31.Et vrbs magnifica in l.31.§.executorib.C.de epiſc.& cler.Et noua Roma, vt libro 16. probauimus. Zonaras etiam *νέαν Ῥώμην καὶ βασιλίδα πόλιν*, Imperatorum exemplo vocat.

Vrbana prędia appellari ædificia etiam ſi in villa ſit, Ruſtica verò fundos Vlpian. ſcribit in l.1.ff.comm.præd.& in fragmentis Inſtitut. titul.19.

Vrbana autem prædia à Ruſticis non loco, ſed materia & qualitate diſcernuntur. Vrbana ſiquidem accipimus ædificia omnia, non ſolùm ea, quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula ſunt in continentibus ædificiis, vel alia meritoria in villis & in vicis, vel ſi prætoria voluptati tantùm deſeruientia, horti quoque qui amœnitatis gratia non reditus habentur.l.98.ff. de verborum ſignificat. l.16. C.de præd. minor.54. in fine. ff. de pet. hær.l. 59.ff.de contrahen.empt.l.13.§. ſi in locatis.ff. de actio.emptio.titul. de ſeruit. vrb. præd.l.4. ff.de pactis.

Similiter & vrbana familia à Ruſtica non loco, ſed genere vſus diſtinguitur, poteſt enim diſpenſator non eſſe vrbanorum ſeruorum numero, ſi ruſticarum rerum rationem diſpenſet.l.166.ff.de verborum ſignific.l.12.ff. de ſupell.leg. Qua in re vſui præcipuè teſtantis ſpectari conuenit, videndumque eſt quo quemque ſeruum loco ac numero is habuerit. Et certè quos circa ſe habet paterfam. & ſui vſus miniſteriique vrbani cauſa, non poſſunt non in eo numero eſſe. Quod plenius exponitur in l.99.ff. de legat.3.& l.12.§. idem reſpōdit.ff.de inſt.vel inſtr.l.4.§.pen.ff.de penu. leg. Atque ita vrbanorum vel ruſticorum prędiorū ſeruitutes, pro genere & qualitate prædiorum quibus debentur æſtimamus. Nam & aquæductus, qui per vrbanū prædium tranſit, iter quoque per vrbanum prædium, vrbanæ ſeruitutes ſunt.l.11.§.1.ff. de publicia.l.14.ff. comm.præd.

Vrbicariæ regiones in l. vn.C. ſi per obreptio.fuer.impet.in C.Theod.l.3.Tributa in ipſis ſpecieb. inf. eo. C.l.9. de extraordin muneribus.in C.Theod.l.3.quib.& quor.vſus.

Vrbaniciani milites in l.35.ff. ex quib. cauſ. maior. Et Vrbaniciani officiales in l.1. de condit.in publ.horr.in C.Th.

VRINATORES in l.4.§.1.ff. de Rod. dicuntur, qui ſub aqua natant. Quo verbo vtitur & Firmicus lib.8.cap.15.Illorum miniſterium egregiè his verſibus deſcribit Manilius lib.5. Aſtronomicôn,

Illis in Ponto iucundum eſt quærere pontum
Corpora qui mergunt vndis, ipſumque ſub antris
Nerea & æquoreas conantur viſere Nymphas,
Exportántque maris prædas & rapta profundo
Naufragia atque imas auidi ſcrutantur harenas.

Nam per vrinatores naufragio merſæ, & in mare nauis leuandæ cauſa iactæ res extrahi ſolebant. Inde vrinandi artifex apud Symmach.lib.1.Epiſt.25.

VSVRA inde appellata eſt, quòd pro vſu pecuniæ datur: Eſt enim quaſi merces & penſio vſus pecuniæ: Et ideò contra naturam eſſe creditur, cùm pro vſu pecuniæ, cuius dominium à dante abſceſſit, & in accipientē tranſit, præſtetur.

Vſurarum autem plures ſunt ſpecies. Aſſis locum in vſuris centeſima obtinet, ad eamq; reliquæ omnes rediguntur. Centeſimæ autem dicuntur, quæ ex ſingulis centenis nummis duodenos nummos quotannis efficiunt: ſic dictæ, quòd earum mēſtrua quantitas centeſima pars ſit ſortis l.4.§.vlt.ff. de naut.fœn.l. 8.C ſi certum pet.l.vlt.§.vlt. C. de iure dot.l. vn.§.cùm autem.C.de rei vx.act.l.1.& 2.C.de vſur.rei iudic.Conſtant.lib.3.Epitom.titul.7. ἑκατοστιαῖος τόκος ἐστὶν τὸ ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν νομίσμασι ιβ΄ ΙΙ. ὥστε ὅλου δίδοσθαι ἐνιαυτοῦ διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν καθ᾽ ἕκαστον μῆνα δίδοσθαι ΙΙ. ἕν.

Semiſſes vſuræ quaſi dimidiæ centeſimæ ſunt, nempe cùm pro 100. aureis ſex quotannis penduntur, ita vt vſura menſtrua ducenteſima ſit pars ſortis.l.30.ff. de adim. leg.l.3.ff. quod iuſſu.l.24.ff.de præſcript.verb.l.1.C.de his quæ vt indig. Et apud Plin. libr.14.capit. 4. Cuiuſmodi olim vſuras à debitoribus ſuis fiſcus

fiſcus accipiebat.l.17.§.ſi debitores.ff.de vſur. Ex qua vſuras fiſcales in l. 6. ff. de iure fiſc. ſemiſſes interpretabimur. Appellantur & Semiſſales in l.10.ff.de pollicitationib.

Vſuræ quincunces ſunt, quæ quintam centeſimæ reddunt: nimirum quinq; aureos pro centum.l.15.ff.de adim.leg.l.7.§. quæ autem. ff.de adm.tut.l.17.ff. de vſur. Et ita quicũcem modeſtum apud Perſium accipe.

Trientes, ſunt cùm in ſortem centum quatuor nummi penduntur.d.l.7.§.quæ autem.l. 3.in fi.ff.ad l.Falcid. Tertiam centeſimæ dixit Paul.in l.17.in fi.ff.de vſur.

Quadrãtes verò vſuræ ſunt, cùm in ſortem centum tres nummi quotannis præſtantur. l. 21.§.largius.ff.de annu.leg.

Septunces verò, quoties ſeptem aurei.

Beſſes quoties in ſingula centena octo annua præſtantur.l.pen.C.de vſur.

Dodrantes verò cùm nouem.

Dextantes, quoties pro 100.aureis quotannis 10.redduntur.

Deunces verò duos aureos pro centum efficiunt.

Vnciæ vſuræ in centenos aureos vnum annuum reddunt. l. 47.§. *profectus*. ff. de adm. tut. Hę enim duodecimam partem centeſimę velut aſſis vncia explent.

Vſuræ pupillares vel quicunces ſunt vel trientes pro more regionis, niſi in certis cauſis, quas lib.3.Select.Antiquit.expoſui.

Vſurarius debitor appellatur qui ſub vſuris pecuniam debet.l.7.ff.de vſur.

Sic Vſuraria pecunia, quæ ſub vſuris debetur.l.11.& l.12.ff.de compẽſatio. Et vſurarum debitum in l.6.in fi.l.40.ff.de neg.geſt.

VSVRPATIO eſt vſucapionis interruptio. l.2.& l.5. ff. de vſucapionib. De vſurpationib. librũ Appius Claudius ſcripſerat teſte Pomp. in.l.2.§.& quidem ex omnib. ff.de orig.iur. Vſurpari etiã ſeruitus dicitur, quæ vtẽdo retinetur.l.6.§.1.& l.8.in fi.& l.9.l.16.ff.ſi ſerui vindic.

Vſurpatum etiam pro vſu acquiſitum in l. 40.ff.ex quib.cauſ.maio.

VSVS ſignificat ius vtendi re aliena ſalua rerum ſubſtantia. & ab vſufructu differt. Nam cui vſus relictus eſt, vti poteſt, frui verò nõ poteſt.l.2.ff.de vſu & habit.minusq; eſt vſum legari, quàm fructum. Quandoquidem fructui & vſus ineſt, vſui fructus deeſt.l.10.l.14.§.1.ff. de vſu & habit. Et vſus quidẽ neceſſitate perſonæ circumſcribitur ac definitur, fructus nõ item. Nam qui vſumfructum habet, non tantùm ad vſum ſuum vti poteſt, ſed & ad quæſtum & compẽdium. Omnis enim rei vtilitas ei conceſſa eſt. Interdum tamen vſu legato etiam vſusfructus datus intelligitur, veluti ſi pecuniæ vſus legetur, vſus appellatione etiã fructus continetur, quoniam idem continet vſus pecuniæ, quod fructus.l.5.in fi.l.10.ff.de vſufr. ear. rer. vſum autem Græcè χρῆσιν appellari Vlpian.ſignificat in l. 10.§.1.ff. de vſu & habit. Quanquam apud Cicero.lib.7.Epiſtol. χρῆσιν pro fructu Curius accepit.

Qui vſum habet, vſuarius appellatur, vt fructuarius, qui fructum.l.13,§.de præteritis.ff.de vſufr.l.32.ff.de ſtip. ſeru. Vſuarius tamen ſeruus in quo vſum habemus, vocatur in l.14.ff. de vſu & habit.l.2.ff.de pecul.l.7.§.ſi ſeruum. l.12.§. quare. ff. de dolo.l.54.ff. de acquiren. rer.dom.

Vſus etiam poſſeſſionem ſignificat, vt Iauolen. in l. 115.ff. de verb. ſignif.ſcribit. Et ita Ælius Gallus poſſeſſionẽ vſum definit apud Feſt. Pomp. libro 14. Sic & Horat. in Sermonibus, Quædam, ait, ſi credis conſultis mancipat vſus.

Vnde vſucapere vſu acquirere & poſſeſſione ſuum facere ſignificat, quemodmodũ Iurecõſulti loquuntur.l.1.l.19.& l.21.ff. ex quib. cauſ.maio.l.82.§.1.ff. de legat.1.l.33.in princ. ff.de vſucapionibus. l.22.§. ſed & ſi cui.ff.ad Trebellia.

Et Vſucapio dominii adeptio acquiſitioq; per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti.l.3.ff.de vſucapionib.l.23.§.1.ff. ex quib.cauſ.maio. Vlpia.in Inſtit.tit.19.

Vſucapio currere & procedere, item impleri dicitur.l.15.l.18.ff.de vſucap.l.2.ff.pro donat.

Vſus ſui cauſa & vſu ſuo duci ea demum mancipia videntur, quæ ad patrisfam. corpus tuendum atq; ipſius cultum deſtinantur: veluti Cubicularii, coci, miniſtratores, obſonatores & alii eiuſmodi vſus cauſa parati. l.203.ff. de verb.ſignif.quę vſualia mancipia vocantur in l.vlt.§.quoties.ff.de publican. Si quis argentum quod vſus ſui cauſa paratum eſſet, legauerit, id duntaxat debebitur quod victus ſui cauſa ad quotidianum vſum parauerit, non etiam quod commodare ad ludos & cæteras apparationes ſolebat.l.28.ff. de auro, arg. leg. Legatis vxori ſeruis, qui vſus eius cauſa parati ſunt, ad eam non pertinent hi ſerui, qui non proprii ipſius, ſed communis vſus cauſa parati ſunt.l.35.ff.de legat.2.his verò verbis ea, quæ poſt teſtamentum factum vſibus eius compa rauerunt, continebantur. l.33.§.1.ff.de leg.3.

Vſus etiam pro conſuetudine ponitur. Sic in vſu, id eſt, vulgari & quotidiano ſermone, in cõmuni vita, & vt dicimus, in praxi, in l.45. & l.52.§.quod tamen.ff.de legat.3.l.3.ff.ex quibus cauſ.maio.l.1.§.impuberi.ff.de s.c.Silania. l.75.§.ſed ſi legata.ff.ad l.Falcid.l.7.§.cùm hoc edictum.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.l.48.in fi.ff.de ædil.ed.l.158.l.211.ff.de verb.ſignif.

Ex vſu eſt, pro, Vtile eſt.l.99.in fi.ff.de ſolu.

Vſio pro vſu in l.66.§.lana.de leg.3.l.29.§.ſi

factum.ff.de auro,arg. Vtitur & Cato in libro de re Ruſt.

VSQVE accipitur incluſiuè in l.2.ff. de his qui not.infa.l.11.ff.de dolo.l.1.ff. an per alium cauſæ appell.l.vlt.ff.de diſcuſſorib.

VTENDI generalis eſt appellatio. Vtendum datum dicitur & quod mutuum datum eſt.l.2.ff. de calumniatorib. & quod commodatur.l.20.ff.de acq.poſſeſſ.l.19.&l.21.§.1.ff. commoda.

Vnde Vtendum rogare, pro commodato rogare.l.13.ff.depoſ.Plaut.Aulular. Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Inter commodatum tamen & vtendum datum Labeo propriè hoc intereſſe exiſtimabat, quod inter genus & ſpeciem. Commodari enim rem mobilem non etiam ſoli:vtendam dari, etiam ſoli.l.1.ff.commoda.

VTILIA quædam ſunt publicæ, quædam priuatim.l.1.§.1.ff.de iuſtit.& iure.Publicè vtilia ſunt, quæ in commune vtilia ſunt, & quæ ad vtilitates omnium in commune pertinent. l.3.§.is quoq;.ff.de s.c.Silaniano.l.6.§.ne quid. ff.de officio præſidis. Publicè vtile eſt, verbi gratia abſentium excuſationes accipi.l.33.§. publicè.ff.de procuratorib. per itinera tutò ac ſine periculo commeari.l.1.§.1.ff. de his, qui deiec. vel effud. ſupremas defunctorum voluntates exitum habere.l.5.ff.teſtamen. quemadmod.aper.mulieres dotatas eſſe.l.1.ff. ſolut. matr. peccata nocentium nota eſſe.l.18.ff. de iniur. Item alia multa quæ in verbo Intereſt adnotauimus.

Vnde duplex ſtatuitur vtilitas publica:vna, quæ eadem communis dicitur in l.51.in fi.ff. ad l.Aquil.Altera,priuata.

Publicæ vtilitatis cauſa propoſitum dicitur interdictum De loco publico fruendo. Tuetur enim vectigalia publicæ neruos totius ciuitatis.l.1.§.1.ff.de loco pub.fruen.

Pro publica vtilitate exercetur actio iniuriarum, quoniam ad compeſcendam audaciam cohibendamque petulantiam iniurioſorum hominum pertinet.l.42.§.1.ff.de procuratoribus.

Publica vtilitas eſt edictorum prætoris quę iuris veteris ſupplendi,corrigendi, emendandi cauſa comparata ſunt.l.7.ff. de iuſtit. & iur.

Publica eſt vtilitas nuptiarum. l.12.§. modo.ff.de captiu.Et apud Paul.lib.2.Senten.tit. 20.Preterea ſi quod tumultus, vel incẽdii, vel naufragii cauſa depoſitum eſt, non redditur, creſcit perfidiæ crimen & publica vtilitas coërcenda eſt,vindicandæ reip.cauſa.l.1.§. hæc autem ſeparatio.ff.depoſi.

Sic ex vtilitate publica aliquid receptum dicimus.l.8.ff.depo. Et vtilitatis cauſa.l.2.§.ſi de impubere.ff.pro emp.l.95.§.vſumfructum. ff.de ſolutionibus.l.1.ff. qui & à quibus.l.32.§. pen.ff. de acq.poſſ.l.1.C.eod.tit.l.5.§.1. de legit.tutorib.

Et propter vtilitatem. l.19. ff. de præſcript. verb.l.16.ff.de legib.l.1.§. magiſtrum. in fin. ff. de exercitor.l.6.ff.rem pup.ſal.fo.l.40.§.ff.de acquir.poſſ.l.1.§.1.ff.quod legator. Vel vtilitate ſuadente.l.1. ſunt qui putent.ff. ne quid in flum.pub.Et vtilitate ſuadente receptũ quemadmodum legẽdum videtur.l.44.§. cum qui. ff.de vſucapionib.

Ex vtilitate etiam edicta commendantur. l.1.ff.de neg.geſt.l.1.ff.de reſtit.in integ.l.1.ff. de exercitor.l.1.ff. nautæ, caupo. Atque hæc vtilitas ius facit & conſtituit. Iura enim ſalubriter pro vtilitate hominum introducta ſunt. Quamobrem & Horat. Vtilitatem iuſti & æqui matrem dixit.Eſtq; Legiſlatoris omnia ad vtilitatem ciuium referre, vt Cicer. ad Q.Fratrem ſcribit, & Ariſtoteles in lib. De moribus monet. vnde idem Cicer. in Topic. Ius ciuile definit quod pluribus in quaque ciuitate vtile eſt.Solent & ſæpè Iureconſulti ſic ratiocinari: Par vtilitas,ergo idem ius.l.5.§.conſtituitur.ff. vt in poſſ.leg.l.2.§.procuratorem. ff. pro empto.l. vlt. ff. de cloac. Nã quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum eſt, bona occaſio eſt,& cætera quæ ad eandem vtilitatem tendunt,interpretatione,vel certè iuriſdictione ſuppleri.l.12.ff. de legib. Inde vtile eſſe, vel vtilius eſſe,id eſt, magis ex vſu eſſe pro ratione decidendi legimus.l.3.§. hoc interdicto. ff. ne quid in loco pub.l.5.in fi.ff. ſi pars hæred. pet. l.89.in fi.ff.de ſolutionib.

Vtiles actiones dicuntur, quæ deficientib. legum vel edictorum verbis æquitate ſuggerente, & vtilitatis gratia ad ſpeciem propoſitam accommodantur.l.19.ff. de præſcr. verb. l.5.§.ſi actori.ff.de conſtit.pec.l.2.§.quãquam. ff.de aq.& aq. plu. Quod ego aliàs Deo fautẽe exemplis appoſitiſſimis demõſtrabo:Interim hoc monuiſſe contentus ero, vtiles actiones directis opponi, quæ rectà ex legis verbis deſcendunt,cùm vtiles inflexæ ſint, &,vt Theophilus vocat, πλαγιαστικάς. Ex eo enim negotio cuius cauſa conſtitutæ & comparatæ ſunt ad aliud cui minus conueniunt, vtilitate ſuadente contorquentur & inflectuntur. Demonſtrantur autem plerunq; hæ actiones his verbis, quaſi, ad exemplum, exemplo, veluti, ad ſimilitudinem.

Vtiles dies dicuntur, quibus experiundi & iudicis adeundi poteſtas eſt.l.3.in fin.ff.de accuſationibus.l.6.ff. quæ in fraud. credit.l. 10. ff.ad Turpillia. l.55.ff. de ædilit.ed. Vtiles autem dies,interdũ (quod in his quæ decretum exigunt, ſeruatur) ſeſſionum accipiuntur: quibus ſcilicet prætor pro tribunali ſederit, & poſtulationibus dederit reſponſum. In his

verò

verò quæ de plano expediri poſſunt, vtiles ſunt, quicunque dies, quibus Prætor ſui copiam in publico, vel adeuntibus ſe fecerit. l. 2. ff. quis ordo in bon. poſſ. l. vlt. Inſtitut. de bonor. poſſeſſionib.

Ita vtilem annum accipimus, ex diebus vtilibus, id eſt, quibus experiundi poteſtas fuerit conſtantem. l. 1. ff. quando act. de pecul. l. 1. ff. de in rem ver. l. 3. §. hæc actio. ff. vi bonor. rapt. l. 28. §. ſi quis. ff. de lib. & poſt. l. 14. ff. de aqu. & aq. plu. l. 1. & l. 6. in fin. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. ff. vti poſſidet. Experiundi autem poteſtas eſt, ſi agendi facultas eſt. nec enim ſatis eſt reũ poteſtatem ſecum agendi facere, vel habere eum qui ſe idoneè defendat: ſed hoc amplius exigitur, vt actor nulla idonea cauſa impediatur experiri. Nam ſi vel Reip. cauſa abſit, vel ab hoſtibus detineatur, aut in vinculis ſit, aut ſic tempeſtate in aliquo loco detineatur, vt mandare non poſſit, experiundi poteſtatem non habet. l. 1. ff. de diuerſ. temporalib. Cæterùm experiundi poteſtatem, quod ad redhibitoriæ tempus attinet, habuiſſe non videtur, quo vitium latens fugitiui ignorauit. l. 55. ff. de ædilit. ed. Dies ad appellandum conſtituti ad aliquid vtiles ſunt: ſi fortè eius, à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Nam is dies ſeruatur, quo primo adeundi facultas erit, id eſt, quo in publico ſui copiam fecerit. l. 1. §. dies. ff. quando appell. ſit.

Vtile autem tempus & continuum opponuntur. l. 31. ff. ad leg. Aquil. de adult. l. 1. §. ſi mulier. ff. de lib. adg.

Vtilitas etiam omne compendium, & id quod poſtea intereſt, id eſt, damna & lucra complectitur. l. 4. §. in eum. ff. de dam. inf. l. 11. §. vlt. ff. de actio. empt. l. 81. §. vlt. ff. de verb. oblig. l. pen. §. ſi quis cautio. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. Ita accipe quod dicitur, vtilitatem deberi, vtilitatem venire in iudiciũ, & in æſtimationem. l. 9. §. præterea. ff. ad exhib. l. 22. cum l. ſeq. ff. ad leg. Aquil. l. 21. §. cùm per venditorem. ff. de act. empt.

Vtiqve, pro, Tantum, in l. 21. ff. manda. l. 31. §. culpam. ff. de ædilit. ed. l. 17. §. ſi cum mihi. ff. de præſ. verb.

Vtrvbi, (Sic enim rectè in Pandect. Flor. & apud Theophilum, Inſtitut. de interdict. ſcriptum eſt) interdictum eſt retinendæ poſſeſſionis quod de re mobili maiore parte anni poſſeſſa datur. l. 1. ff. vtrubi. l. 9. ff. de rei vendicatio. Theophilus interpretatur παρ' ὁποτέρῳ. Sic autem à primis verbis quibus concipiebatur hoc interdictum nominatum eſt.

Vva tumorem quendam & glandulam carneam ſignificat in l. 14. §. idem ait. ff. de ædil. ed. Plin. lib. 20. cap. 17. Tonſillis quoq; & vuis medetur & capitis doloribus.

Vvlgo quæſiti dicuntur, qui paſſim & σποράδην, & incerto patre concepti ſunt, qui & ſpurii vocantur. l. 19. ff. de ſtatu hom. l. 4. in fi. ff. de in ius voc. l. 18. ff. de bon. libert. l. 5. §. 1. ff. de liber. agnoſ. l. 16. §. pen. ff. de his quæ vt indig. l. 1. §. ſed & vulgo. ff. ad Tertyllia. l. 1. ff. ad municipal. Caius lib. 1. Inſtitut. tit. 5. Modeſtin. autem vulgo conceptos definit, qui patrem demonſtrare non poſſunt: vel qui poſſunt quidem, ſed eum habent, quem habere non licet. l. 23. ff. de ſtatu hom.

Sic vulgò concipere & vulgò parere accipimus eam, quæ vulgò & paſſim ſui copiam facit. l. 5. verſ. nec intereſt. ff. de ſtat. hom. l. 5. ff. de in ius voc. l. 4. §. cognationis. ff. de gradibus & affin. l. 22. C. de adulter. l. 77. §. mater. ff. de leg. lib. 2.

Vulgo autem quæſiti, ex iuſtis nuptiis quæſitis opponuntur. l. 2. ff. ad Tertyllian. l. 18. ff. de bonis libert. d. l. 5. Nam ſi hi parentem demonſtrare & ciere poſſunt, vt Tzetzes libro Hiſt. chilia. 5. capit. 17. ſignificat his verbis. Νομοθετεῖ καὶ γυναιξὶ τοὺς γάμους τοὺς νομίμους, ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώκασι τοὺς δύο φυτοσπόρους, τὸ πρὶν μόνην γινώσκοντες, ὡς ἔφην, τὴν μητέρα.

Vulgaris vxor dicitur, quæ ſui vulgo copiã facit, & quam quis, vt cum Martiale loquar, habet cum populo. l. 13. §. 1. ff. de adulter. Vulgare autem interdũ ſignificat vſitatum, commune, ſolenne, ordinarium, ciuile, legitimũ. Sic vulgares actiones appellantur legibus proditæ actiones. l. 1. ff. de præſcript. verb. l. 46. in fi. ff. de hæred. inſtit.

Vnde & vulgaris ſubſtitutio poteſt videri dicta, quæ ex l. 12. tab. deſcendit, niſi cui magis placeat, inde dicta quòd à quolibet teſtatore, & cuicunque hæredi ſcripto fieri poſſit. Nam & in vulgarem caſum factam ſubſtitutionem dixit Modeſt. in l. 4. §. 1. ff. de vulg. & pupil.

Vulgaris formula in l. 40. ff. de furt. pro actione de peculio cum adiectione noxæ.

Vulgare pactum, vulgo & communiter contractibus adſcribi ſolitum. l. 30. ff. de pact. dotalibus. coniuncta l. 5. ff. de diuort. Sic vulgare pactum. l. 3. C. de pignor. act. coniuncta l. 1. C. de pact. pignor. & l. 4. ff. de pigner. act.

Et Vulgaria verba, ordinaria, & cautione de rato habendo comprehendi ſolita, in l. 3. ff. rat. rem hab. Et vulgaris cautio legatorũ, quæ legatorum in diem, vel ſub conditione relictorum nomine vulgò interponi ſolet in l. 113. §. iidem principes. ff. de leg. 1. tit. vt legat. ſeu fideicom. nom. cau.

Sic vulgari modo legatorum dies proferri dicitur in l. 4. ff. de dote præleg. qui ea clauſula prorogatur, quæ refertur in l. 30. ff. de leg. 1.

Vulgari modo legari vxori dicitur quod vſitato modo legatur, in l. 108. ff. de legat. lib. 1.

Vulgare præmium in l. 3. §. extat. ff. de iure fiſc. propoſitum delatoribus præmium ſignificat. l. 13. §. extat. ff. de iure fiſc.

Vulgaris exceptio rei iudicatæ. l. 3. ff. de popularibus actio.

Vulgaria tectoria pro gregalibus tectoriis, vt cum Seneca loquar in l. 13. in fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. At in l. 3. §. 1. ff. de ſupell. leg. vaſa ænea vulgaria Paul. interpretatur, quæ non eſſent proprio loco adtributa.

XENIA vocabantur munuſcula quæ à prouincialibus rectorib. prouinciarum offerebantur. l. 6. ff. de offi. proconſ. l. vn. ne damna prouincial. infligãt. in C. Th. Caſſiodor. lib. 7. Variar. in formula Comitiuæ portuum. Vnuſquiſque per ſolennitatem commonitus offerat voluntarium munus. Xenia enim ſunt non debita. Plinius etiam lib. 5. Epiſtol. ad Valeria. Quàm me iuuat, quod in cauſis agendis non modò pactione, dono, munere, verumetiam xeniis ſemper abſtinui. Vtitur & hoc verbo idẽ auctor lib. 6. Epiſt. ad Cornelianum.

XYLOCINNAMOMI de quo in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. fit mentio, Dioſcorides lib. 1. diuerſam facit ſpeciẽ à cinnamomo: eſſeq́; lignoſum cinnamomum tradit, quod ſarmenta longa, robuſtaq́; ferat, & odore ſit longè cinnamomo inferiori. Meminit & Plinius lib. 12. c. 19.

ZEUXIPPI porticus in l. 18. C. de operib. pub. In deſcriptione vrbis Cõſtantinopolitanę, cuius incertus eſt auctor, Thermæ Zeuxippi in ſecunda regione ponuntur. Zonaras Tomo 3. in Iuſtiniano. Καὶ τὸ Ζευήρου λουτρὸν, τὸ λεγόμενον Ζευξίππου. Et in Philippico, Καὶ ἐν τῷ τοῦ Ζευξίππου μετὰ τὸν ἀγῶνα λουσάμενος λουτρῷ.

ZINGIBERI in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. imitatione Græcæ ſcripturæ. Nam Græcis Ζίγγιβερ dicitur, eſtq́; interprete Suida, εἶδος ἀρώματος. De quo videndus eſt Dioſcorid. lib. 2. & Plin. lib. 12. cap. 7.

ZYGOSTATES, libripẽs, ponderum cauſa in ciuitatibus conſtitutus. l. vlt. C. de ponderatorib. lib. 11. l. 2. eo. tit. in C. Th. & Edicto Iuſtin. 13. Inde Zygoſtaſii munus in l. 1. de frumen. vrb. Alexandr. in C. Th.

FINIS.

APPEN-

APPENDIX PRÆTERMISSARVM QVARVNDAM VOCVM.

ACINATICIVM in l.9.ff. de tritico, vino, ol. leg. vini genus, cui ex acino nomen eſſe Caſſiodor. lib.12. Variar. Epiſt. ad Canonicarium Venetia. ſcribit, & quomodo id paretur ac conficiatur his verbis explicat, Autumno lecta de vineis in pergulis domeſticis vua reſupina ſuſpenditur: ſeruatur in vaſis ſuis, thecis naturalibus cuſtoditur. Rigeſcit non liqueſcit ex ſenio. Tunc fatuos humores exudans magna ſuauitate dulceſcit. Trahitur ad menſem Decembrem, donec fluxum eius hyemis tempus aperiat: miroq; modo incipit eſſe nouum, quando cellis omnibus reperitur antiquum. Et paulò poſt, Deferuet primùm in origine ſua, & cùm potuerit adoleſcere, perpetuam incipit habere nouitatem. Non calcibus iniuriosè tunditur, nec aliqua ſordiũ admixtione fuſcatur.

ΑΚΡΟΔΡΥΑ apud Græcos omnes arborum ſpecies appellari ſcribitur in l.236. in fin. D. de verbor. ſignificat. Quod & Moſchopulus in libello cui titulus eſt, *συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων*, ita ſcribit: *Δρυῶν κοινότερον πᾶν ἐκάλουν δένδρον οἱ παλαιοί, οὕτω καὶ ἀκρόδρυα πᾶσαν τὴν ὀπώραν. Καὶ δρυφάκτοις οὐ μόνον τοῖς ἐκ δρυΐνων, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ὁδηποτοῦν ξύλων.* Suidas quoque *Ἀκρόδρυα πάντας τῶν δένδρων καρποὺς* dici tradit.

ACVS in ornamentis muliebribus numeratur in l.27. §. ornamentorum. ff. de auro, argent. Iſidorus autem lib. 19. Etymolog. cap. 30. Acus eſſe ait, quibus in fœminis ornandorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, & ſparſi diſſipentur capilli. Quæ verba ille tranſcripſit ex Hieronymo in capit. 3. Eſaiæ. Inde Acicula capitis *ἐμπλοκοειστικῶς* in l.1. de repudiis in Cod. Theod. Martial. libro 14. Epigram.

Figat acus tortas, ſuſtineatq́; comas.

Tertullianus in libro de Pœnitentia: Cedò acum crinibus diſtinguendis, & puluerem dentibus elimandis. Ex quo Acus crinalis appellatur ab Apuleio lib.8. de Aſino aureo.

ADIVTORES officiis leuandi laboris cauſa dabantur, qui his vel ægritudine præpeditis, vel multitudine negotiorum obrutis opem ferrent. l.10. Cod. de numerar. lib.12. l.3. Cod. de diuerſ. offic. lib.12. & in Notitia Imperij Rom. perſæpè. Sic Adiutores Quæſtoris in l. vltim. Cod. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.12. Adiutores ſacræ memoriæ. l.13. l.14. eod. titul. Adiutores magiſtri officiorum. l.5. C. de principibus agen. in rebus lib. 12. Adiutor vrbani officij apud Symmach. lib.1. Epiſt. 22. & Adiutor primicerij tribunorum notariorum in Notitia, quæ ſubiecta eſt Nouellæ 8. Appellantur verbo Græco Boëti. in l. vlt. Cod. de tabular. ſcrib. lib.10.

Adiutricis primę legionis meminere Impp. in l. vlt. C. de apparitoribus præf. præt. & l. vlt. C. de caſtr. pecul. lib.12. in qua Adiutrice noſtræ Reip. pro Adiutrice noſtra vulgò perperam legitur.

ADÆRATIO, æſtimatio ſpecierum in ære. l.14. Cod. de erogation. militar. anno. lib. 12. l. vlt. C. de milit. veſte. eo. Vnde Adærata ad æris pretium redacta dicunt Impp. in l. vn. C. de collati. donat. poſſ. lib.10. Ex quo emendanda eſt l.15. C. de erogat. milit. anno. libro 12. in qua adhærere, pro, adærari cum vitio ſcriptum eſt.

ADMISSIONVM Officium in l.2. Cod. de priuileg. eor. qui in ſacr. pal. lib.12. C. quod ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum ponitur in Notitia Imperij Rom. Ab eo Admiſſionales, qui principem adoraturos admittebant in l. vlt. C. de diuerſ. offic. lib.12. Lamprid. in Alexand. Salutabatur verò quaſi vnus de Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis, aut ſolis his qui miniſtri ad fores fuerant: cùm antea ſalutare principem non liceret: Admiſſionum etiam magiſtrum legimus apud Vopiſcum in Aureliano.

Adorare principem, purpurámve principis, pro venerari, ſalutare, & ad principis genua accidere, in l. 1. Cod. de comitibus & tribus ſchol. lib. 12. l. vlt. Cod. qui milit. poſſ. lib. 12. l. 4. C. de conſulibus lib. 12. l. 1. C. de apparitoribus præf. prætor. l. 1. C. de apparitoribus præf. vrb. Ammian. Marcellin. lib. 21. Verùm cùm primitus viſus adorandæ purpuræ datam ſibi copiam aduertiſſet, recreatus tandem ſuique ſecutus, Incautè, inquit, Imperator & temerè alienis te partibus commiſiſti. In Notitia quoque Imperij Romani, crebrò in officio Proconſulum princeps agentium in rebus recenſetur qui adorata principali clementia cum inſignibus exibat. Talem autem honorem principi in ſalutatione exhiberi ſolitum, Zonaras Tomo 3. in Iuſtinian. indicat his verbis ἤδη δ' ἐφθακὼς ἔναντι τοῦ κρατοῦντος ὁ Βελλισάριος πείθει τὸν Γελίμερα εἰς τοὔδαφος καταβαλεῖν ἑαυτὸν, καὶ οὕτως ἀπονεῖμαι τῷ βασιλεῖ τὴν προσκύνησιν. ὁ δ' ἐποίει τὸ προσταττόμενον καταχεόμενος δάκρυσι. αὐτὸς δὲ Βελλισάριος προσούδισεν ἑαυτὸν συγκλινόμενος τῷ Γελίμερι, ὅτι οὐχ ὡς αἰχμάλωτος ἐκεῖνος τοῦτο ποιῆσαι ἀπῃτεῖτο, ἀλλ' ὅτι οὕτω νενόμισται προσκυνεῖσθαι τὴν Ῥωμαίων τοὺς βασιλεῖς. Ex quo apparet humi procumbere, & ad pedes principum prouolui ſolitos, quos illi ſalutationis officio dignabantur. Id quod à peſſimis primùm principibus inſtitutum, à Chriſtianis etiam retentum eſt. Lamprid. in Alexandr. Ipſe adorari ſe vetuit, cùm iam cœpiſſet Heliogabalus adorari more Regum Perſarum. Capitolin. in Maximinis. Nam in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genua ſibi oſculari patiebatur: nonnunquam etiam pedes. Quod nunquam paſſus eſt, ſenior Maximinus, qui dicebat, Dij prohibeant, vt quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat.

Æramen in l. 12. C. de operibus public. ſcribere oportet, vbi codices quidam ornamenta, alij inſtrumenta ſcriptum habēt. Quorum vtrunq; vitioſum eſſe oſtendit l. 37. eod. tit. in C. Theod. Ex qua hoc amplius patet Tribonianum tres libras in ſex mutaſſe qui mirè etiam deformauit. l. 14. eod. titul. vt apparet ex l. 40. eod tit. in C. Theod.

Agentium in rebus crebra fit in libris Codicis mentio, nec non apud Ammia. Marcellin. & in Epiſt. Symmachi aliquoties, & apud Ambroſium lib. 5. Epiſtol. Hos principibus varia miniſteria in prouinciis præbuiſſe conſtat. Nam & curis agendis & euectionibus publici curſus obſequium adhibebant, vt oſtendunt l. 2. & l. vlt. C. de curioſ. & ſtationar. lib. 12. Et officio quoq; Præſidum, Proconſulum, Vicariorum, Ducum, princeps de ſchola agentium in rebus deputabatur: quemadmodum ex Notitia Imperij Rom. liquet. Agentes autem in rebus Lexicon B. Germani μαγιστριανοὺς vertit. Credo quòd Magiſtro officiorum ſubeſſent.

Amethvsti in l. 21. ff. de auro, arg. Gemmæ ſunt purpureæ, permixto violaceo colore, leniter quaſdam flammulas fundentes. Cauſa autem nominis huius eſt, quòd ſit in purpura illius quidam non ex toto igneum, ſed vini colorem habens, vt Plin. lib. 37. cap. 9. & Iſidor. lib. 16. Etymolog. cap. 9. ſcribunt.

Amfitapa in l. 23. §. veſtimenta. ff. de auro, argent. ſunt ex vtraq; parte villoſa tapeta quemadmodum Iſidor. lib. 19. cap. 26. interpretatur. Nonius quoq; Marcellus Amfitapas veſtes dici ſcribit, vtrinq; habentes villos. Lucilius lib. 1. Satyr.

Atq; amfitapa villis ingentibus molles.

Varro Manio: Alterum benè acceptũ dormire ſuper amfitapa benè molli. Pollux lib. 6. Onomaſt. cap. 1. ἀμφιτάπιδας appellat, & ſic definit, Ἀμφιτάπητες οἱ ἐξ ἑκατέρου δασεῖς τάπητες δὲ οἱ ἐκ θατέρου. Suidas, Ἀμφίταποι τάπητες ἀμφίμαλλοι.

Amomvm in l. vltim. §. ſpecies. ff. de publican. Genus eſt fruticis odorati in Syria & Arabia naſcentis, flore albo veluti violæ, foliis ſimilibus bryoniæ. Vide Dioſcorid. lib. 1. cap. 14. Plinium lib. 12. cap. 12. Iſidor. libro 17. Etymolog. cap. 8.

Anademata in l. 28. ff. de auro, argent. In Lexico B. Germani, Redimicula ἀναδήματα & καθετῆρες redduntur. Ἀναδέσμην etiam Suidas μίτραν κεφαλῆς interpretatur.

Arca lapidea in qua mortuus conditur in l. 7. §. vlt. ff. de religioſ.

Arca ærata in l. 19. §. ſi inquilinus. ff. locati.

Arca frumentaria & olearia in l. 1. ff. de munerib. & honorib. l. 1. C. de frumen. vrb. Conſtant. l. 2. de curatoribus Kalend. in C. Th.

Arca vinaria apud Symmach. lib. 1. Epiſtol. 28. & Epiſt. 33.

Arca quæſtoria apud eundem auctorem lib. 1. Epiſt. 19.

Arca fiſcalis in l. 4. C. de numerar. lib. 11. In quam tributa inferebantur, vt Iuſtinian. in Nouell. θεῖ τῆς τῶν δημοσίων ἀνύσεως non procul ab initio ſignificat. Eſt autem corruptum & deprauatum hoc verbum in l. 11. C. de ſuſceptoribus lib. 10. in qua, mercedis diſcuſſionem, pro, arcæ diſcuſſionem vitioſè legi, cùm ex ſcriptis codicibus, tum verò ex l. 26. eod. tit. in C. Th. patet.

Inde Arcarij, huiuſmodi arcæ cuſtodes, auriq; illati ſuſceptores, in l. vlt. C. de ſuſceptoribus, & arcar. lib. 10. l. 8. de aquæ duct. in Cod. Theod. l. 1. de his qui cum diſpenſat. contraxerunt. in eod. Cod.

Arguto pectine dixere Arcad. & Honor.

in l. vlt.

in l.vlt.C. de veſtibus olober. lib.11. imitatione Virgiliani verſus, qui eſt lib.1.Georg. qui ita habet,

Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Sed & Apuleius lib.2. de Aſino aur. Et pectinis, ait, arguti dente tenui diſcriminantur.

ΑΡΤΑΒΩΝ meminit Iuſtinian. Edicto 13. ἴσω, ait, ὡς κατὰ τριῶν ἀρταβῶν, ὑπὲρ ἑκάστου νομίσματος ἀπαιτήσεται παρὰ τοῦ σοῦ θρόνου τὸ λεῖπον τῇ ἐμβολῇ. Exiſtimo autem de Ægyptia Artaba ea verba accipienda. fuit enim menſura hoc nomine apud Ægyptios modios quinque capiens, auctore B. Hieronymo lib.2. Commentarior. in Eſaiam capit.5. Quod & Ariſtophanis interpres in Acharnenſibus teſtatur. Ἀχάνη, inquiens, μέτρον ἐστὶ Περσικὸν ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις. Fuit & menſuræ Perſicæ medimnum Atticum & præterea tres chœnicas capientis idem nomen, vt Herodot. libro 1. & Pollux libro 4. Onomaſt. cap.23. & Suidas in verbo Ἀρτάβη tradunt.

ASCODROGITÆ in l.10.& l.11.C. de hæretic. Sic enim illic legendum cenſeo. Hæretici fuere, qui vtrem inflatum in ſua Eccleſia poſitum ac coopertũ veneratione proſequebantur & circa eum laſciuientes more bacchantium diſcurrebant, auctore Philaſtrio Brixienſi Epiſcopo in hæreſeon Catalogo.

AVCTORITATES magiſtratuum pro literis & edictis quę publicis locis proponuntur aliquid imperantes, vetantéſve. l.1. ſi cer. pet. chir. in C.Th. l.vlt. C. de fabricenſibus lib.11. l.10.C. de aquæductu. lib.11. l.vlt. de cenſu ciu. non adſcrib. in C.Th. Nou. Valentinian. de indulgent. debit. Sic & in Caſſiodoro aliquoties, & in Beatorũ paſſionibus, vt vocant, hoc verbum accipitur.

AVRARIVS Canon, in l.11.C. de excuſatio. muner. lib.10. l.13. C. de extraord. munerib. Præſtatio fuit à mercatoribus & negotiatoribus conferri ſolita: quæ & Auraria penſitatio vocatur in l.2. Cod. de fund. patrimo. lib.11. & Auraria præſtatione in l.vn. qui à præbitio. tiro. in C.Th. & Auraria functio in l.13.& l.19. de luſtrali collatio. eo. Et Auraria penſio apud Caſſiodor. lib.11. Variar. Epiſt. ad Fauſtum. Et Aurum mercatoribus indictum in l.6. de luſtrali collatio. in C.Th. & Negotiatorum collatio, in l.vlt. de excuſatio. artific. in C.Th. Crediderim etiam ita Aurum negotiatorium apud Lampridium in Alexandro accipiendum eſſe, cum huiuſmodi aurum ab eo Imperatore Romæ remiſſum refert.

Aurifex qui ex auro aliquid facit. l.24.ff. de auro, argent. l.2. de excuſatio. artific. in C.Th. & apud Iul. Firmic. lib.3. Matheſ. cap.4. Inde Aurifices ſpecierum, & Aurifices ſolidorum in l.7.C. de palatin. ſacr. largit. lib.12.

AVTOMATARIA l.41. §. pen. ff. de legat. lib.1. interpretor mechanica arte ita conſtructa opera, vt ſuapte vi ſine cuiuſquam impulſione moueantur, vertantur, agitentur. Sueto. in Claudio, Si automaton aut pegma vel quid aliud parum ceſſiſſet.

B.

BALLVCA in l.1.& l.2. C. de metallar. lib.11. in qua addita ſunt à Triboniano verba hęc quæ Græcè χρυσάμμους, vel, vt alij legunt, χρύσιμος dicitur: quemadmodum patet ex l.3. eo. tit. C.Theod.

BAPHIA officinæ ſunt infectorum, qui veſtibus purpura & cocco tingendis operam dabant. l.2. & l.penult. C. de murilegul. lib.11. l.vlt. C. de veſtibus olober. lib.11. quæ excerpta eſt ex l.vlt. de murilegul. in C.Th. Huiuſmodi multa baphia & in orientis & in occidentis partibus Imperatores habebant: quæ ſub diſpoſitione Comitum ſacrarum largitionum in Notitia Imperij Rom. ponuntur. Præponebantur autem Baphiis procuratores, vt eadem Notitia oſtendit. Lamprid. in Alexandro. Ita vt Alexandrina purpura hodieq; dicatur, quæ vulgò Probiana dicitur: Idcirco quod Aurelius Probus baphiis præpoſitus id genus muricis reperiſſet.

BARBARICARII qui ſint, ſatis perſpicuè ſuprà expoſuimus. Tantùm addam rectæ & integræ verbi huius ſcripturæ locum vnum ex l.7. in fin. C. de palatin. ſacr. largit. libro 11. Contra, id in duobus duodecimi Codicis libri locis corruptum nomen reperitur: nimirum in l.1. de præpoſit. agent. in rebus & in l.1. de priuilegiis ſcholar. Similiter in Notitia, quo loci de officio magiſtri officiorum per orientem agitur, Barbariorum, meo quidem iudicio, pro Barbaricariorum perperam legitur.

BASTAGA onus iumentis portandarum rerum fiſcalium ſignificat. l.3.C. de cohortalibus lib.12. & in Leonis Imper. libro de Bellico apparatu non ſemel.

Vnde Baſtagarij quibus id oneris incumbit. l.4.& l.8.C. de murilegul. lib.11.

Baſtagam autem priuatam ſub diſpoſitione Comitis largitionum priuatarum diuinæ domus: Præpoſitos verò baſtagarum ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum Notitia collocat.

BERYLLVS in l.vlt. §. ſpecies. ff. de public. gemma eſt in India naſcens, quæ à gentis ſuæ lingua nomen habet, viriditate ſimilis ſmaragdo, ſed cum pallore, vt Plinius lib.37. cap.5. & Solin. in Polyhiſtor. cap.53. & Iſidor. lib.16. Etymolog. cap.7. ſcribunt.

BIARCHI in l.3.C. de agentibus in rebus lib.12. l.vlt. C. de offic. præf. præto. Afr. Officiales quidam fuere ex ſchola agentium in rebus.

Vnde Biarchia in l.1.C.de offic. magiſtr. officiorum.

Blattaserica in l.vlt. de murileg. in C.Theod. quæ & ſericoblatta vel ſericablatta dicitur in l.10. de murilegul. lib.11. Codicis Iuſtinianei. & l.13. eod. titul. in Cod. Theod. Vnde Pallium Blattoſericum apud Vopiſcum in Aureliano. Eſt autem blatta purpuræ genus, cuius fit mentio in l.1.Cod. quæ res vendi non poſſ. Caſſiodor. lib.1. Variar. Epiſtol. ad Theonem. Cum blatta quam noſtro cubiculo dare ſingulis annis conſueuiſti, venire feſtina. Sidonius Apollinar. in Panegyrico Mario. Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. Lampridius in Heliogabalo, Parauerat igitur funes blatta & ſerico & cocco intortos: quibus ſi neceſſe eſſet, vitam finiret. Eutropius quoque libr. 7. Neronem retibus aureis piſcatum, quæ blatteis funibus extrahebat, ſcribit. Sed & blatteam tunicam apud Gregorium Turonenſem lib.2. Hiſto.cap.38. legimus.

Borboriani in l.5. & l.10. & l.penult. Cod. de hæretic. & Manich. Hos Philaſtrius, vitiis implicatos ſeculi & malis concupiſcentiis ſeruientes non ſperaſſe iudicium futurum, ſed potius carnalem ſeculi concupiſcentiam laudaſſe Philaſtrius in hæreſeum Catalogo ſcribit.

Brabevtas Græcè dici certaminũ deſignatores Vlpian. ſcribit in l.4.§.1.ff.de his qui not.infam. Pollux lib.3. Onomaſt. capite vlt. Ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ καλοῦνται, τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστῶσι βραβευταὶ οἷς καὶ βραβέας ὁ Πλάτων καλεῖ. Moſchopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων, βραβεῖς καὶ βραβευταὶ οἱ διοικηταὶ τοῦ ἀγῶνος οἱ τὰ ἆθλα διδόντες, ἀφ' οὗ βραβεῖον τὸ ἆθλον.

Bractearii in l.1.Cod.de excuſ. artif. lib.10. qui Bracteatores appellantur à Iulio Firmico lib.8.cap.19.

Bvprestis in l.3.§.alio.ff.ad l.Corn. de ſicar. Animal eſt ſimilium ſcarabeo longipedi, quod inter herbas bouem maximè fallit. Vnde & nomen inuenit: deuoratumque tacto felle ita inflammat vt rumpat: auctore Plinio lib.30. cap.4. Vide & Dioſcorid. lib.2. & lib.6.

Bvrdones in l.49.ff.de legat. lib.3. Iſid. lib.12. Etymolog.cap.1. ex equo & aſina natum burdonem appellari ſcribit.

Byrrhi in l.1. quoquemque habitu. in Cod.Theod. Vopiſcus in Catino. Donati ſunt ab Atrebaticis byrrhi petiti, donati byrrhi Canuſini, Africanæ opes prius in ſcena non viſæ.

Byssinvm opus in l.vlt. §. ſpecies.ff. de publican. vt byſſina veſtis apud Apuleium lib.11. de Aſino aur. Cæterùm byſſum lini genus eſſe apud Indos, candidiſſimi & molliſſimi. Pollux lib.7. onomaſt. cap.17. & Iſidor. lib.19. Etymolog.cap.27. ſcribunt. In Ægypto quoq; byſſum quàm maximè natum ex cap.27. Ezechielis, Hieronymiq; commentariis intelligimus. Plinius lib.19. cap.1. etiam circa Elim in Achaia genitum ſignificat his verbis: Ergo huic lino principatus toto in orbe. Proximus byſſino, mulierum maximè deliciis circa Elim in Achaia genito. Quaternis denariis ſcripula eius permutata quondam, vt auri reppeario. Byſſinam quoq; veſtem Iudæis ſacerdotibus familiarem fuiſſe, Ioſipp. lib.6. belli Iudaici oſtendit.

C.

Calavtica in l.27. in fi.ff. de auro arg. Nonius Marcel. tegmen id eſſe muliebre quod capiti innectitur, tradit, citatq; illud Ciceronis, Tunc cùm vincirentur pedes faſciis, cùm calauticam capiti accommodares. Auſonius in Periocha Odyſſ. Homeri, Ino calauticam capiti ſuo ademptam natanti accommodat. Planè in lexico B. Germani Calautica εἶδος ζώνης definitur.

Calamvm in l.vlt.§. ſpecies.ff. de publican. odoratum & aromaticum accipe, qui in India, Arabia, & Syria gignitur, multis nodis geniculatus, fuluus, fragrans ſpiritus ſuauitate, qui cum frangitur in multas fit partes fiſſilis. Meminere huius Theophraſt. lib.9. de hiſtor. plantar.cap.7. & Plin.lib.12.cap.22. Solinus in Polyhiſtore cap.53. B.Hieron. in cap.6. Eſaiæ, & Iſidor.lib.17.cap.8.

Canon penſitationem ac præſtationem annuam ſignificat. l.vlt.C. de collatio. fundor. patrim.lib.11. l.2.C.de prȩd.Tamiac. l.penult. & vlt.C.de diuerſ.præd.lib.11.

Canon frumentarius vrbis Romæ. Rubr. de cano. frumentar. lib.12. Cod. Lamprid. in Heliogabalo, Iuſſerat & Canonem populi Ro. vnius anni meretricibus, lenonibus, & exoletis intramuranis dari: extramuranis alio promiſſo: cùm eo tempore iuxta prouiſionem Seueri & Traiani ſeptem annorum Canon frumentarius Romæ eſſet. Spartianus in Seuero. Rei frumentariæ, quam minimam reppererat, ita conſuluit vt excedens ipſe vita ſeptem annorum Canonem relinqueret. Appellatur & Canon vrbicarius in l.2. & l.3.C. de Cano. frument.vrb. Rom. lib.12. & Canon vrbanus in l.27. de nauicular. in C.Theod.

Sic Canon metallicus in l.2.C.de metallar. lib.11. Canon veſtium in l.1.C. de milit. veſte. lib.12. Canon nauli apud Iuſtinian Edicto 14. Canon felonei apud Caſſiodor. lib.5. variar. Epiſt. ad Ampelium. Canon glebæ apud Sidon. Apollin. lib.6. Epiſt. ad Papam Cenſorium. Vnde Canonicæ veſtes, & canonici equi in l.3.C.de equor.collatio.lib.11. l.1.de exactionibus

nibus in Cod. Theod. Ex quo emendanda eſt l. 14. de nauicular. in C. Theod. in qua, veſtes atque equi, cæteræq; canicæ ſpecies, pro, Canonicæ, vulgò legitur. Inde & Canonica indictio in l. 1. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 10. & Canonica penſitatio in l. 2. C. de lucris aduocat. lib. 12.

Canones autem qui exigebant Canonicarij appellantur in Nouella περὶ ἀρχοντάτυ χαταπαδουχίας, & in Nouell. περὶ τῆς τῶν δημοσίων ἀνόσεως apud Caſſiodor. libro 11. & libro 12. Variar.

CANTHARIDES inter venena enumerantur in l. 3. §. alio. ff. ad l. Corn. de ſicar. Sicut & Cantharidis venena dixit Tertullian. lib. 1. aduerſus Marcio. Sunt autem cantharides vermiculi minutorum ſcarabeorum forma: ex quo & nomen traxere. Quarum noxiam & maleficam vim Dioſcorides libr. 2. & libro 6. & Plinius lib. 11. cap. 36. & lib. 29. cap. 4. explicant.

CANTHAROS ludicras quaſdam effigies & ad arbitrium effictas interpretor, ex quarum roſtris aqua ſalire ſolebat. l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de legat. lib. 1. coniuncta l. 17. §. pen. ff. de actionibus empt. Auſonius in Epiſtola Edillij 17. Harum verticularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum. Elephantus belua, aut aper beſtia, ager volans, mirmillo in armis ſubſidens, venator & latrans canis. Quin & turris & Cantharus, & alia huiuſmodi innumerabilium figurarũ, quæ alius alio ſcientius variegant. In libello quoq; ſupplicij quatuor Martyrum coronatorum hæc verba leguntur. Tunc Sempronianus, Claudius, Caſtorius, & Nicoſtratus cœperunt in nomine Chriſti cauare conchas & pegas & lectos cum ſigillis & cantharis cum magna tenuitate artis.

CAPITA officij in l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Sic appellabantur primates officij, & qui in officio primos gradus tenebant. Quemadmodum in ordine caſtrenſi milites quidem Capita ſcholarum vocabantur, vt ex Ammia. Marcellino libro 25. liquet. Et Vegetius etiam denis militibus præpoſitos caput contubernij vocatos ſcribit lib. 2. cap. 8. & cap. 13.

CAPITIA in l. 27. ff. de auro, argent. muliebria capitis ornamenta. Nonius Marcell. Capitia ait, capitum tegmina. Varro de vita populi Rom. Nec ad orbitam matrum fa. inſtituti quod eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant. Hæc & Capitula appellari ibidem tradit. Eoq; modo ab Iſidor. lib. 19. Etymolog. cap. 30. hoc verbum exponitur.

CAPITVLARIAM & Temonariam functionem coniungunt Imperatores in l. 14. de extraord. muneribus in C. Theod. vt Capituli & temonis neceſſitatem in l. 13. eodem titul. Cod. Iuſtiniani: in qua tamen paſſim capitalis atque temonis neceſſitatem perperam ſcribitur.

Ita Capituli functionem accipe in l. 15. & l. 18. eod. tit. in C. Theod. In Lexico quoque B. Germani tributum capitulare inuenitur & Græcè redditur ἐπικεφαλαίου φόρος. Atque inde Capitularij qui & Temonarij in l. 2. C. de priuileg. cor. qui in ſacr. pal. lib. 12. Et Capitularij horreorum ac tabernariorum apud Caſſiodor. lib. 10. Variar. Epiſtol. ad Senatores & populum. Ex quibus perſpicuum fit emendandum eſſe Symmachum, apud quem lib. 2. Epiſtol. 302. Capitulani pro Capitularij ſcribitur.

CARDAMOMVM in l. vlt. §. ſpecies. ff. de public. fruticis genus amomo ſimile, ſemine oblongo, quod in Arabia Comagena & Armenia naſcitur, vt Dioſcorid. libr. 1. & Plinius lib. 12. cap. 14. & Iſidorus libro 17. capite 9. ſcribunt.

CAREVM in l. 3. ff. de penu leg. ſemen accipio, cuius radix cocta paſtinacæ modo eſui erat: vt Dioſcorides lib. 3. cap. 66. tradit.

CARPOCRATIANI in l. 5. C. de hæretic. & Manich. Heretici fuere à Carpocrate ita vocati, qui Chriſtum hominem duntaxat fuiſſe, & ex ſemine Ioſeph carnaliter progenitum inſtar reliquorum hominum adſerebat: quemadmodum Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus in hæreſeon Catal. & Iſidor. lib. 8. Etymolog. cap. 5. ſcribunt.

CARPASVM in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. Planta eſt ex qua ſuccus medicamentis vtilis exprimebatur, cuius Dioſcorides lib. 6. & Galenus lib. 1. de Compoſitione medicament. meminere, & ὀπὸν καρπάσου vocant.

CATABOLENSES in Rubr. de piſtoribus & catabolenſib. in C. Theodoſ. Caſſiodor. lib. 3. Variar. Epiſt. ad Feſtum. Atq; ideò magnitudini tuæ præſentis admonitione declaramus, vt marmora, quæ de domo Pinciana cõſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per Catabolenſes veſtra ordinatione dirigantur. Atq; in hoc verbo mendum eſſe crediderim apud eundem auctorem lib. 4. Variarũ Epiſt. ad Godiſcalcum Saionem: in qua ita eſt. Et ideò quinquaginta ſolidorum multam nõ veredarius, ſed catabulnenſis incurrat, quiſquis vltra 100. libras Parhippum crediderit onerandum, ex ſuperiore enim loco patet Catabolenſis, legendum.

CAVDICARII in l. 1. de canone frumentario vrbis Romæ. l. 2. de piſtorib. in C. Theod. l. 9. de ſuariis vrbis Romæ. eodem. Quorum corpus Romæ fuiſſe ex illis locis planum fit. Puto autem ſic amnicos nauicularios appellatos à nauibus Tiberinis, quas antiqui co-

dicarias vocabant. Nonius Marcellus in cap. de genere nauigior. Codicarias naues etiam nunc cõſuetudo appellat, quòd in fluminibus ſint vſui. Varro de vita pop. Rom. lib. 3. Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant. A quo in Tiberi naues codicarias appellamus. Auſonius Eidyllio 9.

Nauita caudiceo fluitans ſuper æquora lembo.

Cæterùm Aurelianum Imperatorem Vopiſcus refert, Nauicularios Niliacos apud Ægyptum nouos & Romæ amnicos poſuiſſe.

Cellaria annonis adiunguntur, in l. vlt. de officio iudicum omnium. in C. Theod. Sulpitius Seuer. libro 2. Hiſtoriæ ſacræ, Quadringenti, ait, & aliquanto amplius Occidentales epiſcopi Ariminum conuenere: quibus omnibus annonas & cellaria dare Imperator præcepit.

Vnde Cellarienſes ſpecies in l. pen. de indulg. debitor. in C. Th.

Et Cellaritæ apud Caſſiodor. lib. 10. Variar. Epiſt. ad Senator. & popul.

Censitorvm nomen deprauatum eſt in l. 6. de cẽſuum adſcriptio. in Cod. Theodoſ. in qua cenſorum & peræquatorum officia, pro, cenſitorum cum vitio ſcriptum eſt. Quod mendum etiam ſequentis Rubricæ inſcriptio prodit, quę de cenſitoribus & peræquatoribus inſcribitur.

Censvalivm equorum meminit l. 19. C. de curſu publ. lib. 12. niſi cui magis placeat, pro cenſualium, curſualium illic legi. Nam & ita equos publico curſui deputatos à Caſſiodoro lib. 4. Variar. Epiſtola ad Godiſcalcum & libro 5. Epiſtol. ad Mannilam appellari obſeruaui.

Cenſuales pro tabellionibus & librariis cenſualis miniſterij, in Rubric. de tabular. ſcrib. logograf. & cenſualibus. lib. 10. C. Capitolin. in libr. de Rebus geſtis Gordianor. Senatuſconſultum tacitum fieret, ita vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Senatores exciperent, Senatores omnium officia cenſualium ſcribarumque complerent.

Cenſualia munera in l. 2. C. de priuileg. eor. qui in ſac. pal. lib. 12.

Centena, ordo eſt & gradus promotionis in ſcholis agentium in rebus. l. 1. de murileg. in C. Theodoſ. l. 1. de Cæſarian. in eo. Cod. Ex quibus, iunctis etiam ſcriptis codicibus emendanda eſt l. 1. Cod. de offic. magiſtr. offic. in qua Centenaria, pro, centena vitioſè ac perperam ſcriptum eſt. Eum verò gradum in ſcholis qui tenebant, Centenarij vocabantur. l. 1. Cod. de priuileg. ſchol. lib. 12. & l. 3. & l. 4. C. de agentibus in rebus. l. 1. C. de lucris aduocat. eod. lib. l. 162. de decurionibus in Cod. Theod. Porrò qui Centuriones à veteribus dicebantur, eos ſuis temporibus Centenarios appellatos Vegetius lib. 2. cap. 13. ſcribit. In Modeſti autem Epitoma Centurios vocari mendosè legitur.

Ceravnivm in l. vlt. § ſpecies. ff. de publican. Gemmæ genus ab eo nomen habens, quòd non alibi quàm in loco ictui fulminis proximo inueniatur: de qua plura Plinius lib. 37. cap. 9. & cap. 10. & Iſidor. lib. 16. Etymolog. cap. 13. tradunt. Ita ceraunia coruſcare dixit Tertull. in lib. De habitu mulieb. non procul ab initio. Lamprid. in Heliogabalo, Parauerat & in cerauniis & in hyacinthis & ſmaragdis venena.

Chaldæi in l. 5. C. de malefic. & mathematic. ſecũdum B. Hieronymi in capite 2. Danielis interpretationem, γενεθλιάλογοι accipiendi ſunt, qui futura ex natiuitatibus prędicũt. Spartia. in Seuero. Quaſi de Imperio vates, vel Chaldæos conſuluiſſet reus factus eſt.

Chartvlarii in l. 1. C. de præpoſit. agen. in reb. lib. 12. l. 10. & l. vlt. C. de numerariis eod. lib. & in Notitia, quæ Nouellæ 8. ſubiecta eſt non ſemel. Zonaras porrò poſterioribus temporibus chartularium appellatum τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστάτην, Tomo 3. Annal. in Leone Iſauro ſcribit. At in Leone Iſauro eum qui huic muneri præficiebatur, πρωτοστράτορα vocatum tradit.

Chelyniæ in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. quid ſignificet, ignorare me ingenuè fateor, niſi Cheloniam gemmam quam oculum eſſe Indicæ teſtudinis Plinius lib. 37. cap. 10. ſcribit, intelligamus.

Chrysolithi in l. 21. §. penultim. ff. de auro, argent. Auro ſimilis gemma eſt cum marino colore adfinitatem quandam habens, quam Æthiopia gignit. Auctores ſunt Plinius libro vltim. cap. 9. Iſidorus lib. 16. Etymolog. cap. 14.

Cinnamomvm in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. Naſcitur in Indiæ & Æthiopiæ regionibus, frutice breui, duorum tantùm cubitorum, colore ſubnigro vel cinereo, tenuiſſimis virgulis, cortice in modum cannæ rotundo & gracili: vt Dioſcorid. libr. 1. & Plinius libro 12. cap. 19. & Iſidorus libro 17. cap. 7. ſcribunt.

Clavvs morbi genus in l. 12. ff. de ædilitio edict.

Claularem curſum ſcripti codices habent in l. penult. Cod. de curſu publ. lib. 12. vbi vulgò impreſſi, Ambularem. De cuius lectionis fide cùm dubitarem, in mentem venit etiam apud Ammian. Marcellinum hoc verbum me legendo notaſſe. Sic enim apud eum libro 20. ſcriptum eſt, Iulianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad Orientem proficiſci præcepit, claularis curſus poteſtate

ſtate permiſſa. Nec tamen rectum eſſe hoc verbũ præſtare auſim, cùm vnde profectum ſit, ignorem. Ac fortè, qui Caballarem curſum in Clauularem tranſiiſſe contendat, non fallatur. Nam & Caballicationes & Caballicatas apud Luitprandum in Hiſtor. ſuor. tempor. legimus & καβαλλικεύειν ἀντὶ τοῦ ἱππεύειν, Actuarius in lib. περὶ συνθέτων φαρμάκων, Italicam linguam ſecutus dixit. Sed hæc doctioribus diiudicanda relinquere ſatius fuerit.

Clericos interpretantur Impp. eos, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt l.2. de epiſcop. in Cod. Theodoſ. Iſidorus etiam lib.7. capit. 12. Clericos appellari omnes, qui in eccleſia Chriſti deſeruiunt, veluti oſtiarios, pſalmiſtas, lectores, exorciſtas, acolythos, ſubdiaconos, diaconos, presbyteros, quorum in l. 6. Cod. de epiſcopis & cleric. fit mentio.

Clibanvs thoracem, quo pectus tegitur ſignificat. Leo Imperator in lib. de Bellico apparatu cap. 6. vti Latinè à Io. Chæco redditus eſt: Armabant autem, ait, cataphractũ equitem vndique tum ipſum, tum equum etiam loricis, id eſt, galeis, clibanis, id eſt, thoracibus, parameriis, id eſt, machæris. Identidémque clibanorum nomen in eo capite repetitur. Auctor etiam libelli de rebus bellicis qui Notitiæ Imperii Roma. ſubiungitur, de Thoracomacho agens, Hoc enim, ait, veſtimenti genus quod de coactili ad menſuram & tutelam pectoris humani timoris ſollicitudo ſolertia magiſtra compoſuit: vt hoc inducta primùm lorica vel clibanus (ſic enim ſcribendum eſt) aut his ſimilia, fragilitatem corporis ponderis aſperitate non læderent. Vnde clibanarii, equites cataphracti in l. 9. de annon. ciuic. in C. Theod. & in Notitia Imperii Rom. cùm magiſtri militũ præſentalis diſpoſitio recenſetur, inter vexillationes, equites clibanarii Parthi & Perſæ numerantur. Ex quarum nationum lingua in Latium verbum clibanariorum inuectum exiſtimo, adductus Lampridii in Alexandro verbis, quibus Alexandrum deuictis à ſe Perſis ad Senatum ſcripſiſſe refert, Centum & viginti equitum milia fudimus cataphractarios, quos illi clibanarios vocant decem milia in eo bello interemimus. Reperitur & hoc verbum apud Vegetium lib. 3. cap. 6. vbi ita eſt. Et bini cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes clibanarii ſariſſas, hoc eſt, longiſſimos contos in Elephantos dirigebant. Clibanarios autem periphraſticôs Claudianus ita deſcribit lib. in 6 Conſulat. Honor.

Vt chalybe indutos equites, & in ære latentes
Vidit cornipedes, quanam de gente rogabat
Ferrati venere viri? quæ terra metallo
Naſcentes informat equos? num Lemnius auctor
Addidit hinnitum ferro?

His mihi videor abundè verbi minimè vulgati ſignificationem patefeciſſe.

Ad ea quæ de verbo Clauſurarum ſuprà diximus, addi velim Leonis Imperatoris locum, ex libro de Bellico apparatu cap. 9. qui ita à Io. Chæco Latinè redditus eſt, Præmitte ex tuis qui aditus anguſtos & minus patentes, quos clauſuras nominant, anticipent. Ex Nicetæ quoque Annalibus. προκαταλαμβάνειν τὰς δυσχωρίας ἃς κλεισουρείας τὸ ἰζυβείτζη κατονομάζονται.

Coccvm in l.70. §. penult. & §. vlt. & l.78. §. coccum. ff. de legat. lib. 3. Plinius lib. 9. cap. 41. de tingenda purpura loquens: Quin, ait, & terrena miſcere, coccoque tinctum Tyrio tingere vt fieret iſginum. Coccum Galatiæ rubens granum, vt dicemus in terreſtribus, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Meminit & lib.16. cap. 8. Sed & lib. 22. cap. 2. Atque vt ſileamus, ait, Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ granis coccum Imperatoriis dicatum paludamentis, tranſalpina Gallia Tyrium atq; conchylium tingit. Iſginum porrò, cuius Plinius meminit, etiam in purpureis numeratur in d. l. 78. §. coccum. de legat. 3.

Collegiati dicebantur certis ciuitatium collegiis adſcripti. l. 1. l. 2. & l. vltim. de his qui conditio. propr. dereliq. in C. Theod. l. 31. de epiſcop. & cler. l. 41. de operibus public. in eod. Cod. Hos operas proſecutionibus equorum præbuiſſe, eoque proſecutionum onere adſtrictos fuiſſe ſignificat l. 1. ne operæ à collatoribus exigant. in Cod. Th. In deſcriptione etiam vrbis Conſtantinopolitanæ, cuius incertus eſt auctor, ſingulis in regionibus collegiati ponuntur qui è diuerſis corporibus ordinati incendiorum caſibus ſubuenire conſueuerant.

Coloba in l. 1. quo quemque habitu in vrbe eſſe oport. in C. Theod. Veſtimenti genus de quo aliud nihil proferre poſſim, præter id, quod Iſidor. lib. 19. Etymolog. cap. 22. ſcribit, Colobum dictum quòd longum eſſet & ſine manicis.

Comagena in l. 23. ff. de auro, argent. Vnguenti genus, quod quale ſit, ex Plinij verbis à me ſubiectis facilè intelligi poteſt. Sic autem ille libro 10. cap. 23. de anſeribus tractans, ſcribit. Aliud repperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur. Adipem eorum in vaſe æreo cum cinnamo niue multa obrutum ac gelido rigore maceratum ad vſum præclari medicaminis, quod ex gente dicitur Comagenum. Idem lib. 29. cap. 3. Fit ex adipe anſerum, alioquin celeberrimi vſus eſt ad hoc in Comage-

ne Syriæ parte cum cinnamo, caſſia, pipere albo, herba quæ Comagene vocatur, obrutis niue vaſis odore iucundiſſimo vtiliſſimum ad perfrictiones, conuulſiones, cæcos ac ſubitos dolores, vnguentumq; pariter & medicamẽtum eſt.

Comitvm varias appellationes ac ſpecies ſuprà recenſuimus: quib. & quæ ſequuntur auctuarii vice addi velim. Comitis theſaurorum fit mentio in l. vlt. C. vt dignitat. ordo ſeruet. lib. 12. & l. 2. C. de palatin. ſacr. largi. eo. Meminit & Comitis theſaurorum per Thracias Ammianus Marcellinus lib. 29. Comitẽ diſpoſitionum legimus in l. 8. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12. Item Comitem domorum in l. 3. Cod. de palatin. ſacr. largit. l. 2. Cod. de præfect. prætor. l. vltim. Cod. de diuerſ. offic. libro 12.

Et Comitem Domeſticorum in l. 1. C. de ſilentiar. l. penult. C. de merat. & epid. lib. 12. & apud Marcellinum lib. 20. & lib. 31. multoties, & apud Gregor. Turonenſ. libr. 2. hiſtor. capit. 10.

Item Comitem ſcholarum in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. & Rub. de Comitibus & Trib. ſcholar.

Et Comitem ærarii in l. 39. de appellatio. in C. Th. & l. 1. C. de quæſtorib. lib. 12.

Et Comites Ægypti ac Ponticæ diœceſeos in l. 1. C. de Comitib. lib. 12.

Memorantur preterea in Notitia Comites Phœnices, Syriæ Auguſtæ, Eufratenſis, Arabiæ, Thebaidos, Pentapoleos, Lybiæ Pentapoleos, vtriusque Armeniæ, vtriusque Ponti, Scythiæ, Myſiæ primæ & ſecundæ, Daciæ, Pannoniæ, Ægypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ & Piſidiæ.

Erant autem diuerſi Comitiuarum gradus, Nam & primi ordinis, & ſecundi, & tertii Comites, Comitiuaſque inuenimus. l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iud. l. 6. C. de principibus agent. in reb. lib. 12. l. 1. C. de Comitib. & tribun. ſcholar. l. 12. l. vlt. C. de numerar. lib. 12. l. 9. de ſuariis vrb. Rom. in Cod. Theod. & apud Caſſiodor. in libris Variar. non rarò. Ex quo mendum eluam, quod Vegetii impreſſos omnes codices occupauit, in quibus libro 2. capit. 9. ita paſſim ſcriptum eſt. Propius autem Iudex erat præfectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem. Cùm tamen legendum ſit, Comitiuam primi ordinis, vt ſcripti codices & Modeſti Epitoma docent.

Comitatenſes legiones in l. 7. C. de palatin. ſacrar. largit. lib. 12. quæ comitatui principis conceſſæ ſunt: quæ ſub diſpoſitione Magiſtrorum militum in Notitia Imperii Roman. ponuntur. Sic & Comitatenſes numeros in l. 14. Cod. de re milit. & vexillatio. Comitatenſes accipere oportet in l. 1. de bonis milit. in Cod. Theodoſ. & in Notitia ſupra dicta aliquoties.

Compensationis verbum præter notam ac peruagatam ſignificationem, pro deductione & retentione nonnunquam poni Petr. Faber vir mihi iiſdem ſtudiis eademque voluntate coniunctiſſimus, indicauit ex l. 67. §. ſed ſi vno. & §. ſi duos. ff. de legatis lib. 2. iuncto quòd quæ Compenſationes ob res amotas & donatas vocantur in l. 7. §. ob donationes. & l. 15. §. 1. ff. ſoluto matrimon. eæ Retentiones ab Vlpiano appellantur in Inſtitut. tit. de dotib. & à Iuſtiniano in l. vn. §. taceat. C. de rei vxor. act. & §. item ſi de dote. Inſtitut. de actionibus.

Conchylivm in l. 6. Cod. de diuerſ. reſcript. l. 4. C. de veſtib. olober. Piſcis genus, ex cuius inciſa concha colligitur ſuccus tingendis veſtibus olim expetitus. Ex eo enim efficiebatur purpura, Latinè Murex dicitur. Vide Plinium lib. 9. capit. 35. & Caſſiodor. lib. 1. Variar. Epiſtol. 2. & Iſidor. libr. 19. Etymolog. capitul. 28. Legebantur verò in Tyro Phœniciæ metropoli præcipuè huiuſmodi piſces etiam eſus non ingrati. Vnde Guilielmus Tyrenſis Pontif. libr. 13. Belli ſacri, capit. 1. de Tyro agens, Hæc, ait, & tritici & conchylii & pretioſi muricis inuentrix, egregio purpuram colore primo inſigniuit. Vnde & præcipua inter eas etiam hodie vrbis trahẽs nuncupationem Tyria dicitur.

Conciliabvlvm à municipio colonia, oppido, præfectura, vico, caſtello ſeparatur apud Paul. lib. 4. Sentent. titul. 6. vt & in lege Mamilia. Quæ colonia hac lege deducta quódve municipium præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit. Apud Liuium etiã fora & cõciliabula non ſemel diſiunguntur lib. 4. & lib. 25. & libr. 39. Frontinus in lib. de limitibus agror. Sed vt ad hoc reuertamur, hoc conciliabulum fuiſſe fertur: poſtea in municipii ius relatum. Et aliàs. Sunt autem loca publica coloniarum, vbi prius fuere conciliabula & poſtea ſunt in municipii ius relata. Conciliabula porrò Feſtus libro 3. Interpretatur loca, vbi in concilium conuenitur. Iſidorus lib. 15. Etymolog. cap. 2. Pagi apta ſunt ædificiis loca inter agros habitantibus. Hæc & conciliabula appellata à conuentu & ſocietate multorum in vnum. Gellius lib. 1. cap. 7. orationem Gracchi circum conciliabula dictam citat. Relinquitur igitur, Conciliabula conuentum hominum in agris eſſe, qui nec municipii, nec coloniæ, nec præfecturæ iure cenſeatur.

Condita appellabant ſpecies & copias publicas in horreis ſeruandi cauſa repoſitas. tit. de condi. in publ. horr. Capitolin. in Gordianis: Cuius viri tanta in Republ. diſpoſitio fuit,

fuit, vt nulla eſſet vnquam ciuitas limitaneæ potior, & quæ poſſet exercitum populi Rom. ac principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido atque hordeo, & paleis condita non haberet. Symmach. lib. 1. Epiſt. 19. Cùm clementia veſtra meminiſſet carrucæ faciendæ impendium de ſacro ærario eſſe decretum: cenſuit, vt eius argentum publicis conditis redderetur. Idem Epiſtol. 34. de frumento & oleo annonario agens. Cuius rei V.C. præf. annonæ partium ſuarum diligens executor, Prætorianæ ampliſſimæ præfecturæ, vt ipſe adſerit, dudum fecit indicium, miſſis de more breuibus, quæ anguſtias patefacerent conditorum. Marcellin. libr. 29. A prouincialibus commeatum exercitui prohibuit dari meſſes & condita hoſtium, virtutis noſtrorum horrea eſſe fiducia memorans ſpecioſa.

Coronæ menſarum in l. 19. §. perueniamus. ff. de auro, arg. quas côuiuiis adhiberi ſolitas ex antiquorum teſtimoniis tritum eſt.

Coronarium aurum in Rub. de auro coronar. Cod. & l. 15. de legat. in C. Th. Seruius in lib. 8. Æneidos ita appellatum tradit aurum quod à victis gentibus dabatur: quod propter conceſſam vitam illis impoſitum erat. Planè ſubactæ bello prouinciæ iam inde ab antiquis Reipub. Roma. florentis temporibus coronas aureas populo Imperatoribusq; offerebant, vt Liuius lib. 44. & 48. oſtendit. Tertullian. in lib. de Corona milit. coronarum differentias perſequens, Sunt, ait, & prouinciales aureæ, imaginum iam non virorum capita maiora quærentes. Vopiſcus in Probo: Coronas quas mihi obtulerunt omnes ciuitates Galliæ aureas, veſtræ Patres conſcripti clementiæ dedicaui. Inde auro coronario nomen: cuius Cicero prima Agraria & in Piſonem meminit: quod ab Alexandro Seuero Romę remiſſum: à Iuliano quoq; prouincialibus indultū, Lampridius in Alexand. & Ammia. Marcellin. lib. 25. ſcribunt.

Corporati in Codice appellabantur, qui ſunt in corporibus, collegiiſq; ciuitatium. Quorum vtilitatem, muneraque Symmach. lib. 1. Epiſt. 13. his verbis explicat: Ergo numinis veſtri famam, ſimulque arduum recogitans, corporatos negotiatores membra æternæ vrbis ad collationem, quam literis impetraſtis, vocare dubitaui. Et mox, Nouerat horum corporum miniſterio tantæ vrbis onera ſuſtineri: Hic lanati pecoris inuector eſt, ille ad victum populi cogit armentum, hos ſuillæ carnis tenet functio: pars vrenda lauacris ligna comportat. Sunt qui fabriles manus Auguſtis operibus accommodent: per alios fortuita arceantur incendia. Iam caupones & obſequia piſtoria, frugis & olei baiulos multosq; id genus patriæ ſeruientes enumerare faſtidium eſt.

Costvm in l. vlt. §. ſpecies. ff. de public. Radix eſt herbæ in India, Arabia, & Syria naſcentis, iucundi odoris. de qua vide Dioſcoridem lib. 1. Plinium lib. 12. cap. 12. & Iſidor. lib. 17. cap. 9.

Crina in l. 23. ff. de auro, argent. Plinius lib. 21. cap. 5. Eſt & rubens lilium quod Græci κρίνον vocant. Moſchopulus in libr. περὶ σχεδῶν. Κρίνον παροξύτονον, εἶδος φυτοῦ εὐώδους. εἰσὶ δὲ κρίνα, τὰ λευκά: τὰ δὲ μέλανα ὑάκινθοι λέγονται.

Crocvfantia in ornamentis muliebribus referuntur in l. 27. ff. de aur. arg. Planè in Lexico B. Germani Reticulum γύργαθος & κροκύφαντος vertitur.

Cvbitvs Nili. l. 1. de Nili aggeribus in C. Th. Incrementa enim exudantis Nili cubitis metiri Ægyptij ſolebant, vt Plinius lib. 5. cap. 9. & lib. 36. cap. 7. & Nicephor. lib. 7. cap. 46. ſignificant. Philoſtratus in Dionyſio Mileſ. Καὶ τοῖς μὲν δώδεκα κρίνον δοκεῖ τὸ σῶμα. οἱ δὲ καὶ πήχεσι διαμετροῦσι τὴν γλῶτταν ὥσπερ τὰς Νείλου ἀναβάσεις. Eratq; adeò apud Memphim in Serapidis templo menſura è ſculpto ſaxo conſtructa, inſcriptis per interualla cubitalibus lineis, per quam Nili incrementa indigenis indicabantur: quemadmodum Heliodorus hiſtor. Æthiop. lib. 9. oſtendit. Quam menſuram à paganorum templis ad Chriſtianorum ædem Conſtantinus tranſtulit. Poſtea inde demptam, Iulianus Serapidi reſtituit. teſte Nicephoro lib. 10. hiſt. eccl. cap. 4.

Cvnei peditum ſunt globi, vt vexillationes equitum turmæ. Atque ita hęc verba diſtinguenda ſunt in l. 1. de bonis milit. in C. Th. Vegetius libro 3. cap. 19. Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ iuncta cum acie primo anguſtior, deinde latior procedit, & aduerſariorum ordines rumpit. Idem lib. 1. capit. 26. Tertiò præcipiendum eſt, vt quadratam aciem repentè conſtituant: quo facto in trigonum, quem cuneum vocant, acies ipſa mutanda eſt. Ammia. Marcellin. lib. 31. Congregatoſq; in cuneos ſenſim progrediens Gotthorum optimatem Farnobium cum vaſtatoriis globis vagantem licentiùs occupauit. Et poſtea: Veſperàque intendente Gotthorum vaſtatoriis cuneis prope flumē Hebrum ſubitò viſis. Quibus in locis promiſcuè globos & cuneos ab eo auctore appellari cernimus. Globos autem etiam Drungos (non, vt vulgo legitur, Drumos vel Grumos) vocitatos Veger. libro 3. ſcribit. Qua de re aliàs plura, ne extra calcem (quod aiunt) ſermo decurrens lectori faſtidium pareat.

Cvra palatii Dignitatis nomen in in aula Conſtantinopolitana. l. 1. C. de comiti-

bus & trib. ſchol. lib. 12. Quod & ex Ammia. Marcellino cùm aliàs ſæpè, tum lib. 31. facilè intelligitur. Tribunus, ait, Equitius, cui tunc erat cura palatii credita. Meminit & Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſtoriar. cap. 8. Zonaras κουροπαλάτην vocat. Sic enim Annal. Tomo 3. in Iuſtino ſcribit: Ἰουστῖνος δὲ τὸ γένος τυγχάνων Ἰλλυριὸς, κουροπαλάτης παρὰ τῆς βασιλείας τετίμητο. Idem in Leone Iſauro, Τὴν θυγατέρα τοῦ Ἀρτιβάσδου συνῴκισεν, κουροπαλάτην αὐτὸν ὀνομάσας. Et in Stauracio: Ἐπεβούλευε δὲ τῷ κουροπαλάτῃ Μιχαήλ. Vnde Excura palatii eadem figura, qua Exconſule & Excomite apud Marcellinum lib. 22. legimus.

Cvriarvm ius pro Curarũ vulgò cum vitio legitur in l. 2. Cod. de apparitoribus præfect. prætor. libr. 12. quemadmodum etiam Curiæ pro Curæ perperam ſcribitur in l. 2. C. de executoribus & exactorib. lib. 12. At in l. 1. C. de offic. magiſt. offic. rectè Ad curas agendas & curſum exeant, vt & in l. 2. C. de curioſ. lib. 12. in Curis agendis & euectionibus publici curſus inſpiciendis. Vnde Curioſorum nomen deſcendit, qui curis agendis & curſus publici inſpectioni deſeruiebant. dict. l. 2. C. de curioſ. l. 13. C. de curſu publ. Hos quoque crimina iudicibus nunciaſſe l. 1. Cod. de curioſis. indicat.

Curiales equi in l. 4. C. de muneribus patrimonialibus.

Curules equi in l. 5. C. de ſpectaculis. Rubric. de equis curuli. in C. Thod. & apud Symmach. lib. 2. Epiſt. ſæpius.

Cydonevm in l. 9. ff. de tritico vino. id vini genus, quantum coniicio, ſignificat quod Dioſcorides libr. 5. κυδωνίτην οἶνον vocat: inde ſcilicet quod ex malis cotoneis in muſti metreta maceratis conficitur.

Cylindri in l. 34. §. vlt. ff. de auro, argen. oblongi lapilli fuere ad ornatum mulierum pertinentes: de quibus vide Plinium libro 37. cap. 5. & cap. 8. Tertullia. in lib. De habitu mulieb. Latent in cingulis ſmaragdi, & cylindros gladius ſub ſinu nouit.

Cymbia vaſa in l. 34. §. 1. ff. de auro, argen. quæ à Polluce lib. 6. cap. 16. & Nonio Marcello inter genera poculorum ponuntur. Meminit & Plinius lib. 37. cap. 8.

D.

Depvtati domeſticorum equitum & peditum in Notitia Imperii Roman. memorantur. Et deputati ſacræ veſtis in l. 7. C. de palatin. ſacrar. largit. Et deputati fabricæ in Nouella de Armis in qua ita eſt, Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐν ἀριθμοῖς συγκαταλεγομένοις, οὓς ὁπλοποιοὺς καὶ δεπουτάτους καλοῦσι, &c. Planè Leo Imperat. in libr. de Bellico apparatu capit. 3. & capit. 11. Δεπουτάτους antiquis temporibus appellatos, qui ſuis temporibus σκρίβωνες dicebantur, οἵτινες, ait, προσκολληθέντες τῇ παρατάξει τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματιζομένους ἀναλαμβάνονται ὡς ἰατροὶ καὶ περιποιοῦνται.

Desvltor in l. 20. ff. de præſcript. verb. ab eo dictus, auctore Iſidoro libr. 18. capit. 39. quòd cùm ad finem curſus venerat, deſiliebat, & de equo in equum tranſiliebat. Hunc ſcitè Manilius tribus verſibus depingit libr. 5. Aſtronomic.

Necnon, ait, alterno deſultor ſidere dorſo
Quadrupedum, & ſtabilis poterit defigere plantas,
Per quos vadit equos: ludet per terga volantum.

Dioeceses appellabantur, adminiſtrationes multarum ſimul prouinciarum, quæ in vnum coactæ per præfectos prætorio & eorum vicarios regebãtur. l. vn. C. vt omnes iud. l. 3. de collatio. equor. in C. Theod. l. 34. de nauicular. eo. Veluti, ſub præfectura Prætoriana Orientis quinque erant diœceſes, Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica, Thracia: quemadmodum ex l. vn. C. vt nemo ad ſuum patrocin. & l. 5. C. de temporib. & reparat. appell. & l. 2. C. de milit. veſte. lib. 12. & l. 1. C. de comitib. & l. 10. C. de numerariis. l. 6. C. de fund. patrimonialib. l. 97. de decurionibus. in C. Theod. & ex Notitia Imperii Rom. liquet. Quarũ diœceſium vnaquæq; plures prouincias complectebatur. Orientis quidem certè diœceſis 15. prouincias continebat, Ægyptiaca verò 6. Aſiana 10. Pontica totidem, Thracia 6. Præfecturæ verò Prætorianæ Illyrici diœceſes duæ ſuberant, Macedonia & Dacia: quarum illa prouincias ſex, hæc quinque capiebat.

Discvssor in l. penultim. C. quor. appell. non recip. Rubr. de diſcuſſoribus & aliàs in tribus poſtremis Codicis libris perſæpè. In Lexico B. Germani vertitur λογοθέτης. Et certè in cenſuum deſcriptione verſatos diſcuſſores non dubium eſt. Meminit & Caſſiodor. lib. 4. Variar. Epiſt. ad Fauſtum. Errorq; eſt in hoc verbo apud eundem auctorem lib. 9. Variar. Epiſt. ad vniuerſos prouinciales Syriac. ciuit. Nam ibi diſcurſoribus, pro diſcuſſoribus legitur.

Diſcuſſiones apud Firmicũ libr. 4. Matheſ. capit. 13. Etiam Iuſtinianus Nouell. 148. Diſcuſſiones vocat quæ δίκαιαι εἰσπράξεις εἰσάγουσι κατ' ἐκείνων τῶν προσποιούντων ἐκ τοῦ δημοσίου λαβόντων.

Dispositionvm ſcrinium quoddam memoratur in l. 3. & l. 4. & l. 11. C. de proxim. ſac. ſcrin. lib. 12. Et Diſpoſitionum comes in l. 8. C. eod. tit. Vnde emendandam eſſe l. 4. eod. tit. ſuccurrit. in qua comitiuam primi diſpoſitionum pro Comitiuam primam diſpoſitionum, legitur.

Domestici & equites & pedites in Notitia

titia Imperij Rom. ponuntur, & in l. vlt. C. de domeſtic. & protectoribus.

Domeſtici ac protectores. l. 1. & l. 2. Cod. de domeſtic. ac protectoribus & domeſticus protector apud Marcellin. lib. 18.

Domeſticorum autem ſchola erat cui Comes præficiebatur. Marcellin. lib. 26. Sociatusque Valenti domeſticorum præfuit ſcholæ. Idem lib. 21. Mamertino largitiones curandas, & Dagalaiphum præfecit domeſticis. Trebellius Pollio in Numeriano. Diocletianum omnes vno conſenſu cui multa iam ſigna facta dicebantur Imperij, Auguſtum appellauerunt domeſticos tunc regentem.

Domeſticos ſcholarum apud Nicephor. lib. 7. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 18. & Zonaram Tomo 3. Annal. crebrò.

Erat & in aula Conſtantinopolitana quidam qui Δομέστικος μέγας vocabatur, vt Guilel. Tyrenſis Pontif. docet lib. 2. Belli ſacri cap. 5. his verbis, de Alexio loquens. Hic à domino Nicephoro, qui tunc in ſceptris agens principabatur, plurimum honoratus & Megadomeſtici dignitate (quem nos maiorem Seneſchallum appellare conſueuimus) fungeretur officio.

Dominationes ſcribere oportet in l. vlt. C. de cenſitoribus & peræquatoribus vbi nunc donationes vulgò legitur. Quod vitium ſcripti codices cum impreſſo Theodoſiano conſentientes, arguunt. Porrò in ea l. Tribonianus quatuor menſes ad duos ab Honorio & Theodoſio tributos, addidit.

Dromones nauigij quoddam genus cuius fit mentio in l. vlt. Cod. de offic. præf. prætor. Afr. Iſidor. lib. 19. Etymolog. cap. 1. Longæ naues ſunt, ait, quas Dromones vocamus, dictæ eo quod longiores ſint cæteris. Cuius contrarius Muſculus curtum nauigium. Procopius quoque nauigia longa ab eo quòd celerrimè excurrerent, Dromonas appellata ſua ætate ſcribit. Curſum enim δρόμον Græci dicunt. Caſſiodor. lib. 5. Variar. Epiſtol. ad Abundantium. Decreuimus mille interim Dromones fabricandos aſſumere, qui & frumenta publica poſſint conuehere, & diuerſis nauibus, ſi neceſſe fuerit, obuiare. Zonaras Tomo 3. in Mauritio: ὁ δὲ καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει στασιαζόντων ὑπεξῆλθε τῶν ἀνακτόρων καὶ δρόμωνι ἐμβεβηκὼς μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀπέδρα. Idem in Iuſtiniano Rhinotmito: στέλλει τριήρεις καὶ δρόμωνας καὶ νῆας ἑτέρας τῶν φορτηγῶν. Huiuſmodi verò nauium exercitores Dromonarij vocantur. Et ita apud Caſſiodor. libro 4. Variar. Epiſtol. ad Venenatum, & in inſcriptione Epiſtol. ad Dromonar. lib. 2. Variar. emendandum hoc verbum cenſeo.

Dvcena, vt & centena, gradus dignitatis promotionisve in ſchola agentium in rebus. l. vlt. C. de agentibus in rebus. l. 5. C. de principibus agent. in reb. l. 1. de murilegul. in C. Theo. l. 1. de Cæſarianis. in eo. Cod. l. 5. de decurionibus in eod. Cod. Ex quibus patet ducenam nō ducenariam legi oportere in l. 1. Cod. de offic. magiſt. offic. quanquam impreſſi codices hoc vitio laborent.

Inde Ducenarij qui ducenam gerunt & ducentis ſcholaribus præſunt. l. 3. C. de agentibus in rebus. l. 1. C. de lucris aduocator. l. 1. C. de exactoribus tributor. l. 9. de exactionibus in C. Theod. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 4. Neq; vt ille ſuperbierit, ſublatusq; fuerit mundanis dignitatibus Ducenarius potius quàm Epiſcopus vocari volens. Meminit & huius muneris Nicephorus lib. 6. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 30. In Notitia quoq; crebrò in officio rectorum prouinciarum principem de ſchola agentium in rebus Ducenarium recenſeri inuenias. Cæterùm & in re militari, Ducenarius interprete Vegetio lib. 2. cap. 8. dicebatur, qui duas centurias, id eſt, ducentos homines ducebat in acie ſecunda.

E.

Elenchi in l. 34. §. vlt. ff. de auro, argent. Plinius de Margaritis agens lib. 9. cap. 35. Et procerioribus ſua gratia eſt. Elenchos appellant faſtigiata longitudine alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos aut ternos auribus, fœminarum gloria eſt.

Encavstvm in l. 6. C. de diuerſ. reſcript. l. 4. de extraord. muneribus in C. Theodoſ. In quo verbo error eſt in l. 1. §. 1. Cod. de collegat. Nam vbi vulgò In cautis breuibus, legitur, ſcripti codices Encauſtis breuibus dilucidè habēt. Sed & in l. 9. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. vbi Encauteriis quidam codices, alij Eucteriis, ſcriptum habent, crediderim Encauſtis potius legendum eſſe. Encauſtum autem ſacrum ex muricis ſeu conchylij cruore compoſitum. d. l. 6. C. de diuerſ. reſcript. docet. Et inde memini me in Epitome quadam Chronicorum Werueronis Leodienſis monachi legere Palæologum Conſtantinopolitanum Imperatorem Romæ in æde S. Spiritus Eccleſiæ Romanæ obedientiam, ſubiectionemque iureiurando pollicitum. Idq; ſyngrapha conchylij ſanguine à ſe ſubſcripta teſtatum reliquiſſe, quæ in archiis aſſeruatur.

Ergasteria tabernas mercimoniis deputatas ſignificant. l. 2. C. de metat. & epidemet. l. 2. C. de epiſcop. & cler. l. 9. Cod. de operibus publ. Ergaſterio itaq; præeſſe & adhærere mercatores dicuntur. l. 26. §. illos verò. Cod. de vſur. l. 1. C. negotiator. ne milit. l. 12. C. de cohortalibus.

Evchetæ in l. 5. C. de hæretic. & Manich.

Hæretici fuere, de quorum prauo dogmate videndus eſt Nicephor. lib. 11. Hiſtor. eccleſ. cap. 14.

Evectio literas, diplomata, & exhibitionem curſus publici ſignificat. l. 1. C. de numerariis. l. 3. l. 4. l. 6 l. 9. l. penult. l. vlt. Cod. de curſu publ. l. 2. C. de commeatu. Itaq; mendoſa eſt ſcriptura l. 2. C. de curioſ. lib. 12. in qua Euictionibus, pro. Euectionibus legitur. B. Auguſtin. Epiſt. 55 Zenobius magiſter memoriæ factus eſt, & miſit nobis euectionem cum annonis. Sulpitius Seuer. libr. 2. Hiſt. ſacr. Hilarius quartum iam exilij annum in Phrygia agens, inter reliquos Epiſcopos per vicarium ac præſidem data euectionis copia adeſſe cōpellitur. Symmach. libro 2. Epiſtol. 261. Tibi igitur hoc munus iniungo, vt de impetratis, euectionibus in adminiculum Prætoriç functionis habitum mentis meæ apud eum plenius exequaris.

Exceptores in ſcriniorum officiis ponuntur. l. 5. l. 12. C. de proximis ſacror. ſcrinior. lib. 12. l. 5. l 7. & l. vlt. Cod. de palatin. ſacrar. largitionum. l. vlt. §. hoc quoque. Cod. de re milit. l. vlt. C. de caſtrenſi peculio. l. 5. Cod. de numerariis.

Et quod excurrit in l. 26 §. vlt. ff. depoſiti, ſignificat, & aliquot præterea denarios vel ſummulas. Quæ locutio B. Auguſtino frequens eſt. Ex quo præter ea quæ Budæus notauit locum vnum ſubiiciam ſumptum ex libro 1. poſt collatio. contra Donatiſtas: Protulerunt, ait, ibi 70. & quod excurrit, Epiſcopos qui abſentem damnauerunt Cæcilium. Sic etiam Vegetium & Optatum Afrum locutos Iac. Cuiacius lib. 1. Obſeruationum, cap. vlt. adnotauit.

Exhausta pars in l. 6 §. ſi patronus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, & in titul. ad legem Falcidiam. ff. dicitur, quæ legatis abſumta eſt.

Ex principe dignitas in l. 4. C. de principibus agent. in rebus.

Ex magiſtro officiorum. l. 1. C. de ſilentiariis, & apud Marcellinum lib. 22.

Ex proximis in l. vn. C de magiſtr. ſacr. ſcrinio, & Ex proximo libellorum apud Marcellin. lib. 22.

Ex magiſtro Equitum apud eundem Marcellin. lib. 22. apud quem etiam Ex præfecto, Ex duce, Ex vicario, Ex agente in rebus, Ex cura palatij inuenies lib. 28. & Ex comite domeſticorum apud Georg. Turonenſ. lib. 2. Hiſtor. cap. 8.

F.

Factiones, agitatorum in contrarias partes diuiſos greges accipe in l. 1. de equis curulibus. in Cod Theodoſ. quod & Feſtus lib. 6. Erant autem hæ pannorum coloribus Praſino videlicet, veneto, & purpureo diſtinctç factiones. Sueton. in Domitiano capite 7. Duas Circenſibus Græcorum factiones aurati, purpureique panni ad quatuor priſtinas addidit. Vnde colligitur non duas ſolùm, ſed quatuor & eo plures factiones aurigarum Romæ fuiſſe, contra quàm pleriq; ſentiant. Quod & Xiphilin. in Nerone notat. Idem Sueton. in Vitellio: Quoſdam & de plebe ob id ipſum, quòd Venetç factioni clarè maledixerant interemit. Sic & Venetanam factionem interpretabimur in inſcriptione, quæ Danij eſt in Hiſpania. Et praſinam factionem apud eundem Sueton. in Caligula cap. 55. Capitolinus in libr. de rebus geſtis Gordianor. Equos ſingulos Cappadoces 100. permittentibus Imperatoribus factionibus diuiſit.

Hinc Factionarij in l. vlt. de equis curulibus. in C. Theod. Et factionum domini. Sueton. in Nerone cap. 5. Quærentibus dominis factionum repræſentanda præmia in poſterum ſanxit. Et cap. 22. Ne dominis quidem factionum dignantibus niſi ad totius diei curſum greges ducere. Lamprid. in Commodo. Circenſes multos addidit ex libidine potius, quàm religione, vt factionum dominos ditaret. Huius autem pannorum & colorum diuerſitatis qua aurigæ diſcernebantur rationem explicat Iſidor lib. 18 Etymolog. cap. 33.

Fasciæ crurales, pedulesq; in l. 27. in fi. ff. de auro, argento, inter ornamenta muliebria ponuntur. Quæ verba rectè in Pandectis Florentinis ita ſcripta ſunt, cùm malè quidam crurales in crinales transformare ſtuduerint. Sed Florentina lectio probanda & retinenda eſt. Nam veteres crura atq; pedes faſciis vincire & obuoluere ſolebant: maximeq; mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quæ & à Nonio Marc. relata ſunt, quibus Clodium vt mulierarium inſectatur, docet. Tu, ait, cùm vincirentur pedes faſciis, cùm calauticam capiti accommodares. Eius rei Plinius quoq; lib. 6. Hiſtor. Natur. cap. 2. indicium facit, narrans mures Carboni faſcias quibus in calceis vtebatur, arroſiſſe. Et hæ erant pedules faſciæ. Nam pedule interprete Cornelio Frontone in libello de Nominum & verborum differentiis dicitur, quod ſub pedibus præſtat vtilitatem. Hoc amplius & crura faſciis veſtiri olim ſolita, Quintilianus lib. 2. cap. 3. non obſcurè ſignificat, & Valerius Maximus libro 7. capit. 2. qui Pompeium candida faſcia crus obligatum habuiſſe refert. Quinetiam faſciis puellarum ac matronarum pectus tegi papillaſque comprimi, conſueuiſſe Iſidorus libro [illegible]. capite 32. ſcribit, & innumeri Poetarum loci comprobant.

Ferrum Indicum in l. vlt. §. ſpecies. ff. de publican. Plinius lib. 34 cap. 14. ex omnibus ferri generibus palmam Serico ferro tribui, Seraſq;

Seraſq; Indiæ populos id cum veſtibus & pellibus ſuis mittere ſcribit.

Fidicvlæ in l.1.& l.2.de quæſtionibus. in Cod.Theod. Torméti genus ab eo dictum, vti Iſidorus lib.5. Etymol. cap.27.tradit, quòd eorei in eculeo ad fidem inueniendam & emendam torquentur.

Foederati populi qui dicantur, exponitur in l.7.ff. de captiuis & poſtlim. fœderati militum genus ex fœderatis populis conſcriptorum in l.vlt.C. de locato. Iuſtinianus Nouella 117. τῶν ἐν στρατείαις καταλεγομένων εἴτε στρατιῶται εἶεν, εἴτε φοιδεράτοι εἴτε σχολάριοι εἴτε ἄλλοι τινὲς ὑφ' ἑτέραν οἱανοῦν στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι. Suidas φοιδεράτοι οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν σκυθῶν.

Folivm pentaſpherum, & folium barbaricum in l.vlt.§.ſpecies.ff.de publican.Iſidorus lib.17.Etymologiarum, cap.9. folium dictum ſcribit quòd ſine vlla radice innatans in Indiæ littoribus colligatur, quod ligno perforatum ſiccant Indi atque reponunt, guſtu nardum referens. Pentaſpherum autem ab amplitudine appellari puto eadem forma, qua & Nardi folium quoddam Hadroſpherum, quoddam verò à breuitate Microſpherum, quoddam à mediocritate Meſoſpherum denominatum Plinius libro 12. Hiſtoriæ Naturalis, cap. 13. ſcribit.

Fomitem frumentarij tituli dicunt Imperatores, in l.vlt.C. de frumen. vrbis Cóſtantinopolitanæ. quanquam paſſim corruptis codicibus, firmiter, pro, fomitem illic legatur.

Fotiniani in l.5.C.de hæreticis & Manicheis. à Fotino quodam Gallogræciç Smyrnæ Epiſcopo nuncupati qui Hebionitarum & Pauli Samoſatenſis hçreſim ſecutus, Chriſtum ex carnali coitu natum, non autem æternum Dei verbum eſſe affirmabat, vt Philaſtrius in hæreſeon Catalogo, & Iſidorus lib.8. Etymologiarum, cap.5. ſcribunt.

Fvci appellatione in l.vlt.§. ſpecies. ff. de publican. haud ſatis ſcio, an frutex in Creta naſcens ſignificetur, quem Grçci φῦκον θαλάσσιον, Latini fucum marinum vocant, cuius meminere Dioſcorid. lib.4.& Plin.lib.13.cap.25. & lib.26. cap.10. Poteſt enim & fucus muliebris accipi.

G.

Garvm in l.3.ff.de penu legat. Liquor eſt piſcium ſalſus quo olim piſces condiebát. Vide Iſidor.lib.20.cap.3.

Glavcina in l.23.ff. de auro, argento, inter vnguenta numerantur. Gleucini planè olei factícij mentionem facit Plinius libr.15. cap.7.& lib.23.cap.4. Dioſcorides etiam lib.1. Gleucinum conſtare omphacino oleo, iunco odorato, calamo, Celtica nardo, ſertula Campana, coſto & muſto ſcribit, circumdatis interius vinaceis vaſi quod aromata, vinum, & oleum conceperat.

Gildonis meminit l.19. de pœnis. in Cod. Theodoſ. Hic, vt Claudianus in lib. de bello Gildonico, & Oroſius libro vltim. & Paulus Diaconus libro 13. Appendicis ad Eutropium. Et Freculphus lib. 5. Tomi 2. Chronicorum ſcribunt, Comes Africæ cùm eſſet, cognita Theodoſij morte prouinciam eam iuri ſuo vindicare cœpit, ratus in paruulis principibus minimam ſpem fore. Oppreſſus tamen tandem & ſtrangulatus interiit, poſſeſſioneſque eius omnes in fiſcum deuolutæ & coactæ ſunt, vt oſtendunt l.16.& l.19.de bonis proſcriptor. in Cod. Theodoſ. Eorumque bonorum adminiſtrationi Comes attributus eſt, qui Comes Gildoniaci patrimonij vocabatur, quem ſub diſpoſitione Comitis rerum priuatarum per Occidentem Notitia ponit.

Glebæ profeſſio in l. 12. de annonis & tributis, in Cod. Theodoſiano. Glebalis penſio in l.4. de indulgentiis debitorum, in eodem Cod. Glebæ canon apud Sidonium Apollinarem libro 6. Epiſtol. ad Cenſorium papam.

Græcitas in l.vn.C.de ſtudiis liberalibus vrb. Rom.lib.11. Vbi tamen vulgò corruptè grauitatis pro Grçcitatis legitur. Quem errorem & libri ſcripti & impreſſus Theodoſij codex conuincunt.

H.

Hopia in l.vlt.§.ſpecies.ff. de publican. Hoc verbum qualem ſenſum habeat, mihi non liquet: legi quidem veneni genus hoc nomine vocari: quod ex inciſis papauerum capitibus ſucco expreſſo conficitur. de quo agunt Dioſcorides lib.4.& Plin.lib.20.cap.18. & lib.25.cap.10.

Hydromeli in l.9.ff. de tritico, vino ol. Potio ex aqua & melle facta, quæ vetuſtate vini ſaporem adſequitur. Vide Dioſcoridem libro 5. capite 13. & Plinium libr. 14. capite 17.

FINIS.

BARNABÆ BRISSONII I. C. IN SVPREMA PARISIENSI CVRIA CAVSARVM PATRONI,

ΠΑΡΕΡΓΩΝ LIBER SINGVLARIS.

Ad V. C. Franciſcum Alemantium libellorum ſupplicum magiſtrum.

FF

BARNABÆ BRISSONII I. C. ΠΑΡΕΡΓΩΝ LIBER SINGVLARIS.

Ad Franciſcum Alemantium V. C. libellorum ſupplicum magiſtrum.

ANIMI eſt, vir clariſſime, benè à natura inſtituti, velle prodeſſe quàm plurimis, nec ſibi ſe duntaxat, ſed & omnibus natum exiſtimare. Quo ego ſtudio ductus, cum cuperem laboris noſtri fructum manare quàm latiſſimè, voces quaſdam ac locutionum figuras ad iuris quidem certè ſcientiam parum pertinentes, cæterùm linguæ Latinæ ornamentum aliquod, incrementumq́; allaturas, ſeorſum adnotaui, vt ad homines quoque à profeſſione noſtra remotos, aliqua ex Pandectis beneficio meo vtilitas perueniret. Quanquam non deerunt, ſat ſcio, qui mihi tantum aut à grauioribus ſtudiis, aut à forenſibus negotiis, in quibus bona nobis temporis pars, ponitur, otij eſſe mirentur, aliena vt ab arte noſtra curare, eaq́ue, quæ nihil πρὸς τὰ ἄλφιτα attinent, liceat. Quorum me licet ab inſtituto laudis curſu ſermones nunquam deflexerint, cùm tamen ad eos veluti ventos moderandos dux & auctor recepto more opus eſſet, quem tecum compararem habui neminem: In quo præter eximias & prędicatione noſtra ſuperiores virtutes, eam in me ornando promouendoq́; voluntatem perſpexi, qua niſi planè ferreus non potuiſſem nõ ad te colendum obſeruandumq́ue trahi. Cuius mei officij vt aliqua mihi ratio apud vulgus conſtaret, datam mihi qualemcunq; meæ in te obſeruantiæ teſtificandæ occaſionem omittere nolui. Itaque libellum hunc leuiſſimi licet & pæne nullius momenti, attamen grati & beneuoli animi teſtem in tuo nomine ac lubens diuulgaui, quem te eo liberalius accepturum confido, quo maiorem te par eſt voluntatis meæ, quàm facultatis ducere rationem.

Verùm vt ad rem ipſam veniam, inprimis quæ in Pandectis Piſanis aliter atque in tritis & vulgatis codicibus ſcripta occurrant, & quid eam varietatem, aut potius receptæ paſſim ſcripturæ labem creauerit, paucis demonſtrabo. Nec enim in alienas poſſeſſiones temerè irruere & vaſtiſſimum de Latina Orthographia dicẽdi campum ingredi animus eſt. Tantùm quæ propoſitis rebus neceſſaria ſunt, ita perſequar, vt mihi res, nõ me rebus ſubiiciam, reliqua ad eos quorum de ea re propria notio eſt, remittam. Inuenio autem quod Sterquilinum vulgo dicitur, Sterculinum in Pandectis Florentinis ſcribi in l. 17. §. vlt. ff. ſi ſeruitus vindicet. & in l. 17. §. fundo. ff. de actionibus empt. Quam ſcripturam veteres M. Catonis de re Ruſtica, & Terentij Comœdiarum libri adiuuant, in quibus Stercilinum conſtanter legi iampridem Pet. Victorius, & Georgius Fabricius prodiderunt. Confirmat hoc idem B. Germani Latinogræcum lexicon, in quo ita eſt, Sterculinum κοπροδοχεῖον, κοπρία. Idq́ue & verbi ipſius origo ſuadet, ex qua Stercutij quoque Dei, quem à veteribus ſtercorandorum agrorum cauſa cultum Iſidor. lib. 17. Etymolog. cap. 1. tradit, efficta & formata appellatio eſt. Ac facile in hoc verbo C. in Q. vt in aliis multis dictionibus propter affinitatem mutatum eſt. nam & quod Quippe dicimus, id in Piſanis Pandectis Coeppe in l. 19. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & alias Qoeppe ſcribitur in l. 8. §. vlt. ff. de contra tab.

Præterea quod vulgo ſurſum verſum, in Pandectis Florentinis, ſuſum verſum rectè meo quidem iudicio non ſemel ſcriptum eſt. l. 28. in fin. ff. de probationibus. l. 9. ff. de diuort. l. vlt. §. ſunt ex lateribus. & §. nunc ſingulos. ff. de gradibus & affinibus. Probabiliorem autem mihi eam lectionem facit quod à Sus, ductum Suſum mihi perſuadeo. Etiam Cis & Vltis eædem Pandectæ habẽt in l. 2. §. capta dein-

de.ff. de orig. iur. non vt alij codices, Vls. Sed & quod Tegmen & Subtegmen paſſim, Temen & Subtemen Florentiæ dicitur. l.70. in princ. & §.vlt.ff.de legat.lib.3.l.22.in fin.ff. de aur. arg. Quam ſcripturam Lexicon B. Germani comprobat, vbi Subtemen κρόκη ῥοδάνη vertitur. Hoc amplius Florentini libri Culcitas, non, vt alij Culcitras efferunt. l.3.ff. de ſupell. leg. l.25.§.Culcitæ.ff.de aur.arg. Eamque ſcripturam in Lexico B. Germani reperii in quo Culcita τύλη redditur. Apud Iſidorum etiam lib.19. Etymolog. cap.27. ita ſcriptum eſt, Culcitæ vocatæ quòd culcentur, id eſt, farciantur pluma ſiue tomento, quo molliores calidioréſque ſint. Coercitionem quoque Florentinæ Pandectæ, non, vt vulgus loquitur, Coertionem, ſemper enunciant. Iam verò Fauia lex & Fauiana actio rectè in iiſdem Pandectis & in Pauli ſententiar. libris & in Codice Theodoſij Fabia & Fabiana dicitur. Eum autem errorem, qui diutina poſſeſſione cum vitio codices omnes occupauit, ex ea quæ inter literas B. & V. olim extitit, cognatione ortum certo certius eſt. Nam cùm & in pronunciando & in ſcribendo promiſcuè atque indifferenter his literis vterentur, eo factum eſt, vt vna in aliam multis in dictionibus degenerauit. Quæ res non paucos errores in auctorum libros inuexit, quorum ne longè exempla petantur, quàm multi codices Velle quæri, pro, Belle quæri antehac ſcriptum habuerunt in l.2.§. vlt.ff. de ſuis & legit. Quinetiam ex hac promiſcua literarum mutatione Celſi nomen corruptum fuit. Is enim non in legum modo libris, ſed & in Plinij Epiſtolis Iubentius appellatur, qui Iuuentius dici debet, quemadmodum rectè Pandectæ Florentinæ ediderunt in l.20.§.præter.ff.de petit.hæred. l.7.§.1. ff. de iure patro. & antiquum illud vetuſti libelli à me libro 3. Select. Antiquit. relati monumentum teſtatur, cuius Iuuentius Celſus ſubſcripſiſſe traditur. Cuiuſmodi nominis præfectus quidam vrbi à Symmacho lib.1. Epiſt. 29. memoratur. Nec abſimili errore Iauolenus in Iabolenum tranſiit, & Hauitus in Habitum: vnde vitiata ſplendidæ orationis Ciceronianæ inſcriptio fuit, quam pro Cluentio Auito dictam earundem Pandectarum ſcriptura patefecit, ſicuti Iacob. Cuiac. vir de noſtra ſcientia optimè meritus, aliis quoque eiuſdem generis mendis detectis, admonuit: quibus addatur licet emendatio l.2.Cod. de cenſitoribus & peræquator.lib.11. vbi Fœtus vetauerit, pro, Hebetauerit ſcriptum eſt: quemadmodum patet ex l.1.eod.titul. in Cod. Theod. ex qua amplius, vt hoc obiter admoneam, patet Tribonianum capitale ſupplicium à Gratia. & Valentinian. irrogatum, in Competentem indignationem transformaſſe. Atque ex hac litterarum mutatione creatam illam lectionis varietatem exiſtimo, quæ inter Iuſtinianeum & Theodoſianum Codicem intercedit in l.11.C.de ſuſceptorib.lib.10. vbi Vini ſuſceptoribus legitur, cùm in l.26. eod. titul. in Cod. Theod. binis ſuſceptoribus ſcriptum ſit. In quo Codice etiam innumerabilibus propè in locis voces hæ, Conniuere & Conniuentia deprauatæ ſunt, in earumq; locum conhibere & conhibentia irrepſerunt, vt in l.71. & l.77. de decurionibus. l.10. de murilegul. l.2. quor. appell. non recip. l.39. de epiſcop. & cler. Inde quoque manauit error ille, qui apud Caſſiod. lib.5. Variar. Epiſt. ad vniuerſos poſſeſſor. cernitur: in qua Signini albei, pro, Signini aluei cum vitio legitur, vt & apud Cicero. oratio.7. in Verrem circa finem, Lege de iudiciis iudicibusque nobis promulgata, pro, Iudicibusq; nouis. Sed de his ſatis: ad inſtituta pergamus. Quod vulgò ſulphur, in Pandectis Piſanis ſulpur ſcribitur. l.13.§. inde eſt quæſitum.ff. de vſufruct. Quomodo & in vetuſtis Catonis codicibus verbum hoc ſcriptum offendiſſe ſe Victorius teſtatur. Inde Sulphurata in l.55.ff. de legat. lib.3. l.147.ff.de verbor. ſignific. & Sulpuariæ pro ſulpuris fodinis in l.52.§.ſi ſulpuariæ.ff.de furt. Eodemque modo & Calpurnius in iiſdem Pandectis ſcribitur in l.10.ff. de offic. proconſ. qui in aliis libris Calphurnius. Sed & Balliſtrarios eædem Pandectæ nuncupant, quos alij Balliſtarios. l.vlt.ff. de iure immunit. Quam ſcripturam etiam Lexicon Latinogræcum B. Germani ſequitur, in quo ita eſt. Balliſtra, σφενδόνη, μάγγανον. Quo poſtremo verbo vt hoc in tranſcurſu admoneam, in hoc ſignificato Leo Imper. in lib. de Bellico apparatu non ſemel vtitur. Enimuerò multa quæ reliqui omnes codices per o offerunt, vocabula, Florentini per u ſcribunt. Conſtanter enim ac perpetuo Epiſtulam habent, Epiſtolam nunquam: etſi Græca, vnde Latina ducta eſt, appellatio ita pronunciandum ſuadeat. Me tamen in admirationem trahit quod & in vetuſtorum auctorum manu exaratis libris Epiſtulam ſcribi alij ante me monuerunt. Et ita quoque in inſcriptione quadam Romana ſcriptum eſt,

M. AVR. ALEXAND.
AVG. LIB.
AB EPISTVLIS.

Subolem etiam non ſobolem iidem libri edunt l.10.§. ſi ſerui. ff. de iure dot. l.22.§. ſin autem tantus.ff.ſoluto matrim. l.64.ff.de conditio. & demonſtrat. Quemadmodum & in Codice Theodoſij qui Io. Tilij beneficio Lutetiæ excuſus eſt, vbique hoc verbum ſcribitur. l.1. de mulierib. quæ ſe ſeruis iunxer. l.74. de decu-

de decurionibus & aliis infinitis locis. Vt & in Lexico iam ſæpius citato, Suboles ἐπιγονή. Quod rectum videtur, vt à Subolescendo, id eſt ſubcreſcendo, vox hæc deriuata ſit. Eam enim apud veteres verbum oleſcere ſignificationem habuiſſe Feſtus notauit. Adoleſcentem quoque ibidem ſemper legas, Adoleſcentem nuſquam. Et Vtrubi, non Vtrobi. l. 1. & Rubr. ff. vtrubi. l. 9. ff. de re vind. Vtrubique, non Vtrobique. l. 4. ff. de pact. dotalibus. l. 85. ff. de legat. lib. 3. l. 25. ff. quando dies leg. ced. l. 19. in fin. ff. de iudic. l. 11. §. officium. ff. de aqu. & aqu. pl. l. 36. §. penult. de legat. lib. 1. Varietatem autem hanc ſcripturæ, qua inter ſe codices diſſident ex antiqua litterarum O. & V. quam in ſermone recipiebant, functione fluxiſſe credo, ex qua Vulgo & Volgo indifferenter ſcribi in veterum libris ſcimus. Inde adeò qui paſſim Opilio, Florentiæ Vpilio dicitur in l. 60. in fin. ff. de legat. 3. quanquam ouium cuſtodes, Ouiliones appellentur in l. 25. in fin. ff. de inſtruct. vel inſtrum. Sic etiam Hoc, pro, Huc, (quod veteribus in vſu fuiſſe Seruius in 8. Æneid. notat.) legimus in l. 6. ff. de vſu & habit. Latinum porrò V. Græcum υ ψιλὸν repræſentare, eiuſque loco in referendis dictionibus Græcis antiquitus ſuffici ſolitam non eſt ignotum. Hinc illa, Muſia, pro, Myſia in l. 16. §. vltim. ff. de pœnis. & Tumpanum in l. 19. §. illud. ff. locati. pro, Tympanum. Aſſurius ſermo, pro, Aſſyrius in l. 1. §. vlt. ff. de verbor. obligationibus. Sulla, pro, Sylla in l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. Et Purrhus, pro Pyrrhus in l. 1. §. ſecundo. ff. de poſtuland. Et Polupoſus, pro, Polypoſus in l. 12. ff. de ædilit. edict. Contra Centyrio, pro, Centurio in l. 26. §. conuenit. ff. de pactis dotalibus. l. 40. ff. de adminiſtr. tut. l. 15. ff. de vulg. & pupill. Vt Lyſitania, pro, Luſitania in l. vltim. ff. de cenſibus. Fuit etiam olim Latino I. magna & ad commutationem procliuis cum vocali V. cognatio. Inde adeo quod hodie Recuperare, antiquitus Reciperare dictum non ex Piſanis Pandectis tantùm, ſed ex aliis vetuſtis omnibus codicibus intelligimus. Ex diuerſo Duploma, pro, Diploma, Adſimulatur, pro, eo quod vulgò Aſſimilatur in iiſdem Pandectis legimus. Et planè Adſimulare dixiſſe antiquos Diomedes tradit, Ciceroniſque & Virgilij teſtimoniis confirmat. licet eam ſcripturam veterum codices in hunc diem non retinuerunt. Arceſſitis etiam amicis Florentiæ ſcribitur in l. 39. §. propoſitum. ff. de legat. 3. vbi alij codices Accerſitis habent. Atque ita, quantum memoria repeto, in manuſcriptis veterum auctorum codicibus, quos quidem mihi videre antehac contigit, Arceſſere, pro, Euocare ſcriptum, vbicunque id occurrit, repperi: licet Grammaticorum diſtinctioni hanc ſcripturam repugnare non ignorem qui Accerſere in ea ſignificatione dicendum contendunt. Vnde in l. 7. Cod. vbi cauſæ fiſcal. quo loci typis impreſſi libri, Accerſendis, veteres mei Arceſſendis ſcriptum habent. Itidemque apud Cicero. pro A. Cluentio primi qui ex Venetorum officina prodiere codices, Arceſſit ſine cauſa puerum, non vt recentiores, Accerſit, ediderunt. Defrudetur verò, quod eſt in l. 45. in fin. ff. ſol. matrimon. cuius loco hodie Defraudetur, ſcribimus, germanam antiquitatem olet. Defrudo enim, non Defraudo veteres dixiſſe, vt reliquos omnes taceam, Nonius Marcellus notat, & hoc Plauti Aſinaria verſu comprobat:

Ten' ego defrudē cui ipſi nihil eſt in manu?

Subdit & Terentianum ex Phormio. Act. 1. ſcen. 1. verſum:

Meum defrudans genium comparſi miſer.

Conſtitit certè, pro, Conſiſtit ſæpenumero in Pandectis Piſanis ſcribitur. l. 68. & l. 98. in fi. ff. de ſolutionibus. l. 34. ff. de negot. geſtis. Et Conſtiteremus, pro, Conſiſteremus in l. 26. ff. de iudiciis. Iuuenalem etiam facilitatem, non vt alij libri, Iuuenilem, eædem Pandectæ ſcribunt in l. 15. §. lex Iulia. ff. ad leg. Iuliam de adulter. & Sycamionem arborem, in l. penult. ff. de extraord. criminibus vbi alij Sycomorum. Et Perfocat in l. 4. ff. de liber. adgn. vbi alij Præfocat. Scribunt & eædem Pandectæ vt plurimùm, Atquin, non Atqui. l. 78. §. penult. ff. de de legat. 3. l. 19. ff. de negot. geſt. l. 59. ff. ad Trebellian. l. vltim. ff. de fideicomm. libert. l. 15. ff. ad leg. Iul. de adulter. Refictionem itidem, pro, Refectionem aliquoties ſcribunt. l. 1. §. cloacæ. ff. de cloacis. l. 3. §. vlt. & l. vlt. ff. de riuis. At Vrguere, & Tinguere, addito, V. in cæteris temporibus conſtanter ſcribunt. l. vltim. ff. de iudiciis. l. 22. ff. de negot. geſt. l. 73. ff. de legat. 3. & aliis innumerabilibus locis. Quæ verbi Tinguo ſcriptura Capro Grammatico probatur: Et in hunc quoque modum Vrguet, in Lexico B. Germani ſcribitur, & vertitur ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπιχεῖλαι. Placet etiam Probo artis ſuæ peritiſſimo, ita ſcribendum Vnguo. Planè meram antiquitatem ſapit, quod Prægnas prægnatis, reliquoſque deinceps caſus ſimili forma eædem Pandectę efferunt. Cui dictioni vt poſteritas literam, N. inſeruit, ita de quibuſdam aliis vocibus detraxit, quibus euphoniæ gratia olim ea interiici & interponi cōſueuerat. Nanctus enim, & Thenſaurus, Quotiens, Quotienſcumque, Vicenſimus, Quadragenſimus, Centenſimus, & alia id genus hodie ſine N. pronunciantur. Quibus haud ſatis ſcio an adnumerari debeant quæ in iiſdem Pandectis obſeruaui, Relinquerit, Relinquiſſet. l. 79. ff. ad leg. Falcid. l. 2. §. ſi ex emancipato. ff. de collatio. bonor. l. 41. §. Lu-

cius.ff. de fideicomm. libert. l. 122. ff. de verb. obligation. & aliis infinitis locis. Item Contingerunt in l. 41. §. Titius.ff. de fideicomm. libert. Obtingerunt in l. 15. ff. de muneribus & honoribus. Confunderant in l. 31. ff. locat. Reſcinderat in l. 1. §. quod ait Prætor. in fin. ff. de cloac. Nam nec abſimili ſpecie Rumperit, Rumptum, & Corrumpit, pro, Ruperit, Ruptum, Corrupit ibidem legimus in l. 22. ff. de furt. l. vlt. ff. locati. Rubr. de iniuſto rumpto & irrito. l. vlt. ff. locati. Et quædam alia præterea verborum tempora contra Grammaticorum regulas formata habent. Veluti Accederat, pro, Acceſſerat in l. vlt. ff. de acquir. hæred. Decederit, pro, Deceſſerit in l. 27. §. 1. ff. de legat. 3. Adiuuauerit, pro, Adiuuerit in l. 15. §. 1. ff. de manumiſſ. teſtam. Adpulſerit in l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. Et Tolliſſe, pro, Tuliſſe in l. 13. §. ſi is qui hominem. ff. de acceptilationibus. Et Oblinuerit in l. 1. §. 1. ff. de extraord. criminibus. Sed vt nudæ antiquitatis reliqua in Pandectis impreſſa veſtigia perſequar, non omittendum eſt, quod Vxorei, pro, Vxori legimus in l. 31. ff. de vſufruct. leg. Ipſeis, pro, Ipſis in l. 1. ff. de feriis. & Beneiuolentia, pro, Beniuolentia in l. 62. ff. de hæred. inſtit. Cuius generis in vetuſtis ſaxis monumentisq́; exempla ſunt frequentia. Ploſtrum item & Clodium illic ſcribi obſeruabis, quæ nunc per au efferuntur. Item Neglegere, Intellegere, Deiudicare, Delenimentum, Deuerticulum, Deſtricte, Deſperire, Deminutum, quæ nunc per i enunciantur. Cui mutationi facilè ipſa literarum adfinitas locum dedit, quæ antiquis temporibus ſine vllo diſcrimine inter ſe commutabantur, quemadmodum Fabius lib. 1. cap. 12. & Gellius lib. 10. cap. 24. & Donatus in Phormio. Terentij admonent. Maximè verò ea in dictionum fine licentia vtebantur. Vnde Noxale, pro, Noxali, in l. 27. in princip. ff. de euictionibus. Defenſione, pro, Defenſioni in l. 39. §. 1. ff. de noxalibus. Exceptione, pro, Exceptioni in d. l. 39. § penultim. Rurſus Petitioni, pro, Petitione in l. 8. ff. de rei vendicat. Et Ferruminationi, pro, Ferruminatione in l. 23. §. item quæcunque. ff. eod. titul. Adfinitati, pro, Adfinitate, in l. 39. ff. de iniur. Cuiuſmodi infinita exempla in eorum librorum lectione verſantibus occurrent quæ hinc admonitus ſibi quiſque ſuo ſtudio obſeruabit. Eſt & ex antiquo loquendi more repetenda quorundam verborum à vulgari forma diſſidens ſcriptura. Apiſci enim, pro, Adipiſci, Et Cludo, pro, Claudo non rarò in illis Pandectis leges. Nubſit etiam, & Scribſit, quæ paſſim per P. ſcribuntur, aliquoties inuenies in titul. De condition. & demonſtratio. At ex contrario Optinere, & Optulit, Suptile, Suptilitas in iiſdem libris, vt plurimum per P. non vt in aliis per B. ſcribuntur. Sed & multa per C. illic ſcripta animaduerti, quæ per T. vbique alias concipiuntur, veluti Condicio. Ædilicius, Ædilicia, aduenticium, Muciana, Venaliciarij, Conuicium, Solacium, Traiecticia, Pigneraticius, Pigneraticia, quæ duo poſtrema etiamnum in Codice Iuſtiniani corrupta ſunt. Retinent & illi libri ferè ſemper in compoſitis verbis integras vtrinque voces. Itaque Exſtat, Exſpectat, Exſoluere, Exſequi, Exſtruere, Exſpirat tam crebro legimus, vt nimiæ ſit & putidæ diligentiæ loca proferre. Eadem forma Tranſducere habent, non Traducere in l. 13. §. 1. ff. de Publicia. l. 61. ff. de legat. lib. 3. l. 31. ff. de pœnis. Et transſcribere in l. 92. ff. de diuerſ. regulis iur. Inlacrymari in l. 19. ff. de offic. præſid. Inrogare. l. 1. in fin. ff. de ſeruis exp. Et Circumirein l. 7. §. 1. ff. de offic. proconſ. Nonnulla quoque contra receptam ſcribendi conſuetudinem in illis libris vocabula aſpirantur. Nimirum Harena, Harenarij, quibus in verbis aſpirationem Phocas Grammaticus deſiderat. Item Holus l. 12. §. 1. ff. de vſu & habit. Verhedi in l. vlt. ff. de muneribus & honoribus. At harundo, & harundinetum, non abſciſsè, ſed variè, & modò addita, modò dempta aſpiratione. Sicut & Trahianus quandoque. l. 4. in fi. ff. peculatus. l. 3. in fin. ff. de abigeis. l. 5. §. vlt. ff. de his quæ vt indign. & Trahianopolis. l. 1. ff. de cenſibus. Per contrarium quædam in illis libris citra ſpiritum, aliter atque vulgò ſcribuntur. Qualia ſunt hæc, Carus, Caritas, pro beneuolentia, Poſtumus. Quæ quia in Pandectis obuia ſunt, idcirco locorum teſtimonio ſuperſedeo. Tantum confirmandæ huius ſcripturæ cauſa Lexicon B. Germani citabo, in quo Poſtumus ſine aſpiratione ſcribitur, definiturque ὁ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συλλαβόμενος, ἀποθανόντος δὲ γενόμενος. Similiter citra aſpirationem verbum Tus ſcribitur, non modo in l. 3. §. penult. ff. de penu leg. verùm etiam in eodem ædis B. Germani Lexico. Quam ſcripturam rectam eſſe Iſidorus libro 16. Etymolog. cap. 8. à tundendo huius verbi originem deducens, docet. Item Partos Pandectæ efferunt non Parthos. l. 10. ff. de conditionibus & demonſtrat. & Ederam in l. 3. ff. arbor. furt. cæſ. & Vmorem. l. 57. ff. locati. l. 18. ff. de ſeruitutibus vrb. Et Vmerale in l. 14. §. vltim. ff. de re milit. Et Redam. l. 60. §. penult. ff. locati. Trocleas. l. 19. §. illud. ff. eo. titul. Renum in l. 11. ff. de euictionibus. Aënum in l. 12. ff. de inſtru. vel inſtru. Cæterùm loco PH aſpirati in multis præſertimq́ue peregrinis dictionibus F. ponitur, ſic Fœnices, Elefantos, Filippos, Orfitianum, Chirografa, Sifones, Efeſum in Florentinis libris legimus. l. 1. & l. vlt. ff. de cenſibus. l. 2. in fin. ff. ad leg. Aquil.

l. 6. ff. de acquiren. hæred. l. 11. §. 1. ff. de ſeruo corrupt. l. 12. ff. de inſtruct. vel inſtrument. l. 137. §. cùm ita. ff. de verbor. obligation. Inſuper quædam vnicis literis concepta vocabula in illis libris, occurrunt quæ nos geminatis ac repetitis ſcribimus, vt Conubium: quam eandem ſcripturam Lexicon B. Germani ſequitur, vt ſuprà libr. 3. de verbor. ſignificat. docui. Item Conexa l. 17. ff. de negot. geſtis. l. 59. ff. de rei vendicat. l. 1. §. penultim. ff. de ſuis & legit. Litus & litora. l. 2. l. 3. ff. de rer. diuiſio. & alibi ſæpè. Copertoria in l. 38. §. 1. ff. de auro, argen. quæ vulgò Coopertoria. Ilico, Vilicus, Vilica. l. 146. l. 203. ff. de verbor. ſignificat. & aliis infinitis locis. Pediſequa. l. 65. ff. de legat. libr. 2. Britanica. l. 46. ff. ad Trebellianum. Poſtremò Anulũ, Ædiles Curules, Oportune, ſine literarum geminatione in illis libris vel indiligens lector offendet. Vice verſa geminantur in aliquot dictionibus literæ, quarum repetitionem communis ac trita ſcribendi ratio repudiat. Nam & Querellam, Sequellam, & Sollemnem, Litteram, Immò, Quinimmo, Cõminus, Repperit, Mercennarius perpetuò inuenies. Et certè in Lexico B. Germani eodem modo Querella ſcribitur, & redditur μέμψις. Bracchium etiam iidem libri ſcribunt. l. 23. §. item quæcunque. ff. de rei vendicat. l. 12. ff. de ædilit. edict. Et Sollertiam. l. 24. ff. ex quibus cauſ. maior. & Maſſurium l. 2. §. his etiam. ff. de orig. iur. l. 105. ff. de verborum obligat. l. 144. ff. de verbor. ſignificat. Et Catillinam. l. 8. ff. ad legem Iul. maieſt. Reccidere. l. 10. l. 40. ff. de adoptionibus. l. 7. in fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit. l. 6. ff. de captiu. l. 13. ff. de optio. leg. Summiſſit etiam & promiſſit, inuenias in l. 15. §. conuicium. ff. de iniur. & l. 49. ff. famil. erciſ. & Reppulerit in l. 86. §. 1. ff. de legat. 1. At Supremum, Cupę, Culei, variè & interdum vnicis ac ſimplicibus, interdum repetitis literis ſcribuntur.

Enimuerò puris vocalibus ſcribi olim ſolita quædam vocabula quibus nunc diphthongos addimus ex conſtanti eorum librorum ſcriptura obſeruaui. Cuiuſmodi ſunt hæc, Hereditas, Ceterùm, Edere, Femina, Fetus, Veneo. Rurſus cum diphthongis quædam ſcripta obſeruaui, quæ ab iis vulgo vacant. Veluti Pæne, ſicut & in Epigrammate veteri Roman. Docta Erodita pæne Muſarum manu. Item pænula. l. 7. de ſupell. leg. Pænuria. l. 25. in fin. ff. de pigner. act. Obœdire in l. 8. in fi. ff. de pollicitationib. Amœnitas in l. 3. ff. de aqua quotid. Scæna in l. 1. & l. 4. §. vltim. ff. de his qui notan. infa. l. 24. ff. ad l. Iul. de adult. quemadmodum in Epigrammate quoq; marmoris Romani ſcriptum ferunt, in hoc verſu,

Et Græca in ſcæna prima populo apparui.

Vnde Scænica in l. 15. §. etſi veſtimentorum. ff. de vſufruct. l. 127. ff. de verbor. ſignificat. Et Proſcænium in l. 8. ff. de pollicitationibus. Deprælendere planè & compræhendere non ſine varietate aliqua diphthongis augentur. Porrò aliàs plerunque à receptis, dipthongos verbis quibuſdam Pandectæ tribuunt. Etenim Cænum & Fænum, Cæcus, Pænitentia, Cælum quæ vulgò per Oe, illic per Æ eduntur l. 26. ff. de acquir. rer. dom. l. 93. §. penultim. ff. de legat. lib. 3. l. 1. de poſtulan. l. 28. ff. de ſerui. vrb. Et quod mihi magis mirum accidit, fænus vbique illic ſcribitur, vt & in Lexico B. Germani fænerator: quanquam à fetu pecuniæ ea nomina tracta Grammaticis placet.

Nec verò ipſæ ſibi vſquequaque Pandectæ conſtant. Nam Sugrunda, & Sugruenda dicunt l. 5. in fine. ff. de his qui deiecer. Rubr. de damno inf. & ſugr. In Lexico autem B. Germani Sugrunda ſcribitur & exponitur ἐκθέτης. Fulctrum item lecti & fulcrum dici inuenio l. 52. §. vltim. ff. de legat. lib. 3. l. 36. ff. de acquir. rer. dom. Sed enim ambigui generis dubiæque coniugationis ac declinationis nomina ac verba in his non pauca reperire eſt: velut Concordia, & Concordium neutro genere in l. 27. ff. de pact. dotalib. Alimonia alimoniæ in l. 1. §. penultim. ff. de extr. cognit. & Alimonia alimoniorum in l. 73. ff. de iure dot. l. 4. ff. de liber. agnoſc. vt & apud Varro. lib. 1. de re Ruſtic. cap. 8. In partu & alimonio. Et libro 3. cap. 16. mellis alimonio. Lectus item & Lectum in l. 19. §. item Celſus. ff. de auro, argent. Papyrus & papyrum in l. 52. §. chartis. ff. de legat. libr. 3. Denarii & Denaria l. 13. §. 1. l. 20. §. 1. ff. de verborum obligation. Tegulæ & Tegula tegulorum in l. 30. §. Labeo. ff. de vſucapionibus. l. 8. ff. quod vi aut clàm. Caſtella & Caſtelli in l. 41. §. item hoc prohibetur. ff. de legat. lib. 1. Conſortium, & Conſortio conſortionis in l. 96. §. cum eodem. ff. de ſolutionib. Quod verbum Velleius quoque Patercul. lib. poſteriori vſurpat, Vt & Tribuniciæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret. Alia etiam ex Lucilio libro 19. & ex M. Tullio libr. 3. Officior. & ex Liuio deprompta teſtimonia Nonius Marcell. ſuppeditat. Præterea lupanar & lupanarium legimus. l. 43. ff. de ritu nupt. l. 21. §. ſed ſi in aliquem. ff. de recept. qui arbitr. l. 27. ff. de petitio. hære. Exemplar & exemplarium l. 47. ff. de legat. libr. 2. l. 10. ff. ſi quis omiſſ. cau. teſt. l. 18. ff. de teſtament. quemadmodum aper. l. 1. §. ſi quis in duobus. ff. de bon. poſſ. ſec. tabul. Miliare & Miliarium l. 42. ff. de excuſ. tut. l. 1. §. initio. ff. de officio præf. vrbi. l. 4. §. 1. ff. de hæred. inſtit. Ac quemadmodum Gellius Vulgarem & Vulgarium ac Vulgariam dicit, ita noſtri peculiares res & peculiarias, peculiarem cauſam & peculiariam efferunt. l. 4. §. vlt. ff. de doli except. l. 4. §.

penult.ff. de pecul. Temporalem denique & Temporariam actionem, Verſicolorem veſtem & Verſicoloriam, Angularem locum & Angularium apud eos legimus. l. 9. §. ſi is qui temporaria.ff. de iureiurand. l. 55. §. vltim. ff. ad Trebellia. l. 1. §. vltim. ff. de aqua quotid. l. 70. ff. de legat. lib. 3. l. 69. ff. de contrah. empt. Item Ductum aquæ & Ductionem. l. 10. in fin. ff. de aqua & aqu. plu. Inceſtus etiam & inceſtum apud eos inuenitur. l. 56. ff. de ritu nupt. l. 39. §. vlt. & l. vltim. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. 4. & l. 5. ff. de quæſtionib. Coniunctio & coniunctus. l. 91. §. vltimo. ff. de legat. libr. 3. Mandatum & Mandatus in l. 41. §. pater. ff. de legat. 3. l. vltim. in fine. ff. pro empt. l. 2. ff. de litigioſ. l. 42. ff. de negot. geſt. l. vlt. ff. de ſolutionib. l. 22. & l. 26. ff. de minor. l. 14. §. penult. ff. de religioſ. l. 25. §. vltim. ff. de except. rei iud. Iuſſus & Iuſſum in l. 25. §. iuſſum. l. 36. ff. de acquir. hær. Eandem in quibuſdam verbis cõiugationum varietatem atque inconſtantiam notare licet. Nam Ædificare & Ædifacere auctores noſtri dicunt. l. 60. §. mandaui. ff. locati. l. 10. §. vlt. ff. ſolut. matrim. *Significare* & ſignifacere in l. 65. §. 1. ff. ad Trebellian. eadem figura, qua lucrifacere. Magnificiebat etiam leges in l. 1. §. penultim. ff. quod vi aut clàm. Sed & Demoliri ac demolire vſurpant. l. 30. ff. locati. l. 12. ff. de vſufr. leg. l. 37. & l. 43. §. 1. ff. de damno infect. l. 50. ff. ad l. Aquil. Cuius varietatis nouitatem mihi Diomedes leniit, qui Demolire antiquos dixiſſe, prolatis in eam rem Varronis ex libris Poëtices & Epiſtolicarum quæſtionum & Næuii in Corollaria locis, comprobat. Illud etiam quando in huius verbi mentionem incidimus, notandum eſt, Demolior non tantùm actiua, ſed & paſſiua ſignificatione à Iureconſultis vſurpari. Ita demolita domus eſt, dixit Iauolenus in l. 23. ff. de vſucapionibus. Et Demolitis ædibus, Vlpianus in l. 10. §. 1. ff. quibus mod. vſusfr. amit. Sic & alia multa, quæ actiuam duntaxat habere ſignificationem vulgò credũtur, paſſiuè accepta in libris noſtris, obſeruaui. Veluti Tueri & Stipulari, de quib. lib. 17. & lib. 18. de verb. quæ ad ius pertinent, ſignificat. diximus. Item polliceri in l. 1. §. eſt autem. ff. de exercitor. vbi Vlpianus, Actio pollicetur. ait, id eſt, promittitur. Necnon Obliuiſci. Paulus in l. 60. §. penult. ff. de ritu nupt. Per adoptionem in totum adoptiuæ familiæ obliuiſcuntur. Morari. Papinianus in l. 5. §. 1. ff. vt legator. nomi. cau. *Si petitionis dies moraretur*, pro, retardaretur, & differretur. Paul. in l. 85. §. vlt. ff. de diuerſ. reg. iur. Quoties æquitate deſiderii naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur. Exſequi Paul. in l. 18. ff. de iuriſdictio. omn. iud. Quæſitum eſt, an ſententia exſequi poſſit. Vlpianus in l. 2. ff. de re iud. Sed perrarò intra ſtatutum tempus ſententiæ exſequentur, Populitari. Papirius Iuſtus in l. 21. in fin. ff. de appellat. Cùm fructus populitarentur ab aduerſario. Et apud Liuium crebrò populari παθητικῶς ponitur. interpretari. Iulianus in l. 13. in fi. ff. de reb. dub. Sed procliuior eſt ſententia teſtatoris ſic eſſe interpretanda. Paulus in l. 12. ff. de diuerſ. regul. iur. in teſtamentis plenius voluntates teſtantium interpretantur. Sic & apud Sueton. in Neron. cap. 13. Dein precanti tiara deducta diadema impoſuit: verba ſupplicis interpretata prætorio viro multitudini pronunciante. Mentiri. Modeſtinus in l. 28. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Si à debitore prælato die pignoris obligatio mentiatur. Admetiatur etiam paſſiua ſignificatione ponitur in l. 35. §. penult. ff. de contrahen. emptio. & l. 36. ff. locati. Sed & Actio moderatur, pro, modus actioni præſcribitur, in l. 15. in fine. ff. de negot. geſt. inuenies. Et nomen quod cõfitetur, pro, quod in confeſſo eſt in l. 15. §. ſic quoque. ff. de re iudicata. Quinetiam Arbitretur, pro, Arbitrium feratur & ſententia dicatur, παθητικῶς bis vſurpatur in l. 27. §. ſi quis litigatorum. ff. de recept. qui arbitr. Et alias, *Sumptus*, ait Vlpian. arbitrantur pro facultatibus & dignitate defuncti. l. 12. §. ſumptus. ff. de religioſ. id eſt, arbitrio boni viri definiuntur & æſtimantur. Idémque Vlpianus, verbo Patitur ſic vſus eſt in l. 11. §. vltim. ff. de actio. empt. Bonæ fidei, inquiens, contractus hac conuentione non patitur, id eſt, non patitur neque admittit hãc conuentionem. Funerari etiam paſſiuè accipitur, & ſepeliri ſignificat in l. 17. ff. de rebus auct. iud. poſſid. & in l. 8. ff. de ſepul. viol. & apud Paul. libro 5. Sentent. titul. 26. iuncta l. 5. ff. ad legem Iul. de vi publ. Conteſtetur lis, paſſiuè in l. 1. in fin. ff. de feriis. l. 3. §. penultim. ff. de ſepul. viol. l. 7. verſic. ita demum. ff. de petitio. hæredit. Complectitur quoque, pro, comprehenditur. *Scæuola* in l. 133. ff. de verbor. obligatio. Nam ſicut & ipſius hæredis caput, ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur. Vlpianus in l. 3. §. ſed illud. ff. de appellation. Et quorundam, ait, nomina libellis ſint complexa. Sic in l. 30. §. in furioſi. ff. de fideic. libert. Decretum interponetur, quo id ipſum complectatur, id eſt, contineatur & comprehendatur. Poſtremò & Fœnerari pecuniam ab aliquo, pro, mutuam accipere Paul. dixit in l. 35. ff. de ſolutionib.

Iam, vt ad nomina veniam, eorum in numero multitudinis genitiuos cõplures à communi ſermone pronunciationeq́; abhorrentes, in noſtris libris vel minùs attentus lector deprehẽdet. Nam menſum ſemper, non item Menſium ſcriptum inueniet l. 40. ff ſi certum petatur. l. 7. §. ex contrario ff. ſolut. matrimon. l. 2. ff. quando actio de pecul. l. 60. ff. de legat. libr. 3. l. 5. §. ſatisfactionis. ff. vt in poſſ. legat. l. 7. §. viuræ.

7.§.vſuræ.ff.de adm.tut.l.101.ff.de diuerſ. reg. iur. Quo etiam modo in Codice Theodoſii idem genitiuus ſcribitur vbicumque is occurrit, vt l.10.de appellatio.& l.4.C.de reparationib. appellatio. probant. Deinde nominum horum, Ciuitates, Hæreditates, Quantitates, Facultates, Æſtates, Seruitutes, Parentes, hi ſemper genitiui eduntur, Ciuitatium l. vltim. §. epiſcopi. ff. de muneribus & honorib. l. 13. §.vltim.ff.de oper.libert. Hæreditatium.l.3.ff. de legit.tutorib. & in inſcriptione l. 68.ff. ad l. Falci. aliarumq; ſimilium. Quantitatium in l. vlt.in fi.ff.quod met.cauſ. Facultatium in l.78. §.1.ff.de legat.lib.3. Æſtatium l.1.§.æſtatem.ff. de aqua quotid. Seruitutium in l.6.§. etiam.ff. ſi ſeruit. vindic. & l. 72. ff. de verborum obligat. Parentium in l. 34.§. penultim. ff. de ritu nupt. l. penult.ff.de ſponſalibus. Bubum etiam dicunt Iureconſulti pro boum, & Duum pro duorum, & Edulium pro eduliorum. l. 55. ff. de legat.3.l.7.§.vſuræ.ff.de adm.tut. l. 6. in fin. ff.de offic.proconſ.

Sunt etiam in iiſdem Pandectis quædam contra tritum morem literarum incremento producta vocabula. Nomenculator enim illic dicitur qui aliis in libris Nomenclator, vt ſuprà lib.12.probaui. Vberitas item pro Vbertas in l.15.§.Papinianus.ff.locati. Facilitas, pro, Facultas.l.3.in fi.ff.de appellatio. Figulinæ, pro, figlinis, in l.6.ff.de ſeruitutibus ruſtic. Secutio, pro, Sectio in l.85.ff.de verb.oblig. Ducitum, pro, Ductum in l.1.ff.de teſt.mili. Validè, pro, Valdè in l.27.ff.qui teſtam.fac.poſſ. vbi validè ſtultam Celſus dixit, ſicut validè ſapientem Vlpianus in l.4.§.idem Pomponius.ff.de ædil. ed. Contra Lamna, pro, Lamina, in l.127.in fi. ff.de auro, arg. Domna, pro, Domina in l.38. §.Lucius.ff.de legat. lib. 2. Calda, pro, Calida in l.19 §.illud nobis.ff.locati.

Porrò caſus plerumque à receptis Grammaticorum regulis alienos verbis & aduerbiis Iureconſulti adnectunt. Sic verbum contineo datiuo iungunt, qui ablatiuo ſecundum Grammaticorum traditiones ſociari deberet. Ita promiſſioni continentur, legimus in l.57.ff.de iure dot. Et aliâs. Conditioni continentur.l.41.§. Stichus. ff. de fideicom.libert. vt & aliâs, Omnes caſus qui huic ſtipulationi continentur.l.3.ff.vſufr.quemadmodum cau. Similiter in l.2.ff.ex quib. cau. maio. Hoc edictum, quod ad eos, qui ei continentur. Et in l. 3.§.ligna.ff. de penu leg. Penori legato contineantur. Verbum etiam Contentus datiuo copulant. Vnde, vni contentus eſſe debet, aiunt in l.8.§.1.ff.de legat.lib.2. Et Contentam eſſe doti in l.61.ff.de hæred. inſtit. At in l. 37. §.nuptura.ff.de leg.3. Popularius dicunt Contentus partis dimidiæ dotis. Fungor etiam datiuo ab iis iungitur. Itaque magiſtratui funguntur, inuenies in l. vltim. in fi.ff.ad municipal. Et muneri defungi in l.1.§.præuaricatorem. ff. ad Turpill. niſi Muneri, pro, Munere, illic ex literarum familiari mutatione, de qua antè egimus, ſcriptum dicamus. Sic & pecuniam conditioni comprehenſam dicunt in l. 94. ff. de conditio. & demon. vt, Orbi terrarum comprehenſos Cicero libr.4. de Repub. Nonio referente. Verbo quoque Antecedere datiuum noſtri auctores tribuunt in l.92.ff.de verborum ſignificat. vt & verbo inſequi. Hinc inſequentes ſibi adgnatos dixit Vlpian. in l.3. §.vtique.ff.de ſuis & legit. Necnon verbo Pœnitere eundem caſum adplicant. Nam prioris voluntatis ſibi pœnituiſſe dicunt in l.22.ff.de legat. 3. Quinetiam Vti exceptionem dixit Paul. in l.7.§.procurator.ff. pro empto. Quod minùs nouum mihi Diomedes fecit, qui antiquos datiuo iunxiſſe verbum Vtor libr.1. tradit. Similique modo Abuti dotem in l. 22.§. ſin autem. ff. ſoluto matrimon. vt Abuti operam in prologo Andriæ. Item Agere Hypothecariam, pro, Hypothecaria legimus in l. 57.ff. de legat. 1. Et Subſequi actione in l.39. ff.de noxalibus & habitatione conducat in l. 12.§.qui legatorum.ff. vt in poſſeſſ.legat. Atque vt ad particulas & voces reliquas deſcendam, multos eis grammaticorum præceptis repugnantes caſus tribui videas. Nam Satis tempus habeat, dicunt in l. 19. ff. de oper. libert. Amplius ſui debiti in l. 61. in fine. ff. de condictio. indeb. & Amplius legi conceſſæ portionis in l.62.§.1.ff.de condition. & dem. Sub conditionem datus ſextans in l. 76. ff. de acquiren. hæred. Sub conditionem datum legatum in l.7.in fine.ff.de legat.lib.3. Sub conditionem manumiſſum in l. 79. ff. de conditio. & demonſtratio. Sub conditionem reddendarum rationum liber eſſe iuſſus in l. 111. eodem titul. Articulum quoque, In, ſine vlla motus ſignificatione ſæpenumero accuſatiuo iungunt. In Prætoris edicto ita ſcriptum erat, ventrem cum liberis in poſſeſſionem eſſe iubebo. l. 121. ff. de legat.libr.1.l.13.in fine.ff.de manumiſſ. teſt. Quo loquendi genere ipſi quoque Iureconſulti Prætorum verba ſubſequentes vtuntur in l.1.§.1.ff.de Carbo.ed.l.3. §.penultim.ff.de iureiuran.l.7. cum Rubrica, ff.vt in poſſ.legat.14.ff.de probationibus. l. 2. §.1.ff.de actionibus empt. Eadem figura, & In poſſeſſionem remanere dicunt in l.32.§.ſi maritus. ff. de donationibus inter vir. & vxor. & in l.12.§.facti.ff. de captiu. Item in ſeruitutem remanere.l.14.ff.de fideic. libert. In fugam eſſe in l.14.§.pro eo autem.ff. quod met.cau. In moram eſſe in l.8.ff. de nouationibus. In relegationẽ eſſe in l.13.ff. de bonorum poſſeſſ. In fructum eſſe l. 40.§. cùm fundum. ff. de contrah.empt. In poteſtatem eſſe l. 1. ff. quis ordo

in bonor. poſſeſſ. & apud Vlpia. in Inſtitut. tit. 28. Cuius locutionis exempla ex antiquis auctoribus prompta Gellius ſuppeditabit. Sic & in ſeruitutem factum delictum in l. 11. ff. de minorib. In hæreditatem deprehendi in l. 18. §. ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruor. Et vt breuiter abſoluam, eiuſmodi alia exempla occurrunt in l. 35. in fin. ff. de ædilit. ed. l. 40. ff. de adoptionibus. l. 55. ff. ad l. Aquil. l. 6. ff. de ſeruo corrupt. l. penult. ff. de fugitiu. l. 29. ff. ad Trebellian. l. 41. ff. pro ſocio. l. 2. ff. de lege Rod. l. 32. §. ſi maritus. ff. de donat. in vir. l. 11. §. penult. l. 27. l. 31. ff. locat. l. 78. §. cùm vir. ff. de legatis libro 3. l. 34. ff. de negot. geſtis. Nonnunquam etiam cum motu ſexto caſui vox In, ab iiſdem iungitur, veluti In poſſeſſione mitti, In hoſtium poteſtate peruenire, In carcere recipi, Committere in actione, & his ſimilia l. 13. ff. vt in poſſ. leg. l. 12. ff. qui teſtam. fac. l. 6. §. eius qui. ff. de iniuſto, rupto. l. 65. §. Labeo. ff. pro ſoc. l. 34. §. Caius. ff. de leg. lib. 2. l. 85. ff. de legat. lib. 3. l. 32. ff. de liber. cau. l. 8. ff. de pollicitationibus. His adiungam & alias in eandem claſſem reuocandas phraſes: Quales ſunt hæ, pridie æquinoctium. l. 1. §. æſtatem. ff. de aqua quotid. Pridie vindemias. l. 7. ff. ſolut. matrim. Plus quartæ. l. 11. §. quod vulgo. in fin. ff. ad leg. Falcid. Et plus debiti in l. 2. C. ex quibus cauſ. infa. irrog. ſecundum librorum ſcriptorum lectionem. Plus pretium ſoluat in l. 25. §. 1. ff. de vſufruct. Multo minus fructum percipiat in l. 14. ff. vſufruct. niſi fructum illic conciſè pro fructuum poſitum magis placeat, vt & in l. 58. §. penult. ff. ad Trebellia. Item Abundè patrimonium reliquit. in l. vlt. §. 1. ff. de legat. lib. 2. Pauciores centum dierum non ſunt dandi. l. 2. ff. de iure deliber. Paruum vini in l. 21. ff. de furt. Et, Paruum inter hanc ſpeciem intereſt, in l. 117. ff. de legat. lib. 1. Et non rarum admodum, pro, raro. in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet.

Verùm quoniam de articulis dicere cœpi, ſatius fuerit quæ de iis notatu digna collegi, abſoluere, vt ad alia gradum deinceps faciamus. Inuenio autem, Ad, pro, Apud, poſitum in l. 62. §. 1. ff. de conditio. & demonſtr. & l. 1. in fin. ff. apud eum à quo appellat. l. 41. §. ſorori. ff. de legat. 3. Quam ſignificationem Seruius in artem grammaticam Donati notat & hac auctoritate comprobat, Decem fiſcos ad Senatorem illum pactos. Sic & Cicero Epiſtol. ad Brutum. Meſſalam laudem præſertim ad Brutum, cui non minùs virtus illius quàm mihi nota eſt. Idem ad Attic. libro 10. Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus cùm ad me bene mane Dionyſius fuit. Liuius lib. 10. Minus cladis, cæterum non plus armorum ad hoſtes erat. Atque aliâs idem auctor hoc in ſenſu vocem illam vſurpauit. Vt & Plinius libro 7. Epiſtol. cùm ait, Ego quoque ad me habeo decretum prouinciæ.

Contrà Apud, pro, Ad accipitur in l. 11. ff. de offic. Proconſ. & in l. 27. ff. de ſtatu liber. Nō eſt etiam prætereunda vocis Ad, ex mente loquentis expreſſa ſignificatio in l. 18. §. 1. ff. de manum. teſt. in qua, Ad annum idem accipitur quod Poſt annum.

Aliubi, pro, Alibi, ponitur in l. 64. ff. de conditio. & demonſt. l. 2. ff. de cadauerib. punitor. Quo in ſignificato eadem voce vtuntur Varro lib. 1. de re Ruſt. cap. 44. & Tertullia. in lib. De ſpectacul.

Autem, pro, Enim in l. 10. §. vlt. ff. de diuerſ. tempor. præſc. pro Igitur in l. 63. §. pecoribus. ff. de legat. 3. Elegantiam vero & ornatum habet hæc particula ſubdita voci Et, vt in l. 16. §. 1. ff. ad Trebellia. Et generaliter autem. In l. 5. §. tutelę. ff. de obligatio. & actionibus. Et hoc autem caſu. Cui non abſimile eſt illud Senecæ Epiſt. 59. lib. 8. Et hæc autem quæ non ſunt rerum natura complectitur.

Proinde valet, Perinde in l. 134. in fin. & l. 137. §. cùm quis. ff. de verborum obligation. l. 49. ff. de euictionibus. l. 265. ff. de diuerſ. reg. iur. Fuit enim vox hæc veteribus ſimilitudinis nota. Atque eo ſenſu à Terentio Heautontimor. ſcen. 1. & in Phormio. & à Varrone apud Non. Marcellum in verbo Vndulatum particulam hanc vſurpatam reperies. vt & apud Quintilianum Declamatione 13. cùm ait, An viminis modo texti pretium formula taxaſſem, & proinde agerem quaſi inanes perdidiſſem.

Cùm, pro, Quia in l. 41 § teſtamento. verſ. quæſitum. ff. de leg. 3. l. 62. ff. ſol. matr. l. 27. ff. de conditio. & dem. l. 5. §. quæri. ff. vt in poſſeſſio. leg. l. 29. § vlt. ff. de adult.

Dum, pro, Verùm in l. 1. §. item quæſitum. in fi. ff. de aqua quotid.

Sic, pro, Deinde. l. 15. ff. de præſcrip. verb. l. 1. §. in beſtiis. ff. ſi quadrup. pauper. l. 9. §. 1. ff. de donat. inter vir. l. 34. §. qui iuſiurandum. ff. de iureiur. l. 25. §. vlt. ff. de ædilit. ed. vbi ex abundanti, Sic deinde, legimus.

Si, pro, Quamuis. l. 71. §. prædium. ff. de legat. 2. l. 124. in fin. ff. de verbor. obligat. Super, id eſt, præter, & vltra, in l. penult. ff. de peric. & commod.

In pubertatem, pro, Intra pubertatem in l. 2. ad fi. ff. de vulg. & pupil. In annos, pro, Poſt annos in l. 41 §. hærede. ff. de fideicom. liber.

In tempus, pro, Poſt tempus in l. 58. §. 1. iuncto §. ſeq ff. ad Trebell.

Quaſi, pro, Veluti in l. 21. ff. quando dies legat. ced. ſecundū Florentinā vtriq; ſcripturam.

Quàm, nouo ſenſu poſitum inuenies, in l. 13. ff. de liber. & poſt. & l. pen. ff. de legat. 3.

Tam, pro, Valdè in l. 25. §. non ſemper. ff. de minorib.

minorib. Cuius ſignificationis aliud quoque mihi teſtimonium Petr. Faber meus protulit ex l. 1. in fi. ff. de cur. furio. Vbi Florentiæ eſt, Si tam probus ſit, id eſt, ſi ſobriè viuat, vt in l. 12. ff. de tutorib. dat. Addidit & Plinium eodem ſenſu hoc verbum vſurpaſſe lib. 7. cap. 49. Oratores quidem ambo, ſed tam diſpari euentu. Et Velleium Parterculum libro poſteriore. Nam Dictaturam, quam ei pertinaciter deferebat populus tam conſtanter repulit. Et aliàs, Nec minora conſequi potuit: ſed non tam concupiuit.

Verùm, pro, Tamen in l. 9. §. licet. ff. quod met. cau. l. 2. ff. de his quæ in teſt. delent.

Vel, pro, Vel in, in l. 177. ff. de diuerſ. reg. iur. in qua ita eſt, Qui in ius domin. vel alterius.

Tametetſi, pro, Quamuis ponitur in l. 56. ff. de iudiciis. l. 7. ſ. interdũ. ff. de s. c. Macedonia. qui duo loci ad eum, quem Iac. Cuiacius lib. 1. Obſeruationum notauit, commodiſſimè addentur. Ac mihi vox hæc in Tamen ſi mutata videtur in l. 18. ſ. vlt. ff. de iniuriis, vbi longè aptiùs quàm vti vulgò legitur, legeretur, Quòd ſi ſciſſet filium fa. eſſe, tametetſi neſciſſet cuius filius eſſet, dicerem, inquit, patrẽ ſuo nomine iniuriarum agere poſſe.

Quanquam etſi in l. 1. ſ. vlt. ff. vt legat. nom. cau. Quia enim in l. 23. ff. de exceptio. rei iudi. Enimuerò repetũtur plerunq; per pleonaſmũ ſine aliqua ſenſus neceſſitate voces multæ, vt in l. 16. in fi. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Nam etiam Compotibus mentis perſonales actiones etiam ignorantibus acquiruntur. Et in l. 3. ff. ſi pars hęred. pet. Ideò, ait Paulus, quia ſcire non potuerunt quot naſci poſſent: Ideò tam multa de huiuſmodi re tam varia & incredibilia tradiderunt, &c. Eodemq; modo, vox, An παρέλκει. in l. 52. ff. de pecul. Et in l. 40. ff. de acq. hæred. Vlpianus. Quæſitum eſt, ait Vlpia. an licet quis paternæ hæreditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat vel faciat, an creditoribus paternis cogatur reſpondere. Pomponius in l. 77. ff. eod. tit. Illud dubitari poteſt, an ſi cum teſtamento hęres inſtitutus eſſem ab eo, qui etiam ſi inteſtatus deceſſiſſet, legitima hæreditas eius ad me pertineret, an ſimul vtramq; hæreditatem repudiare poſſim. Scæuola in l. 78. ſ. Mæuia. l. 2. ff. ad Senatuſc. Trebellian. Quæſitum eſt, An Septicio filio defuncto intra viceſimum annum ſine liberis, hoc fideicommiſſum vtrùm pro portionibus hæreditariis ad fratrem & ſororem eius pertineat. Idem Pompo. in l. 3. ff. de verb. oblig. An etiam ſi me non prohibeas, vxorem autem meam prohiberes, vel contra vxore mea ſtipulata, me prohibeas, an committatur ſtipulatio? His accedent ex Petri Fabri beneficio & alia particularum παρελκόντων exempla, quæ ſubieci. Tryphoninus in l. pen. ff. de vi & vi arm. Quanquam ego moram fecero, quo minus interdicto te conuenirem, ſubtractis tamen mortalitate ſeruis, aut pecoribus aliiſve rebus intercidentib. tuum tamen onus nihilominus in his reſtituẽdis eſſe. Paul. in l. 38. ſ. in Fauiana. ff. de vſur. In Fauiana quoque actione & Pauliana, per quam quæ in fraudem creditorum alienata ſunt reuocantur, fructus quoq; reſtituuntur. Vlpia. in l. 1. ff. de extraordin. cognit. Si imprecatus eſt, ſi, vt vulgari verbo impoſtorũ vtar, ſi exorcizauit. Paul. in l. 45. ſ. eius bona. ff. de iure fiſc. Eius bona qui ſibi mortem conſciuit non ante ad fiſcũ coguntur, quàm prius conſtiterit, &c. Adde & hæc Vlpiani verba quæ ſunt in l. 1. §. Labeo. ff. de aqua quotid. ne quid in illo fundo faciat, quare ex re ea aqua inquinetur.

Sed iam ſatis ſuperq; in ſingulis voculis hęſitamus, ad dicendi genera inuentu rara vel à communibus Grammaticorum regulis abhorrentia quæ in Digeſtis repperiuntur, tranſeamus. Initio autẽ Antiptoſes quaſdam à me obſeruatas adſcribam Cuiuſmodi eſt quod in l. 27. ſ. ſi quis ſeruum. ff. ad l. Aquil. ſcribitur. Si quis mulionem conductum ad regendũ mulum, commendauerit ei mulum. Pomponius in l. 8. ff. de liberatio. leg. Non ſolùm noſtrum debitorem, ſed & hæredis noſtri, vt liberetur, legare poſſumus. Simili huic eſt Terentianũ illud Adelphis, Illum vt viuat optant. Inſolens quoque eſt hæc locutio, Nec transferri perſonæ putationem ex perſona filiorum ad eos poteſt, quam Paul. vſurpat in l. 18. ſ. ſi iniuria. ff. de iniuriis. Nec minus dura pleriſque videbuntur hæc, Iubere eum debebit Proconſul, vt idoneè caueat. l. 41. ff. de petit. hæred. Æſtimationem eius quod interſit ad id tempus referendum. l. 12. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. Et Denegandum eſt aduerſus eum exceptionem. l. 19. ff. de nouationibus. Item, Sed Iuliani ſententiam ſequendum eſt. l. 12. §. facti. ff. de captiu. & poſtlimi. A capite rationem reddendum, in l. 19. §. 1. ff. de neg. geſt. petebam res æſtimatas, quarum pretium in dotem erant. l. 78. ſ. penult. ff. de legat. 3. Cuique periculoſum eſſe fidem ſuam. l. 1. ff. ad Trebellia. Pro non ſcripto ea conditio eſt. l. 22. ſ. 1. ff. quando dies legi, id eſt, vt aliàs, pro non ſcripta. l. 20. ff. de cond. inſtit. Grammaticorum etiam traditionib. ſpretis Papinianus, Cùm Aſiam veniſſet dixit in l. 73. in fin. ff. de condit. & demonſtrat. Et magis faciliores voluntates in l. 67. ſ. ſi rem. ff. de legat. 2. quemadmodum Palladius, Longior magis quàm latior libro 1. capit. 17. dixit. Maior natu quàm 25. annorũ. l. 14. ff. de bonis libertor. Minor quàm 25. annis natu. l. 12. ff. de minorib. l. 102. ff. de

legat.lib.1.l.8.ff. ſi quid in fraud.patro. Minor quàm viripotens.l. penultim. ff. quando dies legat.ced. Huc pertinet & illud, Mori magis quàm damnari maluerint. l.6. §. eius qui.verſic.Nam eorum.ff. de iniuſto rupto. Et melius eſt ſenſum magis amplecti quàm verba. l. 3.§.conditio.ff.de adim.leg.Et Melius eſt poſſidere potius quàm in perſonam experiri. l.1. §.1.ff.de ſuperficiebus. Longè magis Grammaticos turbabit quod in l.156.§. cùm quis.ff. de diuerſ.regul.iur.ſcriptum offendent, in alii locum ſucceſſerunt.Et in l.1.in fi.ff.de ſecund. tabul.pars vni,pro, vnius. Et in l.3. ſed ſi mutua.ff.de in rem verſo. Domus ſui. Et in l.80. ff.pro ſoc. Ex duo milleſimis partib. At quod in l.vltim. ff. de rebus dub.legitur, Cùm quiſque eorum ad trigeſimum ætatis annum perueniſſent, ſimilibus aliorum auctorum locis confirmatum, minus nouitatis habebit. Nam & apud Plautum legere me memini, vbi quiſque vident, eunt obuiam. Et apud Ouidium, Veſtras quiſque redite domos. Et aliâs, Fugiuntque penates quiſque ſuos. Apuleius libro 8.de Aſino aure. Sarcinulis quiſque ſumptis ſuis viam capeſſunt. Hîc ego quæ è Græco dicendi genere efficta expreſſaque in Digeſtis inueniuntur ſubiicerem, niſi hic locus vberrimè ab Antonio Auguſtino libro 2. Emendationum tractatus eſſet, ad cuius copiam etſi vix aliquid addi poſſe videatur, cumuli tamen loco paucula quædam adiiciam. Ad eas igitur phraſes, in quibus verbum Cauſa, vel Nomine, vel Gratia Græco more recitetur, has inſuper addemus, Rei ſeruandæ poſſidere in l.5.§.poſtquam.ff. vt in poſſeſſ. legat. fideicommiſſi non teneri.l.77.§.qui dotale.ff. de legat. 2. Si quis euitandi criminis id egit, vt Reipublic. cauſa abeſſet.l.15.§.1. ff. ad legem Iuliam de adulter. Damni non amplius parte ſua conſecuturum.l.11.§. officium. in fine. ff. de aqua & aqu.pluuiæ, Damni infecti miſſus in poſſeſſionem.l.15.§.ſi quis damni.ff.de damno infecto. Et, Damni infecti cauere, ſatiſdatéque.l. 11. & aliàs ſæpè. ff. eodem titul. ſatiſdare legatorum.l.4.& l.10. ff. vt legatorum nomine cau. legati ſatis petere.l. 7. ff. eodem titulo.

Reliquis Græciſmis ſunt & hi iungendi, Inhabiles tueri, in l.11.ff.de decurionibus. Ius non habet intercedere.l.2.§.ſi filius. ff. de muneribus & honoribus. Cùm quidam repeteretur mercedem, quam acceperat.l.16.§.item cùm quidam. ff. locati. Non diſſimulato ſe libertum eſſe.l.15. ff. de in ius vocan. id eſt, Cùm non diſſimulaſſet. Comperto matrem ſuam inteſtato deceſſiſſe, id eſt, cùm compeniſſet.l.86.§. vltim. ff. de acquirenda hæredit. Nihil minus, pro, Nihilominus Græcorum exemplo, qui οὐδὲν ἧττον dicunt, inuenies in l.37.§.pater.in fine. ff. de legat.2. Ex eodem fonte crediderim & hæc quæ ſequuntur, hauſta. Ex eo tempore quidquid æſtimatur quod nouiſſimè ſolui potuit.l. 11. ff. de re iudic. vbi Quod, pro, Quod dictum eſt, imitatione Græcorum, qui plerumque κατὰ ſubaudiunt. Simili modo in l.9.ff. de liber. & poſt.hæred. inſtit. Ad id tempus referuntur, quod teſtamentum deſtituitur, non quod moritur. Et in l.12.§.vlt. ff.vt in poſſeſſion.legator. vel fid. In eum ſcilicet caſum, quod fideicommiſſi conditio extitit. Et in l.15.§. non autem ſtatim. ff. de dam. infect. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quod aut pro derelicto ædes longo ſilentio videatur habuiſſe.

Certum temporis Vlpianus dixit in l. 8. §. vnde ſi quis.ff.de inofficio.teſtament. vt Multum temporis in l.22.§.ſi hæres.ff. ad Trebellian.l. 5. §.à barbaris.ff. de re milit. Certo loci in l.19.§.1.ff.de iudiciis. Aliquo loci in l.1.ff. de ſeruis exportandis. Eò loci in l.52. in fine.ff. de iudiciis.

Cæterùm pura puta Latina ſunt iſthæc, Nihil acti erit.l.137.§.1.ff.de verb.oblig. Quid acti ſit.l.21.l.26.ff.de rebus dub.l.41.ff.de verbor.obligat. Quod acti ſit.l.57.ff.de obligationibus & actionibus. Aliquid ius l.19.ff. de damno infecto.l.30.ff.de noxalib. Aliquid mancipium.l.36.ff. de bonis libertorum. Impendium aliquid.l.63. §.ſi ſub conditione. ff. ad Trebellian. Aliquid emolumentum.l.12.§. funus autem. ff. de religioſ. & ſumptibus. Si quid ſacerdotium nacti.l.penul. ff. de vacatione munerum. Quo pro quod in quibuſdam locis poſitum obſeruaui, vt in l.35.ff.de negot. geſtis. Non eſſe imputandum quod non ſoluerit. Et in l. 24.§.Seruius.ff. de damno infecto. Rationem adiicit quo ſi hoc non admittatur, iniquum erit. Quò enim tam firmum ædificium eſt, vt fluminis, &c. Et in l.40.ff.de contrah.empt. Quo poſt diem trigeſimum renunciaſſet nihil ei profuturum.

Notandæ ſunt & hę phraſes, Abundat mādati quantitatem.l.35.ff.mandati. Pignoris obligatio etiam inter abſentes rectè ex contractu obligatur.l.23.ff. de pignoribus. Qui nauis nauigandę cauſa in naui ſunt.l.1.§.1.ff.naut. caup.l.1.§.1. de exercitor. Sicuti & agi actio dicitur in l.23. ff. de præſcript.verb. Et quoniam nullum hîc ordinem tenere propter varietatem locutionum inſtitui, ſuperioribus accedant & quæ ſequuntur. Annum in fuga fecerat, pro conſumpſerat. l.14. §. vltim. ff. de ſtatu liber. Non inuitum huius ſolutionis fore in l.2. ff. depoſiti. Sponte ſtipulatoris.l.29. ff.de euictionibus. Sponte tutorum.l.3.§ item quæri. ff. de rebus eorum. Largiter eſſe, pro, intereſſe

intereſſe in l.81.ff. pro ſocio. Verbum autem ipſum Intereſſe, nouo genere conſtructionis vſurpatum à Paulo obſeruaui in l.21. in fin. ff. quando dies legat. ced. Nec multum, ait, intereſſe tale legatum ab hoc, Si hæres erit, dato. Idem verbum ſcitè diſiunxit & diſparauit Modeſtinus in l.6.ff. de publican. Inter criminis, ait, reos & fraudis participes multum ſtatuerunt, id eſt, multum intereſſe. Cuius generis alias diſiunctiones, quando in hunc ſermonem ipſa nos deduxit oratio, referre placet. Vlpian. in l.12.§.1.ff. de iure dot. Si mulier circum in hoc venta eſt, id eſt, in hoc circumuenta eſt. Idem in l.29. ff. de religioſ. Lucri dotem faciat. Satiſdare autem ſatisfacere & ſatispetere ſæpenumero eodem modo diſiungi adnotaui. Nec abſimili modo Satis egerit, pro, Sategerit idem Vlpianus dixit in l.10. ff. de condition. & demonſtrat. ſecutus veterum morem, qui Satis agere, pro, Satagere dicebant auctore Chariſio Soſipatro libro 1. Inſtitutio. Grammatica. à quo Catonis ex libr. Dierum dictarum de conſulatu ſuo verba hæc citantur, Iam noſtri apud vallum ſatis agebant. Citantur & ex Pacuuij Atalanta & Plauti Bacchidibus idem comprobantes verſus. Quibus ego Apuleium adiungam libro 8. de Aſino aur. ita loquentem. Coloni multitudinem noſtram latrones rati, ſatis agentes rerum ſuarum, eximieque trepidi. Sed reliquas dicendi ſpecies notatu non indignas exequamur. Maius delinquit, pro, Magis, legimus in l.5.§.1.ff. de ſeruo corrupt. Crimen quod delinquitur in l.38.§.1. verſicul. fratres denique. ff. ad legem Iuliam. de adulter. Cùm erit annis 25. in l.78.§. hæredum. & §. rogatus. ff. ad Trebellian. Periculosè eſſe ex perſona rei hoc metiri. l.61.ff. de iudiciis. Diſtat aliquid doli exceptione. l.4.§. penult.ff. de doli except. Pœnam dignam ſuæ perſonæ pati. l.18.§. Item eos. in fin.ff. de iure fiſc. Cuius locutionis ſi quem inſolentia offendet, ſciat is & ita Balbum in Epiſtol. ad Ciceronem locutum eſſe. Obſecro te, ait, Cicero ſuſcipe curam & cogitationem digniſſimam tuæ virtutis. Damnatus in crimine capitali. l.13.§. vltim. ff. qui teſtament. fac. poſſunt. A marito puellæ iuratus, pro, Iureiurando adactus in l.14. ff. de dote præleg. Conſtare ratio & Conſtare rationibus in l.penult.ff. de ſeruo corrupt. Nuptum collocare & nuptui. l.59. & l.62. ff. de ritu nupt. l.41.§. teſtamento.ff. de legat. 3. l.5. Cod. de interdict. matrim. Conceſſiſſe venditioni, pro, Conſenſiſſe & adquieuiſſe in l.14. in fin. ff. de diuerſ. temporalibus præſcript. Ex defuncto interpoſitus contractus. l.73. ff. ad Trebellian. Peto de te. l.57.§. vlt. ff. eod. titul. l.5.§. ſi de me petiſſes. ff. commodati. Non tantùm ad ſola furta pertinet, pro, Non ad ſola tantùm furta. l.1.§. præterea. ff. ſi quis teſtament. liber eſſe. Illo deprehenſam vbi, &c. l.23.§.1. ff. ad leg. Iuliam de adulter. Eo morari vbi l.7. circa fin. ff. de annu. legat. Erga parietem adfixæ ſtatuæ. l.245. ff. de verbor. ſignificat. Ambedit agrum flumen l.38. ff. de acquirend. rerum dom. & Deletus ager vi fluminis. l.11.§. vlt. ff. de aqu. & aquæ pluu. arcend. Ad infitias ire. l.44.§. qui familiæ. ff. famil. erciſc. A quibus inſtructus ſit fundus, pro, Quibus inſtructus in l.28. ff. quando dies legat. ced. Eualuit Seruij ſententia in l.6.§. etiam. ff. ſi ſeruit. vindic. Dando ſe in adrogandum. l. penult. ff. de ſecund. tabul. Data ad hoc opera, pro, De induſtria, in l.53.§. penult. ff. ad leg. Aquil. Latitans patronum. l.8. ff. de conditionibus & demonſtrationibus. Factus in poſſeſſionem, pro, Actus & miſſus. l.11. ff. vt in poſſeſſio. legat. vel fideicommiſſ. Multam aduerſus aliquem dicere in l.32.§. ſi is faciat. ff. de recept. qui arbitr. In nomen ſuum prædia emere. l.2. ff. quando ex facto tutor. Occupabit conditio inſtitutionem, pro eo quod eſt, Committet, & ei faciet locum. l.17. ff. de condition. inſtitu. Pertinet ad animum meum Sempronia. l.60.§.1. ff. mandati. Perrepſerat rumor. l.2. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeru. Parere æri alieno, pro, æs alienum exſoluere. l.5.§. non paſſim. in fin. ff. de rebus eor. Sicut parere penſionibus ſatisfacere eſt, in l.54.§.1. ff. locati. Aditus poſticáſve vertere. l.13.§. ſed ſi ædium. ff. de vſufruct. Propagationes facere in l.24.§. ſi domus. ff. locati. Pulſatus eſſet, pro, Expulſus in l.54.§.1. ff. eo. titul. Penſi in ſocietatem ſumptus, id eſt, Expenſi. l.52.§. ſi quis ex ſociis. ff. pro ſocio. Proiicere pecuniam, id eſt, Profundere, perdere, & diſſipare. l.25. ff. de probationibus. Proiicere rem vili pretio in l.50. ff. de euictionibus, id eſt addicere & adiudicare, &, vt vulgo loquimur, *abandonner*. Retineo me dixiſſe, pro, Memini, in l.92. ff. de conditio. & demonſtrat. Facere procuratorem, pro, Dare in l.8.§. ſi quis mandauerit. ff. mandati. l.4.§. vltimo ff. de appellationibus. Stare ſententia & ſententiæ promiſcuè dicunt Iureconſulti in titul. de recept. qui arbir. recept. Reſpondere meſſes dicit Paul. in l.8. in fin. ff. ſoluto matrimon. Sicut & Virgil. lib.1. Georg. Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ. Ratam fecerit ſolutionem. l.7. ff. de dote præleg. Subſerere vites. l.13.§. de præteritis. ff. de vſufruct. Supplicium ſumere à ſeruo. l.12. ff. de iuridict. omnium iudic. Subdici pœna, pro Subiici pœnæ. l.1.§. incidit. ff. ad Turpillianum Stipulam quæ in meſſe iacet. l.13. ff. quib. modis vſusfruct. amitt. Quod ſuperauerit, id eſt, quod ſupererit. l.6. ff. de

GG

rebus auctor. iudic. poſid. vnde ſuperamenta materiarum in l. 55. §. lignis. ff. de legat. 3. Superare vita in l. 78. §. hæredum. ff. ad Trebellian. Tranſire cæteros in l. 13. ff. locati. Veſtem quam veſtitus eſt. l. 14. non ſolum. ff. de furt. Nec prætereunda eſt familiaris Iureconſultis locutio. Cùm in eo eſſet vt, qua vtuntur in l. 24. in fin. ff. quæ in fraud. credit. & l. 44. ff. de pactis. & l. 7. §. ſunt & aliæ. ff. de liber. cau. Ne hæc quidem omittenda. In re agenda, quam illi vſurpant. in l. 27. ff. de rei vindicat. l. 2. ff. de ſolutionibus. Diſciplinæ traditus & in diſciplinam, id eſt, magiſtro erudiendus atque inſtituendus datus. l. 16. ff. de ædilit. edict. l. 78. ff. de legat. 3. Carendum habeat. l. 38. ff. de rei vindicat. Adpoſita auctoritate, pro, interpoſita & adcommodata. l. 189. ff. de diuerſis reg. iur. Imminente iudice, pro, interueniente & partes ſuas interponente in l. 85. §. vltim. ff. de legat. 1. Adplicitus morbo in l. 7. ff. ad Trebellian. Adplicari ad munera. l. 2. ff. de iur. immunit. Si nauis quid exarmauerit. l. 3. §. ſi conſeruatis. ff. de lege Rhod. Ceſſum dant mulæ. l. 43. ff. de ædilit. edict. Exitum inteſtati facere, ad cauſam inteſtati redigi valet in l. 3. ff. de his quæ in teſtament. delent. Sine exitu res futura eſt, id eſt, ſine fine. l. 17. §. principaliter. ff. de recept. qui arbitr. receper. Cogere radices, pro concipere in l. 3. ff. arb. furt. cæſ. Calumniari ius ciuile. l. penult. ff. ad exhibend. Inſula iniuncta domui. l. 19. §. vltim. ff. de legat. lib. 3. Area iniuncta domu. l. 57. ff. locati. Iungere inter ſe litem. l. 1. ff. de litigioſ. Fabricam docere, id eſt, fabrilem artem in l. 26. §. vltim. ff. mandati. Intricare peculium. l. 1. §. vlt. ff. de ſeruo corrupt. l. 21. ff. de pecul. Inconditum eſt, pro, durum & inciuile in l. 95. §. additio. ff. de ſolutionibus. Durare animum in tormenta. l. 18. §. 1. ff. de quæſtionibus. Annum agere ætatis vicenſimum. l. 1. ff. de manumiſſionibus. l. 15. §. minorem. ff. ad leg. Iuliam de aduker. Reliquorum nomine deſolutum eſt, pro, exſolutum in l. 41. §. item quæro. ff. de fideicommiſſ. libertatibus. Vſuras reſoluat, id eſt, exſoluat in l. 10. ff. pollicitationibus. Nimium eſt licere in l. 13. §. nimium. ff. de adminiſtr. tutor. Nimia circa maritum. l. 23. §. eo autem. ff. ſoluto matrimon. Palmarij nomine, id eſt, victoriæ. l. 1. §. ſi cui cautum. ff. de extraord. cognit. Rurſum retradatur. l. 58. ff. ſoluto matrimon. Sic Retro reddat in l. 67. ff. de ſolutionibus. Retro reſtituere. l. 6. ff. de fideicom. libert. l. vlt. §. vlt. ff. de publican. Retro recurrere. l. 16. §. 1. ff. de pignoribus. Operas à mane dare. leg. 2. ff. de annu. legat.

Nunc ſiluam quandam minus vſitatorum verborum ſubiiciam, additiſque Iureconſultorum teſtimoniis comprobabo, vt quibus commodum fuerit his vti, habeant quorum ſe auctoritate tueantur. Huiuſmodi enim ducibus freti non pauca à delicatis quibuſdam & faſtidioſis iudicibus ex albo puræ Latinitatis temerè eradi, vocabula docebimus, quæ puritatis ſtudioſiſſimis auctoribus in vſu ſunt. Initium autem faciam à verbo Certiorare quod à Iureconſultis crebris ſermonibus vſurpatur. l. 3. §. etſi hæres. ff. de minoribus. l. 1. §. quid ergo. ff. ſi quis omiſſa cauſſa teſtament. l. 22. §. petitam. ff. de petitione hæreditat. l. 21. §. in teſtamentis. ff. qui teſtamen. facere poſſunt. l. 3. §. is qui neſcit. ff. de liber. homin. exhibend. l. 5. §. ſi ſeruum. ff. de condictione cauſa data. l. 1. in fine. ff. de actionibus empti. l. 4. ff. de interrogationibus in iur. facien. l. 34. ff. de iureiurando. Obuiare etiam repperies in l. 20. ff. de donation. Sponſare pro ſponſalia contrahere in l. 38. §. de ritu nuptia. Meliorare in l. 13. §. inde eſt quæſitum. ff. de vſufruct. Cui contrarium Peiorare, apud Paulum libro 2. Sententia. titul. 28. Simile eſt Minorare & Minorari in l. vltim. ff. de ſeruis exportand. vt & Depretiari, de quo verbo libro 4. de verborum ſignificatio. dixi. Falſare in l. penultim. ff. de falſis. Moleſtari in l. 20. ff. de liber. leg. Duplari & Quadruplari. l. 27. ff. de furt. & aliàs ſæpè. Inſinuare pro notum facere in l. 11. §. ſi. quis ita. ff. de legat. 3. Quod aliàs Notificare in l. 5. §. demonſtratur. ff. de iure immunitat. Inaugeri in l. 27. in fin. ff. de liber. cauſa. Inarare in l. 8. §. vltim. ff. quod vi aut clàm. Infeſtari in l. 3. §. Labeo. ff. de incendi. rui. nauf. Expenſare, pro, Expendere. l. 41. §. libertatem. ff. de fideicommiſſ. libertat. Exinanire in l. 87. §. Imperator. ff. de legat. 2. vbi exinaniſſe patrimonium, id eſt, exhauſiſſe. Integrare in l. 8. ff. de tutel. & rationibus diſtrahend. l. 21. §. penult. ff. de ſenatuſconſ. Silaniano. & apud Paulum lib. 2. Senten. titul. 15. Redadoptare in l. 41. ff. de adoptionibus. Aduixerit in l. 30. ff. de adimend. lega. Æquiperant in l. 104. ff. de diuerſ. regulis iur. Coæſtimabitur in l. 67. §. 1. ff. de furtis. Conſanauerit, neutraliter, vt Grammatici loquuntur, in l. 10. ff. de ædilit. edict. Lucri fit in l. 3. §. aqu. ff. de aqua quotidia. Reuinci in l. 3. §. tutor. ff. de ſuſpect. tutoribus. Quod verbum & apud Apuleium lib. 8. de Aſino aureo inueni. Quod, ait, ſimulanter reuicta charide ſuſcipit. Reficere teſtamentum pro iterum condere in l. 9. ff. de militar. teſtam. Complanare in l. 3. §. ſi vicinus. ff. de aq. & aq. plu. Coanguſtare in l. 19. §. ſi inquilinus. ff. locati. l. 120. ff. de verbor. ſignificat. Caſſitare in l. 20. §. ſi antea. ff. de ſeruitutibus vrban.

Comparere in l. 7. ff. de ſecun. tabul.

Præoccupare in l. 29. ff. de pœnis. Ponamus, pro

pro fingamus, &, vt vulgus barbarorum loquitur, ponamus caſum. l. 7. ff. de inoffic. teſtament. l. 17. ff. de legat. 2. l. 1. §. inter ipſum, & l. 5. ff. de coniungend. cum emancipat. lib. l. 1. §. ſunt qui putent. ff. ne quid in flumin. public. Prætermittendi, & Præmiſſorum verbo in eundem cum interpretibus ſenſum vtuntur auctores in l. 1. ff. de iur. & fact. ignorantia. l. 9. ff. de caſtren. peculio. Prægrauo in l. 5. §. 1. ff. de ſolution. Participare furtum, lucrum, conſilium fraudis. l. 1. in princip. ff. ſi famil. furt. feciſſe dica. l. 96. ff. de ſolutionibus. Manifeſtare in l. 16. §. 1. ff. de aliment. leg. l. vltim. §. ſi quidem. ff. ad Turpilian. l. 5. §. ex his verbis. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. 1. §. 1. ff. de tabul. exhib. l. vltim. §. Titius. verſic. ſecundum. ff. de vulg. & pupill. l. 10. in fi. ff. de reb. dub. Sternere triclinium in l. 5. §. ſi de me. ff. commodati. Transfiguratum ornamentum in l. 10. §. ſi maſſæ. ff. quibus mod. vſusfruct. amittat. Veniri, pro, venire, & venum dari in l. 3. ff. de obſeq. à liber. & libert. Concidere teſtamentum. l. 1. §. 1. ff. de his quæ in teſtamen. delen. Incidere tabulas. l. penultim. in fine. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabul. & Incidere linum. l. 1. §. vlt. eod. tit.

Amicalis affectio in l. 10. §. ſi quis ea. ff. mandati. & in Epiſtola Pandectis præpoſita. Adiectamentum in l. 242. ff. de verborum ſignification. Additamentum in l. 70. §. 1. ff. de legat. 2. l. 58. §. penultim. ff. ad Trebellian. l. 91. §. vltim. ff. de legat. 3. l. 26. §. cùm inter. ff. de pactis dotalibus. l. 70. §. 1. ff. de legat. 2. Ædiculæ [illegible] in l. 9. ff. ad legem Iuliam pecula. vt Caſulæ in l. 92. ff. de legat. 3. Domuncula in l. 3. §. vltim. ff. de ſepulc. viol. Domunculus in l. 41. §. teſtamento. ff. de legatis 3. Minutula ſumma in l. 192. ff. de verborum ſignificat.

Concamaratio ædium in l. 31. ff. de legat. 3. In Concubatu, pro, Concubinatu in l. 3. ff. de concubin. Curax in l. 18. ff. de ædilitio edict. vt vigilax eodem loco. Coniectio. pro, Coniectura in l. 21. ff. qui teſtament. fac. poſſunt. Centiſſium, pro, Centeſimo in l. 42. ff. de excuſ. tut. Comeſor in l. 18. ff. de ædilit. edict. In cætera parte. l. 19. ff. de liberis & poſtu. l. 2. ff. de his quæ in teſtament. delen. Cætera cognitionis in l. 40. ff. de minoribus. Cętera venditionis in l. 5. §. ſi pupillus. in fine. ff. de rebus eorum. Calcitroſus equus in l. 1. §. 1. ff. ſi quadrup. paup. Capiſtrum equi in l. 1. §. quæ depoſitis. ff. depoſiti. Capſellæ in quibus fructus componuntur in l. 12. §. conſeruandi. ff. de inſtruct. vel inſtrument. legato. Crudæ vineæ pro immaturis. l. 27. §. ſi oliuam. ff. ad l. Aquil. Cauillatio pro captioſa ratiocinatione in l. 65. ff. de diuerſ. regul. iur. l. 85. ff. de conditionib. & demonſtrationibus. Cannabum in l. 1. §. ſed & ſi vt certis. ff. de inſtitor. action. Commilitium in l. 18. ff. de caſtren. pecul. Quo verbo etiam Velleius Paterculus & Ouidius & Tacitus vtuntur. Curioſitas in l. 6. ff. de iur. & fac. ign. Cæteroquin in l. 35. §. rerum. ff. de hæredibus inſtit. l. 29. ff. de iure fiſc. Certè tamen in l. 28. in fine. ff. de noxalibus. actio.

Defectus conditionis in l. 27. in fin. ff. de conditionibus inſtitut. l. 5. ff. de iniuſto rupt. Determinatio in l. 15. in fine. ff. de teſtament. militar. Diuiditas in l. 80. in fine. ff. ad legem Falcid. Dulcitudo in l. 10. §. ſi quid in fraudem. ff. quæ in fraud. creditor. vt Pinguitudo in l. 1. §. vltimo. ff. de aqu. & aquæ plu. Licet Seruius in 3. Georgic. Virgil. id nomen Latinum eſſe neget. Duplatio in l. 31. ff. de noxalibus. Dubio procul in l. 22. §. vltimo. ff. ad Trebellian. vt Adhuc nondum in l. 9. ff. de liber. cau. Delegatu, pro, delegatione in l. 4. §. quæ in tutore. ff. de doli except. ſicut Reſponſu, pro, Reſponſione in l. 1. §. verbis. ff. de obligat. & actio. Domu verò in ſexto caſu & Domi in ſecundo, perſæpe dicunt. l. 28. ff. locati. l. 42. ff. de negotiis geſtis. l. 36. ff. de euictionibus. l. 22. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. l. 41. §. ſed ſi quis ad opus. l. 65. §. vltim. l. 91. §. vltim. ff. de legat. 1. l. 63. ff. de procuratoribus. l. pen. § Lucius. de legat. 2.

Exter, & Extrarius pro extraneo in l. 69. §. prædium. ff. de legat. 2. l. 15. §. Seruius. ff. de caſtren. pecul. l. 55. ff. ad Trebellia. l. 17. ff. de quæſtionibus. Extremò aduerbialiter in l. 83. ff. de legat. lib. 3. vt Hibernò in l. vlt. §. penultim. ff. quæ in fraud. creditor. Suſpectò in l. 21. ff. de his quæ vt indign.

Fœdus, pro, Fœditate in l. 47. ff. de ritu nuptiar. frugi vita in l. 8. §. ſed & perſonarum. ff. de tranſactionibus. Ferè plerunque. in l. vltim. ff. de ſponſalibus, vt bene beatè in l. vltim. ff. de nundinis. & Bene manè apud Ciceronem.

Gibberoſi in l. 3. ff. de ædilit. edict. Gutturoſi in l. 12. §. 1. ff. eodem titul. Generatim in l. 55. ff. ad Trebellian. vt Minutatim in l. 3. ff. de aliment. legatis. l. 55. §. idem libro ſecundo. ff. de legat. 3. Gallicana lingua in l. 11. ff. de legat. 3. Gallicana res in l. 4. in fin. ff. de legat. 1.

Herones in l. 31. ff. locati. Hircoſus in l. 12. §. 1. ff. de ædilit. edict. Impetiginoſus in l. 6. §. 1. ff. de ædilit. ed.

Idonior in l. 18. ff. de teſtament. tutel. l. 2. ff. de popularibus actionibus. Indubitanter in l. 2. §. ſi conſulto. ff. de ſecund. tabul. Immutabiliter in l. 99. ff. de verbor. obligatio. In præſentia & in præſentiarum. l. 1. §. penultimo. ff. quod vi aut clam. l. 137. §. illud. ff. de verbor. obligatio. l. 11. §. ex cauſa. ff. de interrogatio-

nitionibus in iur. facien.l.1.§.exigere.ff.de magiſtrat. conuenien.l.1.§.1.ff. de tab. exhibend. In totum, pro, omnino, in l.1.§.1. ff. de ſuis & legitim.l.77.ff. de diuerſ. regul. iur. l.60.§. penult.ff. de ritu nuptiar. Incautè, pro, inconſulto.l. 1.ff.de his quę in teſtament.delen.Incoloratè in l.18.ff.de minoribus. In recenti, pro, recens.l.25.ff.de pœnis. Inſtar quoddam operis, in l.21.§.opus autem.ff.de operis no.nunciatio. Indiligentia, in l.9.§. earum rerum. ff. de publican.Indeuotio in l.1.in fin.ff.de penu legat. quod tamen verbum Triboniani eſſe facilè crediderim. Intertritura in l.vlt.§. vlt.ff. de pigner. actio. Intercapedo in l.55. in fi.ff. de administrat.tutor. Imminutum, pro, non minuto,in l.44.ff.de bon.libertor. Sicut inſcriptum pecus,pro,non ſcripto,& quod quis apud publicanos non eſt profeſſus, Varro dixit lib.2.de re Ruſtica,cap.1.Inuinctus pro valdè vincto in l.penult.ff. de lege Fabia. Impræſtationes in l. 22.§ vlt.ff. familiæ erciſcundæ.

Lanipendia in l.31.ff. de donationibus inter vir. Litigium in l.49.ff.de recept.qui arbitr. recep. Loricationes in l.79. in fin. ff. de verbor. ſignificat. Longe æquum in l.4.§. Labeo. ff.de doli except. Longe vtile.l.1.§.1. ff. de ſuperficieb. Leguli in l.13.§.ſi tamen.ff.de vſufr. Lunaticus in l.43.§.aliquando.ff. de ædilit. edict. Lucroſa bona in l.8.ff.qui teſtament.fac. poſſ.Leuamentum in l.3.§. vlt.ff. ſi quis teſtament.lib.

Malitas in l.5.ff.quod met.cauſ.Medietas in l.3.ff.ſi pars hæreditat.petat. quo in ſenſu alias Mediocritas dicitur.l.7.ff. vt legat.nomin.cau. Miſſa,pro,miſſione in l.39.§. nupt.ff. de adulter. Met ipſæ in l.62.§.1.ff.de vſufruct.vbi Florentiæ legitur Vel ſibi metipſæ inciderint,pro, ſi ibi met ipſæ inciderint. Motio in l.4.§. idem Pomponius.ff. de ædilit. edict. Mortalitas in l. penult.ff. de vi & vi arm.l.6.§.ſicut medico.ff. de offic. præſid. l.2.ff.de pactis dotalibus.l.22. verſic. decreuiſſe.ff ad Trebellian.l.24.ff.quæ in fraud. credit.l.15. ff. de inoffic. teſtament. l.26.ff. de fideicommiſſ. libertat. l.209. ff. de diuerſ. reg. iuris. Mortiferè vulneratus. l.15. §.1.l.21.ff.ad legem Aquiliam.l.3.ff. de condictio. triticiar. Momentaria cura in l.8.ff.de aliment. legat. Mercaturis faciendis.l.5.ff. de inſtitor.

Nundinas,id eſt,epulas in l.69.ff. pro ſoc.

Nutricia,pro, nutricum mercedibus in l.1. § penultim.ff. de extraordin. cognit. Non dubiè in l.90.ff. de legat.1. l.71.§. à Titio. l.91. ff. de condition. & demonſt. l.34.§.1.ff. mandati.Neceſſariè,pro, neceſſario in l.51.ff. de petitio. hæred.

Opitulatio in l.1.ff. de minor. Oſſuaria in l. 2. ff. de ſepul. viol. in qua ſcilicet mortui oſſa iacent.

Proteruitas in l.1.ff. ſi is qui teſtament. lib. Pigmētarij in l.13.§.adiectio.ff. de ſicariis. Phaſianarij in l.66.ff.de leg.3.Parum eſt vt, l.202. ff.de diuerſ.reg.iur. Par mularum l.22.ff.ad leg. Aquil. Poculorum paria duo. l.3.ff. de legat.3. Porticationes in l.37. in fin.ff. de religioſ. Pruriginoſi in l.3.ff.de ædilit.edic. Plauſtrarius in l. 27.§.penult.ff.ad leg. Aquil. vt piſtrinarius in l.1.§.ſi quis ſeruum.ff.depoſ. Plurifariam in l.1. ff.de minoribus.l.penult.§.penultim.ff.de iure immunit.quo verbo & Apuleius lib.8.vſus,&, vt Eraſmus quoq; adnotauit, Tranquillus non ſemel. Peregrè eſſe in l.23.§.vlt.ff.de hæred.inſtit.Pergula in l.18.§.proinde.ff. de iudic. l.5.§. vlt.ff.de his qui deiecer. Pugillares in l.6.ff. de ſupell.leg.l.17.§. ſicut. ff. commodati. l.148.ff. de verbor. ſignificat. Porca in l.1.§.1.ff.de abigeis. Polia in l.38. in fin.ff.de ædilit. ed. Peruicaciter in l.3.§. qui pecuniam.ff.de ſuſpect.tutor. Punica lingua in l.11.ff.de legat.3. Pœnus ſermo in l.1.§.vlt.ff.de verbor. obligat. Prærogatiua in l.9. in fin.ff. de iureiur. l.1.ff. de veteran.l.5.§.ſi quis.ff.de itin.actuq́ue. Præualentia in l.23.§.ſed & id quod.ff. de rei vendicatio. Perfundi oculus in l.5. in fin. ff. ad legem Aquil. & Effundi dicitur in l.13.§.item Iulianus. ff. locati pro erui. Putatio perſonæ in l.18.§. ſi iniuria.ff. de iniur. Præſtaturus, exſtaturus, obſtaturus ſemper in Pandectis ſcribitur, licet Grammatici obſtiturus & extiturus & præſtiturus dicendum tradant. Quæ quia ſingulis pene in paginis Pandectarum deprehendi poſſunt, idcirco à me exemplis nō confirmantur.

Quingenas, pro, quingentas ſingulis dixit Vlpian.in l.15,in fi.ff.de oper. libert. Sicut quinis empti ſerui in l.47.ff. de euictionibus qui ſinguli quinque empti ſunt. Et quina ſoluiſſent, id eſt, ſinguli quinque in l.25.ff. de condict.indeb.& Dena, id eſt, decem ſinguli in l. 20.ff.de condict.indeb. Et in l.29.ff.de legat.1. l.vlt.ff.de tributor. At in l.3.ff. de annu.legat. & in l.126.ff. de verbor. obligati. dena decem ſignificant. Quadrigenta,pro, quadringenta in l.33.ff. ad Trebellian. Quin minus interrogatiuè in l.78.§. coccum.ff. de legat.3. Quadrifariter in l.vlt.§. tertio gradu.ff. de gradibus & affinibus. Quadruplatur in l.14.§.1.ff. quod met. cau.

Reſupinus, pro negligenti & diſſoluto in l. 25.ff de probatio. Reſupina exiſtimatio, in l.4. ff.quod vi aut clam: quæ alias craſſa & ſupina, & diſſoluta vocatur in l.6.ff. de iur. & fac. ign. Ruſticanus homo in l.vlt.ff. de doli exceptio. Rureſtre opus.l.99.ff de legat.3.Raucis ſegetes corruptæ. l.15. §. 1. ff. locati. Rudus in l.3.ff. de ſeruit.ruſtic.

Rationabile in l.122.in fi.ff.de verborum ſignificatione.

Seruaculum,

Seruaculum, vel Serraculum nauis in l.29. §.ſi nauis.ff.ad leg.Aquil.Scutellæ in l.19.§.argento.ff.de auro,argent. Siliginarius in l.52.§.apud.ff. de furt. Segnitior in l.17.§. quod autem.ff.de iniur. Sales in l.11.§. ſalinæ. & l.13.ff. de publican.Strobyli de pinu in l.55.in fin.ff.de legat.3.l.167.ff.de verbor.ſignificat.Suaſus nomen in l.9.§.1.ff.de ſeruo corrupt.Salictum,& Salictetum in l.7.§.notauimus.ff. quod vi aut clam.l.3.ff.arbor. furt. cæſ.l.9.§. vlt.ff. de vſufruct. Saligneæ virgæ in d.l.3. Syriaticæ res in l.15.ff. de teſtament. tutor. Stirpitus in l.3.§.1. ff.arbor.furt. cæſ. Sucida lana. l.70.ff.de leg.3. Scopæ quibus columnæ & pauimenta exterguntur in l.12.§.Acetum.ff. de inſtruct. vel inſtrum. Vnde Scoparij in l.8.in fi. eod. titul. Stypteriæ metalla.l.3.in fi.ff.de rebus eor.

Tantiſper quàm in l.penult.ff.de vacat.muner. Temerator in l.29.ff. ad leg. Cornel. de falſ.Tranſuerſarium in l.27.ff.locati. Tomentum tomentationis cauſa paratum in l.70.ff. de legat.3.Truellæ in l.36.ff. de auro, argent. quæ Tryllæ in l.19.§. argento. eodem titul.vocantur.

Vinarius,pro,vinoſo in l.4.§.1.& l.25.§.Pedius.ff.de ædilit.ed. Vitreamina in l.18.ff.de inſtruct.vel inſtrum. Vnis tabulis in l.1.§. ſi quis in duobus.ff. de ſecund. tabul. Vredo fructus corrumpens in l.15.§.1.ff.locati.

Vulnuſculum in l.1.§.ſed ſciendum.ff.de ædilit.ed. Varus,& Vatius in l.10.§.vlt.eod.titul. viſceratio in l.54.ff.de legat.lib.3. Vt quid interrogatiuè in l.vlt.§.pen. ff. quis ordo in bon. poſſ. Atq; hęc ferè omnia nobis Pandectarum Florentinarum lectio ſuppeditauit, quam in hoc opere, quoad eius fieri potuit, ſum ſecutus. Nec tamen ex omni parte integros Florentinos libros præſtare velim. Quippe cõpertum habeo multa eis vitia vel in trãſcriptione commiſſa, vel ex prima origine tranſmiſſa inſidere, quorum aliqua ſenſus noſtros ſpecie recti facilimè fallunt, aliqua labem ſuam manifeſtè produnt. Nemo certè dubitabit quin in l.50.ff. de petitio.hæred.vbi illic, Ratione doli exceptione legitur, legi debeat, Ratione doli exceptionis. Sic enim eius reſpõſi auctor Papinianus,& alias loqui conſueuit.l.67.§. ſed ſi vno. & l.69.§.vlt.ff.de legat. 2. Sed & Nominatim, pro, Nominatum i l.6.in fi.ff. de interdict. & releg.illic legitur. Et hominibus, pro, nominibus in l.2. in fi.ff.de cuſtod.reor. Et ſoluẽdum, pro, ſolidum in l.vlt.ff.de diſtract.pign. Et Pręceptorem, pro, Prætorem in l.14.ff. ad Trebellian. Planè nonnulla antiquæ ſcripturæ rationem minimè tenentibus, mendoſa videri poſſint quæ mendo vacant. Veluti idonei, pro, idoneè ei legitur in l.11.§. ſi hæres. ff.de leg.3. Verùm hoc ad priſcum ſcribendi morem redigendum ac reuocandum eſt, quo coaleſcẽtibus in vnum extremis dictionum antecedẽtium & primis ſequentium ſyllabis vnum plerunq; verbum duorũ vice fungebatur. Quemadmodum Eius, pro, Ei ius ſcriptũ eſt in l.6. in fi.ff.arb. furt.cæſ. & Cuius, pro, Cui ius in l.163. ff.de diuerſ.reg. iur. Alterius, pro, Alterius ius in l.9.ff. de liber. cau. niſi ſi in generandi caſu Alteri veteres vſurparunt, ſicut & Alij & Vni eodem in caſu eos dixiſſe ex iis ipſis Pandectis intelligimus. Sed hæc hactenus, quæ licet leuioris operæ, atq; adeò profeſſione noſtra indigna moroſis quibuſdã videbuntur, cùm tamen doctrina præſtantes olim viros in id genus quæſtionibus verſatos cogitem, nõ eſt cur ego, qui præclarè mecum agi exiſtimo, ſi per eorum veſtigia repere liceat, hanc tractationem mihi parum decoram putem.

FINIS.

IMPRESSVM FRANCOFVRDI AD MOENVM
APVD IOANNEM WECHELVM, IMPENSIS SIGISMVNDI
Feyrabendij, Henrici Thackquij & Petri Viſcheri ſociorum.



MDLXXXVII.

B. BRISSONII REGII CONSISTORII CONSILIARII,

ampliſsimíque Senatus Pariſienſis Præſidis

SELECTARVM EX IVRE CIVILI ANTIQVITATVM LIBRI IIII.

Eiuſdem

AD legem Iuliam de Adulterijs liber I.
DE Solutionibus & liberationibus libri III.
DE Ritu nuptiarum liber I.
DE iure Conubiorum liber alter.



FRANCOFVRDI
Apud Ioann. Wechelum, impenſis Sigiſmundi Feyrabendij, Petri Fiſcheri & Henrici Thack.
MDLXXXVII.

RENATO DAILLONIO EPISCOPO LVCIONENSI B. BRISSONIVS S. D.

MAGNAM omnino Iuris ciuilis ſcientia rerum veterum memoriam deſiderat, nec niſi ab eo, qui totius antiquitatis animo perceptam cognitionem habeat, dignè ac meretur, explicari poteſt. In quo demonſtrando ſi longiori oratione vtar, tibi tuique ſimilibus, quibus idem mecum probari ſcio, videbor in re minime dubia laborare. Tantùm dicam, qui contrà ſentiunt, ignorare eos, quibus ex fontibus ius ciuile hauſtum ſit: quod ſi, vti eſt, ex populi Rom. legibus inſtitutiſq́ deſcriptum fateantur, hoc quoque concedant neceſſe eſt, ei qui in Iureconſultorum libris non dicam cum voluptate, ſed & cum fructu verſari volet, totum rerum Romanarum ſtatum tenendum eſſe. Quarum ignoratione cùm peccari perſæpe, multaq́ in occulto latere cogitarem, mihi animum ad ſcribendum appellenti, viſum eſt ab hac potiſſimùm parte initium ducere. Itaq́ ſelectos quoſdam auctorum noſtrorum locos, quorum ex antiquitate interpretatio peteretur, in libellum contuli, eumq́ de amicorum ſentētia in manus hominum venire paſſus ſum, vt hoc veluti προοιμίῳ, interim dum ſerium aliquod & legitimum carmen meditor, à literarum ſtudioſis gratiam inirem. Tibi verò vni ex omnibus potiſſimum primas haſce noſtras proluſiones inſcripſi, qui ita ſacras literas colis, vt à ciuilibus ſtudiis non abhorreas. In quibus cùm te accuratam à primis ætatis temporibus operam poſuiſſe ipſe optimus teſtis ſim, iſto tui nominis præſidio aduerſus maleuolorum obtrectationes, quibus ſermonis materiam argumenti nouitas dabit, libellum noſtrum muniendum putaui. Quem etiamnum, quando iacta alea eſt, meq́ adeò totum tibi commendo atque trado. Leue quidem, ſed tibi non ingratum futurum munus, ſi eo apud te loco fuerit, quo eſſe ſolent, quæ ab optima voluntate proficiſcuntur. Vale Lutetiæ Pariſiorum, Pridie Kal. Iul. M. D. LVI.

ELENCHVS CAPITVM LIBRI PRIMI.

DE modo & altitudine antiquorũ ædificiorum, parietumq́; craſsitudine. CAP. I.

De legitimo inter vicinas ædes interijci ſolito ſpacio. 2

Explicatur quod Vlpianus ſcribit multæ animaduerſionem hodie pecuniariam eſſe: & de modo æſtimationeq́; multarum. 3

Declaratur Vlpiani locus, & de diuerſo matronarum meretricumq́; veſtitu. 4

De vetuſto bonorum, liberorumq́; profitendorum more. 5

Quorſum Paulus lanionis inſtrumento trutinam contineri dixit. 6

De mancipationis ſollemnibus. 7

Quales olim emerentur venderenturq́; nummi. 8

Notata in veterum cautionibus vox, Rectè cap. 9

De aqua equis ſpargi ſolita, & agitatoribus quædam. 10

Explicata lex vltima C. de emancipationibus. & de veteri emancipationum manumiſsionumq́; ſolennitate. 11

Vetus de adſeſſoribus conſtitutio, cum aliquot ad eam pertinentibus locis explicata. 12

Quid ſit ad peregrinitatem redigi, & de Romanæ ciuitatis iure. 13

Collegia illicita quibus legibus, ſenatuſconſultis, conſtitutionibúſque coerceantur. 14

De iure nundinarum. 15

De principum orationibus. 16

De Quæſtorum ſub Imperatoribus munere cap. 17

Obſeruata quædam de vxorum ad viros deductione. 18

Exemplis demonſtrata antiqua ſeruitutum recipiendarum formula. 19

Explicatur Pomponij in l. ij. de origine iuris locus. 20

LIB. II.

De ordine exercendorum publicorum iudiciorum. 1

Obſeruata veterum in concipiendis ſententijs verba. 2

Vnde originem habuerit medicis conceſſa immunitas. 3

Medicos olim χειρουργοὺς fuiſſe demonſtratur. cap. 4

Qui ſint caligati milites, & vnde appellentur. cap. 5.

De veteri militaris ordinis conferendi ritu. cap. 6.

De militum cingendorum & diſcingendorum ratione. 7

De incendiorum cura apud Romanos, & inſtrumentis ad arcenda incendia comparatis. 8

De ſeruis compeditis, déque ergaſtulis. 9

Expoſitum Marcelli reſponſum, & de vnionum diſſolutione. 10

Vnde ſicariorum nomen, & de ſicæ forma. cap. 11.

De veritate lectionis leg. Fulcinius. §. illud ſciendum. verſicul. denique. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. & de ſtationibus ac tabernis in foro. cap. 12

De iactatione motúque capitis fanaticorum. cap. 13

De iure ſepulchrorum. 14

Qui & quatenus religioſus locus fiebat. 15

Macerijs ſepulchra olim includi conſueuiſſe. cap. 16

De teſtium numero legibus quibuſdam conſtituto. 17

De pœna iniuſtè prouocantium. 18

De appellationum temporibus. 19

Prægnantium mulierum pœnam Romanorum aliorúmque populorum inſtitutis differri ſolitam demonſtratur. 20

Conſtitutionis, qua ſpadones fieri prohibentur, auctor demonſtratur. 21

LIB. III.

De legitimo vſurarum modo, & legitimæ vſuræ appellatione. 1

Vnde legitima ætas appellata ſit. 2

Legis Iuliæ Miſcellæ ſententia in aliquot Iuriſconſultorum locis demonſtratur. 3

Quibus magiſtratibus & qua lege multam dicere permiſſum fuerit. 4

De vetuſta aquæ & ignis interdictione, & ea, quæ in locum eius ſucceſsit, deportatione. cap. 5

Conſtitutiones duæ de interdictis proferuntur, cap. 6

De libellis, qui principibus offerebantur. 7

Vetus rerum venalium proſcribendarum mos explicatur. 8

Quæ ſint ſeruilia verbera. 9

De ædilibus municipalibus. 10

Quæ fuerint olim ſollemnia patrimoniorum onera. 11

De pupillarium tabellarum appellatione, & earum conſcribendarum forma. 12

De veterum habitationibus in hortis. 13

De magiſtratuum, proconſulum, præſidúmque inſignibus. 14

De ſellis & prætextis magiſtratuum. 15

De ſenatorijs ornamentis. 16

De præmijs

De præmijs delatorum. 17
De procuratoribus Cæſaris. 18
De præfecto ærarij. 19
De procuratore rei priuatæ. 20
De fiſci patrono. 21

LIB. IIII.

Qualiter accipienda ſit poſſeſsionis definitio à Iauoleno tradita in l. Quæſtio. D. de verb. ſignif. 1
Extraordinariæ executiones olim quænam appellarentur. 2
Quæ ſint ſolemnia munera in l. Cum plures D. de admin. tut. 3.
Illicitarum olim mercium exempla. 4
De agrorum formis & earum æneis tabulis. 5
De legibus agrorum. 6
De legibus Iulijs iudiciorum. 7
De itinerum per lapides dimetiendarum ratione & leuga Francica. 8
Quænam in iure dominij impetrando olim forma ſeruaretur. 9
De plus petentibus. 10
De ſtatuis imaginibúſque principum. 11
De viarum curatoribus. 12
De decurionibus. 13
Explicata l. Abeſſe. D. ex quibus cauſis maior. particula. 14
Expoſitū Tabernæ caſeariæ verbum in Ariſtonis reſponſo. 15
Coniunctam olim fuiſſe iuris diuini & humani ſcientiam. 16
De maſtigophoris ad l. vltim. D. de muneribus & honoribus. 17
In horrea quæ res olim reconderentur. 18
Quod honori veteres ducebant morientium teſtamentis ſibi aliquid relinqui. 19
De legis actionibus. 20
De actis iudiciarijs & notis. 21
Explicatur l. vnica. C. de nudo iure Quiritium tollendo. 22
Reſtitutum antiquum verbum in l. mulieris. D. de verborum ſignific. 23

B. BRISSONII SELECTARVM EX IVRE CIVILI ANTIQVITATVM LIBER PRIMVS.

De modo & altitudine antiquorum ædificiorum, parietumq́; craſſitudine.

CAP. I.

IMPERATORES Seuerus & Antoninus reſcripſere, ædificare cuique in ſuo, & ei balneum ſuperponere licere, dum ne vſitatum altitudinis modum excedat. l. 1. C. de ædific. priu. Eſt & apud Vlp. ſcriptum, ſi quid contra leges, edictave principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt, fiat, nunciari nouum opus poſſe. l. 1. §. nunciatio. D. de oper. no. nunt. Ex quo perſpicuè apparet, fuiſſe aliquem Romæ ædificiorum altitudini præſcriptum modum: qui qualis ante Imperatorum tempora fuerit, certò definire non poſſum. Habitam certè de ea re à Rutilio, floréti & libera tum Republ. orationem fuiſſe reperio: qua quid contineretur, vt intelligerem, nondum auctorum lectione ſum conſecutus. Quod ſi de Imperatorum conſtitutionibus quæratur, illud compertum habeo, ſeptuaginta pedibus altius ædes tolli non licuiſſe: eumque modum ab Auguſto primùm conſtitutum, cùm ædificiorum crebris ruinis, quibus vrbis aſpectus deformabatur, ſubuenire vellet, quemadmodum à Strabon. lib. 5. Geograph. ita ſcribitur: πρὸς ἃ ταῖς συμπτώσεσι τὰ ὕψη τῶν οἰκοδομημάτων καθῆκεν, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ό τὰ πρὸς ταῖς ὁδοῖς ταῖς δημοσίαις. Eaque ratione credo, cum principem integram illam Rutilij, cuius paulò antè memini, orationem in Senatu recitaſſe: quo magis (ipſa enim Tranquilli verba ponam) perſuaderet eam rem non à ſe primò animaduerſam, ſed antiquis iam tunc curæ fuiſſe. Secutus aliquo interuallo Auguſtum Nero, poſt repreſſum illud, quo bona pars vrbis conflagrauit, incendium, etiam ædificiorum altitudinem cohibuit, ſpatiaque dimenſus eſt, vt Corn. Tac. lib. 15. narrat. Sed quem in ea re modum ſeruarit, nec Tacitus aperit, nec ego hariolari poſſum. Vtut ſit, Auguſti conſtitutionem poſtea Traianum renouaſſe Sex. Aurelius auctor eſt. Quibus omnibus, ait, Traianus per exquiſita remedia plurimùm opitulatus eſt, ſtatuens ne domorum altitudo lx. ſuperaret pedes, ob ruinas faciles & ſumptus, ſi quando talia contingerent, exitioſos. Atque hæc quidem altitudo hiſce temporibus haberetur, vt eſt re vera, permaxima. Sed animaduertendum eſt, quod Vitruuius lib. 2. c. 9. refert, in maieſtate vrbis & ciuiũ infinita frequentia innumeras habitationes explicari opus fuiſſe, & cùm tantam multitudinẽ ad habitandum in vrbe area plana recipere non poſſet, ad auxilium altitudinis ædificiorum rem ipſam coëgiſſe deuenire, vt neceſſariò pilis lapideis mœnianiſque ac contignationibus alto ſpatio cœnacula multiplicarentur. Qua de re Seneca lib. 5. Controuerſiar. conqueritur: Tanta, inquit, altitudo eſt ædificiorum, tantæque viarum anguſtiæ, vt neque aduerſus ignem præſidium, neque ex ruinis vllum vllam in partem effugium ſit. Hæc de ædium altitudine. Proximum eſt, vt de craſſitudine parietum adſcribam, quod Vitruuius lib. 2. legibus publicis vetitum fuiſſe commemorat, maiores craſſitudines quàm ſeſquipedales loco communi conſtitui: cæteros autem parietes, ne ſpatia anguſtiora fierent, eadem craſſitudine collocari. Latericios verò niſi diſplinthij, aut triſplinthij fuiſſent, ſeſquipedali craſſitudine non potuiſſe plus quàm vnã ſuſtinere contignationem. Confirmat hoc & Plinius lib. 35. cap. 13. his verbis: Romæ, ait, non fiunt talia ædificia, quia ſeſquipedalis paries, non plus, quàm vnam contignationem tolerat: cautumque eſt, ne communis craſſior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

De legitimo inter vicinas ædes interijci ſolito ſpatio.

CAP. II.

SVPERIORI ſermoni ſubijcere placet de vicinarum inter ſe ædiũ interuallo nondum patefactum xij. Tabularum caput. Eſt autem à Feſto Pompeio lib. 1. & ab Iſidoro lib. 15. Etymol. cap. vlt. traditum inter vicinorum ædificia ſpatiũ in latitudinem duos pedes & ſemiſſem patens ad circumeundi facultatem intermitti conſueuiſſe: quod in Antonini & Veri reſcripto ſignificari Iacobus Cuiacius vir Iuriſprudentiæ in antiquam dignitatem reſtituendę natus lib. 1. Obſeruat. adnotauit. Hoc verò ſpatium Ambitum antiquitus appellatum ijdem auctores ſcribunt. Quod vocabulum ex 12. Tab. manare ex eo dilucidè colligitur, quod Varro lib. 4. de lingua Lat. 12. Tab. interpretes ambitum parietum, circuitum interpretari refert: antiquo planè loquendi more, quo, Am, pro, Circum, vſurpatum alijs exemplis ex eodem Varrone, Feſto, & Macrobio, vt cæteros minorum gentium taceam, planum fieri poteſt. Et ita ambitum accipiendum conſtat apud Ciceron. in Topic. cùm ait: Vt ſi ita

reſpondeas, quoniam P. Scæuola id ſolũ eſſe ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proijceretur. Et apud Vitruuium lib. 1. cap. 1. in illo loco. Iura quoque nota habeat oportet ea, quæ neceſſaria ſunt ædificijs communibus parietum ad ambitum. Sic & in inſcriptione Romę in Sadoleti hortis effoſſa.

INTER DVOS
PARIETES
AMBITVS PRIVAT.
FLAVI SABINI.

Iam duos pedes cum ſemiſſe, ſeſtertium pedem in 12. Tabul. appellari, Voluſius Metia. in lib. de Aſſe, ſcribit, cuius verba in vulgatis codicib. corrupta facilè quiſque ſic emendanda eſſe videt. Lex etiam 12. Tab. argumento eſt, in qua duo pedes & ſemis ſeſtertius pes vocatur: quo verbo dupondium & ſemiſſem veteres intellexiſſe, Plinius quoque lib. 33. cap. 3. cum Feſto lib. 17. tradit: eadem forma qua & Trientertium & Beſalterum dixiſſe eoſidem Feſtus auctor eſt. Subductis itaque omnibus, ambitum 12. Tab. circumſcriptum fuiſſe relinquitur, verbis, vt mihi quidem veriſimile ſit, ita conceptis, AMBITVS PARIETVM SESTERTIVS PES ESTO. Cæterùm vt recentiorum Imperatorũ ad ædificiorum ambitum pertinentes conſtitutiones non prætermittam, ab horreis publicis priuatorum ædes centum pedibus, à cęteris verò publicis ædificiis 15. pedum ſpatio remoueri Conſtãtino primùm placuit. l. 4. & l. 46. de oper. publ. in C. Th. Theodoſio deinde ſatis viſum etiam ab horreis publicis priuatorum ædificia 15. pedum interuallo disiungi. l. ſi cui. l. mœniana. C. de ædific. priuat. qui & hoc in d. l. mœniana. conſtituit, vt priuatorum inter ſe mœniana, decem pedes, à publicis verò operibus, 15. diſtent. Quam, vt opinor, legem Gundebaldus rex in legibus Burgundionum intellexit, cùm ita cauet: De ſeruitute luminis vel aëris ſimiliter conſtitutum, vt inter priuatorum fabricas decem pedes, inter publicas, quindecim dimittantur, ſecundum legem Theodoſij.

Explicatur quod Vlpianus ſcribit, multæ animaduerſionem hodie pecuniariam eſſe: & de modo æſtimationeq́; multarum.

CAP. III.

MVLTÆ & pœnæ differentias enumerans Vlpian. multam definit eſſe ſpecialis peccati coërcitionem: cuius animaduerſio hodie pecuniaria ſit. l. aliud eſt fraus. D. de verb. ſign. Quem locum accuratiùs intuens, deprehendi non temere verbum, Hodie, adiectum eſſe, propterea quòd alia olim fuerit multæ animaduerſio. Nec enim pecuniaria primùm, ſed vt Iſidor. ex lib. 2. M. Tullij de Repub. refert, olim multa ouium & boum erat, quòd tunc eſſet res in pecore. Id quod à Plinio quoque lib. 18. cap. 3. traditur, confirmaturq́ue ex eo quod Plutarch. in Publicola, contumacibus qui Conſulibus non paruiſſent, conſtitutam fuiſſe narrat ἀπειθείας ζημίαν, βοῶν πέντε καὶ δυοῖν προβάτων ἀξίαν. Qua de re quæ plenius ex bonorũ auctorum libris didici, proferre non pigebit. Primum erit quod ex Varron. Gellius lib. 11. cap. 1. commemorat his verbis concipi ſolitam multæ dictionem: *Marco Terentio, quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego vnum ouem multam dico.* Quæ verba & apud Nonium Marc. in verbo, Ouis, ſed cum vitio, quod ex Gellio facilè tolli poſſit, referuntur. Atque ea ita ſollemnia verba erant, vt non aliter iuſta multæ dictio haberetur, niſi in qua ouis maſculino genere efferretur. Etiam illud ſi bubus & ouibus ſimul multa dicebatur, obſeruari ſolitum Plinius in eo, de quo proximè memini loco, docet, vt ne bouem prius quàm ouem nominaret, qui indiceret multam. Cæterum quod ad modum multarum attinet, ex Sex. Pomp. lib. 11. & lib. 14. notandum eſt, non licuiſſe quondã pluribus quàm 30. bubus & duabus ouibus quemquam multare: legeq́ue id ita Titum Menenium Lanatum, & Pub. Sextium Capitolinum Conſules ſanxiſſe. Quod & ab eodem auctore lib. 13. traditum fuiſſe conijcio, cuius verba hodie conciſa nullum bonum ſenſum habent, & ex aliis ſuprà ſcriptis locis ſupplenda ſunt. Eſt & in hac parte non leue mendũ apud Dionyſ. Halicar. lib. 10. tranſpoſitione verborum commiſſum. Sic enim vulgo ſcriptũ eſt, ἡ μὲν τὸ ζήμιωμα οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ζημιοῦν ὅσον ἂν δοκῇ, καταλιπόντες, ἀλλ' αὐτοὶ τὴν ἀξίαν ὥρισαν μεγίστην ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας δύο βόας ἢ τριάκοντα πρόβατα, cùm tamen δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόας ſcribendum eſſe nemo non ex Feſto, cui Gellius Varronis auctoritate nixus conſentit, intelligat. Planè Feſto Halicarnaſſeus in Conſulum nomine, qui multarũ modum ſtatuerunt, refragatur: & fortè, Grę̨cus homo (Latini enim eiuſque probatiſſimi auctoris apud me pluris eſt fides) in fraudem ex eo impulſus eſt, quòd illi, quibus legem de modo multarum tribuit, Conſules legem de æſtimatione multarum tuliſſe dicantur, bienniòque poſt eos Coss. id eſt, anno ab Vrbe cõdita circiter trecenteſimo, vt Capitolinus lapis probat; P. Seſtius Q. F. Vibi. N. Capitolinus, & Tit. Menenius Lanatus Conſulatum geſſere. Pecoralis verò multæ æſtimatio poſtquam ſignato ære populus vti cœpit, facta eſt, oue denis aſſibus, boue, centenis æſtimato, quemadmodum Feſt. lib. 1. & lib. 11. & lib. 13. & lib. 14. tradit. Plutarch. in Valerio Public. ἦν δὲ τιμὴ μὲν προβάτου ὀβολοὶ δέκα, βοὸς δ' ἑκατὸν, οὔπω νομίσμασι χρωμένων πολλῷ τότε Ῥωμαίων, ἀλλὰ προβατείαις καὶ κτηνοτροφίαις εὐθηνούντων. Conſtat autem huiuſmodi æſtimationem lege factam. De legis nomine video dubitari. Eam Feſtus Tarpeiam, Gellius Ateriam vocat. Non dubito autem, quin à Spurio Tarpeio Montanea, & A. Aterio Fontilena rogata ſit, quos ſimul Conſulatũ geſſiſſe præter Liuiũ lib. 3. Capitolinus lapis teſtatur. Quamquam, vt hoc obiter attingam, in alterius ex Coss. nomine edendo mira ſit inter antiquos auctores ſcripturæ vitio, vt exiſtimo, diſſenſio. Nam quem Liuius & Plinius lib. 7. cap. 28. A. Æternium nominant, eundem Gellius lib. 2. cap. 11. & Solinus Collectaneor. cap. 5. A. Thermum appellãt. Halicarnaſſeus autem A. Terminium. Quæ omnia nomina falſa & mendoſa ſunt, eorumque loco verum & germanum Aterij nomen ex Capitolino lapide, quo certius monumentum nullum habemus, reponendum eſt. Vnde legem Ateriã dixit Gellius: qui ea ratione in concordiam cum Feſto adducitur, quando ab vtroque ex his Conſulibus, à quibus rogata eſt, legem nomen accipere nihil prohibeat. Plus negotij Liuius faceſſit, qui legem de multarum æſtimatione à L. Papyrio Craſſo, & L. Iulio Coss. latam lib. 4. tradit, niſi

niſi renouatores fuiſſe eos, non primos auctores dixerimus. Poſt eas certè leges ſuprema multa trium millium & viginti aſſium fuit, vt eſt à Feſto lib. 11. ſcriptum, cùm antea 10. millibus æris & 15 millibus quoſdam multatos apud Halicar. lib. 10. & Liuium lib. 3. legamus. Verumenimuero etiã æſtimatione conſtituta non deſijt multa ouibus atque bubus ex vetere inſtituto dici: quod ſuis etiamnum temporibus in vſu fuiſſe Varro lib. 2. de re Ruſtic. cap. 1. indicat. Plinius lib. 33. cap. 1. Ex qua conſuetudine, inquit, multa legum antiquatum pecore cõſtat etiam Romæ. Sed eſt paulatim vetuſtus mos deſuetudine obliteratus, obtinuitque multam pecunia ac nummis dici: vt bene Vlpian. multæ animaduerſionem hodie pecuniariam eſſe ſcripſerit. Eodemque modo animaduertere eſt, alijs pleriſque Pandectarum locis verbo, Hodie, vetuſti moris iuriſque abrogationem ſignificari. Vt ecce in l. hodie. D. de pœn. Hodie, ait lex, licet ei, qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quam vult ſententiam ferre vel grauiorem vel leuiorem. Meritò, Hodie. Nam olim minuendæ vel augendę pœnæ, quę lege impoſita eſſet, poteſtatem Quæſitor non habebat. Verùm hodie ipſo veterum iudiciorum ordine ſublato, pœnæ arbitrio cognitorum extra ordinem infliguntur l. 4. §. 1. D. ad l. Iul. pecul. l. 7. §. vlt. D. ad l. Iul. repet. l. in ſenatusconſultum. §. 1. D. ad Turpillia. l. ordo. D. de public. iudic. Sic & in l. hodie. D. ad l. Corn. de falſ. & l. 3. D. ad l. Iul. pecul. & l. 1 D. ad l. Iuliam amb. & l. 3. §. penult. ad l. Corn. de ſicar. verbum Hodie accipi liquet. Similiter & in l. & ſuum. D. de pact. Hodie tamen, ait Vlpian. ita demum pactio huiuſmodi creditoribus obeſt, &c. hodie, id eſt, poſt reſcriptum D. Marci. de quo in l. reſcriptum. D. eo. tit.

Declaratur Vlpiani locus, & de diuerſo matronarum meretricumq́; veſtitu.

CAP. IIII.

VLPIANVS ſcribit, ſi quis virgines appellaſſet, ſi tamen ancillari veſte veſtitas, minus peccare videtur. Multo minus, ſi meretricia veſte feminæ, non matrisfam. veſtitæ fuiſſent. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virgines. D. de iniur. Quæ verba matronalem habitum à meretricio diuerſum fuiſſe indicant, vt vel ſola veſtis differentia à meretricibus honeſtę matresfam. diſcerni ac dinoſci poſſent. Id quod ad Vlp. ſententiam accommodatiſſimè Tertullian. oſtendit in lib. de Cultu femin. his verbis: Aut quid minus habent infeliciſſimæ illæ publicarum libidinum victimę, quas ſi quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcebant, iam certè ſeculi improbitas cottidie inſurgens honeſtiſſimis quibusq; fœminis vſq; ad errorem dignoſcendi coæquat. Idem in lib. de Pallio. Conuerte, ait, ad feminas: habes ſpectare quod Cæcinna Seuerus grauiter Senatui impreſſit. Matronæ ſine ſtola in publico. Denique Lentuli Auguris conſultis quæ ita ſe exauctoraſſet, pro ſtupro erat pœna, quandoquidem indices cuſtodesq; dignitatis habitus velut lenocinij factitandi impedimenta ſedulo quædã deſueſecerant. Sed iam ex antiquitatis veluti parietinis eruere tentemus quod propoſitis locis aliquid lucis adferat. Inuenio autem honeſtas mulieres ſtola & palla indutas fuiſſe, quemadmodum Non. Marc. in cap. de genere veſtim. ſcribit: & Vlpian. ſignificat in l. veſtis. §. muliebria. D. de auro arg. legat. Vnde matronalem ſtolam Valer. lib. 6. cap. 1. dixit, & ſtolas atque ornatus matronales Vitru. lib. 1. cap. 1. coniunxit. Sed & Feſtus lib. 11. matronas tradit appellatas eas ferè, quibus ſtolas habendi ius eſſet. Nam meretricibus turpibusq; & inhoneſtis mulierib. ſtolarum vſum legibus interdictum fuiſſe ex eo Tertulliani, quem initio adſcripſi, loco conijci poteſt. Quamobrem Martialis lib. 1. inquit,

Quis Floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Erat verò ſtola oblonga & ad talos vſque demittebatur, vt Horat. lib. 1. Sermon. ſat. 2. indicat. Cuius etiam interpres Acron illo verborum circuitu, quæ eodem loco leguntur,

—— ſunt qui nolunt tetigiſſe niſi illas,
Quarum ſubſuta talos tegit inſtita veſte.

matronas deſignari ſcribit, quæ ſtola vtebantur ad imos pedes demiſſa, cuius infimam partem inſtita ambiebat. Atque in hoc ipſo vel maximum inter muliebres ſtolas & viriles togas diſcrimen intercedebat, quas priorib. oris infra genua paulùm, poſterioribus vſque ad medios poplites perueniſſe Quintilian. lib. 11. cap. vlt. declarat, illud quoque oratori cauendum monens, ne veſte longiore vtatur, quoniam mulierũ ſit longa veſte vti. Præterea vittis crines honeſtæ matresfam. contra atque meretrices, coërcebant, vt à Seruio in 7. Æneid. notatur. Hinc Ouid. lib. 1. de Arte amandi,

Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris,
Quæq́; tegis medios inſtita longa pedes.

Et alio eiuſdem libri loco,

Ecquid ab hac omnes rigide ſummouimus arte,
Quas ſtola contingi, ſumptaq́; vitta vetat?

Idem lib. 3. de Ponto, epiſt. ad Maximum.

Scripſimus hæc illis, quarum nec vitta ligatos
Attingit crines, nec ſtola longa pedes.

Sic & Tibullus lib. 1. Eleg. 6.

Sit modo caſta doce, quamquã nec vitta ligatos
Impediat crines, nec ſtola longa pedes.

Igitur vittis crines redimitæ, veſteque talari indutæ honeſtæ mulieres in publicum procedebãt. Succinctioribus cõtrà, & quæ ad viriles proximè accederent, meretrices vtebantur: quemadmodum Nonius eodem capite ſentit. Quam veſtium matronalium & meretriciarum differentiam nõ obſcurè Horat. lib. 1. Sermo. ſat. 2. expreſſit, cùm propter demiſſam ad talos veſtem in matronis facilè crurum vitia tegi ait, quæ in meretricibus latere non poſſunt ob veſtium breuitatem. Idem & Iuuenalis ſat. 6. comprobat, eloquentiam matronis non eſſe adfectandam inquiens, meretricibusq; relinquendam, quæ crure tenus medio tunicas ſuccingant. Iſidorus autem lib. 19. Etymol. cap. 25. meretriciæ veſtis ſignum fuiſſe pallium lineum, quo & matronę in adulterio deprehenſæ induerentur, ſcribit: Quod vt ego alijs defectus teſtimonijs pro certo adfirmare non poſſum, ita exploratum habeo, adulterij damnatas veſtem mutaſſe, depoſitaque ſtola, togam, vt à matronis diſcernerentur, ſumpſiſſe. Hoc me Acron in illius Horatiani verſus interpretatione docuit, quo matronæ, id eſt honeſtæ mulieri togata, id eſt impudica opponitur. Verſus ita habet:

— quid inter-
Eſt in matrona, ancilla, peccésve togata?

Vnde Iuuenalis adulteram perſtringens Sat. 2.

Non ſumet, ait, *damnata togam.*

Clarius hoc Martialis duobus locis demonſtrat. Vnus eſt lib. 1. Epigr.

Coccina famoſæ donas & ianthina mœchæ.
Vis dare quæ meruit munera? mitte togam.

Alter eſt lib. 10. in hæc verba:

Thetin viderat in toga ſpadonem:
Damnatam Numa dixit eſſe mœcham.

Hoc amplius, vt cæteras matronalis meretricijq́; ornatus differentias perſequar, ſellis lecticisque honeſtiores matronæ geſtabantur, quarũ vſum probroſis feminis à Domitiano interdictũ Tranquillus narrat. Dion lib. 58. ἀνέπηρεν τι ἄρχε ὅτι Αὔγουστος, καὶ ὁ Τιβέριος, δίφρῳ τινὶ τῆς ἐν σκιμποδίοις ὁμοίως αἱ γυναῖκες καὶ ἔτι νῦν κομίζονται, ἐδίδου ὅτι ἐφόρουν. Idem alibi: καὶ σκιμποδίῳ κατεχρῆτο ὁποίῳ αἱ τῶν βουλευτῶν γυναῖκες χρῶνται ἐς τὴν γερουσίαν ἐσεκομίσθη. Seneca in libr. de Remed. fortuit. Quam in parente ſtola circumlatam per vrbem populus ab omni parte æquè vt maritus inſpexerit. Apul. lib. 11. de Aſino aur. Vidi & vrſam manſuem, cultu matronali ſella vehebatur. Accedat etiam in argumentum l. itē legato. D. de legat. lib. 3. Sed .n. lapſis ad mollitié moribus, de priſca pudoris & modeſtiæ magiſtra ſeueritate multũ conſuetudo deflexit. Iam Tertul. peſſum ire pudicitiã cóquerebatur, q̃ ſtolis ſelliſq́; eieratis in publico mulieres verſarẽtur, quaſi in ſemetipſas lenocinãtes, quo facili' de plano conueniri poſſent. Verſa etiam tandẽ eſt in faſtum, quæ pro pudicitiæ velamento conceſſa lectica fuerat. Hic ne cæterarum quoq; gentium laudabilia inſtituta, quorum nobis ad imitandum exempla proponi vtile eſt, prætereantur, admonendi ſumus Spartæ ſolis meretricibus floridas veſtes & mundum aureum, vt Clemens Alex. li. 4. Pædag. auctor eſt, geſtare licuiſſe. In matronis id vitio datum. Floridas planè veſtes etiam Atheniẽſiũ legib. fuiſſe meretricibus, quò à reliquis feminis dinoſcerẽtur attributas, Suidas in verbo ἑταῖραι indicat. Verùm vt ad Vlpian. tandem aliquando redeam, iniuriarum poſtulari poſſe non videtur, qui meretricia veſte indutas matronas blando ſermone adtemptauit, libidiniſve cauſa adſectatus eſt, quippe iuſto errore lapſus, cuius ipſæ iniuriam paſſæ mulieres, cauſam præbuere, quę ſe cum eiuſmodi ornatu contra ciuitatis morem publico committere non debuerunt. Nec valde abſimilis, & ex eodem ferè fonte ducta illa quæſtio eſt, quam Quintilia. lib. 7. cap. 3. proponit, an qui in lupanari cum aliena vxore fuerit deprehenſus, adulterij teneatur. Nam & hic iuſti erroris excuſatione adulterij crimen deprecari poteſt.

De vetuſto bonorum, liberorumq́, profitendorum more.

Cap. V.

PROFESSIONVM duo in libris noſtris genera memorantur, quæ nobis initio huius ſermonis, vitandæ confuſionis cauſa diſtinguenda ſunt. Aliæ enim Natales, aliæ Cenſuales profeſſiones appellantur. l. ſtatum. C. de fide inſtrum. l. vlt. C. ſine cenſu vel reliq. Illis natos ſibi liberos apud acta parentes profitebantur: his cenſum, patrimoniumq́ue edebant. De priore ſpecie accipiendæ ſunt l. etiam. D. de probatio. l. nõ nudis. C. eod. titul. l. nec omiſſa. l. parentes. l. interrogatam. l. liberos. C. de liber. cau. Ex eoq́ue vetere liberorum profitẽdorum more ductum eſt, quod Scæuola in l. Imperatores. §. 1. D. probatio. refert, mulierem grauidam repudiatam filium abſente marito vt ſpurium in actis profeſſam eſſe. Huiuſmodi verò profeſſiones à Marco Antonino Philoſopho primùm inſtitutas Iul. Capitolinus, ita ſcribit. Inter hæc liberales cauſas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos ſibi liberos profiteri intra diem triceſimum nomine impoſito. Per prouincias tabulariorum publicorum vſum inſtituit, apud quos de originibus idem fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: vt ſi fortè aliquis in prouincia natus, cauſam liberalem diceret, teſtationes inde ferret. Quamquam etiã ante Marci ætatem clarorum virorum ortus in acta publica relatos ex Sueto. in Tiber. cap. 5. & in Calig. c. 8. intelligimus. Sed & huiuſmodi profeſſionum ſpeciem quandam Seruius Tullus præmonſtrauerat, qui in ſingulorum liberorum recens natorum capita aliquid Iunonis Lucinæ templo inferri, patresque in cenſu habendo, non facultates modò, ſed ſuum quoque & vxoris & liberorum nomen, ætatemq́; profiteri inſtituit: quemadmodum Halicarnaſſ. lib. 4. auctor eſt. Ex Antonini verò conſtitutione apud præfectum ærarij fieri, actisque adſcribi liberorum profeſſiones conſueuiſſe idem ipſe Capitolinus in Gordian. indicat. Iam illud, inquit, ſatis conſtat, quòd filium Gordianum nomine Antonini & ſigno illuſtrauit. cùm apud præfectũ ærarij more Roma. profeſſus filium publicis actis nomen eius inſereret. Apuleius Apolog. 2. Pater eius natum ſibi filium more cæterorum profeſſus eſt. Tabulæ eius partim ærario publico, partim domi adſeruabantur. Cui adde quod Seruius in illud Vergil. 2. Georg.

— Nec inſanum populi tabularia vidit,

in templo Saturni (quod ærarij cuſtodiæ adtributum, & vt Plutarch. in problemat. ait, φυλακτήριον τῶν συμβολαίων erat) ſolita reponi acta ſcribit, quæ parentes liberis ſuſceptis faciebant. Ex quo Iuuenal. Satyr. 9.

Tollis enim, & libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri: foribus ſuſpende coronas.
Iam pater es.

Venio nunc ad cenſuales profeſſiones, quæ Romę iam inde à Seruij Tulli temporibus ſingulis luſtris fiebant. De his mentio habetur in l. vlt. §. ſi autem aliquis. D. de munerib. & honor. & l. cenſualis. C. de donatio. & apud Sicul. Flacc. in libro de Condicio. agr. & Hygen. in lib. de Limitib. agror. non vno loco. Earum verò forma aliquatenus exprimitur in l. forma cenſuali. D. de cenſib. Ad quam alludens Apuleius Apolog. 1. Quòd ſi, inquit, hæc exempla nihili putas, ac me non ad cauſam agendam, verùm ad cenſum diſſerẽdum vocaſti, profiteor mihi & patri meo relictum à patre HS vicies, & quæ ſequuntur. In cenſum porrò vnà cum fortunis familiæ quiſque ſuæ capita deferebat. Erat enim cenſus καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἀνθρώπων ἀπογραφή. Etiam eorum qui cenſebantur, ætas adſcribebatur, adeo vt ex cenſualibus tabulis ætatum nonnunquam probationes peterentur. Plinius denique lib. 7. ex cenſu longiſſima quorumdam vitæ ſpatia exſcripta profert. Atque hoc modo Auguſti edicto totus orbis Romanus paulò ante Chriſti natiuitatem deſcriptus, eiq́ue cenſui agendo in Iudæa Quirinus, vel, vt alij appellant, Cyrenius præfuiſſe dicitur. Quod à beato Luca Euangelij ſui ſecundo cap. & à Ioſippo lib. 18. Antiquit. Iudaic. & à Suida in verbo ἀπογραφὴ

χατὰ relatum eſt. Vnde Tertullian. lib. 4. aduerſus Marcio. Et tamen, ait, quomodo in Synagogam potuit admitti tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus de tribu, de populo, de domo, de cenſu deniq; Auguſti, quem teſtem fideliſſimum dominicæ natiuitatis Romana archiua cuſtodiunt. Cæterũ priſci illius profeſſionũ natalium moris exemplum quoddam in Gallia optimus princeps Franciſcus conſtitutione anno M. D. XXXIX. edita retulit.

Quorſum Paulus lanionis inſtrumento trutinam contineri dixit.

CAP. VI.

MIRANTVR nonnulli in lanionis inſtrumẽto pondera trutinaſq; à Paulo poni in l. cum de lanionis. D. de inſtru. & inſtr. leg. ignorantes nimirum olim carnem pondere veniſſe, vt & in aliquibus Galliæ partibus ad hunc diẽ manſit: ideoque lanionibus neceſſarias ad eam appendendã trutinas fuiſſe. Quod Lãprid in Alexand. perſpicuè oſtendit: Cùm edulitatem, ait, populus Rom. ab eo peteret, non quidem edulitatem propoſuit, ſed iuſſit, ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactentem, ne quis vaccam, ne quis damalionem: Tantumque intra biennium vel prope annum porcinæ carnis fuit & bubulæ, vt cùm fuiſſet octo minutalis libra, ad duos vnumque vtriuſque carnis libra redigeretur. Hoc idem apud Græcos factitatum Plut. lib. 2. Sympoſiac. cap. vlt. indicat: ἢ δή, inquit, εἰς μερίδας αὐτῶν χειροδαϊσία τῶν κοινωνιῶν ἀναιροῦσα πολλὰ δῆμα τινι, καὶ τὰ μὴ δεσπότας, ἴδια δὲ συνδειπνεῖν ἐκδιδοὺς ἤταν ἀφ᾽ ὧν ἀπὸ κρεωπωλικῆς τραπέζης σταθμῷ λαβὼν ἕκαστος μοῖραν ἑαυτῷ τίθηται. Atque vt cætera omnia omittam, bellè hunc locum illuſtrabit promptũ ex antiquis monumentis Edictum, quod Romæ extat in hæc verba:

RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE, CONSVETVDINE DIMICANDI SVMMOTA, SVB EXAGIO POTIVS PECORA VENDERE, QVAM DIGITIS CONCLVDENTIBVS TRADERE ET APPENSO PECORE, CAPITE, PEDIBVS ET SEVO, LACTENTE ET SVBGVLARI LANIO CEDENTIBVS, RELIQVA CARO CVM PELLE ET INTERANEIS PROFICIAT VENDITORI SVB CONSPECTV PVBLICO FIDE PONDERIS COMPROBATA, VT QVANTVM CARO OCCISI PECORIS APPENDAT ET EMPTOR NORIT, ET VENDITOR A COMMODIS OMNIBVS PRÆDA DAMNATA, QVAM TRIBVNVS OFFICINÆ, CANCELLARIVS ET SCRIBA CAPERE CONSVEVERANT DE PECVARIIS. QVÆ FORMA INTERDICTI DISPOSITIONIS SVB GLADII PERICVLO PERPETVO CVSTODIENDA MANDATVR.

Refertur verò hoc in Inſcriptionibus Antiquis. titulo Edicti Aproniani. Et fortè, nihil enim præter coniecturam habeo, ab eo Aproniano propoſitum fuit, quem Valentiniano imperante Vrbis præfecturam geſſiſſe Ammia. Marcell. lib. 26. teſtis eſt. Coniecturam meam illa ratio adiuuat, quòd cura carnis ad præfectum Vrbis pertineret leg. 1. §. cura carnis. D. de officio præfecti Vrbi.

De mancipationis ſollemnibus.

CAP. VII.

DVo fuere proprii rerum abalienandarum iure Quiritum comparati modi, citra quos legitimum in accipientem dominium transferri non poterat, Mancipatio, & Ceſſio in iure. Nec enim vel à domino res tradita, ſi neque mancipata, neque in iure ceſſa eſſet, accipientis antè ex iure Quiritum fiebat, quàm per tempus lege ſtatutũ poſſeſſa vſucaptaq; eſſet. Vſucapione planè accedente, quæ ipſo quoq; Horatio teſte quaſdam res mãcipat, quod traditioni deerat ſupplebatur: interim in bonis tantum habere, qui rem ita acceperant, dicebantur, vt ab Vlpiano in Inſtitutio. tit. 1. exponitur. Hac de cauſa non res modò quæ mancipi erant, mancipatione alienari, ſed & liberorum emancipationes, adoptioneſq;, per imaginariam mancipationis ſollemnitatem expediri conſueuerant: quemadmodum Gaius lib. 1. Inſtit. tit. 6. & Feſt. Pomp. lib. 5. & Gellius lib. 5. cap. 19. tradunt. Ex quo Suetonii in Auguſto locus interpretationem accipit, in quo ita ſcriptum eſt: Adoptauit & Lucium & Gaium domi emptos per æs & libram à patre. Hereditates quoq; in heredes per mancipationem transferebantur. Eaq; erant per æs & libram facta teſtamenta, quorum in Vlpiani, Iuſtinianiq; Inſtitutio. fit mentio. Vnde per æs & libram heres apud Cic. lib. 2. de Leg. qui & familiæ emptor appellabatur. Cuius rei cauſam cùm Plutarchus nõ intelligeret, ſic in lib. de Sera numin. vind. de Romanis loquẽs ſcripſit: ὅπου δ᾽ ὁ Ῥωμαίους χρῆσθαι, ὅτι τοὺς μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας· ὃ δοκεῖ παράλογον εἶναι. Mancipationis porrò ſollemnia Boet. in Topic. Cicero. ex antiquorum Iuriſconſultorum libris ita exponit. Mancipatio, ait, imaginaria quædam venditio eſt, quod ipſum ius proprium Romanorum eſt ciuium. Eaque res ita agitur adhibitis non minus quàm quinque teſtibus. Ciuibus Romanis puberibus, & præterea alio eiuſdem condicionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. Is qui mancipio accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe dico, isque mihi emptus eſto hoc ære æneaq; libra. Deinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipium accipit, quaſi pretij loco. Quod poſterius à Varro. lib. 8. de lingua Lat. præſtringitur, cùm ait: Pro aſſibus nonnumquam æs dicebant antiqui: à quo dicimus aſſem tenentes, Hoc ære æneaque libra, Vlpian. in Inſtitutionib. tit. 19. Mancipatio propria ſpecies alienationis eſt & rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende & quinque teſtibus præſentibus. Quod & Horatius ſignificat cùm ait,

Si proprium eſt quod quis libra mercatur & ære.

Ex quo & in emancipationibus, & in teſtamẽtis, quæ per mancipationem familię fiebãt, quinque teſtes ciues Romanos cum libripende adhibitos ſupra poſiti auctorum loci memorant. Atque hanc libræ adhibendæ ſollemnitatem ab eo profectã eſſe nemo neſcit, quòd veteres infectũ argentum appendere, non numerare ſolerent. Plin. lib. 30. cap. 3. Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis, vnde etiam nunc Libella dicitur, & dupondius appendebatur aſſis. Quare Æris grauis pœna dicta, & adhuc Expenſa in rationibus dicuntur. Item impendia, & dependere.

Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis põderandæ penſatores Libripendes dicuntur. qua conſuetudine & in his emptionibus quæ mancipi ſunt, etiam nunc libra interponitur. Cuius rei veſtigium ad ſua vſq; tempora in æde Saturni manſiſſe Varro circa finem lib. 4. de lingua Latin. ſcribit, in qua trutina propter penſuram poſita extabat. Porrò adſcribi ſolita fuiſſe in veterib. mancupijs hæc verba comperio, RAVDVSCVLO LIBRAM FERITO. quibus monebatur emptor aſſe libram tangere. Varro lib. 4. de lingua Latin. Æs Raudus dictum: ex eo in veteribus mancupijs ſcriptum, RAVDVSCVLO LIBRAM FERITO. Feſtus lib. 16. in eiuſdem verbi explicatione, Vulgus quidem, ait, in vſu habuit non modò pro ære infecto, vt Lucilius cùm ait, *Plumbi paxillum Rodus limina texam*: ſed etiam pro ſignato: cùm dicitur in mancipando, RAVDVSCVLO LIBRAM FERITO, id eſt, aſſe tangito libram. Rauduſculi autem verbo etiam Cicero epiſt. 8. lib. 4. ad Attic. & epiſt. penult. lib. 6. & epiſt. 2. lib. 7. vſus eſt. Valer. lib. 5. c. 6. Cuius reſtãdæ rei gratia capitis effigies æreæ portę qua exceſſerat, cõcluſa eſt, dictaq; Rauduſculana, quòd olim Rauda ęra dicebantur.

Quales olim emerentur venderenturq́; nummi.

CAP. VIII.

LEGE Cornelia de falſis, quemadmodum Vlpianus ſcribit, exprimebatur, ne quis nummos ſtanneos, plumbeos, emere vendere dolo malo vellet. l. 9. §. primo. D. ad legem Corneliam de falſis. Quod legis caput abſurdum ſcio plerisque viſum iri, quibus nouum videbitur nummos, quibus merx ipſa æſtimatur, mercis vice fungi. Ego didici hoc ad peregrinos nummos, Daricos, puta, Philippos, tetradrachmum Atticum, ſiclos, & alios id genus eſſe referendum, quos cæterarum rerum exemplo in emptionem deduci ſolitos Voluſ. Metianus in lib. de Aſſe & partibus eius indicat. At peregrinus, ait, nummus loco mercis, vt nunc tetrachmũ & drachma habebatur. Hoc autem tetrachmum, vt hoc obiter addam, tetradrachmum à Caſſio lib. 12. Epiſt. Ciceron. & à Polluce lib. 9. onomaſt. appellatur. Similiter & victoriatum nummum, qui à victoriæ ſigno impreſſo id nomen accepit, priuſquam lege Clodia percuſſus eſſet, ex Illyrico aduectum, mercisque loco habitum Plin. lib. 33. cap. 3. refert. Cuius nummi Varro lib. 8. & lib. 9. de lingua Lat. Cicer. pro M. Fonteio. Quintilian. lib. 6. cap. 4. Tertull. in lib. de Virginibus velandis. & idem Plinius lib. 20. cap. vlt. & lib. 23. cap. 6. meminere. Solidos quoq; veterum principum effigie formatos ſua ætate veniſſe Conſtant. in leg. 1. C. de vet. numiſ. pot. lib. 11. indicat.

Notata in veterum cautionibus vox, Rectè.

CAP. IX.

VETERVM cautiones magna arte diligentiáque compoſitas, vt etiã ſuperuacaneis multis clauſulis abundarent, facile eſt ex Aquiliana ſtipulatione, & ea, quæ in Papiniani auditorio lecta eſt, cautione intelligere. Inter cætera autem vſitata earum verba dandi, faciendiq; promiſſionibus vocẽ *Rectè* addere ſolitos obſeruaui. Quod ego hoc capite exemplis planum faciam. Scæuola in l. qui Romæ. § Callimachus. de verb. oblig. *Eaq; rectè ſibi dari fieri ſic interroganti Sticho ſeruo L. Titii promiſit Callimachus.* Papinianus in l. reos. § cum tabulis. D. de duob. re. *Tot aureos rectè dari ſtipulatus eſt Iulius Carpus.* Paulus in l. lecta. D. ſi cert. pet. *Eaq; proba rectè dari Kalendis futuris ſtipulatus eſt, &c.* Cato de re Ruſt. c. 146. Rectè hæc dari fieriq;, ſatisq; dari domino, aut cui iuſſerit, promittito, ſatisq; dato arbitratu domini. Varro etiam priſcã formulam recẽſens. lib. 2. de re Ruſtic. cap. 2. Sanas rectè eſſe, habereq; rectè licere, hæc ſic rectè fieri ſpõdes? Inuenimus & hæc verba in ſtipulationibus poſita, *Eam rectè reſtitui*, vbi vt & in clauſula *Rectè defendi*, verbum *Rectè* ꝓ viri boni arbitrio eſt: l. hæc verba in ſtipulatione. D. de verb. ſign. l. iam tamen. §. nunc videamus. l. ex clauſula. l. vir bonus. D. iudicatum ſolui. l. rectè. D. de iudicijs. l. hæc autẽ. §. rectè, ex quib. cauſ. in poſſeſſionem. Eſt & illa in libris noſtris cautio, *His rebus rectè præſtari.* l. ipſi quoq; D. de rei vindicatio. l. redhibere. §. pen. D. de ædilicio edicto. Cuius poteſtatẽ explicat Vlp. in l. aliud. §. vlt. D. de ver. ſignif. Ita *Rectè cauere* in l. 2. D. de vſufructu ear. rer. & apud Plin. lib. 10. Epiſtol. item *Rectè promittere* in l. penult. D. de tranſactio. *Rectè ire agere* in l. ſi mihi. D. de ſeruitutib. ruſt. pręd. Palam rectè pronuntiare in l. 1. §. 1. & l. Ædiles aiunt. D. de ædilicio edicto. Nec omittẽda eſt & illa veteribus familiaris & in re iudiciaria perſæpe vſurpata locutio Rectè atque ordine facere, vt in Senatusconſulto Velleiano. *Rectè atq; ordine facturos, ad quos de ea re in iure additum erit.* l. 2. D. ad Senatusconſ. Velleia. quæ duo etiam coniunguntur in l. diui. §. rectè. D. de liberali cauſ. l. obſeruare. §. rectè. D. de officio ꝓconſ. Et apud Ciceronẽ ꝓ Quintio, & Philip. 5. & in orat. Cæſaris, q̃ eſt apud Salluſtiũ in Catilinæ bello, & aliàs perſępe.

De aqua equis ſpargi ſolita, & agitatoribus quædam.

CAP. X.

SCIO quæri qui & quales ſint quos Vlp. ſcribit aquam equis ſpargere in l. 4. D. de his qui notant. infam. Nam plerique nodum in ſcirpo quęrentes, inuolucri aliquid illis verbis cõtineri exiſtimãt, quod nobis antiquitatis ignoratio obſcurum reddat. Ego verò, quod & verba ipſa palam ſonant, eos ſignificari credo qui Circenſibus deſeruientes, equos curſu incaleſcentes frigida perfundebant, quò paululũ refocillati alacrius curſum repeterent. Cuius rei mihi indicium aliquod Sex. Pomp. lib. 11. facit, qui Naſiternã genus eſſe vaſis aquarij anſati & patentis ſcribit, quale eſt quo equi perfundi ſolent. Huius autem vaſis & Varro lib. 1. de re Ruſtic. & Non. Marcell. & Fulgentius in libello de obſcuris vocibus ad Calcid. meminere. Cæterùm quod eodem loco Vlp. ait, agitatores famoſos non eſſe, in dubitationem à Theophilo adducitur, qui inter famoſas perſonas ἡνίοχον numerat, quem aurigam agitatorẽmve interpretari licet. Cui & κυνηγέτου coniungit, eum vt exiſtimo, intelligens, qui ludo venatorio operas ſuas locat, aut in arena honorari ſe patitur. l. aut damnũ. §. pen. D. de pœnis. Quo modo & venatorem apud Vegetiũ lib. 2. cap. 24. interpretor. Nam qui virtutis cauſa vel etiam mercede feras extra arenam venatur, nota caret l. 1. §. beſtias. D. de poſtul. Sed quod ad aurigas attinet, in famoſis eos nemo Vlpiano repugnãte iure numerauerit,

tauerit, cùm & laudi virtutiq́; duci hoc exercitationis genus ſolitum hiſtoriarum monimẽta teſtentur, & ex nobiliſſima quoque iuuentute ampliſſimoq́, ordine in circũ nonnullos aurigas productos Suetonius in Auguſto cap. 43. & in Caligula cap. 18. narret. Itaque ex eorũ, quibus vixit, temporum moribus potiùs, quàm ex prudẽtum definitione aurigas Theophilus inter infames collocauit.

Explicata l. vlt. C. de emancipatio. & de veteri emancipationum manumiſſionumq́, ſollemnitate.

Cap. XI.

DISPLICERE ſibi in emancipationibus vetuſtas imaginariarum venditionũ & iniurioſorum ῥαπισμάτων ſollemnitates Iuſtinianus profitetur in l. vlt. C. de emancipat. Quod quemadmodũ olim ſe haberet, intelligi nihilominus attinet. Tam enim antiquũ ius in hæc ſtudia incumbentibus, quàm nouum tenendum eſt. Sciendũ eſt autem inſtar ſeruorum filiosfamilias venũdari manumittiq́; ſolitos, nec ſemel tantũ, ſed & iterum ac tertiò, quemadmodum Caius lib. 1. Inſtitutio. tradit, adumbrata venditionis ſpecie fiduciario patri mancipari, quo ſcilicet patriæ poteſtatis nexu penitus liberarentur, à qua poſt trinã demũ venditionem abſolutio ex regijs legibus contingebat, hoc modo cum in imaginariam ſeruilem cauſam vt & à Paulo in l. 3. §. 1. D. de cap. deminut. ſcriptum eſt, deducerentur, qui per emancipationem patris poteſtate exibant, colaphis quoque præterea in ea ſollemnitate peragenda cædebantur, quod in d. l. vlt. & in Nouel. Conſtitution. 81. Iuſtinianus ſignificat. Nam & hoc in ſeruorum manumiſſione factũ Iſidorus ex quopiam bono auctore lib. 9. Etymolog. cap. 4. refert. Quibus & illud adde, vt reliqua manumiſſionum ſollemnia complectar, quod Sex. Pompeius lib. 11. ſcribit, dominũ eius ſerui, quem ad libertatem perducere volebat, caput aut aliud mẽbrum tenentem dixiſſe, hunc hominem liberum eſſe volo, ſtatimq́; eũ manumiſiſſe. Quę fortè verba Hermogenianus intelligit in l. manumiſſio. D. de manum. vind. Præterea verò eis quibus plena libertas, dabatur, vindictã lictoris virgam imponi ſolitam Plutarch. in lib. De ſera numinis vindicta, & Perſius ſatyra 5. ſignificant, ſine cuius impoſitione imperatorẽ ex lege Auguſti ſolo verbo liberum facere eũ, quem manumittit, à Paulo traditur. in l. apud eum. D. de manum. Circumagebantur deinde & vertebantur ſerui, quod & eadẽ ſatyra Perſius & Seneca epiſtola 8. lib. 1. ad Lucilium, & lib. 2. Controuerſiarum oſtendũt, ac deniq́; raſo capite pileum accipiebãt. Id quod ad exemplum eorum, qui naue fracta ſalui euaſerant, Nonio Marcello inſtitutũ placet. Mihi an ab hoc more mos ille ductus ſit, dubitãti probabilis illius inſtitutionis ratio reddi poſſe videtur, quod qui libertate mutabantur, tamquã noui homines fierent, ita crinem mutabant, quod apud Athenienſes quoque ſeruatum Suidas in verbo ἀνδραποδώδει τρίχα memorat. Extremũ illud erit libertate donatos nouũ patroni nomen aſſumpſiſſe, ſuoq́; quod vnicum antea habuiſſe eos lex, Cùm precũ. C. de liberali cauſa indicat. vnà cum prænomine adiunxiſſe. Quò alludens Perſius

Verterit, ait, hunc dominus momẽto turbinis, exit
Marcus Dama. Sed hæc hactenus.

Vetus de adſeſſoribus cõſtitutio cum aliquot ad eam pertinentibus locis explicata.

Cap. XII.

A PRINCIPIBVS magiſtratibusq́ue olim in conſilium iuris ſtudioſi adhibebantur. l. Celſus. de legat. 2. l. an manumittere. D. de man. vind. l. 3. §. 1. D. de minor. 25. an l. 1. D. de offic. adſeſſ. & hoc adſidere appellabant. l. metum. §. ſed ex facto. D. quod metus cauſa. Suetonius in Tiberio cap. 33. Magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus plerumque ſe offerebat conſiliarium, adſidebatq́; mixtim, vel ex aduerſo in parte primori. Nec vrbanis modò magiſtratibus, ſed & prouinciarum rectoribus, vt ex Lampridio in Alexandro apparet, ſui erant adſeſſores: de quibus quò ſanctius integriusq́ue ius diceretur, antiquitus conſtitutum fuiſſe traditur, vt ne cui in ſua prouincia vltra quatuor menſes ſine ſpeciali principis beneficio liceret adſidere. Cuius conſtitutionis ſanciendæ auctorem Spartianus Peſcenninum Nigrum memorat, qui cũ Marco Antonino & Commodo Imperatoribus honoribus in Repub. floruerit, facilè coniectura capi poteſt ab illis Principibus hãc eſſe conſtitutionem ſacratam. A quo non longè abhorret quod Xiphilinus & Zonaras à Marco conſtitutum fuiſſe referunt, vt ne quis patriæ ſuæ præeſſet, ἐνομοθέτη, aiunt, τὸ μηδένα τῷ ἔθνει ἄρχειν, ὅθεν γένοιτο, ὅτι ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ ἡγεμονεύων ὅτε καὶ ἡ πατρὶς αὐτοῦ ἦν, ἐνεόχμωσεν. Illam verò conſtitutionem ijſdem, quas poſui, exceptionib. conditionibusq́; temperatam Diocletianus protulit in l. in conſiliarijs. C. de adſeſſ. ex qua interpretationẽ accipit l. hi qui. & l. ſi cui in prouincia. D. ex quib. cauſ. maio. Eoq́; referendum eſt quod Macer ſcribit, Si eadẽ prouincia poſtea diuiſa ſub duobus præſidibus conſtituta ſit, ſine cõſtitutionis offenſa ex altera ortũ in altera adſeſſurũ, cùm in ſua prouincia non videatur adſidere, quæ ad alterius præſidis adminiſtrationẽ pertineat. l. 3. D. de offic. adſeſſ. Verum enim verò ſic ea cõſtitutio accepta eſt, vt in his dumtaxat, qui publico ſalario fruerẽtur, id eſt, qui præſidibus rectoribusq́; prouinciarum adſiderent, locũ haberet, quibus è publico ſalario ab eodem Peſcẽnino addita, ac deinde ab Alexandro conſtituta Spártianus, Lampridiusq́ue referunt. Ex quo cum Papiniano efficiemus in conſilium curatoris Reipub. virum eiuſdẽ ciuitatis adſidere non prohiberi, quippe qui publico ſalario non fruatur. l. vlt. D. de offic. adſeſſ. Non de nihilo igitur in Diocletiani reſcripto additum eſt, MODERATORIBVS ADSEDERIT. Cęterùm extat generalior Valentiniani & Theodoſii Conſtitutio, quæ diſtrictè prohibet aliquod adminiſtrationis officium intra eam prouinciam in qua prouincialis & ciuis habetur, quem affectare, eumq́ue qui contrà fecerit, aduerſus leges feciſſe & ſacrilegii, id eſt, legum violatarum crimine teneri indicat. l. vlti. C. de crimin. ſacril. Ac ne apparitorem quidem, vel ſtatorem, vel protectorem, vel agentem in rebus in ea prouincia in qua natus eſt, vel domicilium habet, quemquam ferendum Iulianus ſanxit in l. 3. C. de diuer. off. lib. 12. Vſque adeò carere ſuſpicione voluere Imperatores eos, qui aliquam in prouincijs poteſtatem obtinerent.

Quid ſit ad peregrinitatem redigi & de Romanæ ciuitatis iure.

CAP. XIII.

PROMENDVM ex antiquitate eſt, quid hoc valeat, quod apud Vlpianum legimus ad peregrinitatem redigi deportatos. l. ſed ſi hac lege. §. ſed ſi per pœnam. D. de in ius voc. Quo genere dicẽdi etiã Tranquillus in Claudio vtitur. Splendidum, ait, virum, Græciæq́; prouinciæ principẽ, verùm Latini ſermonis ignarum non modò albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. Peregrini autem dicebãtur qui ciues Romani non erant. l. ſed et ſi. §. ſolemus. D. de hæred. inſt. quos à veteribus primum hoſtes appellatos ab eo quòd pari cum ciuibus iure viuerent, notius eſt, quàm vt probatione egeat. Et æquabantur quidem hi in iure reddendo ciuibus, quod eis per prætorem, cui ea iuriſdictio euenerat, dicebatur. Cæterũ ciuitatis Romanæ commodis non fruebantur, quæ fuiſſe permaxima & ſummi beneficij loco exteris tributa accepimus. Ex ciuiũ enim Romanorum teſtamentis ſoli ciues capiebant, ciuiumq́ue dumtaxat Romę rata habebantur teſtamenta. Idcirco in lege Falcidia non ſine ratione ſcriptum eſt: QVICVMQVE CIVIS ROMANVS POST HANC LEGEM ROGATAM TESTAMENTVM FACIET, IS QVANTAM CVIQVE CIVI ROMANO PECVNIAM PVBLICO IVRE DARE VOLET &c. Inter ſolos ciues etiam Romæ iuſtæ nuptiæ contrahebantur. §. 1. Inſt. de nupt. Propriumq́ue eorum erat, quòd in liberos habebant patriæ poteſtatis ius. §. 1. Inſt. de patr. poteſt. Verberibus etiam cædi ciues, aut in crucem agi, aut iniuſſu populi in eos animaduerti fas non erat. In legionibus quoque non alij quàm qui ciuitatem accepiſſent, militabant. Hoc amplius, inter ſolos ciues ſollemnes per nexum abalienationes locum habuiſſe Cicero in Topicis oſtendit. Eademq́ue ante Iuſtiniani conſtitutionem vſucapionum cauſa fuit, Quæ cùm iure ciuili, id eſt, lege 12. Tabularum introductæ eſſent, Italici ſoli finibus continebantur, idque ipſum nominatim lege cauebatur aduerſus hoſtem æternam auctoritatem eſſe, vt idem Cicero 1. Offic. notat. Adde & honores Romæ gerere, ſuffragium ferre, ſed & toga vti dumtaxat ciuibus licuiſſe. Fuit enim, vt priora duo, quæ in promptu ſunt omnibus, omittam, toga Romani hominis certiſſimum inſigne. l. ſed ſi accepto. D. de iur. fiſc. Nec ſine crimine aliam Romano homini vel in media Aſia veſtem ſumere licebat. Itaque apud Liuium à Q. Fabio in inuidiam P. Scipio eo nomine adducitur, quòd in Sicilia palliatus fuiſſet. Idemq́; cùm Rabirio Poſthumo ab aduerſarijs obiectum eſſet, accuratam in eo facto purgando orationem Cicero conſumit. Quorum omnium quæ Quiritium peculiaria ac propria fuiſſe docuimus, peregrini expertes erant. Nam neque teſtamenti factio cum his, vt Vlpianus in Inſtitut. tit. 22. & in §. ſolemus. tradit, neque connubium erat, quemadmodum idem auctor Inſtit. tit. 5. indicat his verbis. Connubium habẽt ciues Romani cum ciuibus Romanis, cum Latinis autẽ & peregrinis ita, ſi conceſſum ſit. Quod & Boëthius ad Topica Ciceronis in loco à conſequentibus tradit. Hinc Seneca lib. 4. de benef. cap. 35. Promiſi tibi filiam in matrimoniũ, poſtea peregrinus apparuiſti, non eſt mihi cum extraneo connubium. Itaque nec peregrinis eadem quæ ciuibus in liberos poteſtas erat. Sed & omnis ad honores aditus peregrinis intercluſus erat, ſuffragiorum in vrbe ius nullum. Ad hæc togæ vſus interdictus Plinius lib. 4. epiſt. ad Minut. Idem cùm Græco pallio amictus intraſſet (carent enim togæ iure quibus igni & aqua interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit circumſpexitq́ue habitum ſuum, Latinè, inquit, declamaturus ſum. Sueton. in Claud. cap. 15. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatúmve, an palliatum dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans mutare habitum prout accuſaretur, defenderetúrve iuſſit. Eam ob rem togæ iure amicos populos à Romanis donatos hiſtoriarum monumentis proditum eſt, idq́; & nouæ Carthagini conceſſum Tertullianus in lib. de Pallio ſignificat. Inde togatæ Galliæ nomen, quam & ad honores adſpiraſſe Tacit. lib. 11. & ſuffragiorum ius in vrbe habuiſſe memorat. & Paulus Manutius nõ dubijs argumentis in Epiſt. ad Atticum confirmat. Sic & Hiſpaniæ populos quoſdam iuris Italici factos togatos ſtolatosq́ue appellatos Strabo lib. 3. Geographiæ ſcribit. Ex hoc more etiam regibus, quos amicos & ſocios appellabant, inter cætera togam muneri mittebant, cuius rei apud Cornelium Tacitum lib. 10. exemplum extat. Nec verò virilium togarum tantùm, ſed & prætextarum iure peregrinos caruiſſe ex Macrobio lib. 1. cap. 6. colligitur. Ad hæc prænominibus peregrini non vtebantur, quæ tum demum, cùm in ciuitatem eſſent adlecti, aſſumpſiſſe eos Cicero lib. 13. Epiſt. ad Aciliũ procoſ. oſtendit. Cùm Demetrio, ait, Mega mihi vetuſtiſſimum hoſpitium eſt: familiaritas autẽ tanta quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem à Cęſare impetrauit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Gentilicia planè Romanorum nomina, quemadmodum à Tranquillo ſcriptum eſt, peregrinę conditionis homines vſurpare Claudius Cæſar vetuit: permagni intereſſe ad ciuitatis decus ornamentumq́ue exiſtimans, ne nominum quidem ſocietate peregrinis ciues Romanos coniungi. Peregrini porrò etiam in vrbe habebantur, qui dediticiorum numero erant, vt Vlpianus in Inſtitut. tit. 22. ſcribit, idemq́ue eiuſdem libri titulo 10. auctor eſt & eos peregrinos effici, quibus aqua & igni interdicebatur. Cuius in pœnæ locum cùm hodie deportatio ſucceſſerit, conſequẽs eſt, quod à nobis initio poſitum eſt, per deportationis pœnam in peregrinorum ſtatum condicionemq́ue ciues redigi, id eſt, vt cum ipſis Iureconſultis loquar, ἀπόλιδας effici. leg. quidam. D. de pœn. l. 1. §. hi quibus. de legat. 3. Proinde hereditatum quoque capiendarum, & teſtamenti faciendi, & patriæ poteſtatis, & alia omnino Quiritum iura amittere, leg. 1. Cod. de heredibus inſtituend. l. eius qui. paragrapho primo. D. de teſtamentis. §. cum autem. Inſtitution. quibus mod. ius patr. poteſtat.

Collegia illicita quibus legibus, ſenatusconſultis, conſtitutionibusq́ coerceantur.

CAP. XIIII.

CONSTANS omnium ſententia eſt, nullam illicitis cœtib. capitaliorem Reipub. peſtem eſſe. Itaque neque ſocietatem, neque collegium,

gium,

gium, neque huiuſmodi corpus paſſim omnibus habere Romæ, quantum ab vltima antiquitate repeto, concedebatur, eamq́; rem & legibus, & ſenatusconſultis, & conſtitutionibus, mandatisque principum coërcitam, collegiaq́;, præter pauca & certa publica auctoritate confirmata, quæ vtilitas ciuitatis deſideraſſet, ſublata Aſconius in Cornelia. Cicer. & noſtri auctores in l. 1. D. quod cuiuſque vniuer. & l. 1. & l. 3. D. de colleg. & corp. ſcribunt. Leges in eam rem latas inueſtiganti mihi regia Tarquinij lege vetuſtior nulla occurrit, qua præter collegia à Numa inſtituta reliqua omnia diſſoluit, quemadmodũ Halicarnaſſ. lib. 4. his verbis refert. συνόδους τε συμπάσας, ὅσαι πρότερον ἐξῆσαν κωμητῶν ἢ φρατριαστῶν, ἢ γειτόνων ἔν τε τῇ πόλει καὶ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἐφ' ἱερὰ καὶ θυσίας. πάσας καὶ τῷ προσέταξε μηκέτι συντελεῖν, ἵνα μὴ συνιόντες εἰς τὸ αὐτὸ πολλοὶ βουλὰς ἀπορρήτους κατ' ἀλλήλων ποιῶνται περὶ καταλύσεως τῆς ἀρχῆς. Senatusconſulta verò, quibus collegia, quæ contra leges inſtituta eſſe videbantur, ſublata ſunt, tria memorantur: vnum à Pædia in Piſonian. quod L. Cæcilio & Q. Martio Coſs. factum eſt. Alterum à Cicerone lib. 2. epiſt. ad Q. Fratrem, quod Lentulo & Metello Coſs. Tertiũ à Tacito lib. 14. Neronianis temporibus factum, cùm de contentione inter colonos Nucerinos Pompeianosq́ue orta ad Senatum relatum eſſet. Principum de eadem re cõſtitutiones à Iulio Cęſare repetemus, quem bellis ciuilibus compoſitis collegia cuncta præter antiquitus conſtituta diſtraxiſſe Sueton. in eius vita cap. 42. refert. Quod ipſum & ab Auguſto poſtea factum, cùm plurimæ factiones titulo collegij noui ad nullius non facinoris ſocietatem coïſſent, idem auctor in Auguſt. cap. 32. ſcribit. Mandatis quinetiam principalibus, quæ præſidibus dabantur, caput hoc inſertum accepimus, vt ne collegia ſodalitiáve eſſe præſides prouinciarum paterentur, néve milites collegia in caſtris haberent: idq́ue non tantùm in vrbe, ſed in Italia & in prouincijs locum habere Diuus quoque Seuerus reſcripſit l. 1. D. de colleg. & corp. Qua de cauſa etiam Iudæorum religionis cauſa conuentus in prouincijs præſides proconſulesq́; inhibebant, quoad illis ſacrorum ſuorum cauſa coire Auguſtus epiſtola ad Norbanum Flaccum Aſiæ proconſulem præſidesq́; prouinciarum miſſa permiſit, quemadmodum Philo in oratione ad C. Cæſarẽ refert, qui & ab eo principe vti collegium Iudæorum eſſe pateretur impetrauit, quod tamen ſtare poſtea Claudius paſſus non eſt, qui omnes Iudæorum ſocietates vniuerſitatesq́ue, vt Dion lib. 58. auctor eſt, diſſoluit, poſt quem deinde Antoninus Iudæorum vniuerſitati velut publicè improbatæ legari nihil poſſe reſcripſit, l. 1. C. de Iudæis. Vt enim legitimis approbatisq́ue collegijs & hæreditates & legata dari reſtituique Senatusconſultis Marci, vt opinor, temporibus factis concedebatur. l. cùm ſenatus. D. de rebus dub. l. omnibus. D. ad Trebellian. ita illicitis atque illegitimis collegijs nihil iure relinqui poterat. l. collegium. C. de hered. inſtituend. Licita porrò & legitima collegia ea demum habebantur, quibus coëundi ius lege vel Senatuscõſulto permiſſum eſſet. l. ſemper. §. quibuſdam. D. de iure immunit. l. 1. D. quod cuiuſ. vniuerſ. Quo in genere figulorum, fabrorum ærariorum, piſtorum, tibicinum, aurificum, cerdonum, coriariorum, lictorum, viatorum, publicanorum, nauiculariorum, & eorum qui annonę vrbis ſeruiebant, collegia in veterum libris recenſentur. Inuenio & in antiquis inſcriptionibus, & in Cod. Theodoſ. centonariorum, ac dendrophororum corpus: menſorum item frumenti, in l. ab his. §. 1. D. de vacat. mun. Item vinariorum, lupinariorum, & caligariorum apud Lampridium in Alexandro: à quo principe omnium artium corpora inſtituta, hisq́ue ex ſeipſis defenſores datos idẽ auctor ſcribit, defenſores appellans, quos & ſyndicos dicimus, quemadmodum in l. 1. §. tutores. D. quand. appell. ſit. l. 2. & l. 16. §. vlt. & l. vlt. D. de muneri b. & honor. præter quòs etiam patronum ſibi aliquem collegia quæque conſtituebant, cuius rei in Inſcriptionibus antiquis teſtimonia reperiũtur. Huiuſmodi verò collegijs arcæ communis habendæ, pecuniæq́ue in commune cogendæ ius competebat. Manumittendorum quoque ſeruorum poteſtatem his cõceſſiſſe Marcus dicitur. l. 1. D. de libert. vniuerſit. Quorum omnium nihil illicitis collegijs tribuebatur. Illicita autem exiſtimabantur vtiq́; omnia quæ non ex ſenatus Principisve auctoritate coiſſent. Aliter enim noua colllegia iure inſtitui non potuiſſe argumento eſt, quod Bithyniam Proconſule regens Plinius, cùm è re Nicomedenſium ciuitatis exiſtimaret fabrorum collegium inſtitui, id vt facere ſibi liceret, à Traiano per litteras, lib. 10. Epiſtol. ſuarum petit: Cuius tamen petitioni, Traianus adſenſus non eſt, veritus ne quod aliàs acciderat, collegiorum factionibus ea ciuitas vexaretur. Cæterùm qui illicitum collegium coïſſe dicebantur, Romæ apud præfectum vrbi accuſabantur. l. 1. §. vlt. D. de offi. præfect. vrbi.

De iure nundinarum.

CAP. XV.

COLLEGIIS nundinas adiungamus, quas ne in priuatis quidem prædijs ad arbitrium inſtituere cuiq́; permittebatur, ſed accedere Principis vel ſenatus auctoritatem neceſſe erat. A Principe peti ſolitum nundinarum habendarum ius indicio eſt l. 1. D. de nũdin. in qua ita eſt. *Nundinis à Principe impetratis, non vtendo qui meruit decennii tempore vſum amittit.* A ſenatu verò impetratum ius hoc quoque fuiſſe Plinius lib. 5. Epiſtol. ad Valerianum oſtendit. Solers, ait, vir prętorius à ſenatu petijt vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur. Contradixerunt Vicentinorum legati. Atque ita Claudium Imper. legibus publicis ſeipſum ſubijcientem ius nundinarum in ſua prædia à Conſulibus petijſſe accepimus, vt eſt à Suetonio in eius vita relatum.

De principum orationibus.

CAP. XVI.

AMPLISSIMI ordinis auctoritas, ex quo vnius dominatu omnia teneri cœpere, valde fracta & imminuta eſt: à bonis tamen principibus aliquatenus in eo retenta, quòd quæ conſtituturi eſſent orationibus complexi, de his cẽſendi arbitrium ſenatui relinquebãt. Cuiuſmodi multæ libris noſtris memorantur in ſenatu recitatæ principum orationes. l. 1. & l. 2. D. de ferijs. l. 2. D. de fugit. l. cùm hic ſtatus. D. de donatio. inter vir. l. cùm hi. D. de tranſact. l. oratio. D. de ſponſal. l. 1. §. 1. D. ne de ſtat. defunct. l. 4. D. ſi libert. ingen. eſſe dic. Eas verò orationes patrum conſultum, quemadmodum lex, oratione. D. de ritu nupt. indicat, ſtatim ſubſequebatur. Tacitus libro 11.

Orationem principis ſecuto patrum conſulto primi Hedui ſenatorum in Vrbe ius adepti ſunt. Exemplo erit Senatusconſultum de petitione hæreditatis, quod ad orationem Hadriani factũ ex l.item veniunt. §. præter. l.illud.l.ſi & rem.D. de petit.heredit.& l. 1. C.eodem tit.perſpicuè intelligimus. Atque hinc fit vt quod vno in loco oratione inductum traditur, id aliàs Senatusconſulto citra vllam planè pugnam atque diſcordiã tribuatur. Vt ecce, de alimentis teſtamento relictis ſine Prætoris auctoritate tranſigi interdum oratione, interdum Senatuscõſulto prohibitum dicitur.l.cùm hi. D.de tranſact.l.eleganter.§. 1.D. de condict.indeb. Alienatio rerum minoris oratione & Senatusconſulto interdicta promiſcuè dicitur. l. 1. & l.non fit. D. de rebus eor. l. 1. l.ſi ad reſoluendam. C. de præd. min. Et quod Senatusconſulto Orphitiano plerumq; vindicatur, oratione Imperatorum Antonini & Commodi in ſenatu recitata factum Vlpianus in Inſt.tit. 26.& Caius in l.penult.D.ad Senatusc. Tertullian. ſcribunt. Amplius quod Senatusconſulto cautum conſtitutumq; crebrò legimus, ne tutor pupillã vel filio ſuo, vel ſibi nuptum collocet. l. 1. C.de interd.matrim. l.ampliſſimi. C.de excuſ.tut.l.Senatusconſulto.l.libertũ.§.1. D.de rit.nup.id orationi D.Marci adſcribitur in l.ſi quis tutor.§. quãuis.& l. non ſolum. §. ſed etſi filiusfam. D. de ritu nupt. Quæ omnia ea ratione non eſſe contraria defendetur, quòd Senatui eorum cenſendorum orationibus in ſenatu recitatis Imperatores auctores fuerint.

De Quæſtorum ſub imperatoribus munere.

CAP. XVII.

MOVET me proximè habitus de orationibus principum ſermo, vt de Quæſtorum officio, per quos ex plerumque recitabantur, quæ legendo adnotaui, in medium adferam, eoque magis quod inde lex 1. D. de offic. Quæſtoris, illuſtrabitur, in qua Quæſtores libris principalibus epiſtolisque in ſenatu legendis vacaſſe, & Candidatos principis appellatos Vlpianus ſcribit: quo ſenſu Candidati nomen apud Velleium Paterculum libro poſteriore accipiendum cenſeo, cùm ita ait: Quo tempore mihi fratrique meo Candidatis Cæſaris proximè à nobiliſſimis ac ſacerdotibus viris deſtinari Prætoribus contigit. Fuiſſe vèrò hoc Quæſtorum ſub Cæſaribus munus, vt orationes Cæſarum recitarent, multa declarant: Illud inprimis quod Suetonius Neronem refert prætẽrito Quæſtoris officio per Conſules plerumque recitaſſe. Cuius & illud eſt in Tito cap. 6. Recepta ad ſe prope omnium officiorum cura, cùm patris nomine & ipſe epiſtolas dictaret, & edicta conſcriberet, orationesque in ſenatu recitaret, etiam Quæſtoris vice præfecturam quoque prætorij ſuſcepit. Tacitus lib. 16. Inter quorum aſpectus & minas ingreſſi curiam ſenatores & oratio principis per Quæſtorẽ eius audita eſt. Dion lib. 54. συνήγαγε δὲ ἐν τούτῳ τὸ βουλευτήριον, αὐτὸς μὲν οὐδὲν εἶπεν ὑπὸ βράγχου, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ ταμίᾳ ἀναγνῶναι δούς, τά τε πεπραγμένα οἱ κατειλεγμένα. Idem libro 59. de Claudio: καὶ οὐ πάντα ὅσα ἐς τὸ συνέδριον ἐσέφερεν, αὐτὸς ἀνεγίγνωσκεν, ἀλλὰ τῷ ταμίᾳ τὴν γε περιστέραν καὶ παρὼν ὡς γε τὰ πλείω ἀναλέγεσθαι ἐδίδου. Nec verò ad orationes modo recitandas, ſed & ad cætera omnia, quæ vel abſentes, vel præſentes, ſi laborem recitandi fugiebant, ſenatui nota facere vellent, Quæſtorum ópera Principes vtebantur, vt ex his Suetonij verbis apparet, quæ ſunt in Auguſto, cap. 65. De filia abſens ac libello per Quæſtorem recitato notum ſenatui fecit.

Obſeruata quædam de vxorum ad viros deductione.

CAP. XVIII.

POSSVNT de antiquo nuptiarum ritu ex Pandectis nonnulla colligi: ne id quidem negligendum duxi, qui minuta quæque antiquitatis veſtigia ſtudioſè perſequor, quod ſæpe inter legendum occurrit, vxorem mariti domum deductam. l.ſi vxor.§.ſi minor.D.de adult.l.quæſitum. D. de ſponſal. l. 2. in fine. D. de priuileg. credit. l. hæc condicio. D. de condic.& demonſt.l.ſi vt certo. §. interdum. D. commo. l. dotis promiſſio.l. cùm poſt. §. in domum. D. de iur.dot. l. cùm hic ſtatus. §. ſi quis ſponſam. D. de donat. inter vir. l. 2.D. de his quæ vt indign. Quibus omnibus vetus Romanorum mos in mariti domum nouas nuptas traducendi demonſtratur, qui etiam l. cùm fuerit. D. de condit.& demonſtrat.& l.penult.D. de donat. int. vir.& hiſce, quos ſubieci locis, perſpicuè comprobatur. Tacitus lib. 12. Nullo exemplo deducta in domum patrui fratris filia. Seneca lib. 4. controuerſiarum. Cùm infelici face ad dotalem ſuum noua nupta deduceretur, ſi qua fides eſt, exhorrui. Auguſtin. lib. 6. de Ciuitate Dei cap. 9. Sed domum ducenda eſt, quæ nubit. adhibetur Deus Domiducus, ſic enim eum deum, qui ei ſollemni deductioni præerat, appellabant, eiuſmodique epitheto Marcianus Cap. lib. 2. de nup. Philologiæ Iunonem ornat. Ab hoc autem more manauit, quod dicimus vxorem ducere: nam id præcisè dicitur: etenim cùm dicimus, vxorem ducere, deeſt, domum. Plenè autem ac perfectè ſic enuntiatur, Vxorem domum ducere. Terentius Hecy.

Nunquam ſe illa viua vxorem ductur ũ domum.

Et aliàs:

Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum.

Idem Phormi.

Dotem ſi accipiet, vxor ducenda eſt domum.

Plautus Aulul.

Volo te vxorem domum ducere.

Et alio eiuſdem Comœdiæ loco.

Vt indotatas ducant vxores domum.

Eodemque modo Græci ἄγεσθαι γυναῖκα imminutè dicunt, apud quos iſta quoque deductio in vſu fuit. Lyſias in oratione de Eratoſthenis cæde. ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι, καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν. Pollux lib. 3. ὀνομάζεται δὲ ἄγων τὴν νύμφην ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οἰκίας νυμφαγωγὸς ὁπότε μὴ ὁ νυμφίος μετίῃ, ὁ πέμπεται δὲ μετιέναι τοὺς δευτεραγωγοῦντας. Ab eadem etiam conſuetudine & illud profectum eſt, quod Non. Marcel. not. Innubere à veteribus dictum pro tranſire, quòd quæ nuberent, ad maritorum domos tranſirent. Atque hac de cauſa abſenti per litteras vel nuntium poſſe mulierem vtiliter nubere noſtris placet, ſi in domum eius deducatur. Abſentem verò mulierem ex litteris ſuis vel nuntio ſuo duci non poſſe, quia deductione in mariti domum quaſi in domicilium matrimonij opus eſſet. l.mulierem. D. de rit.nupt.l.cùm poſt. § in domũ.D. de iur.dot. Vir abſens, ait Paulus lib. 2. ſent.tit. 20. vxorẽ ducere poteſt, femina abſens nubere nõ põt. Cuius differentiæ hanc interpres

ratio-

rationem adfert, quòd in abſentis domum vxore à parentibus eius vel amicis deducta nuptię celebrari poſſunt. Quod idem fieri non poteſt, vbi à viri domo vxor abeſt. Cæterùm veſpere in maritorum domum vxores transferebantur, tædis ac facibus præeuntibus. Noctu enim nubebant, quemadmodum Sex. Pomp. lib. 14. Eaque ratio eſt, cur in Catulli epithalamio noctem imminere pueri puellæque moneant. Velatæ item domum deducebantur, vt Tertullian. in lib. de virginib. velan. tradit, ingredienteſque domus poſtes inungebant. Ex quo & vxorum nomen fluxiſſe Donatus in Terentium credit, & Iſidor. lib. 9. Etym. cap. vlt. probat. Sed hæc aliàs.

Exemplis demonſtrata antiqua ſeruitutum recipiendarum formula.

Cap. XIX.

IN legibus mancipiorum qualiter olim ſeruitutum receptio fieret, ſcitu ac cognitione dignum eſt. Id quod ego aliquot exemplis planum faciam. Vnum ſumetur ex l. qui libertatis in fine. D. de euict. ITINERA, ACTVS, QVIBVS SVNT, VTIQVE SVNT. Alterum ex l. ii ſeruitus. D. de ſeruit. vrb. præd. quæ ſeruitutem luminũ ita recipi ſolitã indicat. LVMINA VTI NVNC SVNT, ITA SINT. Quod in Cicerone quoque libro 1. de Orat. obſeruari poteſt. Quo quidem, ait, in genere, familiaris noſter M. Bucculeius, homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens, & à iuris ſtudio non abhorrens, ſimili in re quodammodo nuper errauit. nam cùm ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina vti tum erant, ita recepit. Aliud promemus ex l. ſi arborē. §. hæc lex traditionis. D. de ſeruit. vrban. de ſtillicidij ſeruitute. STILLICIDIA VTI NVNC SVNT, ITA SINT. & ex l. cùm in lege. D. de contrahen. empt. FLVMINA, STILLICIDIA VTI NVNC SVNT, VT ITA SINT. Quod etiam à Varrone lib. 4. de lingua Lat. notatur. Fluuius ait, quòd fluit, item flumen, à quo lege prædiorum vrbanorum ſcribitur, ſtillicidia fluminaque, vt ita fluant cadantque. Poſtremum nobis ſuppeditat l. eum debere. D. de ſeruitutib. vrb. præd. PARIES ONERI FERVNDO VTI NVNC ITA SIT. Generalem verò receptionem Herennius Modeſtinus in l. quæro. D. de act. empt. ita conceptam profert. SERVITVTES SI QVÆ DEBENTVR DEBEBVNTVR. quam Vlpianus ita concipit. QVIBVS EST SERVITVS VTIQVE EST. l. quidquid. D. commun. prædi. & de his ſeruitutum exceptionibus accipiendum eſt illud Siculi Flacci in libro de conditionibus agrorum. Priuatæ itaque, ait, viæ ad finitiones agrorum non pertinent, ſed ad itinera eis præſtanda, quæ ſub exceptione nominari in emptionibus agrorum ſolent.

Explicatur Pomponij in l. 2. de origine iuris locus.

Cap. XX.

IVs Ciuile per multa ſecula inter ſacra cerimoniasque Deorum abditum, ſoliſq; Pontificib. notum fuiſſe Cicero pro Muræna, & Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. ſcribunt. Ex quibus quemadmodum noſter Pomponius in l. 2. §. deinde ex his. D. de orig. iur. ait, conſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet priuatis: quæ verba nondum quiſquam ex animi mei ſententia interpretatus eſt. Nam malè qui verbi præeſſe vim cognitam non habebant, pro priuatis, priuatus emendarunt. Vſus eſt verò eo vocabulo & idem auctor aliquot poſt interiectis verſibus. Augeſcente, inquit, ciuitate, & qui præerant, genera agendi cōpoſuerunt. Ego autem præeſſe, iuri dicundo præeſſe, actioneſq; & iudicia dare interpretor, & ita quoque accipi contendo apud Ciceronem libro 1. de Oratore, in eo Craſſi ſermone, qui vt ab homine iuriſperito ex medio foro petitis verbis cōtexitur. Multiſque præeſſem, inquit, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent. Quod ita accipio, vt philoſophorum artem cum iuris ciuilis ſcientia non eſſe conferendam æquandamque ſentiens, de ea re ſi controuerſia incidat, multis ſe iudicia conſtituturum ſignificet, qui actione vel interdicto cum ijs congredi nō dubitent. Et ea quidem verba ſic à pleriſque intelligi audio, quaſi patrocinio ſuo defenſurum ſe, conſilioque inſtructurum in eam contentionem deſcendentes, Craſſus ſentiat, quàm illi eſſe verbi Præeſſe vim exiſtimant: cui quantum ex antiqua Latinè loquendi conſuetudine cōijcere ac meminiſſe poſſum, in hac ſententia locus non eſt: tam enim cauſarum actores, quàm conſultos, qui litigātibus iuris ſui perſequendi vias tradebāt, & ius cauſarum actorib. vt cum Aſconio loquar, ſuggerebant, adeſſe, non præeſſe dicebantur. Poſſunt innumerabilia de hac ſignificatione auctorum loca proferri, illuſtriora aliquot, ex quibus hoc apertè oſtendatur propoſuiſſe contentus ero. Cicero pro Cæcinna: Hoc loco percommodè cecidit, quod non adeſt is, qui paulò antè adfuit, & adeſſe nobis in hac cauſa ſolet Gaius Aquilius. Idē in Topicis: Priuata iudicia maximarū quidem rerum in iure conſultorum mihi videntur eſſe prudentia: nam & adſunt multùm, & adhibentur in conſilio, & patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. Quintilianus lib. vltimo cap. 3. Quid ſi fortè iuriſperitus illi non aderit? Adde quòd in Pomponio ea quæ Ciceroni adſtruitur, ferri interpretatio non poteſt: nec enim veriſimile eſt Pontifices tela agentibus ſubminiſtraſſe, aut iudicio contendentibus adfuiſſe. Et noſtram interpretationem hæ quoque phraſes comprobant, quæ in Cicerone noſtriſq; auctoribus crebrò occurrunt. Quæſtioni, iudicio, iuriſdictioni præeſſe l. qui iuriſdictioni. D. de iuriſdict. omnium iud. l. qui neque. D. de iudic. l. 1. §. poſtulare. D. de poſtul. leg. vltim. D. aq. & aq. pluuia.

FINIS.

FRANCISCO BRISSONIO P. Fontenaienſis præfecturæ paredro B. Briſſonius F. S.

SEMPER mihi curæ fuit, Pater, iuris ciuilis ſcientiã, ad quã ab ineunte pæne ætate animi quadam inductione ſum delatus, cum optimarum artium ſtudijs coniungere, & adſcitis vndique ornamentis illuſtrare. Hoc cùm mihi bene ac feliciter eueniſſe ſentiam, idem alijs vt faciant, auctor eſſe non dubitabo. Itaque aptiſſimum hoc & accommodatiſſimum efflorescenti noſtræ ætati ſcribendi argumentum ratus, feci non inuitus, vt ex his quæ à me in eo genere obiter notata erant, paucula quædam capita ſubſeciuis horis delibarem. Quæ cum doctiſſimis hominibus, quorum apud me plurimum auctoritas valet, non indigna viderentur quæ exirent, nihil putaui alienum me à meo pudore facturum, ſi meum in ornando iure ciuili ſtudium diuulgato libello profiterer. Idq; eò feci libentius, quod apud te, cui non negotij tantùm, ſed & otij noſtri rationẽ conſtare volo, teſtatum relinquere cuperem, quibus in ſtudijs quod à forẽſibus exercitationibus datur, tempus cõſumam. Hoc conſilio tibi iſtæ noſtrorum ſcriptorum primitiæ offeruntur: quas etiã abſq; vlla nuncupatione noſtra rectè vindicares, cuius ſumptu, cura, diligentia à prima pueritia liberaliter educatus, & in celeberrimis Galliæ ſcholis inſtitutus, ſi quid ſim adſecutus (quod perexiguum eſſe non diffiteor) eius in fructum à me repetere tuo iure potes. Quod ego ita eſſe planè adgnoſco: nec iam obſcurè diſſimulo, ſed apertè præ me fero cupiſſe me aliquod meæ in te obſeruantiæ fixum ad memoriã ſempiternam monumentum extare. Eaq; res facit, vt ſi minus ex his ſcriptis, ingenij laudem, pij certè animi & officioſæ voluntatis prædicationem ab æquis æſtimatoribus me conſecuturũ non deſperem. Vale, Lutetiæ Pariſiorum, Kalend. Iul. M D LVI.

B. BRISSONII SELECTARVM EX IVRE CIVILI ANTIQVITATVM

LIBER II.

De ordine exercendorum publicorum iudiciorum.

CAP. I.

ORDINEM exercendorum publicorum iudiciorum capitalium in vſu eſſe deſijſſe, hodieque de criminibus publicis extra ordinem quæri, non ſemel Iurecõſulti ſcribunt. l. ordo. D. de publ. iud. l. in ſenatusconſultũ. §. 1. D. ad Turpil. l. 1. §. vlt. l. hodie. D. de pœn. Inde admonitus veterem capitalium quæſtionum exercendarum formã exponere inſtitui: rem mehercle ancipitem ac dubiam, maximisq; tenebris inuolutam: ſed cuius cognitio non minus vtilis, quàm iucunda futura eſt. Primum autẽ ad Quæſitorem, cui iudicij exercitio obtigiſſet, rei nomen deferebat is, qui accuſare paratus erat, idq; recipi poſtulabat, & qua lege reum faceret profitebatur. Subſcribebat deinde in crimen, id eſt, vt Vlpian. in l. 3. §. item ſubſcribere. interpretatur, libello ſubſcribebat ſe profeſſum eſſe. Quæ res eum ſimilitudine ſupplicij obſtringebat. Hæc Seneca paucis comprehendit in lib. de morte Claudij. Ducit, ait, illum ante tribunal Æaci. Is lege Cornelia, quæ de ſicarijs lata eſt, quærebat. poſtulat nomẽ rei recipi. edit ſubſcriptionem. Subſcribebant verò cum accuſatoribus & alij, vt ex Aſconio ad fi. Milonianæ & Cornelianæ, & ex ipſo Cicerone in Diuinatio. liquet. Sic Paterculus libro poſterio. Quo tempore Capito patruus meus Agrippæ in Caſſium ſubſcripſit. Cęlius lib. 8. Epiſt. Cicer. Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit, & Tuccium reum fecit. Tacit. lib. 1. Nec multo pòſt Granium Marcellum Quæſtorẽ Bithyniæ Quæſtor ipſius Cepio Criſpinus maieſtatis poſtulauit ſubſcribente Romano Hiſpone. Sueton. in lib. de clar. Rhetorib. Donec ob ingenium & ſtudium manumiſſus accuſanti patrono ſubſcripſit. Reo autem ad Prætorem tracto ita excuſatio Aſcon. in 2. Verrin. auctore inſtituebatur: accuſatore verbi gratia ita dicente, Aio te Siculos ſpoliaſſe, Aio te Clodium occidiſſe. Quòd ſi reus ſilentio ac taciturnitate excipiebat, nec quicquam contradicebat, lis æſtimabatur vt victo: ſin negabat, à magiſtratu dies inquirendorum criminum petebatur. Et hoc modo reus legibus interrogari dicebatur. Cicer. ꝓ Domo ſua. Quis me vnquam vlla lege interrogauit, quis poſtulauit, quis diẽ dixit? Salluſt. in Catil. coniuration. P. Antonius & Pub. Sylla deſignati Coſs. legibus ambitus interrogati ſunt. Interrogatio enim non ad magiſtratum, ſed ad accuſatorem refertur, vt idem Salluſt. alio eiuſdem libri loco indicat. Ipſæ, ait, Plautia lege interrogatus erat ab L. Paulo. Tacit. lib. 14. Damnatus iiſdẽ Coſs. Tarquin. Priſcus Bithynis interrogantibus. Idem lib. 16. Quæ obliterari nõ ſinebat Capito Coſſutianus præter animũ ad flagitia præcipitem inimicus Thraſeę ꝙ auctoritate eius cõcidiſſet, iuuantis Cilicum legatos, dũ Capitonem repetundarũ interrogant: Poſt eã verò interrogationẽ in reatu reus conſtitutus dicebatur, ſi Aſconio credimus, qui reum fieri nihil aliud eſſe ait, quàm apud Prætorem legibus interrogari. Incidebat verò nonnumquam de accuſatore conſtituendo contentio, pluribus certatim ad accuſationem cuilibet è populo patentem vel præmij ſpe, vel laudis ſtudio, vel priuatarũ inimicitiarũ cauſa proſilientib. Cuiuſmodi in accuſatione Verris inter Cicer. & Cęciliũ controuerſia extitit. Super ea re iudicium ipſis quæſtionum iudicibus cognoſcentibus reddebatur, quod diuinationem Quintiliano Gellioque teſtibus appellabant. Et hoc quoq; ipſis publicorum iudiciorum legibus cautum fuiſſe auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 1. declarat, vt ſi

reo

reo commodum eſſet, iudicium de accuſatore fieret, vtrùm illi accuſare liceret, Rei nomine recepto, die plerumque decimo vtrumque & accuſatorem & reum, quantum ex Aſcon. in comm. Cornelia. colligo, adeſſe prætor iubebat: & ſpatium accuſatori ad probationes conquirendas dabat, quemadmodum in Verris accuſatione factũ in Ciceron. legimus. Tacit. lib. 13. Syluanum magna pars accuſatorum circumſteterat, poſcebatque tempus euocandorum teſtium. Plin. libr. 3. epiſt. ad Minutia. ſocios miniſtroſque Claſſici detulerunt, nominatimque in eos inquiſitionem poſtularunt. Interdum autem ipſi reo inquiſitio permittebatur. Patet hoc ex eo quod Tacit. libr. 13. Suillium repetũdarum poſtulatum annuam inquiſitionem impetraſſe dicit, & quod Plin. libr. 6. epiſt. ad Vrſum in ſenatu actum refert ſub exẽplo legis ambitus, an in futurum ad legem repetundarum adijceretur, vt ſicut accuſatoribus inquirendi denuntiandique teſtibus poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoque fieret. Iam quod ad iudices attinet, eos Prætor ex decurijs conſcribebat, eorumque nomina in vrnam mittebat, & ex his numerum neceſſarium ſortiebatur. Ex eo numero accuſatori reoq; integrum erat reijcere, quos ex aliqua cauſa ſuſpectos haberẽt. In reiectorum locum alios Prætor ſubſortiebatur, quoad legitimus numerus (qui legibus quibuſdam ampliſſimus definiebatur) conficeretur. His perfectis iureiurando conſcripti iudices, vt Halic. lib. 7. oſtẽdit, adigebantur: iurabantque omnes in leges præter ipſum Prætorem. Iuratorum nomina libellis conſignabantur, & vbique habebantur: ſed & in arca reponebantur, ne ſelectorum vice alijs corruptis ſuppoſitis fraus aliqua fieri poſſet. Quę omnia ab Aſcon. accuratè in 2. orat. in Verr. exponuntur. Die verò cognitionis iudices, accuſatores & reos à præcone citari moris fuiſſe idem auctor in 3. Ver. cum Feſto Pomp. lib. 16. ſcribit. Apuleius lib. 3. de Aſino aur. Rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit. Valer. Max. lib. 6. cap. 1. Citatus itaque Scantinius reus, vno teſte qui tentatus erat, damnatus eſt. Quod ſi citatus accuſator neque reſpondiſſet, neque excuſatus eſſet, accuſatus è reis eximebatur, quemadmodum diſertè Cicer. 4. in Verr. orat. & Pædia. in Cornel. ſignificant. Sin iudicio vtraq; pars aderat, oratoribus dicendi poteſtas fiebat: citabantur teſtes, palamque ac publicè interrogabantur. eorum quoque dicta in promptu refellebantur. Cauſa vtrinque perorata præco dixiſſe oratores pronuntiabat, vt à Quintilia. lib. 1. cap. 5. & Aſcon. in 3. Verrin. ſcribitur: apud quem tamẽ pro præcone perperam, vt exiſtimo, prætor ſubditus eſt. Tum in conſilium iudices mittebantur, & ad ſententiam dicendam dimittebantur. Tabellas autem accipiebant iudices abſolutionis, cõdemnationis, & ampliationis literis inſcriptas ac ſignatas. earumque aliquam, cùm in conſilium miſſi fuerant, in ciſtã conijcere neceſſe habebant, antequam eis lege Glaucia comperendinandi data eſt poteſtas. Atque ex hoc ſolemni ordine nonnihil Pompeia lex immutauit. Ea enim, Aſconio in Milonia. auctore, teſtes priuſquam cauſa ageretur, per triduum audiri, dictaque eorum à iudicibus conſignari iuſſit: quarta dein die omnes in poſterum adeſſe iuberi, ac coram accuſatore & reo pilas, in quibus iudicum nomina inſcripta eſſent, æquari: poſtera rurſus die ſortitionem iudicũ fieri vnius & octoginta, qui numerus cùm ſorte obtigiſſet, ipſi protinus ſeſſum irent, accuſatorique duæ ad dicendum horæ, reo tres darentur: illoque ipſo die reus iudicaretur. Ita tamen, vt priuſquam ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſatori, totidem reo reijcere liceret. De hac lege illud accipiendum eſt, quod initio lib. 4. de Finib. Cic. ita ſcribit. Cùm ego te hac noua lege videam eodem die accuſatori reſpondere, & tribus horis perorare. Meminit & huius legis in Bruto: qua veluti frenos eloquentię impoſitos Tacit. in lib. de Oratorib. dixit ob concluſam tam exiguo temporis ſpatio cauſarum actionem. Quam obſeruationem poſterioribus temporibus neglectam reperio. Nam & Plinius lib. 2. epiſtol. Arriano, horis pene quinque egiſſe ſe narrat. Sed & antiqua illa omnis iudiciorum ſollemnitas occupata & euerſa ab Imperatoribus populi libertate, ex vſu exceſſit.

Obſeruata veterum in concipiendis ſententiis verba.

CAP. II.

VETERIBVS vſitatum in concipiendis ſententijs morem hunc fuiſſe, quæ iurati iudices cognouiſſent, ea non vt eſſe facta, ſed videri pronuntiarent. Budæus ex Cicer. Acad. 4. & Plinio lib. 14. cap. 13. & l. 1. §. 1. D. ad Turpillian. obſeruauit. Quod ego alijs Iureconſultorum aliorumque auctorum locis confirmabo. Papinian. in l. ob hæc. D. de his qui notant. infam. Ob hæc verba, ait, ſententiæ præſidis, *Callido commento videris accuſationis inſtigator fuiſſe.* Refertur & in l. proximè D. de his, quæ in teſt. delent. ſententia Prudente & Pollione Coſs. ab Antonino Aug. dicta in hæc verba: *Cum Valerius Nepos mutata voluntate inciderit teſtamentum ſuum, & heredũ nomina induxerit, hereditas eius ſecundum Diui patris mei conſtitutionem ad eos, qui ſcripti ſunt, pertinere non videtur.* Cicer. 4. in Ver. Actio. Vix hoc ille dixerat, cùm iſte pronunciauit Sthenium litteras publicas corrupiſſe videri. Et paulò poſt. Omnium ſententia pronuntiatum eſt, Non videri Sthenium impediri edicto. Salluſt. in Catilin. coniuratio. Conſulente Cicerone frequens Senatus decreuit Tarquinij iudicium falſum videri. Tac. lib. 14. Pronuntiemus vltrò dominum iure cæſum videri. Feſtus etiam lib. 15. ita veteres cùm capitis condemnabant, pronuntiaſſe tradit, Parũ cauiſſe videri. Centumuiralem quoque in querela inofficioſi teſtamenti pronuntiationem, ex Plinio lib. 5. Epiſt. ad Seuer. hoc modo cõceptam fuiſſe intelligimus, Videri patrem iuſtas iraſcendi filio cauſas habuiſſe. Idem in ſenatuſconſultis, augurumque ac pontificum decretis ſeruatum Liu. lib. 23. & lib. 25. & Cicer. lib. 4. Epiſt. ad Attic. & auctor Rhetoric. ad Herenn. lib. 1. demonſtrãt. Interdum tamen aliter quoque pronuntiaſſe iudices inuenio. Attilium namque Calatinum inter Valerium & Luctatium iudicem ſumptum ita pronuntiaſſe Valer. Max. lib. 2. cap. 3. refert, Itaq; Luctati, quamuis adhuc tacueris, ſecundum te litem do. Seneca in præfat. lib. 7. Declamatio. Sũma rei hæc fuit. Centumuiri dixerunt dare ipſos ſecundum aduerſarium Albutij ſi iuraſſet. Macer in l. 1. D. quę ſentent. ſine appell. reſci. Si iudex, ait, ita pronuntiauerit, *Cum conſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa viginti quinque debere, idcirco L. Titiũ Seio centum condẽne.*

Vlpian.in l.in ſententijs.D.de re iud.Si tamen,inquit, is qui petit, ſummam expreſſerit, & iudex ait, *Solue quod petitum eſt*, vel *Quantum petitum eſt*, valere ſententiam. Idemque in l.quid tamen. §.Pomponius.D.de arbitr. incertæ ſententiæ hæc exempla profert. *Quantum ei debes redde: Diuiſioni veſtræ ſtari placet, pro ea parte, quam ſoluiſti creditoribus, accipe.* Proponitur & in l.ſi præſes. D.de pœn.ita interlocutus præſes, *Vim feciſti.* Eſt & hæc irrogandæ relegationis expreſſa forma, *Illum prouincia illa, inſuliſq́; illis relego.*

Vnde originem habuerit medicis conceſſa immunitas.

CAP. III.

SERO Romæ medicina coli, & in aliquo pretio haberi cœpit. Diu vt ingenuo homine indigna, neglecta, & ad ſeruos libertinoſque ablegata eſt, quos ſolos ferè medicinam factitaſſe exemplis propè infinitis demonſtrari poteſt. Ex quibus notiora & illuſtriora ſeligam. Sueton. de Nerone, In deſperatione rerum, ait, mortem timore appetitam ita expauit, vt hauſtum venenum pœnitentia euomuerit, medicumque manumiſerit, quòd minus noxium temperaſſet. Quintilia. lib. 7. cap. 2. Pollio, inquit, contrà ſeruiſſe eum Piſauri dominis duobus, medicinam factitaſſe, manumiſſum alienæ ſe familiæ immiſcuiſſe. Senec. lib. 5. de Benefic. cap. 24. Tenebatur incluſus Domitius, imperauit medico, eidemque ſeruo ſuo, vt ſibi venenum daret. Cicero denique in orat. pro rege Deiotaro, Philippum medicum ſeruum fuiſſe non vno loco indicat. Et ne noſtris omiſſis aliena laborioſiùs conſecter, huius quoque rei nõ obſcura dant indicia l. patronus. §. vlt. l. medicus. D. de oper. libert. alimenta. §. 1. D. de alim. leg. l. Thais. § Lucius. D. de fideic. lib. l. 1. §. ſi autem. C. de com. ſer. man. Itaque & in familia medicos ſeruos artificum numero locoq́; habitos ex Varro. lib. 1. de re Ruſt. cap. 16. & Galeno in lib. de Curatio. per ſang. miſſio. patet. Primus, quemadmodum Tranquilli auctoritate adductus, exiſtimo, Iulius Cæſar medicinam profeſſos Romæ ciuitate donauit. Auguſtus deinde cum Antonij Muſæ liberti opera graui ac periculoſo morbo afflictã valetudinem recuperaſſet, in beneficij pręmium, laboriſque eximij mercedem, Muſæ ipſi præter magnam pecuniarum vim, aureorum annulorũ ius, vniuerſo verò medicorum ordini à muneribus ciuilibus immunitatem dedit. Quod Dion lib. 54. his verbis retulit: καὶ διὰ τοῦτο καὶ χρήματα πολλὰ παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς πολλά, καὶ τὸ χρυσοῖς δακτυλίοις (ἀπελεύθερος γὰρ ἦν) χρῆσθαι, τήν γε ἀτέλειαν καὶ αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοτέχνοις, οὐχ ὅτι τοῖς τότε οὖσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔπειτα ἐσομένοις ἔλαβεν. Hoc amplius, ſtatuam ei patres ære collato iuxta ſignum Æſculapij ſtatuiſſe Tranquillus auctor eſt, cuius beneficio Auguſtum conſeruatum Plinius quoque lib. 19. cap. 8. & lib. 25. cap. 7. & lib. 29. cap. 1. memorat. Atq́; hiſce in Muſam collatis honoribus ornata medicina, paulatim ad aliquem amplitudinis gradum peruenit. Confirmata enim eſt Veſpaſiani, Hadriani, aliorumq́; Imperatorũ reſcriptis, medicis data ab Auguſto immunitas, l. vlt. in fin. D. de munerib. & honorib. tandemque ad certum numerum reuocata, vetentibus Imperatoribus ne eo propoſito pręmio ad medicinam quiſq́; ciuilium munerum euitandorum cauſa animum adiungeret. Itaque in ſingulis ciuitatibus medicorum qui immunitate fruerentur, numerum definiri placuit: eaq́; de re Modeſt. epiſtolam Antonini Pij refert in l. 7. D. de excuſat. tut. eiuſque ſtatuti numeri meminere l. 1. D. de decret. ab ord. fac. l. 1. & l. 5. de profeſſorib. & med. lib. 10. C. Nec tamen intra eum numerum qui erant ordine inuito, vt à Diocletia. ſæpius reſcriptum dicitur, immunitatem habebant. l. nec intra. C. de profeſſorib. lib. 10. C. Quod argumento eſt, decreto decurionum vel ijs qui ſtatuto numero continebantur immunitatem tributam fuiſſe. Cæterùm valde artis ſuæ decus Commodi temporibus Clau. Galenus auxit, cui ſummos Romæ honores habitos ſtatuamque publicè poſitam ferunt. Secutus aliquo interuallo Alexander, medicis annonas, Lampridio teſte, addidit: ſed & data medicis à ſuperioribus principibus beneficia Impp. Conſtantinus, Honor. & Theod. confirmarunt, quorum in Iuſtinianeo Theodoſianoq́; Codice etiamnũ conſtitutiones extant. Quorum omnium veſtigijs inſiſtens Iulianus, oneribus municipalibus medicos Græca conſtitutione liberauit, quam ex eius Epiſt. quod ad rem faciat, huc tranſcribere dignum putaui. τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτήριον τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνειν δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. τό τε γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὸ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀρρωστημάτων ἐπανορθοῦται. διὰ ταῦτα τοίνυν κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λογισμόν, στοιχοῦντες τοῖς ἔμπροσθεν βασιλεῦσιν, θεσπίζοντες κελεύομεν τῶν βουλευτικῶν λειτουργιῶν ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τὸν λοιπὸν χρόνον ἄγειν. Quæ conſtitutio etiam Latinè reddita extat in l. ratio æquitatis. de medic. & profeſſ. in C. Theod.

Medicos olim χειρούργους fuiſſe demonſtratur.

CAP. IIII.

QVONIAM in medicorum ſermonem venimus, prætermittendum non puto, idcirco ignobilius medicorum munus fuiſſe, quòd ipſimet manibus ſuis olim venas inciderent, medicamenta præberent, clyſteres, emplaſtra, collyria admouerent, iiſdemque omnibus, quibus hodie chirurgi, partibus fungerentur. Cuius rei ex libris quoque noſtris non dubia argumenta promi poſſunt: vel illud imprimis, quod aduerſus medicum, qui imperitè ſeruum ſecuerit, ex locato, vel ex l. Aquilia actionem dari traditur in l. qua actione. §. vlt. & l. idem iuris. D. ad leg. Aquil. Et quòd in inſtrumento medici collyria, emplaſtra, ferramenta à Paulo poni legimus. in l. cùm de lanionis. §. in inſtrumento. D. de inſtruc. & inſtrum. & lib. 3. Sentent. titul. 9. hoc idem aliorum quoque auctorum teſtimonijs perſpicuè comprobatur, quorũ me multitudo ipſa pene obruit. Cicer. in Piſo. Sed ei medico quem tecum duxeras, imperaſti, vt venas hominis incideret. Lamprid. in Commodo. Imitatus eſt & medicum, vt ſanguinem hominibus mitteret ſcalpris feralibus. Seneca lib. 7. epiſt. Numquid æger laudat medicum ſecantem? Accedat & Suet. in Nero. ca. 37. locus. & quod Plin. lib. 29. cap. 1. ſcribit Artagathum medicum à ſæuitia ſecandi vrendique in carnificem tranſiiſſe, Galenus planè ipſe in lib. de curatio. per ſanguin. miſſio. venas ſe aperuiſſe aliquotiens narrat. Hinc & forcipes ſecandi cauſa medicis à Soſipatro tribuuntur, quos præterea vulneribus manus attuliſſe, & inunxiſſe, virilitatem excidiſſe, aliaque omnia per ſe expleuiſſe, ad quæ alie-

quæ aliena nunc opera vtuntur, vt aliquem modum faciam, Plin. lib. 7. cap. 3. Seneca lib. 3. de ira. Gell. lib. 12. cap. 5. Paul. lib. 5. Sentent. titul. 24. Vlpian. in l. 4. §. vlt. D. ad legem Cornel. de ſic. probant.

Qui ſint caligati milites, & vnde appellentur.

Cap. V.

Parvm liquet quo ſenſu caligati milites appellentur in l. 2. D. de not. infa. l. à caligato. C. de nup. l. de militibus. D. de cuſtod. reo. l. omne. §. exploratores. D. de re milit. Idque in controuerſiam à pleriſque vocari ſcio. Iuſtinianus certè in Nou. quib. mod. natur. efficiant. legi. Caligatos viliores, & obſcuriores, & quos gregarios dicimus, milites interpretatur. Quam interpretationem Suetonij verba hæc in Auguſto, comprobãt: Murales coronas quã parciſſimè & ſine ambitione etiã caligatis tribuit. Idem in Vitellio: Veterem de ſe perſuaſionem Vitellius recentibus etiam de ſe experimẽtis auxerat, tota via caligatorũ quoq; militum obuios exoſculãs: nec appellationis huius ratio obſcura eſt. A caliga enim nomen ductũ eſt, quod vulgare fuiſſe conſtat vel infimi ordinis militũ calceamẽtum. Vnde & imperatori Caio, Caligulæ cognomen tributum Tacit. lib. 1. & Dion lib. 57. tradunt, quòd in caſtris genitus, & contubernio legionum eductus, plerumque ad concilianda vulgi ſtudia eo tegmine pedum vteretur. Sic Ventidium Baſſum iuuentam inopẽ in caliga militari toleraſſe: & ſic à caliga Marium ad conſulatum perductum Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 16. & Plin. lib. 7. cap. 44. ſcribunt. Nec tamen gregarios ſolum, ſed & ipſos centuriones, ducesque in caſtris caligatos fuiſſe indicio eſt, quòd Iulianum centurionem caligas creberrimis atq; acutis clauis cæterorum militum more fixas geſtantem dum ſtrato ſaxeis cruſtis ſolo curreret, lapſum, Ioſipp. lib. 7. de bello Iud. cap. 3. refert. Ex quo conijcio commune omnium, qui in caſtris verſabantur, id calceamentum fuiſſe, quod & à Dione στρατιωτικὸν ὑπόδημα appellatur. Sed enim in caligarum ornatu facilè potuit elucere gregariorum & clariorum militũ differentia. Clauis enim caligę figebantur, iisque vel ferreis, vel argenteis, vel aureis, vt quiſque luxu atque opibus diffluebat. Atq; in exercitu quidem Antiochi Syriæ regis tantũ auri argentiq; fuiſſe, memoriæ à Valer. lib. 9. cap. 1. & Iuſtino lib. 38. proditum eſt, vt etiam gregarij milites caligas auro figerent. Caligares inde claui à Plinio lib. 22. c. 22. & lib. 34. c. 14. & à Soſipatro lib. 1. Inſtit. grammat. & ab Iſidoro lib. 16. cap. 20. memoratur. eoq; pertinere Iuuenalis iſte verſus creditur:

—*Et in digito clauus mihi militis hæret.*

Ab vrbe autem in caſtra tranſijſſe eam auratorum clauorum luxuriam credibile eſt. Nã & vrbana calceamẽta eiuſmodi clauis ſuffigi ſolita Plinius lib. 33. cap. 3. Feſt. lib. 3. & Iſid. lib. 19. Etym. cap. vlt. indicant. Et in Græcia quoque eundem luxum viguiſſe ex eo apparet, quòd Agnonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis crepidas ſuffigere ſolitum Plinius lib. 33. cap. 3. ſcribit.

De veteri militaris ordinis conferendi ritu.

Cap. VI.

Eos, qui militiæ nomen dabant, non priùs militum numero habitos, quàm iureiurando adacti, cincti, & in numeros relati eſſent, librorũ noſtrorum auctoritate comprobatur. Sacramẽti certè militaris meminit l. 2. D. de priuileg. veter. l. miles. D. de adult. l. milites. §. miſſionum. l. vlt. De re milit. l. 2. § ignominiæ. D. de his, qui not. infam. eiusque fide rupta militis nomen amitti docet l. ex militari. D. de milit. teſt. Hoc verò primũ militiæ vinculum Seneca lib. 15. Epiſt. meritò appellat, quo qui nondum obſtricti, aut etiam qui ſoluti eſſent, iure cum hoſtibus, quemadmodum Catonis ad Popilium epiſtola à Cicer. lib. 1. Officior. & à Plutarch. in Problemat. relata indicat, pugnare poſſe non videbantur. Primùm autẽ iureiurãdo milites fieri L. Flacco & Varrone Coss. cœpere. Ante enim, ait Frontin. lib. 4. Stratagemat. cap. 1. ſacramento tantùm à Tribunis rogabantur: cæterùm ipſi inter ſe coniurabant ſe fugæ atq; formidinis cauſa nõ abituros, neq; ex ordine receſſuros, niſi cibi petendi, feriẽdive hoſtis aut ciuis ſeruandi cauſa. Liuius lib. 32. Milites tũc, quod numquam antea factum erat, iureiurando à Tribunis militum adacti iuſſu Coss. cõuenturos neq; iniuſſu abituros. Nã ad eam diem nihil præter ſacramentum erat, id eſt Coss. & ſenatui præſtitũ: de quo Halicar. lib. 10. verba accipiẽda ſunt. συναγαγὼν τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, ἔπειτα ὅτι πάντες ὀμωμόκασι τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις ἐφ' οὓς ἂν καλῶνται πολέμους, καὶ μήτε λείψειν τὰ σημεῖα, μήτε ἄλλο πρᾶξαι μηδὲν ἐναντίον τῷ νόμῳ. Iureiurando verò ſcripti milites à Tribuno militari adactos fuiſſe in verba hæc, Gellius lib. 16. cap. 4. retulit in magiſtratu C. Lælij C. Filij Cos. L. Cornelii P. Filij Cos. In exercitu, decemque millia paſſuum propè furtum non facies, &c. Atque hoc in legitima militia ſeruabatur: in tumultu enim ſinguli milites ſacramento propter imminentis periculi celeritatem non rogabantur, vt à Seruio in Vergil. Æneid. traditur. Cæterùm ſub Chriſtianis Imperatoribus ita conceptam iuriſiurandi militaris formulam Veger. lib. 2. cap. 5: oſtendit, vt iurarent milites per Deum, Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per maieſtatem Imperatoris, omnia ſe facturos quæ præciperet Imperator, numquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Rom. Republic. Addit Iſidor. lib. 9. Etymolog. cap. 1. iuraſſe eos militia ſe niſi poſt completa ſtipendia non receſſuros, id eſt, poſt impleta legitima militiæ tempora, quæ idem auctor 25. annorum ſpatio definita ſcribit, ſecutus, credo, Seruium, qui in 2. Æneid. Vergilij idem tradit. Qua tamen in re variatum eſt. Auguſtum Tranquillus auctor eſt ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam milites adſtrinxiſſe, definitis pro gradu cuiuſque & temporibus militiæ, & commodis miſſionum. Tempora ea fuiſſe Dion lib. 54 exponit, vt 12. annis Prætoriani milites, reliqui 16. militiæ obſtricti tenerentur. Prætorias tamen cohortes Tiberio imperante poſt impleta demum ſexdecim ſtipendia miſſionem impetraſſe, & commoda finitæ militiæ accepiſſe. Tacit. lib. 1. hiſtor. Auguſt. teſtatur. Quod beneficium etiam Pannonicis legionibus tumultus ſedãdi cauſa ab eodem Tiberio conceſſum cum reliquis extra Italiam militantibus, non niſi poſt viginti annorum militiam miſſio daretur, Dion lib. 57. refert. Idque tempus ſequentibus Imperato-

tibus probari video, quibus poſt viginti annorum ſtipendia non ex cauſa ignominiæ miſſos veteranorum priuilegijs frui placet. l. 1. C. de excuſ. veter. l. 2. de re milit. lib. 12. C. l. veteranus. C. quando prouoc. non eſt nec. l. vlt. C. de his q. non implet. ſtip. l. 10. Sacramento porrò milites etiam ante decurſa ſtipendia honeſtè plerumq; ſoluebantur valetudinis, vel ætatis iam ingraueſcentis cauſa ex Imperatoris indulgẽtia miſſi facti. l. 2. D. de priu. veter. l. 2. §. ignominiæ. D. de not. infa.

De militum cingendorum & diſcingendorum ratione.

CAP. VII.

EXPOSITO militaris ſacramenti ritu, conſequens eſt, reliqua militiæ ſollemnia à me initio huius ſermonis propoſita exequar. Cingi verò conſueuiſſe eos, qui inter milites recipiebantur, ex l. filiusfam. & l. Titius. & l. quod dicitur. §. 1. D. de mil. teſt. facilè colligi poteſt. Id quod in his quoque qui Præfectura ornabantur, obſeruatũ fuiſſe indicio eſt, quod Xiphilinus de Traiano ita ſcribit: τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν, τὸ ξίφος ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, ὤρεξεν, γυμνώσας τι αὐτό. Fluxit autem mos iſte ex eo, quòd qui militabant, omnes cincti erant quemadmodũ Seruius in 2. Æneid. Verg. tradit. Ex quo in ꝓcinctu facta teſtamenta, Feſto interprete, dicebantur, quæ milites pugnaturi, vel vt planius Plutarchus, ἤδη περιζώννυσθαι ἔμελλον, præſentibus commilitonibus nuncupabant: de quibus Cicero lib. 1. de Orato. & lib. 2. de Nat. Deor. & Velleius Pater. lib. poſteriore, vt alios notiores omittam, meminêre. Nec verò in caſtris diſcinctus quis ſine nota verſabatur: quinimò hoc grande ſcelus, morteque piandum militaris diſciplinæ ſeueri cenſores credebant, ſi quis ambulaſſet, aut vallum ſubijſſet diſcinctus. Exemplum Tacit. lib. 11. præbet. Cui adde ignominiæ militaris genus fuiſſe, vt diſcincti vel ſtare, vel opus facere milites cogerentur. Qua ignominia plerũq; milites ſuos adfeciſſe Auguſtũ Tranquillus narrat. Eademq; ante eũ coërcitione M. Curionem, & Marcellum vſos Frontinus lib. 4. Stratagemat. cũ Liuio prodidit. Itaque & eos qui ſub iugum mittebantur, diſcinctos fuiſſe Feſtus lib. 9. adnotat. Denique quemadmodũ cingi, qui ad aliquam militiam promouebant, ità diſcingi, q exauctorabantur, conſueuerant. Quod Herodia. lib. 2. demonſtrat, cùm prætorianis militibus ob Pertinacis cædem irrogatam pœnam explicat. & Impp. recentiorum conſtitutiones ſatis docent, q̃ cinguli ademptione militares viros ſæpe multãt. Poſtremò, in numeros milites referri debebant. Nam qui nondum in numeris erant, etiamſi lecti tirones eſſent, & publicis expenſis iter facerent, nondum tamen milites habebantur. l. ex eo. D. de milit. teſt.

De incendiorum cura apud Romanos, & inſtrumentis ad arcenda incendia comparatis.

CAP. VIII.

VRBEM Romam incendijs obnoxiam fuiſſe nemo eſt in hiſtoricorum libris vel mediocriter verſatus, qui neſciat. His arcendis apud vetuſtiores, quemadmodum Paul. in l. 1. D. de offic. præf. vig. ſcribit, Triumuiri præerant, qui ab eo quòd excubias agerent, nocturni ſunt appellati. Quorum muneri id incubuiſſe, vt noctu oborta incendia ne latius peruagarentur, reſtinguerent, ex eo perſpicuè apparet, quod à Valer. Max. lib. 8. cap. 1. relatum eſt, M. Miltium, Cn. Lolium & L. Sextilium Triumuiros, quòd ad extinguendum Sacra via incendium tardius venerant, necnon Publium Bilium Triumuirum nocturnum, quòd vigilias negligentius circumierat, à Trib. pleb. die dicta ad populum damnatos eſſe. Interueniſſe etiam nonnũquam Ædiles idem Paul. auctor eſt. Idq; negotij eis non ſemel ab Auguſt. datũ in Dione legimus. Verba eius lib. 53. hæc ſunt: τοῖς δ' ἀγορανόμοις πρόσταγμα ἐπιμεληθῆναί τι, ὅπως μηδὲν ἐμπιπρῆται, κἂν ἄρα τι τοιοῦτο συμβῇ, κατασβεννύωσι τὸ πῦρ προσέταξε. Et lib. 54. τοῖς δ' ἀγορανόμοις τοῖς κουρουλίοις τὴν τῶν ἐμπιπραμένων κατάσβεσιν ἐνεχείρισε. Velleius quoque Paterculus libro poſteriore Egnatium Rufum magnam in Ædilitate extinguendis priuata familia incendijs populi gratiam collegiſſe ſcribit. Verùm enimuero pluribus ſimul excitatis incendijs, cùm ei oneri Ædiles non ſufficerent, maiori multitudine opus eſſe Auguſtus videns, ſeptem vigilum cohortes inſtituit, qui per vrbis regiones diſpoſiti excubanteſque diurna, nocturnaque incendia arcerent, vt idem Paul. in l. 3. D. de offic. præf. vig. & Sueton. in Aug. cap. 30. referunt. Atque has aduerſus incendia vigilum cohortes ex libertinis conſcriptas dato ex Equeſtri ordine præfecto, Dion lib. 55. commemorat. ἐπειδή, ait, ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατέλεξε, καὶ ἄρχοντας ἱππέας αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι' ὀλίγου σφᾶς διαλύσων· οὐ μέντοι καὶ ἐποίησε τοῦτο. Strabo lib. 5. Geograph. ἐπεμελήθη μὲν οὖν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῶν τοιούτων ἐλαττωμάτων τῆς πόλεως, πρὸς μὲν τὰς ἐμπρήσεις συντάξας στρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθέρων τὸ βοηθῆσον. Nec verò libertino milite aliàs temerè vſum Auguſtum Tranquillus adnotauit. Sed enim hæc quamuis vrbana, grauis tamen ac dura libertinis viſa militia eſt: quam cùm plerique omnes detrectarent, eorum alliciendorum continendorumque cauſa, Latinis, qui ſex annis in cohorte vigilum militaſſent, pro præmio ius Quiritum lege Viſellia propoſitum fuit, poſtea etiam, cùm longius ſexennii tempus exiſtimaretur, Senatuſconſulto ad triennium redactum eſt, quemadmodũ Vlpian. in Inſtitut. tit. 3. ſcribit. Oberraſſe autem per vrbem præfectum vigilum calceatum cum hamis & dolabris, ſuprà citata l. 3. §. ſciendum. continetur: quæ fuiſſe inſtrumenta incendiis arcendis accommodata facilè omnes conijciunt, cùm ex illo Pauli loco, tum ex Plinii epiſtola, quam ad Traianum de Nicomedienſi incendio mittit, & ex l. quæſitum. §. acetum. D. de inſtruc. vel inſtrument. Sed qualis tandem hama fuerit, non ſatis conſtat. ἄμη certè à Polluce lib. 1. Onom. vt & à Cato. de Ruſtic. cap. 135. inter ἐργαλεῖα γεωργικά, à Suida verò inter οἰκοδομικὰ καὶ τεκτονικὰ ponitur. Et veriſimile eſt diſturbandis ædibus aptum, vt & dolabram inſtrumẽtum fuiſſe. Quod etiam conijciendum his Æſchinis verbis, quæ ſunt in Orat. contra Cteſiphont. relinquitur. ἅπαξ ὅσοι ἐπιδίετες ἐβόων καὶ δύναμις ἐξεληλύθεσαν ἥκειν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἄμας καὶ δικέλλας. Poſſumus etiam (nam in re obſcura hariolari quid vetat) hamas ſuſpicari vaſa maiora fuiſſe, quæ aqua vel aceto plena reſtinguendi ignis cauſa circũferrentur. Coniectura hæc illo argumẽto nititur, quod ὑπὸ γεωπονικῶν hamula ꝓ ampulla à Columella lib. 10. & Apitio vſurpetur: prior planè interpretatio proba-

probabilior fit adiuncto dolabræ verbo, cuius & in re ruſtica ad præfractas ſtirpes ſummaſq; radices, quibus ager arbuſto cōſitus implicabatur refodiēdas, & in re bellica ad vrbium expugnationem vſum fuiſſe Colum. lib. 2. cap. 2. & Tacit. lib. 19. ſignificant. His & ſifones adde, quæ in genere incendiariorum inſtrumentorum habentur, hamiſque à Plinio in ea ad Traian. epiſtola, de qua proximè memini, & ab Vlpian. in l. quæſitum. §. acetum. D. de inſtruc. vel inſtru. adiunguntur. Sifones autem Iſidor. lib. vlt. Etymolog. cap. 6. vaſa appellata ſcribit, quæ aquas ſufflando funderēt, quibus aduerſus incendia Orientales populi vtebantur. Meminit ſifonis Columell. lib. 3. cap. 10. & Seneca lib. 2. Natur. quæſtio. Solemus, inquit, duabus manibus inter ſe iunctis aquam concipere, & compreſſâ vtrinque palma in modum ſifonis exprimere. Paſſim autem in ædibus ſifones fuiſſe, qui ſubterraneis meatibus ductam aquam exprimerent, Strabo lib. 5. teſtis eſt. ὕδατα δ' ἐστὶ, ait, τὰ εἰσαγόμενα ὕδατα διὰ τῶν ὑδραγωγείων, ὥστε ποταμοὺς διὰ τῆς πόλεως καὶ τῶν ὑπονόμων ῥεῖν, ἅπασαν δ' οἰκίαν σχεδὸν δεξαμενὰς καὶ σίφωνας καὶ κρουνοὺς ἔχειν ἀφθόνους. Acetum quoq; ignis extinguendi cauſa parari & haberi olim conſueuerat. l. quæſitum. §. acetum. D. de inſtruc. vel inſtru. l. 3. §. penori. D. de penu leg. Cui rei aptiſſimum id eſſe, etiam Luitprandus lib. 3. hiſtoriæ ſuæ cap. 6. oſtendit, qui Græcū ignem nullo præterquam aceti liquore extingui ait. Atque hæc fuere reprimendis ignibus ſubſidia, quæ vt in propatulo quiſque haberet, Nero conſtituit: quemadmodum à Tacito lib. 15. ſcriptum eſt.

De ſeruis compeditis, deq; ergaſtulis.

CAP. IX.

PLACET veterum in cuſtodiendis mancipijs morem referre, qui malos ſeruos, & quos fugæ ſuſpectos habebant, neruo ac compedibus coërcere, vinctoſque continere conſueuerant. Cuius rei in libris noſtris veſtigia quædā adgnoſci poſſunt. l. eleganter. §. item Labeo. D. de dolo. l. 1. §. penult. l. ſed & ſi ſeruo. D. de iniur. l. ſi vt certo. §. cuſtodiam. D. commod. §. vltim. Inſtit. de l. Aquil. §. pœna autem. Inſtit. de iniur. Ac ianitores quidem & hoſtiarij more antiquo in catena erant, vt à Sueton. in lib. de claris Rhetorib. traditur. Sed alij quoque opus ruri facere vincti cogebantur: adeoque alligatis mancipijs rura ferè omnia colebantur, quemadmodum Columella libro 1. cap. vltim. oſtendit: ex quo illa apud Plinium lib. 18. cap. 3. de imminuta agriculturæ dignitate querela. At nunc, ait, eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent. Seneca lib. 7. de Benef. cap. 10. O miſerum, ſi quem delectat ſui patrimonij liber magnus, & vaſta ſpatia terrarum colenda per vinctos. Hinc etiam Ouidius in lib. de Ponto, ad Græcin. de ſpe loquens,

Hæc facit vt viuat foſſor quoq; compede vinctus,
Liberaq; à ferro crura futura putet.

Et Propertius:

Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.

Eandem rationem habet quod à Martiale lib. 9. Epigram. ita ſcribitur:

Vt Setina meos conſumat gleba ligones,
Et ſonet innumera compede Tuſcus ager.

Cæterùm vincti hi ſerui villarum ac poſſeſſionum ergaſtulis continebantur. Vnde Plinius μα-πονυμικῶς coli rura ergaſtulis peſſimum eſſe lib. 18. cap. 6. pronuntiat. Et Seneca lib. 5. controuerſiar. ſonantia laxi ruris ergaſtula dicit. Ideoq; Columella circumſpectis patribusfam. diligēter recognoſcenda ergaſtula, lib. 1. cap. 8. præcipit, vt explorent, an diligenter vincta ſint mancipia, an ipſæ ſedes cuſtodiæ ſatis tutæ ac munitæ. Erant verò eæ ſeruiles cellæ obſcuræ, & quantum ex eodem Columella & Cato. conijcio, ſubterraneæ, quibus plerumque indigniſſimè liberi quoque homines ſupprimebantur. Eáque de cauſa Auguſtum primum, mox & Tiberium recognoſcendorum repurgandorumque ergaſtulorum curam ſuſcepiſſe Suet. in eorum vita narrat. Cum ijs, raptos per agros viatores ſine diſcrimine liberos ſeruoſque ſuppreſſos iniuſta ſeruitute detineri fama diſtuliſſet. Atque hæc qui ſecum reputabit omnia, minus mirabitur à Salluſtio in procemio Coniuratio. Catilin. agriculturam ſeruile officium appellari, cùm rura iam, vel frugi ſeruis (quales ſe omnes habere in prædijs ſuis Plin. Ruſo lib. 3. epiſt. ſcribit) vel vinctis colerentur. Nec alio apud Græcos loco agricultura fuit, qui ſeruis ad rura exercenda vtebantur, quos Lacedæmonij εἵλωτας, Theſſali πενέστας, Cretes κλαρώτας, Syracuſij καλλικυρίους appellabant, vt ab Ariſtot. lib. 1. Politic. & Polluce lib. 3. onomaſt. & ab Æmilio Probo in Pauſan. & Suida ſcriptum eſt. Quibus, vel ipſius Halicarnaſſei lib. 2. Antiquit. teſtimonio haud multum abſimiles erant, eaſdem certè operas præſtantes, qui ab Athenienſibus θῆτες appellabantur. Quinetiam vinciendorum ſeruorum vſitatū Perſis morem fuiſſe Xenoph. lib. 1. παιδ. κύρ. ſubindicat. Sed nihil hæc ad libri inſtitutum. Illud propoſito congruit, admonere, deteriorem longè in manumiſſione fuiſſe vinctorum, quàm ſolutorum ſeruorum condicionem. Hi enim manumiſſione vel plenam ſtatim libertatem ciuitatemque Romanam, vel Latinorum ius cum ſpe ciuitatis multis ex cauſis obtinenda conſequebantur. Illi manumiſſione deditiçij efficiebantur, imaginariamque dumtaxat libertatem ſine vlla ciuitatis quandoque adipiſcendę ſpe nanciſcebantur, quemadmodum Vlpian. in Inſtitut. tit. 1. & Iuſtinian. in l. vnic. C. de deditic. libert. toll. & Inſtitut. de libertin. §. vlt. ſignificant. Id quod lege Ælia introductum, & Vlpianus & Theophilus conſentiunt, quam vt auctore Auguſto latam exiſtimem, Suetonij in Aug. verba faciunt. Hōc quoque, ait, adiecit, ne vinctus vmquam, tortúsve quis vllo libertatis genere ciuitatem adipiſceretur.

Expoſitum Marcelli reſponſum, & de vnionum diſſolutione.

CAP. X.

IN explicatione legum non rarò ab interpretibus verborum ignoratione peccatur. Vnum ego ex multis exemplum proponam. Marcellus ſpeciē huiuſmodi refert in l. Seia. D. de auro arg. Seia vnionem cum hyacinthis legauit, poſtea vnionem ſoluit, nec vllum mortis tempore inter ornamenta ſua vnionem reliquit. Quæſitum eſt, an heres æſtimationem rei, quæ in hæreditate nō eſt, præſtare debeat. Hæc verba Accurſius, qui in errorem reliquos induxit, ſic accepit, quaſi à teſtatrice dum viueret, legatario vniones præſtiti ſolutique fuerint. Quæ interpretatio à Marcelli mente abhorret, quē de re tā ridicula, & aperta,

conſultum nemini ſano veroſimile fiet. Probabilius verò eſt, & ad ſequentia accommodatius, de diſſolutione vnionis propoſitam fuiſſe quæſtionem: quam ſic accipere poſſumus, vt detractus & demptus de linea vnio fuerit, veluti in l. argumẽto. §. margarita. D. de auro, argent. Vel ſic, vt aceto diſſolutus ac liquefactus ſit. Conſtat enim aceti aſperitatem vſque in tabem margaritas reſoluere. Vitruu. lib. 8. cap. 3. Item margarita, non minus ſaxa ſilicea, quæ neque ferrum, neque ignis poteſt per ſe diſſoluere, cùm ab igni ſunt percalefacta, aceto ſparſo diſſiliunt, & perſoluuntur. Vitruuio Plinius lib. 23. cap. 1. conſentit. Atque ita Cleopatram, in illa celebratiſſima cœna vnionẽ aure detractum aceto merſiſſe, & liquefactum abſorbuiſſe, idem Plin. lib. 9. cap. 35. & Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 7. referunt. Æſopi quoque tragœdi filium aceto liquatos magnæ ſummæ vniones potionibus aſpergere ſolitum Valer. Max. lib. 9. cap. 1. auctor eſt. Idem & de Caligula narratur à Sueton. in eius vita his verbis: Nepotinis altera ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit, commentus nouum balnearum vſum, portentoſiſſima genera ciborum atque cœnarum, vt calidis, frigidisq; vnguentis lauaretur, pretioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet. Sed vt ad Marcelli reſponſum veniã, ſiue hanc ſiue illam diſſolutionem intellexiſſe eũ dicamus, verum eſt vnionis legatum vtroq; modo ceu claro mutatæ voluntatis indicio dato extingui.

Vnde ſicariorum nomen, & de ſicæ forma.

CAP. XI.

LEGE Cornelia, quam de ſicarijs L. Cornelius Sylla Dictator tulit, cædes quocumque telo factæ vindicantur. Sicarios enim per abuſionem omnes dici, qui cædem quocumque telo commiſiſſent, obtinuiſſe Quintilian. lib. 10. cap. 1. tradit. cùm propriè ad eos tantùm, qui ſica occiderint, appellatio ea pertineat. De qua quòd compluries in auctoribus ſermonem fieri videam, non inutile putaui quæ de eius forma obſeruauerim, ſubijcere. Nam ex Grammaticis quidam ſicam à ſecãdo dictam, ex noſtro etiam Iuſtinia. in §. item lex Cornelia. Inſtitut. de publ. iudic. ſicam ferreum cultrum eſſe quiſque intelliget. Qualis verò ſica fuerit, nemo tam ſagax eſt, vt ex eo eruere poſſit. Quod tamen latere Ioſippus non patitur, qui ſicam breuiſſimum fuiſſe cultrum recurtum & inflexum, Perſici acinacis longitudine libro 20. Antiq. Iud. cap. 1. docet his verbis. Καὶ οἱ καλούμενοι δὲ σικάριοι (λῃσταὶ δ' εἰσὶν οὗτοι) τότε μάλιστα ἐπλήθυον, χρώμενοι ξιφιδίοις παραπλησίοις μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τῶν Περσῶν ἀκινάκαις, ἐπικαμπέσι δὲ καὶ ὁμοίοις ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων σίκαις καλουμέναις, ἀφ' ὧν καὶ τὴν προσηγορίαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον. Cui Suidæ interpretatio cõcordat, qui ſicas à Rom. τὸ ἐπικαμπὲς ξίφος appellari dicit. Quod etiam indicat ille Tranquilli locus apud Iſidor. lib. 18. Etymolog. cap. 16. quo gladiatoris cuiuſdam in ludum emiſſi gladio ex acie recta curuato accurriſſe vnum ad eum corrigendũ narrat, tumq; à pugnante reſponſum fuiſſe, Sica pugnabo. Breuiſſimã autem ſicam fuiſſe indicio eſt quòd vel à pueris, vt Cicer. in Catilin. ſignificat, vibraretur: ac proinde cædibus media in turba perpetrandis aptiſſima erat, cum veſte tecta ea, & aut ſinu occultata, nec ſic opinantes confoderentur. Quod Ioſippus non vno loco oſtendit, cuius verba vti ſunt à Rufino Latinè reddita, facilioris intelligentiæ cauſa ſubieci. Sic autem lib. 2. de bello Iud. cap. 12. ſcribit: regione purgata aliud genus latrocinantium in Hieroſolymis oriebatur. Hi autem ſicarij vocabantur, die claro & in media ciuitate paſſim quoſque interficientes: potiſſimùm verò diebus ſollemnitate feſtiuis immiſcebantur vulgo, ſicas ſub veſte geſtantes. His inimicos interficiebant, ac deinceps collapſis hominibus illi inter reliquos de ſcelere conquerebantur. Idem eiuſdem lib. cap. 17. Inter infirmiorem autem vulgum irrumpentes multi ſicariorum (ſic enim vocant latrones gladios in ſinibus geſtantes) recepti audaciſſimè proſequebantur opus quod adorti erant. Sed & lib. 20. Antiquit. Iud. cap. 2. multos à ſicarijs gladios ſub veſte portantibus & plebi permixtis in turba occiſos refert. Qua de cauſa ſummo hoc hominum genus odio habebatur.

De veritate lectionis l. Fulcinius. §. illud ſciendum. verſic. deniq;. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. & de ſtationibus ac tabernis in foro.

CAP. XII.

EVM qui in foro eodem agit, ſi circa columnas vel ſtationes ſe occultet, latitare videri veteres reſponderunt l. Fulcinius. §. deniq;. D. ex quib. cauſ. maio. Quod etiam confirmat l. eum qui. D. de priuileg. cred. Nec vllam habet ea ſententia obſcuram definitionem. Tantùm quod ad verba attinet, videndum eſſe vir quidam doctiſſimus mihique multis de cauſis coniunctiſſimus, cui ego tantum quantum alii nulli tribuo, admonuit, ne in §. denique. ſtationum pro ſtatuis, nomen irreperit. Quod ego vti omnino improbare fas mihi non puto, ita omnium codicum fide comprobatam lectionem non temere reijciendam cenſeo: quæ & ferri poteſt, & idoneum, meo iudicio ſenſum habet. In foro enim Romano ad tabernas ſtationes alijs quoq; locis memorari animaduerti, Suet. in Nero. cap. 37. Saluidieno ait, Orphito obiectũ eſt, quòd tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatis ad ſtationem locaſſet. Plinius lib. 7. cap. 54. C. Seruilius, ait, Panſa cùm ſtaret in foro ad tabernam hora diei ſecũda in P. Panſam fratrẽ innixus. Id ipſum & l. penult. C. de oper. publ. cõprobat, in qua ſtationes in aliqua baſilicæ parte tabulato opere conſtitui Impp. prohibent. Dicebantur & artificum ſtationes: Acron. in illum Horatij verſum lib. 1. Sermon. ſatyr. 4.

Nulla taberna meos habeat, neq; pila libellos.

Hęc, ait, poſuit pro bibliopolæ ſtatione, qui armaria circa pilas vel columnas habebãt. Quo verbo & in hanc ſententiã Cornut. in 1. ſatyr. Perſij vſus eſt. Mos, ait, erat, vt tabernarij cupientes ne mingerent ſtationum ſuarum angulos, pingerent ſupra duos angues. Ita tabernæ ſtatio adnectitur in l. item apud Labeonem. §. conuicium. D. de iniur. Erant verò ſtationibus accõmodatiſſimæ tabernæ, quas circa forum diſpoſitas Vitruu. lib. 5. cap. 1. indicat, & Liuius lib. 26. his verbis, inuentum Romæ emptorem, vt extemplo vocato pręcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Roma. tunc eſſent, iuſſerit venire. Hoc & Quintilian. lib. 6. cap. 4. oſtendit, quoddam C. Iulij factum referens, qui ſæpius obſtrepenti & inſtanti Heluio, qualem ſe tandem oſtenſurus eſſet, digito demõſtraſſe fertur imaginem Galli in ſcuto Mariano Cimbrico pictã, cui tũc Heluius ſimillimus viſus eſt.

eſt. Tabernæ autem, ait, erant circa forum, & ſcutum illud ſigni cauſa poſitum. Quod Plinius à Craſſo oratore ſub Veteribus in teſtem detortũ lib. 35. cap. 4. ſcribit: quo in loco argentariorum menſas fuiſſe, Plaut. in Curgulio demonſtrat.

In foro infimo, ait, boni homines atq; dites ambulãt
Sub Veteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore.

Veteres autem cùm dicunt Latini auctores, tabernas intelligunt. Eratq; & alius in foro à nouis tabernis appellatus locus, qui Sub nouis, æquè dicebatur, vt Varro lib. 5. de lingua Lat. & Liu. lib. 2. & lib. 25. & Plin. lib. 35. c. 10. docent. Sed ad rẽ. In foro poſitas argentarias tabernas ſubindicat l. qui tabernas. D. de cont. emp. quod vt adfirmare poſſemus, etiam teſtimonijs externis deficientibus vnum hoc argumentum ſufficeret, quòd qui argentaria cedebant, foro cedere dicebantur. l. ſi hominem. §. quotiens. D. de depoſ. l. vlt. D. de curat. bonis dan.

De iactatione motuq; capitis fanaticorum.

CAP. XIII.

APVD Viuianum quæſitum Vlpian. refert, ſi ſeruus inter fanaticos non ſemper caput iactaret, & aliqua profatus eſſet, an nihilominus ſanus videretur. l. 1. §. apud Viuianum. D. de ædilic. ed. Quibus verbis fanaticorum inſanum morem ſtrictim attigit. Fanaticos autem, Gallos magnæ Deûm matris Cybeles ſacerdotes accipe. Sic enim à Liuio lib. 36. & à Iuuen. ſatyr. 2. & à Prudentio in Roma. alijsque Latinis auctoribus appellantur. Hi quippe ceu diuino ſpiritu afflati, & æſtu quodam mẽtis perciti, vagari, caput iactare, contorquere, hac atq; illac inflectere furibundorum ſpecie ſolebant. Lamprid. in Heliob. Iactauit autẽ caput inter præciſos fanaticos, & genitalia ſibi deuinxit. Vbi præciſos ea ratione, qua ſectos à Mart. lib. 5. Epigram. dictos palam eſt, quod virilia ſibi teſta amputarent. Ouidius,

—Molleſq; miniſtri
Cædunt iactatis vilia membra comis.

Varro Eudæmonibus, vt eſt apud Nonium, Tibi nunc ſemiuiri, teretem comam iactant tibi Galli, Luca. lib. 1.

—Crinemq; rotantes
Sanguinei populis cecinerunt triſtia Galli.

Quod & à lymphatis in Bacchanaliumq; celebritate factum Catullus in poemate de nupt. Pelei oſtendit, & Tacit. lib. 11. his verbis: Ipſa crine fluxo thyrſum quatiens, iuxtaq; Silius edera vinctus gerere cothurnos, iacere caput. Atq; hæ ſunt, quas Plutarch. μανίας vocat τῶν ἱερωμένων ῥιψαύχενου κλόνου.

De iure ſepulchrorum.

CAP. XIIII.

SEPVLCHRORVM alia eſſe hereditaria, alia familiaria noſtri tradunt. Hereditaria ijſdem auctoribus definimus, quæ ſibi heredibusq; ſuis paterfam. conſtituit, vel hereditario iure adquiſijt: in quæ heredibus quibuſcumque vel minima ex parte inſtitutis, nec heredibus modò, ſed & bonorum poſſeſſoribus, ijsq; quibus libertatis conſeruandæ cauſa bona addicta fuerint, & omnibus omnino qui heredum loco habeantur & ſepeliri, & mortuũ inferre licet. l. familiaria. l. vel quæ. D. de religioſ. l. 4. §. is autem cui. D. de fideic. libert. Eorumque adeò ſepulchrorum iura etiam apud heredes reſtituta hereditatẽ manere. l. quia perinde, in fin. D. ad Trebellia. quinimo & ei, cui vt indigno poſt aditionem hereditas ablata ſit, integra ſeruari placet. l. ſi quis heres. D. de religioſ. quod adeundo heres effectus, hereditate ablata, heres eſſe non deſinat. l. ex facto in fine. D. de vulg. & pupill. Familiaria verò ſepulchra ea eſſe ſtatuuntur, quæ ſibi quis familiæq; ſuæ conſtituerit. quorum ea cauſa eſt, vt ad heredes etiam extraneos, cæteroſque ſucceſſores pertineant: hoc amplius & ad eos qui in familia ſunt, & licet heredes non ſint, ad proximos verò cognatos adfineſque minimè heredes inſtitutos nõ pertineãt. l. ius familiariũ. l. ius ſepulchri. l. ſi ſepulchrũ. C. de religioſ. Vnde quæritur, an in familiaria ſepulchra liberti inferri poſſint. Quod ea ratione defendi poteſt, quot in patroni familia liberti numerarentur, familiæq; appellatione Iuſtiniano in l. vlt. C. de verb. ſignific. teſte, continerentur. Merito cum & gentilicium patronorum nomen ferrent, vt Alciatus, qui primus horridam & incultam Iuriſprudentiam bonarum litterarum luce illuſtrauit lib. 4. Diſpunc. c. 3. adnotauit, confirmariq; apertiſſimis Tertulliani in lib. de Reſur. carn. & Lactãtij lib. 3. Inſtit. c. 3. teſtimonijs poteſt. Cuius rei vt alia notiora omittam, exemplum eſt, quod Spurij Caruilij libertum, Caruiliũ quoq; à Plutarch. in Problem. & Pompeij quendam libertum Põpeium Lenæum à Plinio lib. 25. cap. 5. & Sueton. in lib. de clar. grammat. & Lauream Tullium Ciceronis libertum ab eodem Plin. lib. 31. cap. 1. & Cornelium Alexandrum Cornelij Lentuli libertum à Suida appellari videmus. Quamquam quid emẽdicatis ſuffragijs opus eſt, cùm hoc ipſum Iureconſultorum teſtimonio confici poſſit. Eſt enim non obſcurè poſitum in l. is qui complures. D. de leg. lib. 3. & l. libertis. D. de cond. & demonſtrat. ex eoque præterea perſpicuè demonſtratur, quod Re extra familiam ita alienari prohibita, Ne de nomine exeat, fideicommiſſo quoque inuitati liberti intelliguntur. l. cùm pater. §. ab inſtituto. D. de legat. lib. 1. l. pater. §. duobus. D. de legat. lib. 3. His & illud non æquè tritum addamus, ipſa patronorum origine libertos cenſeri veteribus placuiſſe, quod initiũ libertatis quaſi nouæ vitæ ab ijs accepiſſent. l. adſumptio. in fin. l. filii D. ad municip. l. 2. C. de municipalib. lib. 10. C. Ex quibus omnibus effici videbitur, familiaria ſepulchra libertis patere. Quod tamen Vlpian. negat: cuius in D. leg. vel quod. hæc ſunt verba, Liberti autẽ nec ſepeliri, nec alios inferre poterunt, niſi heredes extiterint patrono, quãuis quidã inſcripſerint ſe monumentum ſibi libertiſque feciſſe: quę ego ad hereditaria ſepulchra referri verba debere, aliquando exiſtimaui, de ijsq; tantũ eo capite agi: vt quod initio capitis ſcriptum eſt, *Sed in vtroq; heredibus quidem*, ſic interpretaremur, tam in eo quod ſibi heredibuſque ſuis quis conſtituit, quàm in eo quod hereditario iure adquiſijt. Nunc vereor, ne hæc tota ab Vlpiani mente interpretatio abhorreat. Omnis certè dubitationis tollendæ cauſa, inſcribere monumentis veteres ſolitos ſibi, & vxori & libertis libertabuſque, poſteriſque eorum ſe feciſſe, Antiquæ Inſcriptiones oſtendunt, quarum ego vnam exempli cauſa ſubieci. TELAVNIVS GENETLIVS NVMMVLARIVS DE BASILICA IVLIA, NATIONE BESS. SIBI ET CONIVGI, LIBERIS, LIBERTIS, LIBERTABVSQVE DEINCEPS DE DOMO SVA

DESCENDENTIBVS POSVIT. Caueri planè interdum ſolebat, ne monumentum heredes ſequeretur. Idq; his notis ſcribebatur H. M. H. N. S. quę à Valerio Probo explicantur, & in Antiq. Inſcription. crebrò occurrunt.

Qui & quatenus religioſus locus fiebat.

CAP. XV.

RELIGIOSVM locum tum demum fieri, cùm illatum corpus eſt, res eſt iure ciuili notiſſima. Nec enim monumentum per ſe quicquã religionis habet, planeque profani iuris eſſe intelligitur, priuſquam eò mortuus ſit illatus, quemadmodum l. 4. §. non fuit. D. ad legem Iul. pecul. arguit. Quamobrem cenotaphium religioſum non eſſe, venireque & donari poſſe bene Diui fratres reſcripſerũt. l. ſed Diui. D. de rer. diuiſ. l. vel quod. in fin. D. de religioſ. cùm memoriæ tantùm & honoris cauſa, ſine corporis inlatione extruatur. l. monumentum. D. de religioſ. Cæterùm cùm cadauera cremari vſus obtinuiſſet, priuſquam in os mortui gleba iniecta eſſet, locus ille vbi corpus crematum erat, religioſus non habebatur: iniecta gleba tũ & humatus defunctus, & ſepulchrũ eſſe ac religione teneri incipiebat, vt à Cicer. lib. 2. de legib. ſcribitur. Verùm quatenus religio locum occuparet, videamus. Non eſt enim exiſtimandum totum eum fundum, in quo monumẽtum eſſet, religioſum fuiſſe, ſed eatenus demum, quatenus corpus humatum eſſet, vt ex Celſo Vlpian. in l. 2. §. ſepulchrum. D. de religioſ. refert. Sed & purum agrum monumento cohærentem profani iuris eſſe ab Impp. reſcriptum eſt. l. locũ. C. de religioſ. Lapides planè, quibus monumentum inædificatum erat, religioſi habebantur, vt nec remoti quidem vindicari quaſi ſemel iuris diuini facti, poſſent. l. quæ religioſis. D. de rei vindic. At non quod circa ſepulchrum (in medijs enim plerumque agris ſepulchra, Siculo Flacco auctore, faciebant) ſpatium relinquebatur, eodem iure cenſebatur. Intra maceriam quippe ſepulchrorum hortis vel cæteris culturis loca pura ſeruata, ſi nihil nominatim venditor excepiſſet, fundi emptorem ſequebantur. l. ęde ſacra. in fi. D. de contrah. empr. Eaque de cauſa monumentorum locus definiri, & quantum terræ ſpatium religioni cederet, deſignari, monumentisque inſcribi ſolebat. Hinc Cicero Philip. 9. ſepulchro Seruii Sulpitii, qui in legatione Pop. Rom. obierat, locum publicè dari, & pedes triginta quaquaverſus deſignari cenſet. Plenæ ſunt adeò monumentorum inſcriptiones harũ notarum IN FR. P. X. IN AGR. P. XX. quæ hoc ſignificant, In fronte pedes decem, in agrum pedes viginti patere. quæ notæ à Valerio Probo ponuntur. eoque Horat. lib. 1. Serm. ſatyr. 8. alludit:

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum,
Pantolabo ſcurræ Nomentanoq; nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, heredes monumentum ne ſequeretur.

In fronte autem, vt Acron interpretatur, in latitudine ſignificat, in agrum verò in longitudine. Atque ita certo ambitu ſepulchri locus titulo id ipſum teſtante, concludebatur. Quod etiam Aggen. Vrbic. ſenſit, cùm in lib. de limit. agrorum ad Frontin. Mœſilea, inquit, habent iuris ſui hortorum modum circumiacentem & præſcriptum agri finem.

Maceriis ſepulchra olim includi conſueuiſſe.

CAP. XVI.

CONSENTANEVM inſtituto, à nobis de ſepulchris ſermoni fuerit, adnotare Vlpiani locum ex l. æde ſacra. in fi. D. de contrahenda empt. in quo ita eſt: *Intra maceriam ſepulchrorum loca pura hortis vel cæteris culturis ſeruata ſi nihil nominatim venditor excepit, ad emptorem pertinent.* Vnde notandum eſt maceriis ſepulchra claudi ſolita: Quod & inſcriptio antiqua, quæ Paduæ exſtat, docet his verbis: INFERENDI IN AREA, HVMANDI SEPELIENDIQVE IVS POTESTASQVE ESTO, VT HVIC AREÆ, QVAM EGO DEFINII, ET A FRONTE MACERIAM DVXI, ET TITVLVM, POSVI VLTRA EAM AREAM ET MACERIAM IN FRONTE IN AGRO VERSVS LATE P. X. RETRO VSQVE AD CANABETVM HVIC AREÆ CEDET, IN QVA PEDATVRA NEQVE HVMARI, NEQVE TVMVLVM FIERI VOLO, VT HABEAT EA AREA ET A LATERE ACCESSVM SVVM.

Hoc idem altera inſcriptio docet, quę apud Lirim amnem in Italia viſitur. Ea eſt huiuſmodi:

HVIVS MONVMENTI IVS, QVA MACERIA CLVSVM EST, CVM TABERNA ET CENACVLO HEREDEM NON SEQVITVR. INTRA MACERIAM HVMARI QVEMQVAM NON LICET.

Ex quibus inſcriptionibus etiam illud, vt obiter moneam, comprobatur, quod Vlpian. in l. 3. §. ſi quis in hereditarium. D. de ſepulc. viol. ſcribit, licere cauere teſtatori, ne quis in ſepulchrum inferatur, vt reſcripto Imperatoris Antonini comprehenſum ait.

De teſtium numero legibus quibuſdam conſtituto.

CAP. XVII.

FVIT antiquis quoque legiſlatoribus curæ teſtium numerum & in pecuniarijs & in capitalibus cauſis coartare, ne in infinitum excreſcẽtes probationes veritati tenebras offunderent. Vnde Arcadius in l. 1. D. de teſtib. *Quamquam, ait, legibus quibuſdam ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit* (quod ego ad legem Seruiliam repetundarum referri poſſe cenſeo, qua, vt Valer. Maxim. lib. 8. cap. 1. ſcribit, centum atque viginti hominibus teſtimonium denuntiare licuit) *tamen ex conſtitutionibus principum hæc licentia ad ſufficientem numerum coartatur, vt iudices moderẽtur, & eum ſolum numerum, quem neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur.* Quinetiam quod apud nos ex regis Ludouici 12. conſtitutione receptum eſt, vt ne in ſingula factorum capitula plures, quàm decem teſtes audiantur, id antiquitus legibus quibuſdam cautum inuenio. Sic enim legis Mamiliæ capite quinto ſcriptum erat:

CVM CVRATOR HAC LEGE NON ERIT, TVNC QVICVMQVE MAGISTRATVS IN NOVA COLONIA, MVNICIPIO, PRÆFECTVRA, FORO, CONCILIABVLO, IVRI DICVNDO PRÆERIT, EIVS MAGISTRATVS DE EA RE IVRISDICTIO, IVDICISQVE DATIO, ADDICTIOQVE ESTO: INQVE EAM REM IS QVI HAC LEGE IVDICIVM DEDERIT, TESTIBVS PVBLI-

PVBLICE DVMTAXAT IN RES SINGVLAS DECEM, DENVNTIANDI POTESTATEM FACITO.

Refertur & apud Valerium Probum notis ſcripta edicti prætorii particula quæ hoc habet. *Quanti ea res erit, tanta pecuniæ iudicium Recuperatoriũ dabo: teſtibusq́ publicè dumtaxat decem denuntiandi poteſtatem faciam.*

De pœna iniuſtè prouocantium.

CAP. XVIII.

QVANDOQVIDEM cœpi quandam noſtrorum principum conſtitutionem ab antiquitate arceſſere, admonēdum & illud putaui, quòd apud nos moribus conſtitutionibusq́, receptum eſt, vt his quorum appellatio iniuſta pronũtiatur, ſexaginta Pariſiēſium librarum pœna irrogetur, hoc ad exemplum quodammodo Romani moris eſſe introductum. Etenim pœnam quandam antiquis tēporibus iniuſtè prouocantibus inflictā Paul. lib. 5. Sent. tit. 35. oſtendit his verbis: *Ne liberum quis et ſolutum haberet arbitriũ retractandæ & reuocandæ ſententiæ, & pœna, & tempora appellationibus præſtituta ſunt. Quod niſi iuſtè appellauerint, tempora ad cauendum in pœna appellationis quinq́ dierum præſtituta ſunt.* De ea pœna caueri fideiuſſoribus ſolitum ſequentia eiuſdē auctoris verba indicant, quæ ita habent. *In cauſa appellationis tam vnus quàm plures fideiuſſores, ſi idonei ſunt, dari poſſunt. Sufficit etiam per vnum idoneum * ſollemnitatis pœnam conſtitui.* Eaq́; fortè cautio eſt, quam de prouocatione exercenda olim dari ſolitam Diocletia. ſuſtulit in l. eos. §. vlt. C. de appellatio. Idipſum verò, quo de agimus, perſpicuè Tacit. lib. 14. his verbis probat: Auxitque (de Nerone loquitur) patrum honorem, ſtatuendo: vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiuſdem pecuniæ periculum facerent, cuius hi qui Imperatorem appellarent. Nam antea vacuum id ſolutumq́ue pœna fuerat. Diocletiani quoque iam citata conſtitutio, ne temere omnibus ac paſſim prouocādi facultas præbeatur, eum qui malam litem fuerit proſecutus, à iudice pœna adfici præcipit.

* aliàs indemnitatis pœna conſuli.

De appellationum temporibus.

CAP. XIX.

PRÆTER ea quę ſuperiori capite tractaui, ſunt alia ſatis multa in appellationum quæſtione necdum planè cognita, & ex vetuſtate eruenda. Quæ ego in proprium locum reijciens, interim tritiora & vulgatiora adnotare contentus ero. Quæritur autem, quę fuerint olim conſtituta appellationum tempora, de quibus in l. ei cuius. in fin. D. de appellat. recip. l. qui ſuſpectum. §. vlt. D. de appellatio. fit ſermo. Nec ambiguũm eſt, ad appellandum in propria cauſa biduum, in aliena triduum fuiſſe datum. l. 1. §. biduum. §. quod in ſententiis. §. in propria. D. quando appellan. ſit. l. à ſententia. l. qui ſuſpectum. in prin. D. de appellat. l. eos. §. ſin autem. C. eo. titul. l. 3. D. de appell. recip. Idq́ue ita principum conſtitutionibus definitum fuiſſe exiſtimo, quibus totam appellationũ exercendarum formam fuiſſe præſcriptam ex l. pen. D. de appell. reci. l. 1. D. de libell. dimiſſ. l. 1. §. 1. D. nihil nou. app. pend. & l. 1. §. dies. D. quādo appelland. ſit. colligimus. Sed hæc tempora à Iuſtiniano ampliata ſunt, ex cuius conſtitutione decem dierum ſpatium à recitatione ſententiæ ad appellationem interponendam datur. Nou. de appellat. & intra quæ temp. Ob illa difficilior eſt quæſtio, quot fuerint ad libellos Appellatorios, quos & Apoſtolos & dimiſſorias litteras vocant, petēdos præſtituti dies. Quod tamē Pauli ope expediri poteſt, qui intra quintum diem eos libellos peti neceſſe fuiſſe, lib. 5. Sentent. tit. 36. ita docet. *Ab eo qui appellatur, ad eum qui de appellatione cogniturus eſt litteræ, dimiſſoriæ dirigantur, quæ vulgo Apoſtoli appellantur: quorum poſtulatio & acceptio intra quintum diem ex officio * finienda eſt.* Quod à Gratiano tranſcriptum eſt in ca. ab eo. 2. quæſt. 6. Hic & illa inſpectio incurret, quæ fuerint prouocationis exercendę peragendęq́; tempora pręfinita. Certa enim fuiſſe oſtendit l. 2. §. ei quoque D. de iudic. & l. 1. D. de vacat. & excuſ. mun. Videtur autem anni primùm ſpatium poſtea à Iuſtinian. huic rei biennium præſtitutum. l. vltim. §. illud C. de temporib. appellat. Nou. de his qui ingrediuntur ad appell.

* facienda.

Prægnantium mulierum pœnam Romanorum aliorumq́ populorum inſtitutis differri ſolitam demonſtratur.

CAP. XX.

PRÆGNANTIS mulieris vltimo ſupplicio damnatæ pœnam Romanorum legibus differri quoad pepererit, etiam remotis à profeſſione noſtra hominibus notum eſt. Hoc enim & Clemens Alexandrin. lib. 2. Stromat. ſcribit, & ſcitiſſime M. Quintilian. ad fictum argumentum accommodat in ea declamat. cui titulus eſt, Prægnans adultera. Nec verò Romanorum propriũ hoc ius fuit. Eo enim Athenienſes quoque vſos, indicio eſt, quod veneficij apud Areopagitas poſtulatam prægnantem mulierem, cùm in ea cauſa eſſet, vt capitis damnaretur de conſilii ſententia ſeruatā fuiſſe dum partum ediddiſſet, Ælia. lib. 5. Var. hiſtor. memorat. Sed quid Athenienſes dico? Ab ipſis Ægyptiorum legibus huius laudabilis inſtituti origo repetēda eſt. Sic enim Plutarch. in lib. de Sera numin. vind. τὸν δ' ἐν Αἰγύπτῳ, ait, νόμον ἀφ' οὗ εἰκότως ὑμῖν ἀπογράψασθαι δοκοῦσιν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, ὃς κελεύει τὴν ἔγκυον ἀεὶ δίκῃ θανάτῳ, μέχρι τέκῃ φυλάττεσθαι. Numquam igitur ſatis Claudii Imperatoris crudelitas damnabitur, quē ne ſupplicio quidē prægnantium mulierũ abſtinuiſſe Dion lib. 57. prodidit: cùm tamen iuris ſanctio non capitalē modò pœnam ſumi, ſed ne quæſtionem quidem de prægnante haberi patiatur. l. 3. D. de pœn.

Conſtitutionis, qua ſpadones fieri prohibentur, auctor demonſtratur.

REFERTVR in l. 4. §. idem diuus. D. ad legēm Cornel. de ſicar. Hadriani reſcriptum, cuius verba ita habent: Conſtitutum quidem eſt, ne ſpadones fierent: eos autem, qui hoc crimine arguerentur, Legis Corneliæ pœna teneri, & bona eorum fiſco meo vindicari debere. Audimus cōſtitutum hoc eſſe: à quo verò conſtitutum fuerit, ignoramus, & huius ſanctiſſimæ conſtitutionis etiamnum auctorem requirimus, cuius nomen libris noſtris eſt ſuppreſſum. Domitiani autē hāc eſſe conſtitutionem luce clarius demonſtrabo. Nam de eo Sueton. in eius vita cap. 7. Caſtrari, inquit, mares vetuit: ſpadonum qui reſidui apud mangones erant, pretia moderatus eſt. Ammia. Marcellinus lib. 18. Horum & ſimilium tædio

iuuat veterem laudare Domitianum, qui licet patri, fratríque diſſimilis memoriam nominis ſui inexpiabili deteſtatione perfudit, receptiſſima tamen inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos iuriſdictionis Romanæ caſtraret quiſquam puerum. Xipilin. in Domitianum: καί τοι καὶ αὐτὸς Εαρίνε τινὸς εὐνούχου ἤρων, ὅμως ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς περὶ τοὺς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπαγορεύων ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει μηδένα ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι. Quo nomine Martialis ei aſſentatorio ſuo more pluribus locis gratulatur, lib. 6. Epigram. cùm ait:

Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ,
Luſus & immeritos execuiſſe mares,
Vtraq; tu prohibes, Cæſar, populiſq́; futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude iubes.
Nec ſpado iã, nec mœchus erit, te cõſule quiſquã:*
At prius, ô mores, & ſpado mœchus erat.

* præſide.

Idem lib. 9.

Tibi ſumme Rheni domitor & parens orbis
Pudice princeps gratias agunt vrbes,
Populúſq́; habebunt, parere iam ſcelus non eſt.
Non puer auari ſectus arte mangonis
Virilitatis damna mœret erepta.

Et alio eiuſdem libri loco.

Immatura dabant infandas corpora pœnas.
Non tulit Auſonius talia monſtra pater.
Idem qui teneris nuper ſuccurrit ephebis,
Ne faceret ſteriles ſæua libido viros.

Cæterùm idem ipſum & à Nerua poſtea conſtitutum eſſe hiſtorijs proditum eſt. Sic enim in eius vita Xiphilinus, ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνουχίζεσθαί τινα. Et Zonaras tomo 2. de eodem. ὅστις ἐνομοθέτησε καὶ τὸ μὴ εἶναι τὰ παιδοφθόρια μήτε παρὰ Ῥωμαίοις ἐκτέμνεσθαι. Hadrianus deinde non liberos tantùm, ſed & ſeruos inuitos, ſinentéſve caſtrare, thlibiaſq; facere prohibuit. l. lege Corneli. §. vlt. l. hi quoque. D. ad legem Cornel. de ſicar. Memoratur etiam à Venuleio Senatusconſultum Neratio Priſco & Annio Vero Coſs. factum, quo qui ſeruum caſtrandum tradidiſſet, dimidia bonorum parte multabatur. Ad extremum Conſtantinus quoque Eunuchos fieri ſuperiorum principum conſtitutionibus renouatis vetuit. l. 1. C. de eunuchis.

FINIS.

V. C. IACOBO FABRO Inquiſitoriarum claſſium in Senatu Pariſienſi præſidi, & Abbati Caſæ-dei B. Briſſonius S. D.

PVDET me planè, vir clariſſime, verba tibi pro rebus dare, & in referenda gratia leui hoc litterarum munere defungi. Sed quam tu in benemerendo, eandem vt in eo quod rependitur benignè accipiendo humanitatem mihi præſtes, poſtulo. Ita nouus cumulus ad ſuperiora tua in me beneficia accedet: quorum recordatione incenſus cùm grati tibi animi ſignificationem aliquam dare geſtiret animus, firmiora, quibus eam conſignaret, hoc tertio Selectarum ex iure ciuili Antiquitatum libro, monumenta non habuit. Vale. Lutetiæ Pariſiorum, Idib. Iun. M. D. LVII.

B. BRISSONII SELECTARVM EX IVRE CIVILI ANTIQVITATVM LIBER III.

De legitimo vſurarum modo, & legitimæ vſuræ appellatione. Cap. I.

TOTA de vſuris quæſtio multorum abundè libris explicata eſt. Illud omnes ſilentio prætereuntos miror, quis, & qua lege conſtitutus fuerit legitimus ille vſurarum modus, qui noſtris Iureconſultis tam ſæpe in ore eſt. l. 3. §. vlt. D. quod certo lo. l. pecuniæ. l. placuit. D. de vſur. l. 3. in fin. D. de annu. leg. l. idemque. §. ſi procurator. D. mandati. l. cùm debitor. D. in quib. cauſ. pign. l. 1. §. 1. D. de pignor. l. 4. D. de naut. fœn. De quo priùs quàm dicã quod ſentio, hoc imprimis conſtare volo, legitimum vſurarum modum appellari ſtatutum vſuris terminum, præſcriptumque modum ſeu finem, ad quem vſq; vſuras licuerit ſtipulari: exemplo eo, quo & modum legatis conceſſum lege Falcidia dicimus, quæ dodrante tenus legare permiſit. l. ſi vſusfructus. D. ad legem Falc. l. quod condicionis. D. de donatio. cauſa mort. l. ſi legatarius. D. de dolo. & Inſtitut. de l. Falcid. in prin. Huiuſmodi verò vſurarum finem ante Iuſtinian. centeſimã fuiſſe contendo. Ex omnibus enim cauſis centeſimã ſtipulari licuit, ſupra centeſimã ſtipulari nihil licuit: licitumque fuit quod intra centeſimã cõſiſtebat, illicitũ quod eã excedebat, fœnus: præterquam in nauticis pecunijs, in quibus quaſi pro pretio periculi, quod in ſe creditor recipiebat, maiores centeſimis vſuræ in ſtipulatũ deduci poterant. l. eos. §. 1. C. de vſur. Nam & cùm ad creditorem pecuniæ traiecticię periculum nõ pertinebat, intra legitimum modum vſuratũ exactio coërcebatur. l. 2. C. de naut. fœn. ac tamdiu demum à legitimarum aut vulgarium vſurarum obſeruatione libera traiecticia pecunia erat, quamdiu periculo creditoris, nauis in ſalo nauigabat: ad eam verò, cùm in portu nauis ſtabat, diſcuſſo omni periculo reuocabatur. l. 1. C. de naut. fœn. Idcirco quod pro operis ſerui traiecticiæ pecuniæ gratia, vt fieri ſolebat (l. traiecticiæ. D. de obligat. & actio.) ſecuti, in ſtipulatum deductum erat, non vltra finẽ centeſimæ debebatur. l. nihil. §. pro operis. D. de naut. fœn. Cuius vera lectione ex Pandectis Florentinis pridem prodita, ſunt tamen qui in eo adhuc errore verſentur, vt nulla illius legis bene interpunctæ ope, contra diſerta atque aperta Iuſtiniani verba, adfirment, centeſimarum vſurarnm obſeruatione antiquitus traiecticiam pecuniam circumſcriptam. Hoc verò qui admittunt, omnẽ peruertunt nauticarum, cæterarumque pecuniarum differentiam. Etenim vel extra nautici fœnoris cauſam centeſimas vſuras toleratas, & Cic. in epiſt. ad Attic. & Sidonius Apollinaris, & l. ſi pro mu-

pro mutua. C. ſi cert. pet. probant. Nec tamen nego centeſimas vſuras grauiſſimas olim viſas, neq; paſſim frequentatas, vt & Maximæ & Grauiſſimę appellentur in l. qui ſine. D. de negot. geſt. l. tutor. §. idem ſolent. l. non exiſtimo. D. de adminiſt. tut. Hoc verò dico licitas, legeque permiſſas fuiſſe, ac proinde legitimarum vſurarum appellatione exaudiendas. Quod cùm dico, graues mihi conſtitutos eſſe aduerſarios ſcio, qui de hac re ſecus atque ego ſentiunt, quorum auctoritati ipſa veritate nixa ſententia noſtra apud æquos iudices non cedet. In hac adeò opinione plurimùm aliquot locorum coniunctione, collationeque confirmor. Nam pecuniæ, quā in vſus ſuos verterint, modò legitimas, modò maximas vſuras debere tutores dicuntur. l. tutor qui repertoriū. §. pecuniæ. l. nō exiſtimo. D. de admin. tut. l. 1. C. de vſur. pupill. l. 3. C. arbit. tut. l. qui ſine. D. de neg. geſt. quib. verbis cùm promiſcuè atq; indifferenter noſtri auctores vtantur, maximam autem vſuram centeſimā accipi oportere nemo neget, quod ea amplior vberiorque nulla licita fuit, vt & d. l. ſi pro mutua. probat: conſequens eſt & legitimæ vſuræ appellatione centeſimam intelligi. Alia verò in illa quæſtione legitimarum, alia pupillarium vſurarum, quæ à nonnullis confunduntur, cauſa conſtituenda eſt. Non enim quæ pupillis præſtantur vſuræ, centeſimæ ſemper incrementum recipiunt, ſed in his demum cauſis, quæ legibus definitæ ſunt: videlicet, ſi vel pecuniam in vſus ſuos tutores verterint, vel apud ſe pecuniam non eſſe improbè inficiati mendacij prætoris ſententia conuicti ſint, vel deponere pecuniam in prædiorum comparationem iuſſi id facere neglexerint, aut à debitoribus pupillaribus centeſimas exegerint, vel ipſis pupillis ad onera ſua expedienda ſub ijſdem vſuris pecuniam accipiendi neceſſitatem impoſuerint, cùm nullam penes ſe quantitatem eſſe falsò negaſſent. Ex reliquis cauſis, cùm tutelę reſtitutioni vſurarum emolumentum accedit, non maximæ legitimæque tutori irrogantur, ſed ſecundum morem regionis, in qua res agitur, vel quincunces vel ſemiſſes vel trientes, aut quæ aliæ in ea regione frequentantur. d. l. tutor. §. pecuniæ. §. quæ ſint autem. & l. 2. C. de vſur. pupillarib. l. ſi poſtea. D. rem pupilli ſaluam. fo. Pupillarium igitur vſurarum modus iudicis arbitrio, extra quam ſi cum tutore ex ſuprà ſcriptis cauſis pupilli agant, vel ipſi à debitoribus ſuis centeſimam ſint ſtipulati, ad regionis morem redigitur, argument. l. 1. D. de vſur. Atque ita in l. quotiens. §. ſed & ſi. D. de adm. tut. & aliàs vbi occurrent, pupillares vſuræ accipiendæ ſunt. Verùm ne longiùs à propoſito aberret oratio, concludamus tandem, vſuram legitimam, centeſimæ fine modoq; contineri. Ex quo efficitur ad centeſimam referendum eſſe, quod & reſponſum & conſtitutum eſt, in fraudem vſurarum adiectam pœnam in eo quod legitimam vſuram excedit, non valere. l. Iulianus. §. idem Papinianus. D. de actionib. empt. l. cùm allegas. C. de vſur. Eodemque modo apud Papinian. in l. 1. §. pacto. D. de pignorib. illa verba, *finis legitimæ vſuræ*, ſic interpretanda eſſe, id eſt intra centeſimæ modum. Quibus ita poſitis, reliquum eſt, vt quare centeſima legitimus vſurarum modus appelletur, inueſtigemus. Eam verò appellationem ex eo deſcendere nemini nō probabitur, quia lege aliqua præſcriptus & conſtitutus vſuris hic modus fuerit. Id enim demum legitimum in libris noſtris, vt aliàs pluribus oſtendam, appellari ſolet, quod lege aliqua vel ſenatuſconſulto proditum confirmatumve eſt. Coercitam verò multis legibus fœneratorum acerbitatem conſtat, legesque in hanc ſententiam latas fœnebres appellatas Feſtus lib. 6. auctor eſt. Sunt & principum conſtitutionibus illicitæ fœnerationes repreſſæ. l. conſtitutionibus. C. de vſur. Sed qua potiſſimum lege intra centeſimam vſurarum exactio cohibita ſit, hoc eſt de quo quærimus, & cuius gratia tota hæc diſputatio ſuſcepta eſt. Puto autem hoc eſſe Gabinia lege, ſenatusq; conſultis effectum: quibus hoc comprehenſum fuiſſe Cicero lib. 5. epiſt. ad Attic. indicat, vti in creditorum cauſa centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur, vetitumque ex ea ſyngrapha ius dici, ex qua maius vſura centeſima fœnus promiſſum eſſet: nec tantum fœneratoribus, & ſupra modum lege conſtitutum accipientibus, ſed & verſuram facientibus pœnam conſtitutam. Quod & in Cilicia edicto translatitio cauiſſe ſe, cùm eam prouinciam ꝓconſule obtineret, Cicero refert. Eiuſmodique à Lucullo Aſiam proconſule regēte edictum propoſitum Plutarchus in eius vita ſcribit: πρῶτον μὲν, ait, ἑκατοστὴν ἐκέλευσε, καὶ μὴ πλεῖον εἰς τοὺς τόκους λογίζεσθαι. Apparet igitur legitimæ vſuræ nomen centeſimæ meritò tribui. arg. l. legitima. D. de pact. l. 1. D. vnde legit. eodemque ſenſu licitum vſurarum modum accipi oportet in l. ſolutum. §. ſi in ſortem. D. de pignerat. act. & l. pœnam. D. de vſur.

Vnde legitima ætas appellata ſit.

Cap. II.

QVOD proximè de vſura, id nunc de ætate legitima in mentem venit quærere, quid cauſæ ſit, cur ita paſſim in libris noſtris 25. annorum ætas appelletur. Sic enim appellatur in l. ex duobus. D. de neg. geſt. l. quæro. in fi. ff. de teſtament. tut. l. 1. D. de fideiuſſor. tutor. l. cum pater. §. curatoris. D. de legat. lib. 2. l. Aurelio. §. 1. D. de liber. leg. l. vlt. §. diuus. D. de publican. l. ſi fideiuſſores. D. de fideiuſſorib. l. vlt. in fi. De appellatio. l. penult. C. quando dies leg. ced. & alijs multis locis. Multos de ea re quid ſentirent percontatus, nullum vnquam relatu dignum reſpōſum tuli. Probabile quidem eſt inde appellationem hanc fluxiſſe, quod lege aliqua adoleſcentibus id ſpatium ætatis ad res ſuas recipiendas præſcriptum fuerit. Id modò in dubitationem venit, qua ſit iſtud lege conſtitutum. Enimuerò ſi in re obſcura & antiquitatis tenebris inuoluta hariolari licet, temptabo dicere lege Lætoria id eſſe inductū, quam de minoribus 25. annis ſcriptam, totamque in eo argumento verſatā ex ijs eius legis capitibus, quæ ad nos peruenerūt, facilis coniectura capi poteſt. Quorum vnum ex Cicer. lib. 3. Offic. colligimus, quo circumſcriptio adoleſcētium vindicabatur, ætatiq; fraudibus expoſitæ ſuccurrebatur. Alterū ex Spartiano in M. Anto. Philoſophi vita, quo minorib. 25. annis curatores dandos continebatur. Tertium ex Sueton. lib. 4. prætorū, quo minores 25. annis ſtipulari vetabantur, id eſt vt Priſcia. li. 8. & li. 18. interpretatur, ἐπερωτᾶσθαι, & vt noſtri auctores loquūtur, ſpondendo obligari. Quò reſpexiſſe Plautum in Rudente, vir clariſſimus, idemq; in omniū bonarum artiū diſciplinis egregius, Æmarus Ranconnetus me aliquando admonuit. Verba Plauti hæc ſunt:

—Cedo qui cum habeam iudicem,
Ni dolo malo inſtipulatus ſis, nive etiam dũ ſiem
Quinque & viginti annos natus.

Quibus ego coniecturis adductus ad ſuſpicandum id quoque ea lege cautum fuiſſe, aut niſi lege expreſſum fuit, ex ſententia certè arreptum crediderim, vt adoleſcentibus rerum ſuarum adminiſtratio tum demum, cùm ad viceſimũquintum annum perueniſſent, committeretur. Atque eam legem Plautus fortè intellexit, cùm in Pſeudolo ſic Callidorum loquentem facit:

Tum lex me perdit quina vicenaria,
Metuunt credere omnes.

Credibile quoque eſt ex hac lege deſcendiſſe tempus in integrum reſtitutioni ſtatutam: quod & idcirco legitimum appellatur in l. interdum. D. de minorib. Expoſui breuiter coniecturam noſtrã. Qui melius coniecerit, is optimus vates eſto.

Legis Iuliæ Miſcellæ ſententia in aliquot Iureconſultorum locis demonſtratur.

CAP. III.

CONDICIONES, quæ aliquod omnino nuptiis impedimentum adferunt, tamquam in fraudem legis adiectas, reiici conſentiens in vnum omnium Iureconſultorum fert opinio. In his Papinianus, *Quod in fraudem*, ait, *legis ad impediendas nuptias adſcriptum eſt, nullã vim habet, veluti*, TITIO PATRI CENTVM, SI FILIA QVAM HABET IN POTESTATE, NON NVPSERIT, vel FILIO FA. SI PATER EIVS VXOREM NON DVXERIT, l. heres. §. vlt. D. de cõdi. & dem. Et aliàs, hac mulieri iniecta condicione, SI ARICIÆ NON NVPSERIT, intereſſe traditur, vtrũ fraus legi facta ſit, nécne. Nam ſi ea ſit, quæ alibi nuptias non facilè inuenire poſſit, interpretandum Iulia cenſebat, ipſo iure reſcindi, quod fraudandæ legis gratia eſſet adſcriptum. Legem enim vtilem Reip. ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa interpretatione adiuuandum eſſe. l. hoc modo. D. de cond. & demonſtr. Legis denique beneficio, alijs id genus condicionibus reiectis, mulieres ſibi relicta legata capere noſtri auctores definiunt in l. cùm tale. §. reſcriptum. l. mulieri. D. eod. titul. Reticetur verò in ijs omnibus locis eius vtiliſſimæ legis nomen, quod ego poſt accuratam cogitationem inuentum ignorari diutius non patiar. Mea hæc eſt coniectura (temerariam enim adſeuerationem, quoad viris doctiſſimis hoc probari intellexero, inhibebo) legem Iuliam Miſcellam ſignificari, qua id comprehenſum fuiſſe Iuſtinian. in l. 2. C. de indicta vid. tol. & in Nou. de nuptijs. §. quæ verò, auctor eſt, vt mulieres, quibus mariti viduitatem induxiſſent, etiã ſecundis contractis nuptijs nihilominus ſibi relicta legata cõſequerentur, præſtito prius iureiurando ſe procreandæ ſobolis gratia ad ſecundas nuptias euolare. Cui legi Iuſtinian. in illis locis, quod ad iuſiurandum attinet, obrogauit. Eò verò lex per interpretationem prudentium producta eſt, vt omnes inde condiciones, quæ liberam auferant nuptiarum contrahendarum poteſtatem, legatarijs remittantur, quaſi nullam fieri nuptiis moram oportere lex ſenſerit.

Quibus magiſtratibus, & qua lege multam dicere permiſſum fuerit.

CAP. IIII.

HIs demum competere multę dicendæ ius Vlpianus tradit, quibus publicè iudicium eſt, vel vt idem alio loco ſcribit, quibus iudicatio data eſt. l. aliud eſt fraus. D. de verbor. ſignific. l. 2. in fi. D. de iudic. Secundum hoc magiſtratus omnes Romæ multę dicendæ ius habuiſſe inuenio. Nam vt à Coss. ordiar, vel ipſis Senatoribus, qui tardius in ſenatum veniſſent, vel omnino non veniſſent, multam irrogaſſe eos Cicer. in Anton. oſtendit. De prætore ſatis in Pandectis expreſſum eſt. l. 2. D. ſi quis in ius voc. non ier. l. 1. §. 1. D. de vent. inſpic. Ædiles quoque multam dixiſſe, & Liuius aliquotiens, & Gellius lib. 10. c. 6. indicant. De Tribunis plebis, ſi quis Gellij lib. 7. cap. 19. auctoritatem defugiat, exemplis Liuius abundat. ex quo etiam didicimus, à Tribunis dictæ multæ certationem apud populum fuiſſe, qui de ea concilio habito ſtatuebat. Horum tamen repreſſa Neronis temporibus poteſtate etiam illud conſtitutum Tacit. lib. 13. refert, vt ne multam ab his dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quattuor menſes referrent: medio tẽpore contradicere liceret, deque eo Coss. ſtatuerent. Verùm enimuero hanc ſibi multæ dictionem in libera Republ. magiſtratus propria auctoritate nõ vindicarunt. Legem itaque fuiſſe ambigendum non eſt, quę nec obedientes & noxios ciues multa pro iuriſdictione ſua coercere magiſtratibus permiſerit. Eã ab A. Aterino & Sp. Tarpeio Coss. latam Dionyſ. Halicar. lib. 10. his verbis docet: προσθέντες μόνον ἔτι τῆς λοχίτιδος ἐκκλησίας τέλος ἐκύρωσαν, ἵνα ταῖς ἀρχαῖς πάσαις ἐξῇ τοὺς ἀκοσμοῦντας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν ζημιοῦν. Τίμημα δ᾽ οὐχ ἅπασιν ἐξῆν, ἀλλὰ τὸ ὡρισμένον. Curatoribus etiam aquarum multæ dicendæ ius Senatuſconſulto, quod à Frontino ſub fin. lib. 2. de Aquęductib. ponitur, conceſſum fuit. Præſidibus prouinciarum id ipſum principalibus mandatis permiſſum, Vlpian. in d. l. aliud. in fin. auctor eſt. Procuratoribus verò ſuis hanc ipſimet Cæſares poteſtatem denegarunt. l. 2. C. de modo mult.

De vetuſta aquæ & ignis interdictione, & ea quæ in locum eius ſucceſſit, deportatione.

CAP. V.

NEQVE libertatem, neque ciuitatem inuitus quiſquam amittere iure Quiritum poterat, quemadmodum à maioribus conſtitutum Cicero in ſuis pro Corn. Balbo, pro A. Cæcinna, pro Domo ſua, orationibus ſcribit. Eodem iure ciui Rom. ſpiritus eripi, vitaque adimi non poterat: quod elegantiſſimè apud Salluſt. in Coniuratio. Catilin. Cæſar perſequitur. Atque ita nec ciuitate extrudi, nec vltimo ſupplicio adfici noxij ciues poterant. Quorum tamen impunita peccata non relinqui, cùm diſciplinæ publicæ vigor poſtularet, inuenta ratio eſt, qua ciuitate, ſaluis maiorum conſtitutionibus pellerentur. Nimirũ aqua & igni ſontibus interdici inſtitutũ eſt, vt his ſubſidijs, quibus vita humana continetur, deſtituti, in alias terras migrare, ſeque in aliam ciuitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanã amittebant: quòd duarum ciuitatum eos eſſe ciues æquè Romanorum inſtituta legeſque non paterentur, vt à Cicerone pro Balbo, & à Cornel. Nepote (ſi modo is eius libelli auctor eſt) in Pompo. Attici vita traditum eſt. Hoc ergo conſilio

duobus

duobus illis elementis, ſine quibus vita foueri non poteſt, interdicebãtur. quæ proinde nuptijs quoq; adhibita Plut. in Problemat. Feſtus lib. 1. & Scæuola in l. penult. §. 1. D. de donat. inter vir. teſtantur. Quorum vtrumque Ouid. lib. 4. Faſtor. duobus his verſibus complexus eſt:

An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul,
His noua fit coniunx, hæc duo magna putant?

Lactantius lib. 2. inſtitut. cap. 10. Exulibus quoque, ait, aqua & igni interdici ſolebat. Adhuc enim nefas videbatur, quamuis malos, tamen homines ſupplicio capitis adficere. Interdicto igitur earum rerũ vſu, quibus vita humana conſtat, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eã ſententiam exceperat morte multatus. Ex quibus cum Pompo. in l. vltim. D. de legatio. efficimus populum vi ipſa ciuitate expuliſſe eos, quibus aqua & igni interdicebat, cùm ne tecto quidem excipere eos liceret. Quod & ipſa interdictione nominatim comprehenſum fuiſſe Cicero pro Domo ſua indicat. Qui ciues, ait, Romani erant capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa venerant. Id autem ne eſſet faciendum, non ademptione ciuitatis, ſed tecti, aquæ & ignis interdictione faciebant. Quinetiam qui ita dãnatos celaſſent, recepiſſent, tenuiſſent, lege Iulia de vi tenebantur, quemadmodum Paul. lib. 5. Sentent. tit. 28. ſcribit. Quod à Cæſare, cùm damnatis de vi aqua & igni interdici iuberet, legi ſuæ inſertum fuiſſe probabile eſt. Hoc amplius, cùm Senatoribus aqua & ignis interdicebatur, rogationi adſcribi ſolitum ex eadem Ciceronis oratione colligimus, vt ne eum ſuo loco cenſor legeret, vt non modò non in ciuium numero eſſe, ſed nec in eo dignitatis, in quo collocatus eſſet, gradu ſtare permitteretur. Atque hæc pœna antiquis legibus (quemadmodum ex libris noſtris, Liuijque ac Paterculi & aliorum qui res geſtas populi Romani litteris prodidere, ſcriptis intelligimus) nulla exilij facta mentione irrogabatur. Manſitq; eius vſus ad Imperatorum vſque tempora, quibus primùm reorum in inſulas deportatio in Rempub. inuecta, & ne iuris antiqui vincula apertè reuelli viderentur, in locum aquæ & ignis interdictionis ſuffecta eſt, vt vetuſti moris vmbra retenta, qui deportarentur, ſic haberentur quaſi aqua & igni interdicti eſſent. l. 2. §. 1. D. de pœn. l. 3. D. ad legem Iuli. pecul. l. penultim. in fin. D. de vac. & extr. Itaque aqua & igni interdictos noſtri deportatos interpretantur. l. 1. §. hi quibus. D. de legat. lib. 3. l. 2. D. de pub. iud. Eademque illorum verborum & in alijs locis interpretatio facienda eſt. l. Imperator. D. de ſtatu. ho. l. qui dolo. in fi. C. de vi publ. l. amiſſione. D. de cap. minor. l. 4. in fin. D. de gradibus. l. cùm quis. D. de ſolution.

Conſtitutiones duæ de interdictis proferuntur.

CAP. VI.

ERRE eſt, quando in hoc ſermone verſamur, Auguſti conſtitutionem de aqua & igni interdictis, in medium proferre, qua in continenti & in inſulis, quæ quadringentis minùs ſtadijs à continenti abeſſent, exceptis Rhodo, Co, Leſbo, Sardibus, morari eos verſarique prohibuit, alia præterea quædam conſtitutione ſua complexus, quæ Dion lib. 56. ita retulit: ἀπηγόρευσε μηδένα πυρὸς ἢ ὕδατος εἰργόμενον, μήτε ἐν ἠπείρῳ διατρίβειν, μήτε ἐν νήσῳ τῶν ὅσαι ἔλασσον πεντακοσίων σταδίων ἀπὸ τῆς ἠπείρου ἀπέχουσι, πλὴν Κῶ τε καὶ Ῥόδου, Σάρδεώς τε καὶ Λέσβου. ταύτας γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως μόνας ὑπεξείλετο. ἐκώλυσέ τε αὐτοὺς [illegible] μήτε [illegible] ἄγειν, μήτε πλοῖα πλείω φορτικοῦ τε ἑνὸς καὶ χιλιοφόρου, καὶ κωπήρων δύο κεκτῆσθαι, μήτε δούλοις ἢ καὶ ἀπελευθέροις ὑπὲρ εἴκοσι χρῆσθαι, μήτε οὐσίαν ὑπὲρ δώδεκα καὶ ἡμίσειαν μυριάδα ἔχειν. Quam conſtitutionem ad deportatos pertinere palam eſt, qui inſulis cõcludi, & quaſi aqua & igni interdicti ciuitate arceri ſolebant. Cuius fugę tædio ne res nouas molirentur, & bonis ſupra ſtatutam quantitatem exuendos, & à continente procul remouendos, nauium inſuper longarum ſeu onerariarum comparatione, magnoque famulitio interdicendos Auguſtus putauit. Fuit verò alia veteribus quoque vſitata interdictio, quę non latam fugam, ſed loci dumtaxat vnius vel prouinciæ interdictionem continebat: ad quam pertinentem conſtitutionem, ab Vlpian. ſine auctoris nomine relatam, auctori ſuo vindicabo. Ait ille, conſtitutum eſſe eum, cui patria interdictum eſt, etiam vrbe abſtinere debere. Id quod ab Imperatore Claudio conſtitutum Sueton. in eius vita c. 23. ita declarat. Sanxit, vt hi, quibus à magiſtratibus prouinciæ interdicerentur, vrbe quoque in Italia ſubmouerentur. Et eſt hoc conſequens ei quod dicitur, Romam communem patriam eſſe. l. Roma. D. ad municip.

De libellis, qui principibus offerebantur.

CAP. VII.

QVOTIENS in l. diuus. D. de re iudic. incido, quæ diuum Hadrianum aditum per libellũ à Tarentino narrat, totiens mihi vetus adeundorum, compellandorumq; principum mos in mẽtem venit, quos vel à præſentibus libello adiri ſolitos Tacit. lib. 4. oſtẽdit. Componit, ait, ad Cæſarem codicillos. Moris quippe erat, quamquã præſentẽ, ſcripto adire. Tranquil. in Aug. cap. 53. Promiſcuis ſalutationibus admittebat & plebem, tãta comitate adeuntiũ deſideria excipiens, vt quẽdam ioco corripuerit, quod ſic ſibi libellos porrigere dubitaret, quaſi Elephanto ſtipem. Idem in Domitian. cap. 17. Stephanus profeſſus coniurationis indicium, & ob hoc admiſſus legenti traditum à ſe libellum & attento inguina ſuffodit, Martial. lib. 8. Epigram.

Dante tibi turba querulos Auguſte libellos,
Nos quoq; quod domino, carmina parua damus.

Et aliàs.

Sed iam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine, & in patriam ſerus ab vrbe redi.

Sic libellum principi datum in libris noſtris ſępe legimus. l. libertus. D. de in ius voc. l. item apud Labeonem. §. ſi quis libello. D. de iniur. l. relegatorum. §. legatum. D. de interd. l. quæſitum. D. ad Turp. & C. tit. quando libel. princ. dat. Libellis verò vel ſubſcribebat ipſe, vel ſubſcribendi curam alijs mandabat: eaſq; ſubſcriptiones vim legis habuiſſe definit l. 1. D. de conſt. princ. quarum extat exemplum in l. nõ diſtinguemus. § cùm quidam. D. de arbitr. Atque huic ſubſcribendi muneri Iuriſperiti plerumque ab Imperatoribus præficiebantur. ita reſcriptum refert Trypho. ab Imperatore libellos agente Papiniano. l. reſcriptum. D. de diſtract. pign. & Aurelius Arcadius magiſter libellorum dicitur in inſcriptione l. 1. D. de offic. præf. prætor. Id quò illuſtriùs appareat, libelli à

Celſo Iureconſulto ſubſcripti, cuius fides ex Iani Parthaſij Catanęique ſcriptis conſtat, exemplum ex Antiquis inſcriptionibus ſubijciã, vnde vetuſta concipiendorum ſubſcribendorumq́; libellorũ formulę intelligatur. Verba libelli ita habent: CVM ANTE HOS DIES CONIVGEM ET FILIVM AMISERIM, ET OPPRESSVS NECESSITATE CORPORA EORVM FICTILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM, DONEC IS LOCVS QVEM EMERAM ÆDIFICARETVR VIA FLAMINIA INTER MILIARIVM II. ET III. PARTE LÆVA, ROGO, DOMINE IMPERATOR, PERMITTAS MIHI IN EODEM LOCO IN MARMOREO SARCOPHAGO, QVEM MIHI MODÒ COMPARAVI EA CORPORA COLLIGERE, VT QVANDO ME ESSE DESIERO, PARITER CVM IIS PONAR.

SEPVLCHRVM FIERI PLACET.

IVBENTIVS CELSVS PROMAGISTER SVBSCRIPSI III. NON. NOVEMB. ANTIO POLLIONE ET OPIMINIO COSS. Huic, quantum exiſtimo, muneri præpoſiti, à poſterioribus principibus, Libellenſes appellantur.

Vetus rerum venalium proſcribendarum mos explicatur.

CAP. VIII.

SI quis pignus proſcripſerit, venditurus tamquam à me acceperit, infamandi mei cauſa, cũ eo iniuriarum agi ſecundum Seruij Sulpitij ſententiam poteſt: vt eſt ab Vlpian. ſcriptum in l. itẽ apud Labeonem. §. item ſi quis pignus. D. de iniur. In quo ego veteris moris reliquias adgnoſco, quo venalia prædia proſcribebantur, id eſt, propoſito diuulgatoq́; libello venum ire, venumq́; exponi ſignificabãtur: vt ego Plauti, Ciceroniſq́; teſtimonijs planum faciam. Plaut. Trinummo:

— Quia ruri dum ſum
Ego vnos ſex dies, me abſente atq; inconſultu meo
Aedes venales hiſce inſcribit litteris.

Cicer. 3. Officior. Claudius, ait, ædes quas in Cælio monte habebat, proſcripſit, inſulam vendidit. Emit P. Calphurni⁹ Lanarius. Et paulò poſt: Sic tu cùm ædes proſcribas, tabulã tamquam plagam ponas, domum propter vitia vẽdas, in eam vt aliquis incurrat imprudens. Cuiuſmodi tabula fortè in ſpecie à Iuliano propoſita ſignificatur, in l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empt. Maximè verò in auctionibus libelli iſti ac tabulę figebantur, vt admonerentur quos emendi cupiditas teneret, qua die, quibus legibus condicionibusq́; prędia addicerẽtur, vt ex oratio. Cicer. pro Quintio & aliquot epiſtolarum ad Att. libri præcipuè duodecimi locis perſpicuè demonſtratur. Plinius lib. 7. Epiſtol. ad Fabat. Miraris quod Eros libertus meus hereditarios agros, quos ego iuſſeram proſcribi non expectata auctione addixit. Quin & hoc idem in locandis ædibus ſeruatum deprehẽdi, vt pendente de ædibus tabula proſcriberetur facienda locatio. Terentius Heautontimor.

Inſcripſi ilico ædes mercede.

Cicer. lib. 16. ad Attic. Iſte locare incipit, non proſcripta neque edicta die.

Quæ ſint ſeruilia verbera.

CAP. IX.

IN metallum damnatis libertatem adimi Calliſtratus in l. in metallum. D. de iure fiſ. ex eo demonſtrat, quòd ſeruilibus verberibus coërceantur. Seruilia verbera, flagra, flagella, lora, interpretor, quibus ſeruos rũpi ſolitos præter veteres comœdias, quarũ huc teſtimonia, quòd in promptu ſint omnibus aduocare nihil neceſſe eſt, etiam l. ſed eſt quæſtionis. §. pen. & l. item apud Labeonẽ. §. adijcitur. D. de iniur. aliæq́; à me infrà poſitæ oſtendunt, cùm liberi fuſtibus dũtaxat caſtigarentur. l. capitalium. §. non omnes. D. de pœn. l. vlt. D. de iniur. Quod & Seneca in libello ioculari de morte Claudij ſignificat eodem argumẽto euincens Claudiũ in ſeruitute fuiſſe, quòd ſeruilibus verberibus vapulaſſet. Apparuit, ait, ſubitò C. Cęſar, & petere illũ in ſeruitutẽ cœpit. Producit teſtes, qui illũ viderãt ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulãtem. Idemq́; in lib. de Clementia, equitem quendam Rom. quia filiũ ſuum flagellis cæciderat, penè à turba in foro graphijs confoſſum narrat, indignum facinus exiſtimante populo ſeruiliter à patre ingenuum filium tractari. Hinc animaduertere poſſumus, quibus ex cauſis liberi fuſtibus caſtigantur, ex iiſdem ſeruos flagellis cædi. l. in ſeruorum. D. de pœn. l. leuia. D. de accuſatio. l. Pedius. §. 1. D. de incend. rui. Leuiorem autem fuiſſe fuſtium quàm flagellorum caſtigationem ex eo ſatis apparet, ꝙ fuſtium admonitio in leui & modica caſtigatione ponitur, flagellorum contra verberatio in atroci coercitione grauiſſimaq́; & ſeruili iniuria conſiſtere cenſetur, vt ex coniunctione. l. ſed ſicut. in fi. D. de vſufruct. cum l. item apud Labeonem. §. ſi communem. D. de iniur. & l. prætor edixit. § præterea. D. eo. tit. cum l. ſed ſi hac lege. §. penult. D. de in ius voc. illuceſcit. Denique fuſtium ictus admonitio vocabulo ipſo pœnæ lenitatẽ ſignificante appellatur, l. velut. D. de pœn. Vnde quod à Venuleio traditur, atrociter verberandi ius legatũ proconſulis nõ habere. l. ſi quid erit. D. de offic. ꝓconſul. id ad flagellorũ coërcitionem proculdubio referendum eſt.

De ædilibus municipalibus.

CAP. X.

NON Romæ tantùm, ſed & in municipijs Aediles fuiſſe non abs re adnoto, quandoquidem eius rei ignoratione, quæ de municipalibus dicuntur, de vrbanis magiſtratibus dicta inſcitè accipi video. Noſtrorum primùm, dein aliorum auctorũ locos pœnam. In l. qui inſulam. §. 1. D. loca. Ædilem in municipio balneas cõduxiſſe narratur. Obſcurius in l. eos. D. de decurionib. huiuſmodi Ædilis ſignificatur, de quo tamẽ ſenſiſſe legẽ, vel titulus ipſe, ſub quo ea poſita eſt, arguit. An & eodem modo in l. nõ tantùm §. is qui ædilitatę. D. de excuſ. tut. vox iſta accipienda ſit, controuerſa eſt, & alterius loci quęſtio. Nunc in dubitatis teſtibus res conficienda eſt. Cic. ad Bru. lib. 13. epiſt. Nam conſtituendi municipij cauſa hoc anno Ædilẽ filium meũ fieri volui, & fratris filium, & M. Cępium hominẽ mihi maximè neceſſarium. Is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet. Spartia. in Hadria. Per Latina oppida Ædilis & Dictator fuit, & in patria ſua Quinquennalis. Per Latina oppida, veluti Vlubris, Arreti, Nouarræ, & alijs id genus. Iuuenal. ſat. 10.

— Vaſa minora
Frangere pannoſus vacuis Ædilis Vlubris.

Perſius ſat. 3.

Fregeris heminas Arreti Ædilis iniquas.

Suetõ. in lib. de clar. Rhetorib. Caius Albutius

Silus

Silus Nouarienſis cùm Ædilitatem in patria gereret. Legitur & in antiquis inſcriptionibus perſæpe hoc nomē, & quidem à Duumviris nōnumquam ſeparatum: vt diuerſam à Duumuiratu honoris municipalis ſpeciem Ædilitatem fuiſſe non malè à quibuſdam exiſtimetur.

Quæ fuerint olim ſollemnia patrimoniorum onera.

CAP. XI.

VECTIGALIA & patrimoniorum onera: ſollemnia ſuſtinere omnes oportere traditur in l. 2. D. de veteran. Eſt & aliàs ſcriptum, ab his oneribus, quæ patrimonijs vel poſſeſſionibus indicuntur, neque numero liberorum, neque vllo alio priuilegio quē excuſari. l. 2. §. numerus. verſ. quæ patrimoniorum. l. ab his. D. de vac. muner. Sollemnium quoque publicarum penſitationū fit mentio in l. ſi velut. C. de compenſatio. l. 2. C. pro ſoc. Proinde quibus olim oneribus, functionibusq; patrimonia ſubijcerentur, videamus. Id autem animaduerti paucis verbis ab Vlpian. ferè comprehenſum in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarii. D. de vſufr. his verbis: *Si quid cloacarii nomine debeatur, vel ſi quid ob formā aquæductus, quæ per agrum tranſit, pendatur, ad onus fructuarii pertinebit. Sed & ſi quid ad collationem viæ, puto hoc quoq; fructuarium ſubiturum. Ergo & quod ob tranſitum exercitus confertur ex fructibus: ſed & ſi quid municipio: nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio viliori pretio addicere: ſolent & fiſco fuſiones præſtare: hæc onera ad fructuarium pertinebunt.* Hactenus Vlpianus, cuius nos breuitatem aliorum ope adiuuabimus. Cloacarii autem tributi, item eius quod ob formam aquæductus penditur, etiam meminit in l. cum ſeruus. §. heres. D de leg. lib. 1. De poſteriore illud prꝛterea in libello varior. auctor. de limitib. ſcriptum reperi. Aquarū ductus aut per medias poſſeſſiones dirigūtur, quæ à poſſeſſoribus ipſis vice tēporū repurgātur, propter quod & leuia tributa perſoluuntur. Formas enim appellāt fabricam meatus aquarū publicarū: in cuius tutelā ab his, quorum per agros aqua tranſibat, annuum tributum conferebatur. Vtitur hoc verbo Frontin. lib. 2. de aquæduct. Vtūtur & Imperatores in l. 1. (in qua tamen pro, formarum, nonnulli malè forinarū emendant) & l. 5 & l. 6. C. de aquæductib. lib. 11. Sed iam ad reliqua gradum faciamus. Collationē viæ muniendæ, ſternendæq; cauſa ad onus prædiorum pertinuiſſe declaratur ex l. in ſumma. C. de pign. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de act. emp. l. honor. §. viarum. l. vlt. §. ſi aliquis. D. de mun. & hono. l. ſunt munera. D. de vacat. mun. Siculus Flacc. in lib. de Condicio. agror. Quædam ergo, ait, viæ aliquando fines tranſeunt poſſeſſionum, quarum tamen omnium non vna eademq; eſt condicio. Nam ſunt viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur: in quarumdam tutelam à poſſeſſoribus per tempora ſumma certa exigitur. Et hoc antiquis, Aſconio in 3. Verrin. interprete, exigere viam dicebatur. Quod verò ad tributum ob tranſitum exercitus, attinet, dilucidius id fit eiuſdem Siculi Flacci loco ad finem libri de quo proximè memini, qui ita habet: Nam & quotiens militi prætereunti aliive cui comitatui annona publica præſtanda eſt, ſi ligna aut ſtramenta deportanda, quærēdum quæ ciuitates, quibus pagis huiuſmodi munera præbere ſolitæ ſint. Eſt de hoc argumento Nouella Iuſtinian. cōſtitutio, quæ inſcribitur, De trāſitu exercitus. In oneribus porrò patrimoniorum etiam hoſpitiū ſuſceptio ponenda eſt. l. 3. de munerib. patrim. lib. 10. C. l. 3 §. munus. l. vlt. in fi. D. de munerib. & honorib. l. 1. C. de epiſc. & cleric. Plerumq; enim militibus ſuperuenīētibus, vel publicis perſonis eà iter facientibus, hoſpitia in ciuitatibus præberi oportuit. l. 3 §. eos milites. D. de munerib. & honorib. l. illicitas. §. ne tenues. D. de offic. præſ. toto tit. de metat. & epidemetic. lib. 12. C. Ab hoc tamen hoſpitis recipiendi munere, militibus, veteranis, medicis, philoſophis vacatio immunitaſque principū conſtitutionibus indulta eſt. l. vlt. §. pen. & vlt. D. de munerib. & honorib. His adiunge quæ fiſco præſtabantur functiones, ſtipendia annonas, capitationes, de quibus aliàs vberius. Atq; hæ ſunt Tributiones, quæ poſſeſſionibus fiunt. l. penult. D. de veteran. l. reſcriptum. §. vlt. D. de munerib. & honorib. & Intributiones patrimonij in l. filii §. vlt. D. ad munic. quæ & Tributa prædiorum appellantur. l. inter. l. epiſtola. § pactum. D. de pact. l. vſufructu legato. §. quoniā igitur. D. de vſufr. l. neque. D. de impēſ. in res dot. l. ſine herede. §. Lucius. D. de admin. tut. l. Iulianus. §. idem Iulianus. D. de actio. empt. & munera rei cohærentia. l. ſunt munera. D. de vacat. muner.

De pupillarium tabularum appellatione, & earum conſcribendarum forma.

CAP. XII.

PVPILLARES tabulas in libris noſtris ſecundas appellari nemini ignotum eſt: appellationis verò iſtius cauſa & ratio, neſcio an æquè omnibus cognita ſit, quam ego paucis pateſaciam. Ante omnia autem ſecundas appellatas liquere volo ad differentiam paternarum, quæ & principales & primæ tabulæ dicuntur. l. 2. §. ſi primis. D. de ſtatulib. l. 1. D. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l. in ratione. §. quod vulgo. in fin. l. in duplicibus. D. ad legem Falcid. l. 2. in princ. D. quemadmod. teſt. aper. l. poſt legatum. §. qui principale. D. de his quæ vt indign. Eam verò differentiam ex eo fluxiſſe ſuſpicor, quòd pupillaris ſubſtitutio in inferiore parte teſtamenti, & in ima cera fieri ſoleret. Quæ pars etiam ſeparatim plerumq; propria cera proprioque lino conſignabatur, cum eo vt & priore parte teſtamenti à parentibus caueretur, ne inferiores tabulæ viuo filio & adhuc impubere aperirentur, quemadmodum Iuſtinian. ſentit in §. ſin autem. Inſtit. de pupill. ſubſtit. Sed ipſa Caij verba, quæ hoc diſertè continent, meliùs erit ex lib. 2. Inſtitutio. tit. 4. huc transferre. Sic autem habent: *Sed pupillaris ſubſtitutio ita ſecreta eſſe debet, vt ad notitiam ſubſtituti peruenire non poſſit, ne vitæ pupilli aliquas ſubſtitutus inſidias moliatur. Nam in extrema pagina teſtamenti fieri debet, vt pars illa, in qua ſubſtitutio pupillaris ſcripta eſt, quādiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obſignata permaneat, & prior pars teſtamenti, in qua heres ſcriptus eſt, reſeretur.* Hæc ille: ſecundum quæ in ſpecie l. vlt. D. ad Trebellian. Iulius Fœbus teſtamento ſibi facto, Polycrati filio, ſi intra pubertatē deceſſiſſet, ſecundas tabulas feciſſe refertur, matrique eius cōmendaſſe aperiendas, ſi impubes obiiſſet. Quod etiā ab eo, qui attentè leget, obſeruari poteſt in l. ſi mater. in prin. D. de except. rei iud. Quamquam autem ſuperſcriptum à patre nō fuiſſet, ne pupillares tabulæ aperirentur ſi tamē ſe-

orſim ſignatæ relictæ eſſent, prætor aperiri eas, niſi cauſa cognita non patiebatur. l. pupillares. D. quemadmod. teſt. aper. Nec tamen ſemper ſeorſim à paternis pupillares tabulæ, ſed & coniūctim plerumque ſignabantur. Quinimmo ſignatas eſſe patris tabulas ſufficiebat, licet filij reſignatæ eſſent. l. patris. D. de vulg. & pup. l. vt bonorum. D. de bonor. poſſeſſ. ſecun. tab. Finē faciam, ſi prius illud adſcripſero, ex his explicatu facile relinqui; quod in l. nā quod. §. ſi quis compulſus. D. ad Trebellian. ſcribitur, ex teſtamento quod ſecundas tabulas habebat, aditam hereditatem.

De veterum habitationibus in hortis.

CAP. XIII.

HABENTVR in l. lex Cornelia. §. domum. D. de iniur. hæc verba: *Quid ſi quis in villa habitet vel in hortis?* Quibus admonemur veteres in hortis habitationes habuiſſe. Quod & l. penul. D. de donatio. int. vir. oſtendit. & Tacit. lib. 16. Tum ad Thraſeam, ait, in hortis agentem quæſtor Cōſulis miſſus veſperaſcente iā die. Sueto. in Claud. cap. 5. Tunc demum abiecta ſpe dignitatis ad otium conceſſit, modò in hortis & ſuburbano, modò in Campaniæ ſeceſſu deliteſcens. Aſcon. in Milonia de Pompeio. Plerumque non domi ſuę, ſed in hortis manebat. Qua de cauſa mirum nemini videbitur quod de penu in hortis condita legitur in l. nam quod. §. vlt. D. de penu leg. In qua l. hoc præterea notandum cenſeo, quod ait. *Sed & ſi in hortis ſit vrbi iunctis.* Nam extra vrbem Romanorum horti erant, vt Cic. lib. 12. epiſt. ad Atti. indicat, cùm de horti emptione idcirco ſe cogitare ſcribit, vt ne Romæ in turba ſit, & ne ab vrbe abſit. Etenim qui in hortis erant, abeſſe, cùm in cōtinētibus vrbis eſſent, non videbantur, ſecundum definitionem l. abſentem. D. de verb. ſignif. Immò præſentes eos haberi diſertè traditur in l. pręſens. D. de procurato. Cæterū quæ in hortis ponebantur ædificia, voluptuaria erant, & amœnitatis gratia extructa, in quæ ſui colligendi cauſa Romani ſecedębant. Atque has amœnas hortorum habitationes diætas appellabant, vt in d. l. penult. §. 1. de penu leg. l. ſenatus. §. 1. D. de leg. lib. 1. l. ſi cuius rei. §. vlt. D. de vſufruc. l. vxorē. §. 1. D. de leg. lib. 3. & apud Plin. lib. 2. epiſt. ad Gallum, quæ & vſitata Græcis commutatione Zetæ dicuntur à Lampridio in Heliogabalo, duobus locis.

De magiſtratuum, proconſulum, præſidumque inſignibus.

CAP. XIIII.

CÆCVM vtriſque luminibus orbatum idcirco poſtulare non poſſe Vlpiano placet, quòd inſignia magiſtratus videre & revereri non poſſit. l. 1. §. caſum. D. de poſtulād. Vbi inſignia magiſtratus, quæ Græci ἐπίσημα τῆς ἀρχῆς vocant, eodē ſenſu, dixit quæ & Conſularia inſignia in l. 2. D. de his qui not. infa. & Proconſularia inſignia in l. 1. De offic. proconſ. & inſignia regum apud Liu. lib. 2. & Val. Max. lib. 4. c. 1. dicūtur. Inſignia hæc, breuiter à Prudentio in Rom. his verſib. collecta ſunt:

— Nónne curſim tranſeunt
Faſces, ſecures, ſella, prætexta, toga,
Lictor, tribunal & trecenta inſignia
Quibus tumetis?

Et à Seneca lib. 1. de Benefic. Quid habet corona pretioſum? quid prætexta? quid faſces? quid tribunal & currus? Nihil horum honor eſt, ſed honoris inſigne. Quę omnia nobis ſingillatim explicanda ſunt, initio à faſcibus ſumpto qui magiſtratibus præferebantur: conſuli quidem duodecim, prætori verò ſex. Vnde Ouidius in fragm. ad Piſo. Conſulatum ab eo geſtum demonſtrare volens, hac periphraſi vſus eſt:

Cùm tua biſſenos numeraret purpura faſces.

Qua & Martialis compluries vtitur. veluti lib. 7. Epigram.

Poſtquam biſſenis ingentem faſcibus annum
Rexerat, adſerto qui ſacer orbe fuit.

Et lib. 8. de Conſulatu Silij:

Auguſto pia thura victimáſque
Pro noſtro date Silio Camœnæ.
Biſſenos iubet en redire faſces.

Et rurſus lib. 9.

Biſſenos cito, me rogante, faſces
Det Stellæ bonus, annuáſque Cæſar.

De prætorijs faſcibus vnicum Valerij Maximi teſtimonium ſufficiet, qui lib. 1. cap. 1. ita ſcribit: qui prętor à patre ſuo collegij Saliorum magiſtro iuſſus, ſex lictoribus præcedentibus arma dubia tulit. Totidem autem & Proconſulibus in prouinciam euntibus faſces datos lex, Proconſules. D. de offic. Proconſul. tradit. At præſides, qui nullo dum conſulatu geſto in prouincias à Cæſaribus mittebātur, quinq; dumtaxat faſcibus vſos Dion lib. 53. his verbis docet. ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε πάντες ὁμοίως οἱ στρατηγοὶ χρῶνται, καὶ ὅσοι γε ἐκ τῶν ὑπατευκότων εἰσί, καὶ ὀνομάζονται ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου. τοῖς δὲ ἡγεμονίας κοσμήματα ὅταν ἐς τὴν προστεταγμένην σφίσι χώραν ἐσέλθωσιν, ἑκάτεροι ὁμοίως ἀναλαμβάνουσιν ἐπειδὰν διάρξωσιν εὐθὺς καταπαύονται. Atq; ita Cappadociæ equitem Romanum cum quinque lictoribus à Tiberio præfectum, idem auctor lib. 57. narrat. Proconſules certè ſtatim atque vrbem egreſſi eſſent, inſignia ſua accepiſſe, nec prius depoſuiſſe, quàm reuerſi portam Romæ ingreſſi eſſent, ex noſtris Iureconſultis conſtat. l. 1. & l. vlti. D. de offic. Proconſ. Cęterùm faſcium origo à Romulo repetenda eſt, quem ſibi 12. lictores inſtituiſſe Liuius & Halicarnaſſ. conſentiunt, qui cùm virgarum faſcibus ſecuri coniunctis anteirent: quos vnà cum cæteris regum inſignibus populus ad Coss. Tarquinio exacto tranſtulit, id modò cauens ne duplicarentur. Inuidiæ deinde ſummouendæ cauſa, quam terror hic imperij ſpeciesque regiæ dominationis concitabat, disiunxiſſe à faſcibus ſecures Publicola fertur, primusque nudatos ſecuribus faſces in cōcione populo ſubmiſiſſe, vt à Plutarcho in eius vita, Halicarnaſſ. lib. 5. Quintilian. lib. 5. cap. 7. Valerio lib. 4. cap. 1. & ab auctore libelli de Vir. illuſtrib. proditum eſt. Quem morem poſteri quoque ſanctè ſeruarunt, adeò, vt in vrbe, ſolis virgis, quas ex Gallica arbore plerumque ſumptas Plinius auctor eſt, Conſulares faſces, aliter atque Dictatorij, conſtarent: aptarentur verò alligarenturque tum demum ſecures, cùm extra vrbem, re ita exigente, cum imperio Coss. proficiſcebantur. Ex his faſcibus virgas ocyus iubente magiſtratu lictores expediiſſe, hiſtorias legentibus tam notum eſt, vt exempla congerere putidæ ſit diligentiæ. Enimuero non apud vtrumque ex Coss. ſimul faſces erant, ſed apud alterum tantùm, idque alterius: primùm quidem apud maiorem natu ex inſtituto Publicolæ, vel ex lege Iulia de maritandis ordinibus apud eum qui plures liberos ſuſcepiſſet, vt eſt à Gell. relatum lib. 2. cap. 15. Quo autem menſe Conſul

faſces

Dicitur & VASSATICVM. vt in Fragm. Theodulphi: Pipinus Rex tenuit placitum ſuum in Compendio: ibique venit Taſſilo Dux Baioariorum in Vaſſatico ſe commendans, & per manus ſacramenta iurauit, & fidelitatem promiſit Regi Pipino, & filiis eius, quòd rectamente & firma deuotione ſicut Vaſſus Dominis ſuis eſſe deberet.

VASSALLITIVM, clientela Vaſſalli. Rhegino lib. Chron. 2. anno 852. Berengarius cum filio ſuo Adalberto Regiæ ſe per omnia in Vaſſallitium dedit Dominationi.

VALVASORES, qui ſint, expoſuimus libro 1. cap. 3. Valuaſorum alij maiores ſiue Regij ſunt, qui ſecundum feudorum gradum obtinent: & à Capitaneis Regni feuda receperunt, qui & Vaſſi dominici appellantur. Alij Minores, qui ab eis feuda receperunt. Alij Minimi, quibus ab his tradita feuda ſunt. lib. 1. titul. 1. §. 1. & §. 4. & titulo 15. & libro 2. tit. 10. §. 1. Fridericus 1. apud Radeuicum libro 2. cap. 31. Nos in præſentia & teſtimonio omnium Theutonicorum & Langobardorum & Epiſcoporum, & laicorum Principum, & Baronum, & Valuaſorum omnẽ iuſtitiam atque conſilium obtulimus, &c. Eorum in Gallia noſtra qualis conditio ſit, Butelerius in Summa Rurali his exponit verbis: Valuaſor dicitur nobilis, qui ſummę coercitionis, non etiam nundinarum & mercatus ius habet: (Vn Gentilhomme qui a ſeigneurie de haute iuſtice:) eſtque Barone inferior, atque ab eo feudum ſuum obtinet.

VALVASINI, diminutiuo vocabulo dicuntur, modò Minores, modò etiam Minimi Valuaſores. lib. 2. tit. 10. §. 1. & lib. 1. tit. 15.

VESTITVRA, poſſeſſio: vt in voce inueſtitura docuimus. Lomb. lib. 1. titul. 32. Siquis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuerit, alicui reddiderit, &c.

VICEDOMINVS, qui Domini vice res ipſius adminiſtrat, eique vicariam operam præſtat. Apud Canoniſtas, Vicedominus, Oeconomus, qui è Clericorum numero Epiſcopatum adminiſtrat. C. volumus, & c. Diaconum, & c. ſeq. diſtr. 89. Propriè tamen Oeconomus, qui res Canonicorum adminiſtrat: Vicedominus, qui Epiſcopi. c. conſulere, ext. de ſymon.

WADIVM, pignus. Guntherus lib. 8.

Siquis habens feudum precio ſeu vendere totum,
Seu dare, ſeu Wadio ſupponere cogitur. Quod erat in Imp. conſtit. libro Feud. 2. titul. 55. Vel vendere, vel pignerare. Capitular. Caroli, art. 20. Et ſi non habet pretium in Wadio, per ſeruum ſemetipſum donet, vſque dum ipſos bannos ſoluat. vide ſuprà GVADIVM.

LEGVM ROMANARVM ACCOMMODATA AD LITERARVM ORDINEM ENVMERATIO,

Auctore F. HOTOMANO IC. Clariſſ.

LEGES autem duntaxat, quæ de iure publico ſunt, non etiam quæ de priuato, hoc eſt, ſingulis hominibus fuerunt, quæ Priuilegia dicebantur, in hunc ordinem relatæ ſunt.

A

ACILIA Minutia de pace Carthaginienſium. Tulere M. Acilius. Q. Minutius Tribuni plebis, Cornelio, Ælio COSS. Anno ab vrbe condita DLII. Velléntne iuberéntne ſenatum decernere, vt cum Carthaginienſibus pax fieret? Et quem eam pacem dare, quemq; ex Africa exercitus deportare iuberent? De pace, vti rogas, omnes tribus iuſſerunt; pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Liuius lib. 30.

ACILIA de coloniis deducendis. Tulit C. Acilius Tribun. pleb. Cornelio, Minutio COSS. Anno ab v. c. DLVI. Vt quinque coloniæ in oram maritimam deducerẽtur; duæ ad oſtia fluminum Vulturni, Linterniq́ue; vna Puteolos, vna ad Caſtrum Saleni. his Buxentum adiectum; tricenæ familiæ in ſingulas familias iubebantur mitti. Liuius lib. 32.

ACILIA repetundarum. Tulit M. Acilius Glabrio. Vt repetundarum cauſſa vna actione abſolueretur; id eſt, vt neque reum comperendinari, neque cauſſam ampliari liceret. Item vt qui accuſatores conſtituti eſſent, poteſtatem haberent literas & publicas & priuatas conquirendi, obſignandi, deportandi. Cic. Verrin. 2. & 3. & in ſecundam Aſconius.

ÆBVTIA de legibus. Tulit Æbutius Tribunus pleb. Vt duodecim Tab. capita quæ Reip. propter antiquitatem obſoletasq́ue res inutilia eſſent, abrogarentur; ſolæ Legis actiones Centumuiralium cauſſarum manerent. Gellius lib. 16. cap. 10.

ÆBVTIA Licinia. Vide Licinia Æbutia.

ÆLIA de coloniis deducendis. Tulit Q. Ælius Tubero Tribunus plebis, Cornelio, Sempronio, COSS. Anno DLVIII. Vt Latinæ duæ coloniæ, vna in Brutios, altera in Thurinum agrum deduceretur. Liuius libro XXXIIII.

ÆLIA de col. ded. Tulit idem. Vt in agrum Latinum Thurinum coloniæ deducerentur. Liuius libro XXXV.

ÆLIA de comitiis. Tulit Q. Ælius COSS. cum M. Iunio, Anno DXXCVI. Vt quoties cum populo ageretur, augures de cœlo ſeruarent, magiſtratus & obnunciandi, id eſt, denunciandi agi per Iouem non licere, & legiſlationi intercedendi poteſtatem haberent. Nam quum lex ferretur, Augures de cœlo ſeruabant; magiſtratus, ſi quid obſeruatum erat, quo impediri comitia poſſent, nunciabant. Cic. in Piſoniana, vbi centum ante Piſonis & Gabinij conſulatum annis latam hanc fuiſſe legem ſcribit, oratoriè & ſuo more. Mentio eſt apud omnes frequentiſſima.

ÆLIA Sanctia quæ nominatur in Topicis Ciceronis, inducenda eſt auctoribus antiquis libris, ſententiaque ipſa & hiſtoriæ veritate poſtulante. idq́; iampridem interpretum nonnulli docuerunt.

ÆLIA Sentia de manumiſſionibus. Tulere Sex. Ælius, C. Sentius COSS. Anno DCCLVI. Vt qui ſerui pœnæ cauſſa vincti à domino, quibúſve inuſtæ notæ fuerant, quive propter noxam torti, nocentéſve inuenti, quive traditi vt ferro aut cum beſtiis depugnarent, quive in cuſtodia fuiſſent, ij ſi manumitterentur non ciues Rom. ſed dedititiorum numero eſſent; id eſt, vt ne connubium, neque commercium, neque teſtamenti factionem haberent. Vt minorem triginta annorum ſeruum vindicta aut teſtamento, niſi cauſſa apud conſilium probata, manumittere non liceret. Ne dominus annis viginti minor, ſeruum niſi cauſſa apud conſilium probata manumitteret. Vt ſeruus ab eo domino qui ſoluendo non eſt, teſtamento liber eſſe iuſſus, & hæres inſtitutus, & ſi minor ſit triginta annis, vel in ea cauſa vt dedititius fieri debeat, ciuis Rom. & hæres ſit, ſi tamen alius ex eo teſtamento nemo hæres ſit. Quòd ſi duo pluréſve liberi hæredéſve eſſe iuſſi ſunt, primo loco ſcriptu. liber & hæres ſit. Vt ſi patronus libertum inopem non aluerit, primùm libertatis cauſſa impoſitis tam ipſe, quàm is ad quem ea res pertinebit, mulctetur; de in ipſius hæreditate, tum ipſe, tum ipſius liberi priuentur, niſi hæres inſtitutus ſit. poſtremò à bonorum poſſeſſione remoueatur, præterquam ſecundum tabulas.

NE dominus in manumittendo ſeruo ſeruáve legem ei de contrahendo matrimonio, quæ ciuis Rom. libertatem imminuat, imponat; ſi ſecus faxit, ad eius legitimam hæreditatem ne admittatur. Vlpianus & Iuſtinianus inſtitut. item Iulianus l. qui ſoluendo, 42. Paulus l. ſi is qui, 55. l. ſi is qui, 57. l. qui ſoluendo, 60. l. ſi non lex, 83. D. de hæredibus inſtitue. l. ſciendum, 70. D. de verborum ſignificat. l. 1. Cod. qui manum. non poſſ. l. 3. §. 2. D. de ſuis & legit. l. ſi patronus. 33. D. de bon. libert.

ÆLIA de Statilio. Tulit C. Ælius Tribun. pleb. qua damnatus

damnatus eſt Stennius Statilius Lucanus, quòd Thurinos infeſtaſſet. Plinius lib. 34. cap. 6.

ÆMILIA cibaria. Tulit M. Æmilius Lepidus COS. cum Q. Lutatio Catulo, Anno DCLXXV. Hac non ſumptus cœnarum, ſed ciborum genus & modus præfinitus eſt. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 17.

ÆMILIA de cenſura. Tulit Mam. Æmilius Dictator, Anno CCCXX. Ne cenſura quæ vſque eo quinquennalis fuerat, plus quàm annua ac ſemeſtris eſſet. Liuius lib. 4. & 9.

ALLIENA de terminis. Tulit. Eius hoc caput legitur in lib. De agrorum conditionibus valde corruptum, ſed ex Roſcia, quam ſuo loco deſcribemus, ſic caſtigauimus: Quæ colonia hac lege deducta, quódve municipium conſtitutum erit, qui limites decumani, quæcunque foſſæ in eo agro erunt: qui ager hac lege datus aſſignatus erit, ne quis eos limites decumanos obſepito, néve quod in eis immolitum, néve quid ibi poſitum habeto. néve eos araro, néve eas foſſas obturato, néve quis ſepito, quo minus ſuo itinere aqua ire fluere poſſit. Si quis aduerſus ea quid fecerit, in res ſingulas quotieſcunque fecerit, - ¦ - IIII. coloniis, municipibúſve iis in quorum agro id factum erit, dare damnas eſto: pecuniæ qui volet petitio hac lege eſto.

AMPIA Labiena de Cn. Pompeio. Tulere T. Ampius, T. Labien⁹ Tribuni pleb. Metello, Afranio coſs. Anno DCXCIII. Vt Cn. Pompeius victor ex Aſia ludis Circenſibus corona aurea & omni cultu triumphantium vteretur, ſcenicis autem prætexta coronaque aurea. Velleius lib. 2.

ANNARIA lex dicebatur ab antiquis ea, qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. Feſtus. vide Villia.

ANTIA ſumptuaria. Tulit Antius Reſtio. De ſumptu in conuiuia, &c, Vt qui magiſtratus eſſe, magiſtratúmve capturus eſſet, ne quo ad cœnam niſi ad certas perſonas itaret. Gell. lib. 2. cap. 24. Macrobius libro 3. cap. 17.

ANTISTIA de Satricanis. Tulit M. Antiſtius Trib. pleb. Foſlio, vt opinor, & Plautio COSS. An. DCXXXV. Vti Senatui de Satricanis ciuibus Rom. ſententiæ ferendæ ius eſſet. Liuius lib. 26.

ANTONIA iudiciaria. Tulit M. Antonius COSS. cum C. Iulio, Anno DCCIX. Vt tertia iudicum decuria è centurionibus, anteſignanis, alaudis, manipularibus fieret. Cic. Philip. 1. & 5.

ANTONIA de Dictatura. Tulit idẽ Triumuir. R. P. C. Ne quis vllam ob cauſam de Dictatore creando referret, néve Dictaturam oblatam acciperet. qui ſecus faxit, eum vt necare ius faſque eſſet. Appia. Emphyl. 3.

Antonia de nomine menſis Iulij. Tulit idem Vt qui menſis antea Quintilis vocabatur, quòd à Martio qui priſcis temporibus primus fuerat, quintus eſſet: is à C. Iulij Cæſaris nomine Iulius deinceps diceretur: quòd hoc menſe ad quartum Idus Quintil. Iulius natus eſſet. Macrob lib. Sat. 2. cap. 12.

ANTONIA de ſuffragiis pop. Tulit L. Antonius. Cicero Philipp 7.

ANTONIA de ſacerdotiis. Tulit idem. Vt ius cooptandorum ſacerdotum à populo ad illorum collegium iterum transferretur. Dio lib. 37.

APVLEIA de colonis. Tulit L. Appuleius Saturninus Tribun. Pleb. Cod. Mario VI. L. Valerio COSS. Anno DCLIII. Vt in ſingulas colonias ternos ciues Rom. C. Marius facere poſſet. Cicero pro Balbo.

APPVLEIA agraria. Tulit idem, eodem anno. Vt quem agrum C. Marius COSS. in Gallia pulſis Cimbris, in ditionem populi Rom. redegiſſet, is populo Rom. diuideretur, & ſi ita lex ſciuiſſet, intra diem quintum à ſingulis ſenatoribus in eam iuraretur: qui non iuraſſet, ei multa pœna eſſet. Appianus lib. De bellis ciuil. 1.

Appuleia maieſtatis. Tulit idem. Meminit Cic. lib. De oratore ſecundo, vbi de cauſa Norbani loquitur, quem maieſtatis Appuleia lege poſtulatum defendit Antonius.

APPVLEIA de Metello. Tulit idem. Vti Quint. Metello Numidico Conſuli quòd legi ipſius Agrariæ, quæ intra quintum diem iurari in eam iubebat, non paruiſſet, aqua & igni interdiceretur. Appian. libro De bello ciuil. 1. Cicero pro Sextio, & pro domo.

AQVILIA de damno iniuria dato. Tulit C. Aquilius Gallus, Trib. plebis: vti ſcribit Vlpianus l. 1. D. ad leg. Aquil. ex quo plebiſcitum verius appellatur. Eius tria capita fuere, quorum primum & tertium his extat verbis. Qui ſeruum ſeruámve, alienum alienámve, quadrupedémve pecudem iniuria occiderit: quanti in eo anno plurimi fuit, tantùm æs dare domino damnas eſto. Cæterarum rerum præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum faxit, quod vſſerit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas eſto. Aduerſus inficiantem in duplum actio eſto.

Non dubitaui autem QVADRVPEDEMVE PECVDEM pro Vel reſtituere: quod mendum mirum eſt, tam multorum eruditorum oculos aſpectúmque fugiſſe. Hanc autem puto eſſe legem de qua Cicero in Bruto ſic loquitur, Atque eodem tempore accuſator de plebe L. Cæſidænus fuit, quẽ ego audiui iam ſenem, quum ab L. Sabelio multam lege Aquilia de iuſticia petiuiſſet. Opinor enim legendum DAMNI INIVRIA: qua de formula diximus in Orat. pro Comœdo. & multam intelligi, quanti plurimi æſtimationem. Animaduertendum etiam aliud prætérea huiuſce legis caput fuiſſe, vt ſi ſeruus ſciente domino noxam nocuiſſet, dominus ſuo nomine eius rei cauſa teneretur. l. 2. D. de noxal. act.

ATERIA TARPEIA DE MVLTA. Tulere Sp. Tarpeius A. Aterius COSS. Anno CCXCVIII. Vt omnibus magiſtratibus multæ dicendæ ius eſſet, cùm antea ſolis Conſulibus id liceret: ita tamen ne vel duos boues, vel triginta oues excederent. Vt quum multa pecoris armentíque à magiſtratibus diceretur, bos centuſſis, ouis decuſſis æſtimaretur. Dionyſius lib. 10. Gellius lib. 2. cap. 1. & Feſtus libro 14. in voce Peculatus.

ATIA de ſacerdotiis. Tulit T. Atius Labienus Tribunus plebis, L. Iulio, C. Marcio COSS. Anno DCXCIX. Vt populus ſacerdotia (quemadmodum olim lege Domitia) mandaret, quum antea ſacerdotes lege Cornelia à Pontificum collegio crearentur. Dionyſ. libro 37.

ATILIA de deditiis. Tulit L. Atilius Tribunus plebis, Claudio, Valerio COSS. Anno DXLIII Omnes Campani, Attellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani, Fuluio Proconſuli, quæque vna ſecum dediderunt, agrum vrbemque, diuina humanaque, vtenſiliaque, ſiue quid aliud dediderunt: de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs ſic iuſſit, Quod Senatus maxima pars cenſeat, qui aſſidetis, id volumus iubemuſque. Hæc Liuius lib. 26.

Atilia Martia de Trib. militum. Tulere L. Ælius, C. Martius Tribuni plebis, Iunio Æmilio COSS. Anno CDXLII. Vt Tribuni militum ſeni deni in quatuor legiones à populo crearentur. Quæ antea, perquàm paucis ſuffragio populi relictis locis, Dictatorum & Conſulum fermè fuerant beneficia. Liuius libro 9.

Atilia de Tutelis. Tulit. Vt mulieribus pupilliſve tutores non habentibus, à Prætore & maiore Tribunorum plebis parte darentur. Vlpianus cap. Inſtit. 12. Imperator, De Atiliano tutore. Liuius libro XXXIX.

Atinia de vſucapionibus. Tulit. Vt quod ſurreptum eſſet, eius rei æterna auctoritas eſſet, niſi ſi in eius cui ſurreptum eſſet, poteſtatem reuertiſſet. Gellius libro 17. capit. 7. Paulus l. 4. §. 4. D. De vſurpation. Iulianus l. 33. eiuſdem titul. Cicero Verrina 3.

Atinia de trib. pleb. Tulit. Vt qui Trib. pleb. eſſet, idem ſenator eſſet: dicendæque in ſenatu ſententiæ ius haberet. Gell. lib. 14. cap. vlt.

Avrelia de tribu. pleb. Tulit C. Aurelius Cotta COS. cum L. Octauio, Anno DCLXXVIII. Vt Tribunis pleb. liceret poſtea alios magiſtratus capere: quod lege Sullæ iis erat ademptum. Pedianus Cornelia L. Verr. 1. Liuius lib. 97. Velleius lib. 2.

Avrelia iudiciaria. Tulit C. Aurelius Cotta Prætor, M. Craſſo, Cn. Pompeio primùm COSS. Anno DCLXXXIII. Vt iudicia quæ penes ſolos ſenatores erant, inter ſenatores, & equeſtrem ordinem, & Tribunos ærarios communicarentur. Cicero in Verrinis ſæpe, Aſconius in eaſdem. in Oratio. pro Cornelio, & in Piſonem. Florus verò Epitome 97. Velleius lib. 2. vbi tamen Tribunos ærarios non nominat.

B

Bæbia de prætoribus. Tulit. Vt alternis annis quaterni Prætores crearentur. Liuius lib. 40. Feſtus nominat libro decimoſexto, voce Rogat.

C

Cæcilia de fullonibus. Tulit Cæcilius Metellus. C. Flaminius, L. Æmilius CENS. dedere ad populum ferendam. Plinius lib. 35. cap. 17.

Cæcilia Didia de legibus Tulerunt Quintus Cæcilius Metellus, Titus Didius COSS. Anno DCLV. Ne multis de rebus coniunctim vna rogatione ad populum ferretur. ne populo neceſſe eſſet in coniunctis rebus compluribus, aut id quod nollet accipere, aut id quod vellet repudiare. Item. vt in legibus promulgandis trinundinum ſeruaretur. Cicero Philipp. 5. pro Domo ſua, & ad Attic. epiſt. 1.

Cæcilia de cenſoribus. Tulit Quint. Cæcilius Quint. F. Metellus Pius, Scipio COSS. cum Pompeio. Anno DCCI. Vt Cenſoria poteſtas, quam P. Clodius Tribun. plebis imminuerat, reſtitueretur. Dio libro 40.

Cæcilia repetundarum. Tulit. Nominatur à Valerio Max. lib. 6. cap. 11.

Cæcilia de iure Italiæ. Tulit. Q. Cæcilius Metellus Nepos, Prætor. L. Afranio, Qu. Metello Celere Coſſ. anno DCXCIII. Vt Italia à vectigalibus immunis eſſet. Dio lib. 37.

Cælia, de ſuffragiis. Tulit Cælius Tribun. plebis, Qu. Cæcilio, T. Flaminio COSS. Anno DCXXX. Vt etiam in perduellionis iudicio quod Caſſia lege Tabellaria exceptum erat, populus non voce ſed tabella ſententiam ferret. Cic. lib. De leg. 3.

Caducaria. Vide Iulia Caducaria.

Callidia de Metello reuocando. Tulit Qu. Calidius Tribunus plebis, vt Q. Metellus qui quòd in Saturnini legem iurare noluerat, exilio damnatus erat, in ciuitatem reuocaretur. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. Cicero pro Plancio.

Calpvrnia repetundarum. Tulit L. Calpurnius Piſo Tribun. pleb. L. Marcio, M. Manilio COSS. Anno DCIIII. nulla antea quum fuiſſet. Vt quibus in prouinciis magiſtratus populi Rom. eorúmve comites pecunias contra leges cepiſſent, earum prouinciarum homines iudicio Romæ conſtituto ſuas pecunias repeterent. Cicer. De offic. 2. in Bruto, & Verrina V.

Calpurnia, de ambitu. Tulit C. Calpurnius Piſo COS. cum M. Glabrione, Anno DCLXXXVI. Vt ambitus damnati omni honoris petitione prohiberentur, certaque pecunia multarentur. Dio lib. 26. Cic. pro Murena, pro Cornel. & in eam Aſcon.

Calpvrnia de ciuitate. Siſenna hiſtoria. lib. 4. Milites vt lex Calpurnia conceſſerat, virtutis ergò ciuitate donati. Hæc Nonius in voce Ergô.

Canvleia, de patrum connubiis. Tulit Caius Canuleius Tribunus plebis, M. Genutio & C. Curtio COSS. Anno CCCIX. Vt plebi cum patribus connubiorum ius eſſet. Vt tribuni militum conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus ac plebe crearentur. Auguſtinus, libro De Ciuitate Dei 3. cap. 17. Liuius libro 4.

Cassia agraria. Tulit Sp. Caſſius Conſul cum Virginio, Anno CCLXVII. Vti ex agro Hernicis, quibus cum fœdus ictum erat adempto, dimidium Latinis, dimidium plebi diuideretur. Lex tamen non tenuit. Liuius lib. 2. Valerius lib. 5. cap. 8.

Cassia de Senatu. Hanc tulit L. Caſſius, L. F. Longinus, Tribunus plebis Caio Mario, Lucio Flacco COSS. Anno DCLIIII. Vt quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in ſenatu ne eſſet. Aſcon. in Cornel.

Cassia de ſuffragiis. Tulit L. Caſſius Tribunus plebis, Lepido & Mancino COSS. Anno DCXVI. Vt iudices ſententias, quas voce dicebant, tabellis ferrent: in his etiam populus ipſe, duntaxat quum de multis iudicaret, non de capite: nimirum in perduellionis iudicio. Cicero in Lælio, vbi hanc legem biennio poſt Gabiniam latam ſcribit. item in Bruto, & libro de Legibus 3. item Aſconius in Cornelianam, & Verrinam II.

Cassia de Pauli triumpho. Tulit Qu. Caſſius Prætor, Ælio, Iunio COSS. Anno DLXXXVI. Vt Paulo, Anicio, & Octauio ex bello Macedonico cum victoria redeuntibus, quo die vrbem triumphantes inueherentur, imperium eſſet. Liuius lib. 45.

Cassia de ſenatu ſupplendo. Tulit Caius Caſſius Prætor, Dictatore Iulio Cæſare. Vt in numero Patriciorum qui Senatui deeſſent, alij ſublegerentur. Tacitus lib. 11. Suetonius autem in Iulio Cæſare ſcribit, eum Senatum ſuppleuiſſe, patricios allegiſſe, Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum etiam magiſtratuum numerum ampliaſſe. Vtrum autem illa Caſſia lege, an alia, incertum eſt.

Cincia de donis & muneribus. Tulit M. Cincius Tribunus plebis, Cornelio, Sempronio COSS. Anno DXLIX. Vt ne plus ducentis aureis donare liceret:

ceret: extraquàm ſi coniunctis perſonis donaretur. quod eo amplius donatum eſſet, ratum non eſſet. arg. l. ſancimus, C. de donat. Vlpian. cap. Inſtit. 1. l. 4. & l. 5. C. Theod. de donationibus. Vt in donatione quibuſcunque perſonis facta mancipatio traditiove adhiberetur. d. l. 4. & l. 5. Ne quis ob cauſſam orandam donum munúſue caperet. Liuius lib. 34. Tacitus lib. 13. Cic. in Catone, ad Atticum 1. & de Orat. ſecundo. Feſtus hanc muneralem à Plauto vocari ſcribit,

Neque muneralem legem, neque lenoniam,
Rogata fuerit, necne, flocci æſtimo.

CLODIA de liberali cauſſa. Tulit App. Claudius Decemuir, cum collegis, Anno CCCI I. Vt cum quis in ſeruitutem aſſereretur, vindiciæ ſecundum libertatem darentur. Liuius libro 13. Dionyſ. libro decimo.

CLAVDIA de ſenatorum quæſtu. Tulit Quintus Claudius Tribun. pleb. P. Cornelio, T. Sempronio COSS. Anno DXXXV. Ne quis Senator, quiue Senatoris pater fuiſſet maritimam nauem, quæ plus quàm trecentarum amphorarum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæſtus omnis patribus indecorus viſus eſt. Liuius libro 21. & Cicero Verrina VII. Cogitandum etiam ecquid ad hanc Claudiam pertineat quod Pedianus ſcribit in Cornelianam, his verbis: Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas, quam redemptionem Senatori habere licet per legem.

CLAVDIA de ſcribarum negociatione. Videtur proximæ cladiæ pars fuiſſe. Suetonius in Domitiano, Scribas quæſtorios, negociantes ex conſuetudine, ſed contra Claudiam legem venia in præteritum donauit. Aliud ea de lege nihil reperio.

CLODIA de annona. Tulit P. Claudius Tribun. pleb. Piſone, Gabinio COSS. Anno DCXCV. Vt frumentum populo, quod antea ſenis æris ac trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur, & Sex. Claudio frumentaria procuratio mādaretur. Aſcon. in Piſonianam, Cicer. pro Seſtio, & in Piſonem, & pro Domo.

CLODIA de comitiis. Tulit idem. Ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, de cœlo ſeruaret. Vt omnibus faſtis legem Æliam & Fuſiam à Clodio ſublatam toties Cicero queritur: in Sextiana, Piſoniana: & in hanc Aſconius, & Dio libro 38.

CLODIA de iniuriis publicis: Tulit idem. ſed de ea nihil me legiſſe puto, præter hæc Ciceronis in ea pro domo: At tu etiam legem de iniuriis publicis tuliſti, Anagnino neſcio cui Menulæ per gratiam, qui tibi ob eam legem ſtatuam in meis ædibus poſuit, vt locus ipſe in tua tanta iniuria legem & inſcriptionem ſtatuæ refelleret.

CLODIA de vi. Tulit idem. Vt de iis qui ciues Roman. ſine iudicio populi indictaque cauſſa necaſſent, quæſtio haberetur. Tulit autem ob Ciceronem & alios, à quibus necati erant Catilinarij, quamuis nominatim de Cicerone nullam faceret mentionem. Velleius lib. 2. Dio. XXXVIII. Cicero ad Attic. III.

CLODIA de M. Tullio. Tulit idem. Vt M. Tullio Ciceroni quòd falſum s.c. retuliſſet, quòd ciues Roman. indemnatos necaſſet, aqua & igni interdictum eſſet, néve ei intra quingenta paſſuum millia liceret eſſe, ne quis de ipſius reditu ad ſenatum referret, ne quis ſententiam diceret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret in ſententiam, ne ſcribendo adeſſet. Cic. Pro domo ſua, Poſt reditum in ſen. & lib. ad Attic. III. & Dio lib. 38.

Clodia de prouinciis. Tulit idem. Vt Gabinio Syria, Babylon, Perſæ: Piſoni Macedonia, Achaia, Theſſalia, Græcia, omniſque Bœotia proconſulari imperio mandaretur: iiſque cum exercitu in eas prouincias iuris pecunia ex ærario attribueretur. Cicero pro domo, & in Sextiana.

CLODIA de interceſſione. Tulit idem Clodius. Vt libera & ſoluta in ferendis legibus Tribunorum plebis poteſtas eſſet, neque interceſſione impediretur. Cicero in Sextiana, Nouem enim Tribunis vnus obſiſtere poterat. Dio lib. 38.

CLODIA de collegiis. Tulit idem. Vt collegia, id eſt, conuentus artificum à Numa inſtituti, & magna ex parte partim legibus, partim ſenatuſconſultis ſublati reſtituerentur, multique alij conſtituerentur. Cicer. in Sextiana, Piſoniana, Pro domo ſua, Pedianus in Cornel. & Dio lib. 38.

CLODIA de regno Cypri. Tulit idem. Vt Cyprus inſula in prouinciæ formam redigeretur, vt Ptolemæus rex Cypri ſedens cum purpura & ſceptro, & illis inſignibus regiis præconi publico ſubiiceretur & cum bonis omnibus publicaretur. Vt M. Cato Quæſtor cum iure prætorio, adiecto etiam Quæſtore mitteretur in inſulam Cyprum, & regiæ gazæ vendendæ, & pecuniæ deportandæ, præficeretur. Vt qui Byzantij rerum capitalium damnati exularent, populi Roman. nomine in eam ciuitatem reducerentur. Cicero pro domo ſua, pro Sext. De prou. conſ. Velleius lib. 2. Plutarch. in Vitis.

CLODIA de Peſſinuntio ſacerdotio. Tulit idem, Vt Peſſinuntius Matris magnæ ſacerdos, ſuo ſacerdotio ſpoliaretur, fanumque illud Brogitaro Gallogræco attribueretur. Pro Sextio, De aruſpic. reſpond.

CLODIA de cenſoribus. Tulit idem. Ne quem Cenſores in legendo præterirent, néve qua ignominia afficerent, niſi qui apud eos accuſatus, & vtriuſque Cenſoris ſententia damnatus eſſet. Aſconius in Piſonianam, Cicero in eadem, in Miloniana, & Sextiana.

CLODIA de ſociis ac nominis Latini. Tulit C. Claudius COS. cum T. Sempronio, Anno DLXXVI. Qui ſocij ac nominis Latini cenſi eſſent, vt omnes in ſuam quiſque ciuitatem ante Kalend. Nouembres redirent. Vt Dictator, Conſul, Interrex, Cenſor, Prætor, qui nunc eſſet apud forum, darēt operam, vt qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur: iuſiurandum daret, qui eum manumitteret, ciuitatis mutandæ cauſſa manu non mitteret: qui id non iuraret, eum manumittendum non cenſuerunt. Liu. lib. 41. qui tamen locus corruptus eſt: legendum fortaſſe, Ab eo manumittendum.

CLAVDIA de comitiis. Tulit M. Clodius Marcellus COS. cum Ser. Sulpitio, Anno DCCII. Ne in Magiſtratuum comitiis abſentium ratio haberetur. Sueton. in Cæſare.

CLAVDIA de Colonia Nouicomi. Tulit idem M. Marcellus. Vt colonis quos rogatione Vatinia Nouumcomum Cæſar deduxiſſet, ciuitas adimeretur: quòd per ambitionem, & vltra præſcriptum data eſſet. Suetonius in Cæſare.

Claudia de fœnore. Tulit Claudius Cæſar ne creditores in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent. Tacitus lib. 11. vbi apertè legem latam affirmat.

Claudia de re numaria. Tulit. Vt Victoriatus numus, qui ex Illyrico aduectus mercis loco habebatur, Romæ percuteretur: & eadem victoriæ nota obſignaretur. Plinius lib. 33. cap. 3.

Claudia de tutelis. Tulit. Vt ne agnati mulierum tutelam legitimam recipere cogerentur. Vlpian. tit. 11 & Imp. leg. 3. C. de legit. tut.

Cornelia de patriciis. Tulit cum collegis Sext. Cornelius tribu. milit. Anno ccclxx. Ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret. Liuius lib. 6. Dionyſius lib. 4.

Cornelia de bello Antiochi. Tulit P. Cornelius coss. cum M. Acilio, Anno dlxii. Vellent iuberént-ne cum Antiocho rege, quíque ſectam eius ſecuti eſſent, bellum iniri. Liuius lib. 36.

Cornelia, Bæbia de ambitu. Tulere P. Cornelius, M. Bæbius coss. Anno dlxxii. Liuius lib. 40. Florus præterea epit. xlvii. legem de ambitu latam teſtatur.

Cornelia de C. Mario. Tulit L. Cornelius Cinna cos. cum Cn. Octauio, Anno dclxvi. Vt C. Marius qui à L. Sylla oppreſſus profugerat, in vrbem reciperetur. Velleius lib. 2. Appian.

Cornelia iudiciaria. Tulit L. Cornelius Sulla Dictator & coss. cum Qu. Metello, Anno dclxxiii. Vt iudicia equeſtri ordini adempta, in ſolum ordinem Senatorium transferrentur. Ita quadrat annorum ratio ab Aſconio tradita, quum ait, Equites à lege Sempronia ad hanc legem annos quadraginta iudicaſſe. quum Cicer. oratorio more dicat propè quinquaginta. Flor. epit. lxxxix. Aſcon. in Diuin. & Cicero in eadem. Huius eiuſdem fuiſſe pars videtur, caput illud quod Cicer. Verr. 4. commemorat, ne cui extra ordinem Senatorium reiiciundi amplius quàm triũ iudicum poteſtas eſſet.

Cornelia repetundarum. Tulit idem. Vt in repetundarum iudicio reus omnino comperendinaretur, nec vna actione ea cauſſa abſolueretur. Vt certi dies prouincialibus magiſtratibus quibus ſucceſſum eſſet decedendi cauſſa præſtituti eſſent. Vt Legatis ſumptus præſcriberetur. Vt accuſatori liceret omnibus teſtimonium denunciare; præterquam defenſori: item omnia clauſa rei obſignare, & literas omnes tum publicas, tum priuatas quibus inſtrui poſſet accuſatio, præter literas publicanorum Romam deportare liceret. Cicer. Verr. 3. & 4. pro Poſthu. lib. Epiſt. 1. 12. & lib. 3. epiſt. 6. & 10. Item Verrin. 4. & in eam Aſconius.

Cornelia agraria. Tulit idem. Vt proſcriptorum agri publici eſſent. Cicero contra Rullum. Salluſtius in Catilin.

Cornelia ſumptuaria. Tulit idem. Vt Calendis, Idibus, Nonis, diebus ludorũ & feriis quibuſdam ſollemnibus H-S. tricenos in cœnam inſumere ius poteſtaſque eſſet. cæteris autem aliis diebus omnibus, non amplius ternos. ſunt & minora precia rebus impoſita. Gell. lib. 2. cap. 24. Macrob. lib. Saturn. 3. cap. 17. & Plut. in Sylla.

Cornelia de municipiis. Tulit idem. Vt municipiis omnibus ius ciuitatis agrique adimeretur. Cic. Pro domo ſua, pro Cæcinna, Appianus belli ciuilis lib. 1.

Cornelia de magiſtratibus. Tulit, opinor, idẽ. Vt qui cum imperio in prouinciam profectus eſſet, tamdiu illud imperium retineret, quoad in vrbem reuerſus eſſet: quum antea certo ac præfinito tempore imperium illud terminaretur; & ſi ſucceſſor non mitteretur, noua rogatione ad imperium prorogandum opus eſſet. Item vt triginta tantum dies poſtquàm ſucceſſor miſſus eſſet, magiſtratui ad decedendum concederentur. Cic. Epiſt. l. 9. ad Lentulum, & lib. 3. ad App. epiſt. 6.

Cornelia de ſumptibus funerum. Tulit idem Plut. in eius vita.

Cornelia de Trib. pleb. Tulit idem. Ne Tribun. pleb. ferendarum legum concionandive ius eſſet, néve ad eos prouocatio eſſet, vt ne iis intercedere liceret; néve iis qui Tribuni pleb. fuiſſent, alios poſtea magiſtratus capere liceret. Cicer. De legibus tertio. Cæſar comment. Gall. lib. 1. Plutarchus in vita. Florus in Epit. App. De bello ciuili 1. Aſcon. in 3. Verrin.

Cornelia de prouinciis. Tulit idem. Ne quis plus anno prouinciæ præeſſet. Cicero ad Appium libro Fam. v. Item vt Senatus quaſdam prouincias decerneret.

Cornelia de magiſtratibus. Tulit idem. Vt iis qui ſuas partes in ciuili bello ſecuti eſſent, honores ante tempus capere ius eſſet. Vt ſi quis magiſtratum peteret, quem antè iuſſiſſet, niſi decennium interiectum eſſet, eius ratio non haberetur, Appian. de bell. ciuil. Vt proſcriptorum liberi honorum petendorum poteſtate priuarentur. Plinius libro 7. Quintil. lib. 11. cap. 1. Cicero in Piſonia. Dio libro 41.

Cornelia de ſacerdotiis. Tulit idem. Vt ius creandorum ſacerdotum à populo (cuius hæc lege Domitia poteſtas erat) ad collegia ſacerdotum transferretur. iique ex veteri more tributis comitiis cooptarentur. Dio lib. 37. Et Aſconius in Diuinat.

Cornelia de Quæſtoribus. Tulit idem. Vt viginti Quæſtores ſupplendo ſenatui crearẽtur, cui iudicia tradiderat. Tacitus lib. 11.

Cornelia de proſcriptis; vide Valeria.

Cornelia maieſtatis. Tulit idem. Ne qui cum imperio prouincias obtinerent, populi ſenatúſve iniuſſu exercitum de prouincia deportarent, bellúmve ſua ſponte gererent. Cicero in Piſon. Alia capita fuerunt, quæ Pedianus in Corneliana ſignificat. Fuit & illud, vt à quæſtionibus vel cruentis nullius dignitas eximeretur. Amm. Marcell. lib. 19.

Cornelia de ſicariis & veneficiis. Tulit idem. Vti qui hominem occiderit, cuiuſque dolo malo incendium factum erit, quive hominis occidendi, furtiue faciendi cauſſa cum telo ambulauerit, iudicio publico damnetur. Marcia. lib. 1. D. ad l. Corn. de ſicar. quo ſub titulo multa huius legis capita enumerantur. Ea lege excepti erant, qui proſcriptione Syllana ob relata ciuium Rom. capita pecunias ex ærario acceperant. Sueton. Cæſare. Eiuſdem etiam hoc caput fuit, vt cùm in conſilium iri oporteret, Quæſitor à reo quæreret, clam an palam de ſe ſententiam ferri vellet. Cic. in Cluentiana. Item, Vt ſi quis domi ſuæ necatus erit, ei qui ſeruos qui ante quæſtionem fugerint, perueſtigarit, & indicarit, in ſingulos ſeruos quos eius cædis conuicerit, quinos aureos ex bonis occiſi, aut ſi inde redigi ea quantitas non poſſit, ex publico accipiat. Vt de his qui ante quæſtionem habitam fugerint, ſi aperto teſtamento liberi ſcripti inueniantur, iudicium inter ſicarios fiat; ita, vt ex vinculis cauſſam dicant, & conuicti perinde ac ſerui puniantur; & ei qui conuicerit, deni aurei præmij nomine dentur ex bonis damnati. Caius l. 25. D. ad s. c. Syllanian.

Cornelia de iniuriis. Tulit idem. Vt Venuleius teſtatur in l. hos accuſare, 12. in fi. D. de accuſat. Vt in eos qui quempiã pulſaſſent, verberaſſent, domumve alienam vi introiiſſent, iudicium daretur. Vt in eo iudicio

dicio non eſſet, qui ei qui ageret, gener, ſocer, vitricus, priuignus, ſobrinúsve eſſet, propiúsve eorum quenquam ea cognatione, affinitatéve attingeret, quíve eorum cuius, parentísve cuius eorum patronus eſſet. Vt filiusfam. ex omni cauſa iniuriarum agat, vt actori iuſiurandum deferre liceat reo, an iniuriam fecerit. Si qui librum ad infamiam alicuius ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóve malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine: vti de ea re agere liceret, & ſi condemnatus ſit, qui id fecit, inteſtabilis ex lege iubetur. Vlpian. lib. 5. D. de iniur.

Cornelia de falſo. Tulit idem. De omni falſitatum genere, quæ in nummis, teſtamentis, partubus, indiciis, tabulis publicis aliiſque rebus commiſſæ, publici iudicij pœnam mererentur: de quibus Iuriſconſulti copioſè ſub titul. Ad leg. Cornel. de falſ. Crimina enim ferè ſunt innumera, quib. quòd pœna eſſet conſtituta nulla, huius legis pœna, partim ſenatuſconſultis, partim Principum reſcriptis, partim etiam Iuriſconſultorum reſponſis attributa eſt. Meminit Cicer. Verrin. 3. De natur. deor. 2. & Sueton. in Auguſto. Pompon. lib. 2. De origin. iur. Paulus Sentent. 4. cap. 7. & libro 5. cap. 24. Neque veriſimile eſſe, quod quidam putant, id ſolùm falſum hac lege coerceri, quod in teſtamentis commiſſum; patet ex l. 9. D. de falſis.

Cornelia de teſtamentis. Tulit idem. Vt eorum teſtamenta qui in hoſtium poteſtate eſſent, perinde rata eſſent, ac ſi hi qui ea feciſſent in hoſtium poteſtatem non perueniſſent; & hæreditas ex his eodem modo ad vnumquemque pertineret. Iulianus l. 12. D. Qui teſtam. fac. poſſ. Vlpian. capite Inſtitut. 23. Iauolenus in l. 15. De iniuſt. rupt. Atque ex hac lege inducta fictio eſt, Vt qui captus apud hoſtes decederet, mortuus eodem momento quo captus eſſet, putaretur. Eiuſdem legis caput opinor illud fuiſſe, quod in edicto Verris ſignificatur, apud Ciceronem, libro Accuſat. primo; Non minus multis ſignis quàm è lege oporteat, cautúmque de numero teſtium quos in teſtamentis adhiberi oporteret, fuiſſe.

Cornelia de luſu. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionémve in ludo, niſi qui corporis exercendi cauſa ſuſceptus eſſet, faceret. veluti haſta pilóve iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, pugnando. Marcian. lib. 3. D. De aleator.

Cornelia de iis qui legib. ſoluuntur. Tulit C. Cornelius Trib. pleb. C. Piſone, M. Glabrione coss. Anno DCLXXXVI. Ne quis in ſenatu legibus ſolueretur, niſi CC. affuiſſent, néve quis intercederet quum de ea re ad populum ferretur. Aſconius in Cornelianam. quod eò pertinebat, vt eſſet quidem in ſenatus poteſtate dare extra ordinem imperia, legibusque ſoluere, ſed ita vt pòſt ad populum veteri more de ea referretur. Dio lib. 36.

Cornelia de iuriſdictione prætorum. Hanc idem, etſi nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit, vt eodem loco ſcribit Aſconius; Vt Prætores ex edictis ſuis perpetuis ius dicerent; quæ res tum gratiam ambitioſis Prætoribus, qui variè ius dicere aſſueuerant, ſuſtulit. Dio lib. 26.

Cornelia de natali vrbis. Tulit P. Cornelius Dolabella cos. ſtatim poſt Cæſaris necem. Vt deinceps is dies natalis Vrbis haberetur. Appianus lib. De bello ciuil. ſecundo.

Cornelia de M. Tullio Cicerone. Tulit Centuriatis comitiis P. Cornelius Lentulus, Conſul cum Quinto Metello, Anno DCXCVII. & cum omnibus magiſtratibus præter vnum prætorem Appium. Claudium, P. Clodij fratrem, & duos Tribun. pleb. Sex. Attilium Serranum, & Numerium Quintium, pridie Non. Sextiles. Vt M. Tullio Ciceroni redire in ciuitatem, venireque in Senatum liceret. Pro domo, pro Sextio, in Piſonem, in Epiſt. fam. & alibi.

Cornelia de limitibus. Tulit. Vt per actuarios limites populo ſicut per viam publicam itineris faciundi ius eſſet. Hyginus in libello De limitibus conſtituendis.

Curia de patrum auctoritate. Tulit M. Curius Tribun. pleb. M. Fuluio, T. Manlio coss. Anno CDLV. Vt ante comitia magiſtratuum, patres auctores fierent. Liuius lib. 10. Cic. De claris orat. Probus De viris illuſt. idem lege Publilia cautum de comitiis legum fuit.

Curiata lex dicebatur olim, quæ in curiatis comitiis de eorũ imperio ferebatur, qui in prouincias mittebantur: videlicet quid cuique imperij, atque ornamenti attribui placeret. Poſtea verò non ab vniuerſo populo, ſed à XXX. lictoribus ad ſpeciem atque vſurpationem vetuſtatis, hoc eſt, ad triginta veteres curias repræſentandas conſtitutis, iubebatur. Liuius lib. 9. Cic. 2. Agraria in Rullum.

D

Decemvirales de XII. tabul. Tulit App. Claudius decemuir, cum collegis, Anno CCCII. Vt leges X. tabularum ratæ eſſent, eiſque populus parêret. His etiam duas eodẽ anno tabulas addiderũt. Dionyſ. lib. 10. & Liuius lib. 3.

Decia de duumuiris naualibus. Tulit M. Decius Trib. pleb. Iunio, Æmilio coss. Anno CDXLIII. Vt duumuiros nauales claſſis ornandæ reficiendæque cauſa populus iuberet. Liuius lib. 9.

Didia ſumptuaria. Tulit, App. Claudio, Q. Metello coss. Anno DCX. Vt vniuerſa Italia, non ſola vrbs, lege Fannia ſumptuaria teneretur. Vt nõ ſoli qui prandia cœnáſve maiore ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad eas vocati eſſent, atque omnino interfuiſſent, pœnis legis tenerentur. Macrob. lib. 3. cap. 17.

Domitia de ſacerdotiis. Tulit Cn. Domitius Ahenobarbus Tribun. pleb. C. Mario III. L. Aurelio coss. Anno DCL. Vt non ſacerdotum collegia, vt antea, quem vellent cooptarent, ſed populi id beneficium eſſet. cùm autem populus per religionem ſacerdotia mandare nõ poterat, rogauit vt minor pars populi, id eſt, tribus ſeptẽdecim vocarentur: ab ea parte qui eſſet factus, is à collegio cooptaretur. Suet. Nerone. Velleius lib. 2. Cic. in Agraria 2. epiſt. 5. ad Brutum, & pro Cornelio, & Aſcon. in eandem. Dio lib. 37.

Duilia de magiſtratibus. Tulit M. Duillius Trib. plebis. Valerio, Horatio coss. Anno CCCIIII. Vt qui plebem ſine Tribunis pleb. reliquiſſet, quique magiſtratum ſine prouocatione creaſſet, tergo & capite puniretur. Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 10.

Duilia Mænia de coitionibus. Tulere de collegij ſentent. M. Duillius, L. Mænius Tribun. pleb. Martio, Manlio coss. Anno CCCXCVI. Ne quis poſtea populum ſeuocaret: qui hoc faxit, capitale eſſet. Liuius lib. 7.

Duilia Mænia de fœnore. Tulere iidem. Vt fœnus ne maius vnciario exerceretur. Liuius lib. 7.

F

FABIA de ambitu. Tulit. Vt certus numerus ſectatorum eſſet, id eſt eorum qui candidatos in campum deducerét. Cic. in Muræniana.

FABIA de plagiariis. Tulit. Vt qui hominem ingenuum vel libertinum inuitum celauerit, vinctum habuerit, emerit ſciens dolo malo, quive in ea rerum qua re ſocius erit, quiq; ſeruo alieno, ſeruæve perſuaſerit, vt à domino dominâve fugiat, vel eum eámve inuito vel inſciente domino dominâve celauerit, vinctum habuerit, emerit ſciens dolo malo, quive in ea re ſocius erit: iudicio pœnaq; pecuniaria damnetur. l. pen. & vlt. D. ad leg. Fab. Item ne ſeruus qui plagium admiſit pro quo dominus pœnam intulit, intra decem annos manumittatur. l. 12. D. de manumiſſ. Cic. pro C. Rabirio, An de ſeruis alienis contra legem Fabiam retentis, plura dicenda ſunt? Et Iuriſconſulti in Pandect. item Paulus Sentent. lib. 5. cap. 7.

FABIA lex pro formula dicitur apud Paulum lib. Sentent. 5. cap. 3. impropriè, quum ea lex non fuerit: ſed actionis formula. Similiter autem Cicero Manilianas venalium vendendorum leges dixit in lib. De orat. 1. pro Cautiones.

FABIA de terminis. Ea legitur in libro De agrorum conditionibus his ferè verbis, quæ paucis quibuſdam locis correximus. Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium, præfecturam, forum, conciliabulum conſtituerit, in eo agro, qui ager intra fines eius coloniæ, municipij, fori, conciliabuli, præfecturæ erit, limites decumani vt fiant, terminique ſtatuantur, curato: quiq; fines ita ſtatuerit, hi fines eorum ſunt, dum ne extra agrum colonicum, territorium fines ducat: quique termini hac lege ſtatuti erunt, ne quis quem eorum eiicito, néve commoueto, ſciens dolo malo: ſi quis aduerſus ea fecerit, in terminos ſingulos quos eiecerit, locóve mouerit ſciens dolo malo, - ∣ - xxv. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas eſto, deque ea re curatoris, qui hac lege erit, iuriſdictio, reciperatorumq; datio addictio eſto. Si curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iuri dicundò præerit, magiſtratus de ea re iuriſdictio iudicisque datio addictio eſto: inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit, teſtibus publicè duntaxat in res ſingulas x. denunciandi poteſtatem facito, ita vt è Republica fideque ſua videbitur. Et ſi is vnde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo déve bonis eius, primo quoque die exigito, eiusque quod receptum erit partem dimidiam eius cuius vnius opera maximè is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, ſi quis in eum locum terminum reſtituere volet, ſine ſua fraude licet facere: néve quid cui is ob eam rem hac lege damnas eſto.

FALCIDIA de teſtamentis. Tulit P. Falcidius Tribun. plebis Domitio, Aſinio coss. Anno DCCXIIII. Eius hæc quatuor capita memorantur. Qui ciues Roman. ſunt, qui eorum poſt hanc legem rogatam teſtamentum facere volet, ei quem pecuniam quasque res, quibusque dare legare volet, ius poteſtasque eſto, vt hac lege licebit. Quicunque ciuis Rom. poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantam cuique ciui Rom. pecuniam iure publico dare legare volet, ius poteſtasque eſto, dum ita detur legetur, vt ne minus quam quartam partem hæreditatis ex eo teſtamento hæredes capiant. Eis quibus ita datum legatum erit, eam pecuniam ſine fraude ſua capere liceto; isque hæres, qui eam pecuniam dare iuſſus damnatúsve erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus eſt. Si quis aliter quàm hac lege liceat, pecuniam dederit, legauerit, hæredi quartam partem eius pecuniæ quæ data legata erit, ex eo teſtamento retinere liceto. Paulus l. 1. D. ad leg. Falcid. Euſebius in Chronicis. Dio verò lib. 48. hoc modo, Vt hæres quartam bonorum ſibi relictorum, ſi grauiter oneratus ſit legatis, accipiat: cætera legatariis relinquat.

FANNIA ſumptuaria. Tulit C. Fannius cos. cum M. Meſſalla, Anno DXCII. vt ludis Romanis plebeiis Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus centenos æris in ſingulos dies impendere liceret: decemque aliis diebus in ſingulis menſibus, tricenos: cæteris autem omnibus diebus, denos. Ne quid volucrum poneretur, præter vnam gallinam quæ non eſſet altilis. Plin. lib. 10. cap. 50. Gellius lib. 2. cap. 24. Macrob. lib. 3. cap. 17. Athenæus autem lib. 6. extremo eiuſdem, legem ſic exponit; ἐκέλευε δ' ὁ νόμος πλείονας μὴ τριῶν τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι, κατ' ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε. τρὶς δὲ τοῦ μηνὸς ἐξεῖναι. ἀναλίσκειν δὲ δραχμὰς δύο ἡμισυ καὶ ἡμίσεως, οὐκ ἐπιπλέον. κρέως δὲ καπνιστοῦ δεκαπέντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπιχωρεῖ, καὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα καὶ ὄσπρια ἑψήματα.

FAVIA de terminis. Vide Fabia.

FLAMINIA agraria. Tulit C. Flaminius Tribun. plebis. Æmilio, Publicio coss. Anno DXXI. Vt ea regio Galliæ, quæ Picenum vocatur, vnde Senones expulſi fuerant, militibus Romanis diuideretur. Polyb. libro ſecundo.

FLAVIA de Tuſculanis. Tulit M. Flauius Tribun. pleb. Sulpitio Æmilio coss. Anno CDXXX. Vt in Tuſculanos animaduerteretur, quorum ope ac conſilio Veliterni, Priuernatésque populo Rom. bellum feciſſent. Liuius lib. 8. Antiquata, ibid.

FVRIA de Ædilibus ex patribus creandis. Tulit M. Furius Camillus Dict. Anno CCCXXCV. Vt duo Ædiles ex patribus crearentur. Liuius lib. 6. in fin.

FVRIA de iure Campanorum. Dedit Campanis L. Furius Prætor, Fuſlo & Plautio coss. An. CDXXXV. quum primum Capua in deditionem recepta Præfecti eo miſſi ſunt. Liuius lib. 9.

Furia Atilia de Mancino. Tulere L. Furius & Sext. Atilius Trib. pleb. Ann. Vt C. Mancinus quòd ſine ſenatus auctoritate pacem cum Numantinis feciſſet, iis dederetur. Cic. lib. 3. Offic. Epitome LVI.

FVRIA de teſtamentis. Tulit C. Furius Tribun. pleb. Ne cui, niſi manumiſſoris cognato, certisque aliis perſonis ſuprà mille aſſes legare, mortisue cauſſa donare liceret: quòd ſi quis maiorem ſummam ſibi legatam accepiſſet, quadruplum eius quo plus quàm licebat accepiſſet, redderet. Lata eſt autem (vt ait Iuſtin.) Legis XII. tabul. coercendæ cauſſa; qua vti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita ius erat. Cic. pro Balbo, & Verr. 3. Iuſtinian. De leg. Falcid. Vlpian. cap. Inſtitut. 1. & 28.

FVRIA Caninia de manumiſſione. Tulere, opinor, P. Furius Camillus, C. Caninius Gallus coss Anno DCCLII. Vt in teſtamento ex tribus ſeruis non plures quam duos manumittere liceat, vſque ad decem, dimidiam partem; à decimo vſque ad triginta tertiam partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero; à triginta vſq; ad centum, quartam partem, æquè vt decem ex

priori

priori numero liberari poſſint: à centum vſque ad quingentos, partem quintam ſimiliter, vt ex antecedenti numero viginti quinque poſſint fieri liberi. eademq́ue præcipit ne plures numero quàm centum ex cuiuſquam teſtamento liberi fiant. Eadem lex cauet, vt libertates ſeruis teſtamento nominatim dentur. Hæc ex Inſtitut. Vlpian. titul. 1. Paulo Sentent. 4. Caij Inſtit.

Fvsia de comitiis. Tulit P. Furius, ſiue Fuſius Cõſul cum Sexto Atilio, Anno dcxvii. Vt certis diebus, qui tamen faſti eſſent, agi cum popul. non liceret. Cic. in Sextiana, In orat. poſt reditum, De prouinc. conſul. & alibi frequentiſſimè. Latam illo tempore Cic. in Piſoniana teſtatur: qui centum annis dixit, pro circiter centum annos.

Fvsia de comitiis. Tulit Q. Fuſius Calend. Prætor, C. Cæſare, M. Bibulo coss. Anno dcxciiii. Quum in tributis comitiis omnium ſimul ſuffragia confunderentur, itaque fieret, vt ſingula genera de ſuffragiorum euentu ſic inter ſe contenderent, vt quod rectè ſtatutum eſſet, id ſuo ſuffragio factum dicerent: quod ſecus, in alios reiicerent: Tulit, Vt ſingula genera ſuffragiorũ ſeorſum ferrent, quo ſententiæ internoſci poſſent. Hoc modo ſingulorum generum ſuffragia ſeorſim renunciabantur. Dio lib. 38.

G

Gabinia de nocturnis cœtibus. Tulit, Vt qui conciones vllas clandeſtinas in vrbe conflauiſſet, more maiorum capitali ſupplicio multaretur. Ex orat. Porc. Latronis in Catil.

Gabinia de ſuffragiis. Tulit A. Gabinivs Tribun. pleb. Piſone, Popilio coss. Anno dcxiiii. Vt comitiis quibus magiſtratus crearentur, populus non voce, ſed tabella ſuffragium ferret. Et quo id liberius eſſet, cautum eſt, Ne quis inſpiceret tabellam, ne rogaret, ne appellaret, ita ab omni parte liberum iudiciũ ſuum in magiſtratib. creandis populus haberet. Cic. De legibus lib. 3. Et in lib. De amicit.

Gabinia de piratis perſequendis. Tulit A. Gabinius Trib. pleb. Metello, Marcio coss. Anno dclxxxv. Vt bellum aduerſus piratas Cn. Pompeio in trienniũ ita mandaretur, Vt toto mari quod eſt intra columnas Herculis, & in maritimis prouinciis vſque ad quadringenteſimum à mari ſtadium poteſtatem haberet imperandi regibus, præſidibus, ciuitatibus, vt ſe rebus omnibus ad eius belli adminiſtrationem neceſſariis iuuarent. Pædian. in Cornel. Velleius lib. 2. Dio lib. 38. Plutarchus in Pompeio, & Cicero De lege Manilia. & in Orat. poſt redit. in Senat. Appian. in Mithridat.

Gabinia de ſenatu habendo. Tulit, Vt ex Calend. Feb. ad Cal. Martias quotidie Senatus cogeretur, & legatis exterarum nationum daretur. Cicero in Epiſt. ad Qu. Fratrem, lib. 2. epiſt. 11.

Gabinia de vſuris. Tulit, Ne ius diceretur de iis pecuniis quæ verſura facta eſſent ſumptæ, ne ſcilicet prouinciales homines à Romanis exhaurirentur. ne grauior vſura quam centeſima exigeretur. ſed & præter amiſſam ſortem certam pœnam ſanciebat. Cicer. lib. Epiſt. ad Attic. 6.

Gellia & Cornelia de ciuitate. Tulere L. Gellius Publicola, Cn. Cornelius Lentulus coss. An. dclxxxi. Vti ciues Rom. ſint ij, quos Cn. Pompeius de conſilij ſententia ſingulatim ciuitate donauerit. Cicer. pro Balbo.

Genvtia Æmilia de clauo pangendo. Tulere ex s. c. Cn. Genutius, L. Æmilius coss. Anno cccxc. Vt, qui Prætor maximus ſit, Idibus Septembr. clauum pangat. Liuius lib. 7. vbi addit. Legem ætate ſua fuiſſe priſcis literis verbiſque ſcriptam, clauumque quia rare per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuiſſe, eoque Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus à Minerua inuentus ſit.

Genvtia de fœnore. Tulit L. Genutius Tribun. pleb. C. Martio iiii. Qu. Seruilio coss. Anno cdxi. Ne fœnerare liceret. Liuius lib. 7.

Genvtia de magiſtratibus. Tulit idem, Martio, Seruilio coss. Anno cdxi. Ne quis eundem magiſtratum intra decem annos caperet, neu duos magiſtratus vno anno gereret, vtrique liceret, Conſules ambos Plebeios creari. Liuius lib. 7.

Glitia de teſtamentis. Citatur Caius ad legem Glitiam in l. 4. D. de inoffic. teſtam. Mendoſè meo iudicio: quum Glitia non nomen, ſed cognomen ſit, vt ex Faſtis intelligitur. Vidẽdum igitur an Titia rectius legeretur. quæ de pupillorum rationibus lata eſt, quo Caij ſententia pertinet.

H

Hircia de Pompeianis. Tulit A. Hercius, Vt Pompeiani ad dignitates nõ admitterentur. Ex epiſt. Anton. Philipp. 13.

Horatia Valeria de plebiſcitis. Tulere L. Valerius, M. Horatius coss. Anno ccciiii. Vt quod tributim plebs iuſſiſſet, populus teneret. Liuius lib. 3. Dionyſ. 11. Quod poſtea lege Hortenſia, & Publilia confirmatum eſt.

Horatia de magiſtratibus ſacroſanctis. Tulit idem. Vt qui Trib. pleb. Ædilibus, iudicibus nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet: familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret. Liuius lib. 3. Dionyſ. lib. 5.

Horatia de Caia Tarratia, virgine Veſtali. Tulit. Vt certi honores ei tribuantur, in his vt teſtabilis eſſet, Vt ſi quadraginta annos nata ſacerdotio abire, ac nubere voluiſſet, ius ei poteſtaſque exaugurandi atque nubendi eſſet: munificentiæ & beneficij gratia, quòd campum Tiberinum, ſiue Martium populo Rom. condonaſſet. Gellius lib. 6. cap. 7. Plutarchus in Publicola, vbi eam Tarquiniam appellat.

Hortensia de nundinis. Tulit. Vt nundinæ quæ prius erant feriç, faſtæ eſſent: vti ruſtici, qui nundinandi cauſſa in vrbem veniebant, lites componerent. Macrob. lib. Saturn. 1. cap. 16.

Hortensia de plebiſcitis. Tulit Qu. Hortenſius, Dictator ſeditionis ſedandę cauſſa creatus, Anno cdlxvii. Vt eo iure quod plebs ſtatuiſſet omnes Quirites tenerentur: quum antea Patritij non tenerentur. Gell. lib. 15. cap. 27. Florus epit. 11. Plin. lib. 16. cap. 10. Auguſt. lib. 3. De ciuitate Dei, cap. 17. quod poſtea lege Publilia confirmatum eſt.

Hostilia de furtis. Tulit A. Hoſtilius Conſul cùm A. Attilio, Anno dlxxxiii. Vt furti agere liceret eorum nomine, qui apud hoſtes eſſent, aut Reip. cauſa abeſſent, quive in eorum cuius tutela eſſent. Iuſtinianus De iis per quos ag. poſſ. Hinc illæ Hoſtilianæ actiones, id eſt. formulæ apud Ciceronem lib. De orat. 1. vbi de militis teſtamento agitur.

I

ICILIA de Auentino. Tulit L. Icilius Tribun. pleb. M. Valerio, Sp. Virginio coss. Anno CCXCVII. Vt Auentinus mons plebi ad ædificia concederetur. ὅσα μὲν ἰδιῶταί τινες εἶχον ἐκ δικαίου κτησάμενοι, ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν· ὅσα δὲ βιασάμενοί τινες ἢ κλοπῇ λαβόντες ᾠκοδομήκασι, κομισαμένους τὰς δαπάνας ἃς ἂν οἱ διαιτηταὶ γνῶσι, τῷ δήμῳ παραδιδόναι. τὰ δ' ἄλλα ὅσα ἦν δημόσια, χωρὶς ὠνῆς τὸν δῆμον παραλαβόντα διελέσθαι. id eſt, Quæ priuati quidam iure quæſita poſſidebant, ea pro domino poſſiderent: quæ verò vel vi, vel clàm accepta ædificiis occuparant, ea recuperatis impenſis quas arbitri ſtatuiſſent, populo redderent. cætera verò quæ publica eſſent, ea populum ſine precio recipere, & inter ſe diuidere. Dionyſ. lib. 10. & Liuius lib. 3.

ICILIA de Tribunis pleb. Tulit Sp. Icilius Tribun. plebis. T. Geganio, P. Minutio coss. Anno CCLXI. δημάρχου γνώμην ἀγορεύοντος ἐν δήμῳ, μηδεὶς λεγέτω μηδὲν ἐναντίον, μηδὲ μεσολαβείτω τὸν λόγον. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, διδότω τοῖς δημάρχοις ἐγγυητάς, αἰτηθεὶς εἰς ἔκτισιν ἧς ἂν αὐτῷ ἐπιθῶσι ζημίας. ὁ δὲ μὴ διδοὺς ἐγγυητὴν, θανάτῳ ζημιούσθω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ ἱερὰ ἔστω. τῶν δὲ ἀμφισβητούντων πρὸς ταύτας τὰς ζημίας, αἱ κρίσεις ἔστωσαν ἐπὶ τοῦ δήμου. id eſt, Tribuno ad populum concionanti, ne quis contradicito, néve eum interpellato. Qui contrà faxit, prædes Tribunis dato ſe multam quam ipſi irrogabunt ſoluturum. qui prædes non dederit, capital eſto: familiaque eius ſacra eſto. Si quid erit in multis controuerſiæ, populi iudicium eſto. Dionyſius lib. 7.

Iulia de ciuitate. Tulit Sext. Iulius Cæſar cos. cum L. Marcio, Anno DCLXII. Vt ciuitas ſociis & Latinis omnibus qui arma deponerent, daretur. nam Italici belli reſtinguendi cauſſa lata eſt. Additur in Oration. pro Balbo: QVI fundi facti eſſent. Gell. libro 4. cap. 4. Appianus libro de bell. ciuil. 1. Eutropius.

IVLIA de prouinciis. Tulit C. Iulius Cæſar Conſul cum Bibulo anno DCXCIIII. Vt Achaia, Theſſalia, cuncta Græcia liberæ eſſent, neque in iis magiſtratibus populo Roman. ius liceret. Cicero Pro domo ſua in Piſon. & de prou. Conſul. Item vt magiſtratibus tranſeuntibus, eorumque comitibus fœnum aliaque ab oppidis & vicis ſubminiſtrarentur. Ad Attic. libro quinto & in Piſon. Item duabus in ciuitatibus prouinciæ ſuæ Magiſtratus decedentes rationes ſuas relinquerent: eaſdemque totidem verbis ad ærarium referrent. Cicer. Epiſt. fam. libro quinto epiſtol. 20. in Piſon. Item, Ne coronarium aurum iis qui prouincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret, niſi decreto triumpho. Cicer. in Piſon. Ne quis aut de prouincia exercitus deduceret, aut bellum ſua ſponte iniuſſu popul. aut Senatus gereret. in Piſonem.

IVLIA agraria. Tulit idem eodem tempore. Vt ager Stellas, maioribus conſecratus, item Campanus ad ſubſidia Reipub. vectigalis relictus plebi diuiderentur. Diuiſit extra ſortem XX. millibus ciuium, quibus terni pluresque liberi eſſent. Velleius libro ſecundo Plutarch. in Pomp. & in Cæſar. & in Cat. Vtic. Dio 38. Aliam præterea Calliſtratus commemorat in l. 3. D. de term. mot. Vt qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum finésve dolo malo mouerint, in ſingulos terminos quos eiecerint, locóve mouerint, quinquaginta aureos dare in publicum damnentur: eiusque rei actio petitio ei qui volet detur.

Iulia de vi. Tulit idem. Vt ei qui de vi damnatus eſſet, aqua & igni interdiceretur Cicero Philip. 1.

IVLIA maieſtatis. Tulit idem. Vt ei qui maieſtatis damnatus eſſet, aqua & igni interdiceretur. Cicero Philip. 1.

IVLIA iudiciaria. Tulit idem. Vt iudicia ad duo genera iudicum redigerentur, equeſtris ordinis & ſenatorij. Tribuni verò ærarij, quod erat tertium, tollerētur. Suetonius in Cæſare. Meminit Gellius lib. 14. cap. 2. Dio lib. 43.

Iulia de ſacerdotiis. Tulit idem. Vt in cooptandis ſacerdotibus etiam abſentium ratio haberetur. Patet ex lib. 1. epiſt. ad Brutum.

IVLIA repetundarum. Tulit idem, vt ex Vatiniana & Sextiana intelligitur. Ne cui qui in prouincia cum poteſtate, imperióve eſſet, pecuniam capere, conciliare liceret: extrà quam ſi ad templum monimentumque capiat. Cic. Epiſt. 1. ad Quint. fra. & epiſt. 1. libri VI. ad Attic. Vt ab iis exigeretur pecunia, ad quos ea quam is ceperit qui damnatus ſit, peruenerit. vt tranſeuntibus magiſtratibus eorumque comitibus fœnum aliaque ab oppidis & vicis ſubminiſtrarentur. Vt idem quum de prouincia decederent, rationes in prouinciæ duabus ciuitatibus quæ ipſis maximè viderentur, relinquerent, & totidem verbis ad ærarium referrent. Ne qui cum imperio eſſent, iniuſſu populi aut ſenatus de prouincia exirent, exercitum educerent, bellum ſua ſponte gererent, in regnum alienum accederent, Cic. pro Poſtumo. In epiſt. lib. 5. epiſt. 20. & in Piſoniana. Item, Ne quis in magiſtratu, poteſtate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterióve publico, quive ex cohorte cuius eorum eſt, pecuniam ob iudicandum, decernendúmve accipiat, vel quo magis aut minus quid ex officio ſuo faciat: ne quis ob militem legendum, mittendúmve, æs accipiat: néve quis ob ſententiam in ſenatu conſilióve publico dicendam, pecuniam accipiat vel ob accuſandum, vel non accuſandum, vtque vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtineant: néve plus doni muneris in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum; ne quis ob iudicem, arbitrúmve dandum, mutandum, iubendúmve vt iudicet: néve ob non dandum, non mutandum, non iubendum vt iudicet: néve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vincirive iubendum, exve vinculis dimittendum: néve quis ob hominem condemnandum, abſoluendúmve; néve ob litem æſtimandam, iudiciúmve capitis pecuniæve faciendum, vel nō faciendum aliquid accipiet. néve in acceptum feratur opus publicum, frumentum publicè dandum, præbendum, approbandum, ſarta tecta tuenda, antequam perfecta probata, præſtita lege erunt, vt venditiones locationes eius rei cauſa pluris minorisve factæ, irritæ ſint; néve vſu capi ea res poſſit, priuſquam in poteſtatem eius à quo profecta ſit, hæredisve eius veniat. Hæc ex Pandectis.

IVLIA de ſacerdotiis. Tulit idem. Vt abſentis haberi rationem liceret. Cicer. Epiſtol. 5. ad Brutum.

IVLIA de prouinciis. Tulit idem Dictator. Ne prouinciæ prætoriæ plus quàm annū, neu plus quàm biennium Conſulares obtinerentur. Cic. Philipp. 1. & 3. & 8. item Dio lib. 43.

IVLIA de legibus Cæſaris. Tulit idem. Vt ei qui in ſuas leges non iuraſſet, capitale eſſet. Appianus De bell. ciuil. 2.

IVLIA de fœnore. Tulit idem. Vt diſiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur, debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quaſque ante ciuile bellum comparaſſent, deducta ſumma æris alieni, ſi quid vſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet: qua conditione quarta ferè crediti deperibat. Sueton. in Caio Cæſare. Cæſare libro tertio De bello ciuili. Eadem de modo credendi poſſidendique intra Italiam cauebatur. Tacitus libro quinto.

IVLIA de coloniis. Tulit idem. Vt ager Campanus viginti millibus ciuium extra ſortem diuideretur, eoque colonia deduceretur. Sueton. Iulio, & Augusto.

IVLIA de vi publica & priuata. Tulit C. Iul. Octauius Auguſtus, In eos qui vim armis aut ſine armis feciſſent. Hoc enim eſt vim publicam, aut priuatam admittere. Florus Epit. CXX. Sueton. in eius vita. Hanc legem Iuliam publicorum & Iuliam priuatorum appellat Vlpian. in l. ſi præſes, XXXII. D. De pœn. & l. 1. D. vnde vi. Eadem præterea lege cauebatur, ne rem vi poſſeſſam vſu capere liceret. l. 33. §. 2. D. de vſurpat.

IVLIA maieſtatis. Tulit idem. Qua tenetur is cuius opera dolo malo conſilium initum erit, qua obſides iniuſſu principis interciderent. qua armati homines cum telis lapidibúſve in vrbe ſint, conueniántve aduerſus rempublicam. locáve occupentur vel templa. quáue cœtus conuentúſue fiat, hominéſue ad ſeditionem conuocentur. cuiúſue opera, conſilio, dolo malo conſilium initum erit, quo quis magiſtratus populi Romani, quiue imperium poteſtatémue haber, occidatur. quáue quis contra Rempublicam arma ferat. quiue hoſtibus populi Romani nuncium, literáſue miſerit, ſignúmue dederit, feceritve dolo malo, quo hoſtes populi Romani conſilio iuuentur aduerſus rempublicam. quiue milites ſollicitauerit, concitaueritue, quo ſeditio, tumultúſue aduerſus rempublicam fiat. Quiue de prouincia cum ei ſucceſſum eſſet non diſceſſit. aut qui exercitum deſeruit, vel priuatus ad hoſtes perfugit. quiue ſciens falſum conſcripſit, vel recitauerit in tabulis publicis. nam & hoc capite primo lege maieſtatis enumeratur. Quiue in bellis ceſſerit, aut arcem tenuerit, aut caſtra conceſſerit. quiue iniuſſu principis bellum geſſerit, delectúmue habuerit, exercitum comparauerit. quiue cùm ei in prouincia ſucceſſum eſſet, exercitum ſucceſſori non tradidit. quiue imperium exercitúmue populi Romani deſeruerit. quiue priuatus pro poteſtate magiſtratúve quid ſciens dolo malo geſſerit. quiue quid eorum, quæ ſuprà ſcripta ſunt, facere curauerit. Cuiuſque dolo malo iureiurando quis adactus eſt quo aduerſus rempublicam faciat, cuiúſue dolo malo exercitus populi Romani in inſidias deductus, hoſtibúſue proditus erit: factúmue dolo malo cuius dicitur, quo minus hoſtes in poteſtate populi Romani veniant. cuiúſue opera dolo malo hoſtes populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecunia aliáue qua re adiuti erunt. vtue ex amicis hoſtes populi Romani fiant. cuiúſue dolo malo factum erit, quo rex exteræ nationis populo Romano minus obtemperet. cuiúſue opera dolo malo factum erit, quo magis obſides, pecunia, iumenta, hoſtibus populo Romano dentur aduerſus rempublicam. Item qui confeſſum in iudicio reum & propter hoc in vincula coniectum emiſerit.

IVLIA de ambitu. Tulit idem. Vt qui petiturus magiſtratum, vel prouinciam, vel ſacerdotium turbam ſuffragiorum cauſſa conduxerit, ſeruos aduocauerit, aliámue quam multitudinem conduxerit, conuictus vt vis publicæ reus in inſulam deportetur. Sueton. in Auguſt. Paulus Sentent. 5. cap. 32. & Iuriſconſ. in Pandect. Diuerſum tamen Dio tradit libro 56. Vt qui magiſtratum ambiiſſent, quinquennium à magiſtratibus arcerentur. quod ipſum Zonaras libro 11. ſecutus eſt.

IVLIA de maritandis ordinibus. Tulit idem. Ne cœlibes, niſi qui genere eſſent proximi, quicquam ex teſtamento ciuis Rom. caperent: néue orbi pluſquam dimidium eorum quæ relicta eſſent. Hoc ex Euſebio, Nicephoro, & Sozomene. & l. 1. Cod. de infirm. pœn. cœlib. Ne coniux coniugis teſtamento niſi decimam relictorum partem caperet: fiſcus reliquas nouem. Vlpian. cap. Inſtitut. 15. l. 1. Cod. de his qui ſe def. lib. 10. l. 2. Cod. de infirm. pœn. cœlib. Fœminis, inquit Vlpian. lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem: à diuortio, ſex menſium. Lex autem Papia, à morte viri, triennij: à repudio, anni & ſex menſium. Vlpian. cap. 14. Sueton. in Auguſto. Vt priori ex conſulibus faſces ſumendi poteſtas ſit, qui plures liberos quam collega, aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit: ſed ſi par vtrique numerus liberorum eſſet, maritus, aut qui in numero maritorũ eſt, præferatur: ſi verò ambo & mariti & patres totidem liberorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauretur, & qui maior natu eſt, prior faſces ſumat. Gell. libro 2. cap. 15. Vt ſi liberta ab inuito patrono diuerteret, alij nubere inuito patrono non poſſet. Vt iuſiurandum quod liberto impoſitum eſt ne vxorem ducat, ei remittatur, l. 6. §. 3. De iure patr. l. 1. D. vnde vir & vxor. Ne ſenatores eorúmue liberi, libertinas & quæ ipſæ, quarúmue pater matérue artem ludicram fecerit, item ex numero corpore quæſtum facientium vxorem ducant. Cæteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, à lenone lenáue manumiſſam, & in adulterio deprehenſam, & iudicio publico damnatam, & quæ artem ludicram fecerit. Paulus l. 44. D. de ritu nuptiarum. Marcianus autem in l. 19. eod. ſcribit, caput trigeſimumquintum fuiſſe, Vt qui liberos quos habent in poteſtate, iniuria prohibuerint vxores ducere, vel nubere, à magiſtratibus cogantur in matrimonium collocare, & dotare. Vt patritiis liceret libertinas vxores ducere: præterquam ſi ſenatores, ſenatorúmue liberi eſſent. ne qua ſponſalia rata eſſent, niſi ſtatim exacto biennio nuptiæ fierent: hoc eſt, ne puellæ decem annis minores, quarum annus ætatis duodecimus maturus coniugio habebatur. Zonaras lib. 11. Hæc autem lex in libris noſtris interdum Iulia tantum, Interdum Papia, interdum Iulia Pappia, Interdum Pappia Poppæa dicitur.

IVLIA de viceſima. Tulit idem. Vt quæ hæreditates, legata & donationes mortis cauſſa ad alienos, aut locupletes peruenirent, earum pars viceſima ad fiſcum pertineret. Vt teſtamenta in municipiis, coloniis, oppidis, præfectura, vico, caſtello, conciliabulo facta, in foro vel baſilica, præſentibus teſtibus vel honeſtis viris, inter horam ſecundam & decimam diei recitentur, exemploque ſublato ab iiſdem rurſus magiſtratibus obſignato, quorum præſentia conſtat apertum. Vt teſtamentum ſtatim poſt mortem teſtatoris aperiatur, hoc eſt, à præſentibus intra triduum vel quinque dies: ab abſentibus quoque intra eos dies, cùm ſuperuenerint. Vt teſtes, vel maxima pars eorum adhibeantur, qui ſignauerint teſtamentum, ita vt agnitis ſignis, rupto lino aperiatur &

recitetur. atque ita deſcribendi exempli fiat poteſtas, ac deinde ſigno publico obſignatum in Archiuum redigatur, vt ſi quando exemplum eius interciderit, ſit vnde peti poſſit. Dio libro 58. & Paulus Sentent. lib. 4. tit. 6.

IVLIA de iudiciis. Tulit idem, qua formam iudiciorum tum publicorum tum priuatorum præſcripſit. Gellius lib. 14. cap. 2. Vt qui nomen alicuius deferrent, locum, annum, & menſem, quo crimen admiſſum erit, deſignent. l. 3. De accuſat. Ne eodem tempore, de duobus reis quis quereretur, niſi ſuarum iniuriarum cauſſa. l. 12. eod. Ne inuito denuncietur, vt teſtimonium dicat aduerſus ſocerum, generum, vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natum, eóſve qui priore gradu ſint. item ne liberto ipſius, liberorum eius parentum, viri, vxoris. item patroni, patronæ. & vt ne patroni patronæ aduerſus libertos, neque liberti aduerſus patronum cogantur teſtimonium dicere. l. IIII. D. De teſtibus. Vt inter priuatos qui in iudicem conſenſiſſent, iuris dicendi ei iudici poteſtas eſſet. l. 3. §. 1. D. De iudic. Ne qui iudex ſit, arbitrium recipere eius rei de qua iudex eſt, inve ſe promitti iubeat. l. 9. De arbitr. Ne minor annis viginti iudicare cogatur. l. cum lege, XLI. D. De arbitr. Vt Saturnalibus triduo feriæ ſeruarentur. Macrobius libro primo capite decimo. Eadem etiam latam opinor, vt certus patronorum numerus eſſet. Meminit Aſconius in argumento pro Scauro. Et ſi quis reus vel accuſator, domum iudicis ingrediatur, per legem Iuliam iudicariam in legem ambitus committit. l. 1. D. de ambit. item ne iudices ſuo anno in alienas ædes ingrediantur. Dio lib. 54.

IVLIA Caducaria. Tulit, opinor, idem: & eiuſdem legis hæc duo fuere capita, Vt ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit: aut ſit quidem, ſed ius ſuum omiſerit, bona publicentur. Vlpian. cap. Inſtitut. 28. Idem l. 4. §. eodem, D. De fideicomm. libert. Quare & ſi caducariis legibus bona delata ſint, idem erit probandum. Sic enim locum hunc nobis reſtituit Iacob. Cuiacius, vir acri ingenio, eximiaque doctrinam præditus. Eandem legem Iuliam ſignificat Iulianus leg. XCVI. §. 1. de legat. & fideic. lib. 1.

IVLIA de adulteriis. Tulit idem. Si quis ſtuprum adulteriumque faceret, ſciens, dolo malo. Sueton. in Auguſto. & Iuriſconſulti titul. Ad leg. Iuli. de adult. Cornelius Tacitus libro ſecundo. Huius caput etiam hoc fuit, Ne maritus dotale prædium inuita vxore alienet: néve id etiam eius voluntate oppigneret. Paulus lib. Sent. 2. cap. 22. & Iuſtin. ſub titul. Quibus alien. licet.

IVLIA Theatralis. Tulit idem. Vt equitibus Roman. quibus ipſis parentibúsve equeſter cenſus vnquam fuiſſet, in quatuordecim ordinibus lege Roſcia Theatrali conſtitutis conſidere liceret. Sueton. Auguſto Plin. lib. 33. cap. 2.

IVLIA ſumptuaria. Tulit idem. Vt pro feſtis diebus ducentos numos in conuiuiis conſumere liceret: Calendis, Idibus, Nonis, & aliis quibuſdam feſtiuis trecentos, nuptiis autem & repotiis H-S. millies. Gellius lib. 2. cap. 24.

IVLIA de manumiſſionibus. Tulit idem. Vt Imperator, cùm ſeruum manumittit, non vindictam imponat: ſed ſimpliciter liberum eſſe iubeat. Paulus l. apud eum, 14. D. de manumiſſ. Qua lege tam manumiſſoris quàm manumiſſi ætatem definiuit, iuraque quibus patroni aduerſus libertos vterentur conſtituit. Dio lib. 55.

IVLIA de veneno. Nominatur à Suetonio in Nerone.

IVLIA peculatus. Tulit idem. Ne qui ex pecunia ſacra, religioſa, publicáve auferat, néve intercipiat, néve in rem ſuam vertat: néve faciat quo quis auferat, intercipiat, vel in rem ſuam vertat: niſi cui vtique lege licebit. néve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indet, néve immiſceat: néve quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat. Vlpian. l. 1. D. eo.

IVLIA de reſiduis. Tulit idem. Ne quis eam pecuniam quæ in vſum publicum erogari, vel in ærarium inferri debuit, priuatim retineat. l. 2. D. ad leg. Iul. pecul.

IVLIA Titia de tutoribus. Tulere. Vt prouinciarum præſides mulieribus pupillisve tutores non habentibus, tutores darent. Iuſtin. De Attil. tutor. & Vlpian. cap Iuſtin. 11.

IVLIA de ceſſione bonorum, Tulit. Vt qui ſine dolo ſuo malo æri alieno ſatisfacere non poſſet, bonis ſuis cedẽdo liberaretur. l. 4. C. Qui bon. ced. poſſunt. & in Cod. Theodoſiano lib. 4. tit. Qui bonis ex lege Iulia ceder. poſſint.

IVLIA & Sempronia de limitibus. Tulere. Vt per actuarios limites populo eundi ius eſſet ſicut per viã publicam. Hyginus in libello, De limitibus conſtitu. Apud Frontinum autem Tiberij Cæſar. conſtitutio legitur, ex qua hæc ſumpſimus. Eſt & aliud monumẽtum quod non longè ab ædibus vel itinere publico conſtitutum: id eſt, iuxta legem Semproniam & Iuliam, quod cardinib. & Decumanis conſtitutum eſſe monſtratur. quod rationem finium recipere videtur; id eſt, concurrentium linearum atque ſecantium ſe inuicem, & ordinem in vtroque cuſtodit, limitum rationem diſcernens.

IVLIA Miſcella de teſtamentis. Tulere. Vt coniugi ſuperſtiti legatum ſibi à demortuo ea lege ne iterum nuberet, ita capere ius eſſet, ſi intra annum iuraret ſe liberorum quærendorum cauſſa velle nubere. Iuſtin. in tractatu de indicta viduitate, & lege Iulia Miſcella tollenda. libro Cod. 6. titul. 40. & Nouell. conſt. 22. vbi Iuſtinia. Iulium Miſcellam huius legis auctorem contra omnia antiquitatis exempla, & falſo (mea quidem opinione) nominat, quinetiam quòd eodem loco L. Mutium Scæuolam ſcribit legi cautionem appoſuiſſe, vt anno præterito coniunx aliter legatum capere non poſſet, quàm ſi cautionem dediſſet, ſe ad ſecundas nuptias non peruenturam: falſum opinor; ſed ita cautionem interpretor, vt ad hoc quoque negotium, Mutianæ cautionis vſus adhiberetur.

IVLIA Plautia de vſucapionibus. Vide, Iulia de vi, & Plautia de vi. Ne res vi poſſeſſas vſucapere vllo tẽpore liceret. Iuſtin. De vſucap. lib. Inſtit. 2.

IVNIA de Regio, & Conſulari imperio. Tulit L. Iunius Brutus ſolus Conſul; Anno CCXLIII. Vt imperium Tarquinio abrogaretur, vt ipſe idem cum coniuge ac liberis, itemque omnes Tarquiniæ gentis exularent: Vt capitale eſſet ſi quis de iis reuocandis mentionem faceret; vt Regio imperio abrogato, Conſules duo regia poteſtate quotannis comitiis centuriatis à populo crearentur. Dionyſius lib. 4. Liuius lib. 2.

IVNIA de Trib. pleb. Vide Sacrata.

IVNIA Licinia, de legibus. Tulere D. Iunius, & L. Licinius COSS. An. ab Vrbe condita, DCXCI. Vt leges trinundino antè promulgarẽtur, quàm ad populum ferrentur. Cic. Philip. 5. Epiſt. ad Attic. 2. & 4. & Vatiniana interrogatione, & pro Domo ſua.

IVNIA Norbana de Libertinis. Tulere M. Iunius Silanus, L. Norbanus Balbus coss. Anno DCCLXXI. Vt ij ſerui qui neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento, ſed aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione liberi fierent, non ciues Romani, ſed eodem iure, quo Latini coloni eſſent. Vt ſi Latinus ciuem Romanam, vel Latinam vxorem duxerit, teſtatione interpoſita, quòd liberorum quærendorum cauſa vxorem duxerit, poſtea filio filiáve nato natáve. & anniculo facto poſſit apud Prætorem vel Præſidem prouinciæ cauſam probare, & fieri ciuis Romanus, tam ipſe quàm filius filiáve eius & vxor, ſcilicet ſi & ipſa Latina ſit. Vt Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullæ prorſus eſſent: ſed eorum bona manumiſſores, tanquam ſeruorum peculia ſibi haberent. Vt liberti ius ciuitatis Rom. non antè haberent, quàm ius aureorum annulorum, aut natalium reſtitutionem à principe impetraſſent. Vlpian. in Inſtitut. titul. 3. Iuſtinian. §. v. De ſucceſ. libert. Idem Nouel. 78.

IVNIA Vellea de hæredũ inſtitutione. Tulere. Vt qui teſtamentum faceret, is omnem virilis ſexus qui ei ſuus hæres futurus erit cùm naſcetur, inſtituendi, exhæredandive poteſtatem haberet, etiamſi viuo teſtatore naſceretur, item. Vt ſi quis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſineret, liberi eius & cæteri in locum ſuorum ſui hæredes ſuccederent. Scæuola l. Gallus, 29. De lib. & poſtum.

IVNIA Petronia de libertate. Tulere C. Iunius Cæſonius, Petronius Turpillia. coss. Ann. DCCCXIII. Vt ſi diſſonantes pares iudicum exiſtant ſententiæ, pro libertate pronuncietur. Hermogen. l. 24. D. De manum. Ab eodem quoque Petronio lex Petronia de ſeruis infrà ſuo loco numeratur.

L

LABIENA de ſacerdotijs. Tulit T. Labienus Trib. pl. Cic. Antonio coss. Anno DCXC. Vt ius creandorum ſacerdotum penes collegia eſſet ex veteri lege Domitia, quam lex Cornelia abrogarat. Dio lib. 37.

LÆTORIA de minorib. Tulit. Vt ijs qui furioſi vel prodigi eſſent, curatores darentur: qui eos circumſcripſiſſent, iudicio publico tenerentur. Cic. De Offi. 3. De nat. deorum 3. & Capitol. in Anton. Philoſ. Ne à minorib. vigintiquinque annis ſtipulari liceret, hoc eſt, ne ſtipulatione obligari poſſent. Sueton. in quarto Prætorum, apud Priſcianum lib. 8. Et hoc illius capite meo iudicio Plautus ſignificat in Pſeudolo, vbi Callidorum adoleſcentem ſic loquentem facit: *Nimis ſum miſer: nummum nuſquam reperire argenti queo. Ita miſer & amore pereo, & inopia argentaria. Perii, an non? tum lex me perdit quina vicenaria, Metuunt credere omnes.* Profertur in eandem ſententiam à Conſtantino in l. 2. C. Th. de donationibus.

LICINIA de fœnore. Tulit C. Licinius Stolo Trib. pl. Furio, Clœlio, &c. Trib. mil. Ann. CCCLXXVI. Vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolueretur. Liuius lib. 6.

LICINIA de magiſtratibus è plebe creandis. Tulit idem. Ne tribunorum militum comitia fierent, ſed Conſulũ, & vtiq; alter ex plebe crearetur. Liu. lib. 6.

LICINIA agraria. Tulit idem, Æmylio, Valerio, &c. Tribu. mil. Ann. CCCLXXVII. Ne quis plus quingenta iugera agri, centũ pecoris maioris capita, quingenta minoris poſſideret, Varro libro de re Ruſt. 1. Columel. lib. 1. cap. 3. Liuius lib 6. Appia. De bellis ciuilibus 1. Gellius libro 20. cap. 1. Valerius lib. 8. cap. 6. Plinius lib. 18. cap 3. Velleius lib. 2. Plutarchus in Camillo & in Gracchis. Videtur de ſeptem iugeris viritim diuidendis cauiſſe. Nam Columella libro 1. Poſt exactos, inquit, Reges Liciniana illa ſeptem iugera, quæ plebis Tribunus viritim diuiſerat, maiores quæſtus antiquis retulere, quam nunc nobis ampliſſima veruacta.

LICINIA ſumptuaria. Tulit P. Licinius Craſſus Diues coss. cum Cn. Lentulo, Anno DCLVI. Vt Calendis, Nonis, nundinis Romanis, cuique in dies ſingulos triginta duntaxat aſſes edundi cauſa conſumere liceret. nuptiis ducenos. cæteris vero diebus qui excepti non eſſent, tricenos: quum & carnis aridæ pondo tria, & ſalſamentorum pondo libram concederet. quod autem è terra, vite, arbore've natum eſſet, id impune conſumere liceret. Macrob. lib. 3. cap. 17. Gell. lib. 2. cap. 24. Cic. lib. 7 epiſt. ad Gallum, epiſt. 27. Et Feſtus, Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centuſſibus præter terræ nata impẽdebatur, id eſt, centum aſſibus, qui erant breues nummi ex ære.

LICINIA de ludis Appollinaribus. Tulit P. Licin. Varus Prætor Vrb. Claudio, Quinctio coss. Anno DXLV. Vt ludi Apollinares qui die incerta fiebant, in perpetuum in ſtatam diem vouerentur. itaque ipſe primus ita vouit, fecitque ante diem tertium nonas Quintiles. is dies deinde ſolennis ſeruatus. Liuius libro 27.

LICINIA Caſſia de bello Perſei. Tulere Licin. Caſſius, coss. Anno DXXCII. Vt quod Perſeus Philippi filius Macedonum rex aduerſus fœdus cum patre Philippo ictum, & ſecum poſt mortem eius renouatum, ſocijs populi Ro. arma intuliſſet, agros vaſtaſſet: vrbesque occupaſſet. quodque belli parandi aduerſus populum Rom. conſilia iniſſet, arma, milites, claſſem eius rei cauſa comparaſſet: vt niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur. Liuius lib. 42.

LICINIA Caſſia de tribunis militum. Tulere ijdem coss. Ne tribuni militũ eo anno ſuffragiis crearentur, ſed Conſulum Prætorumque in iis faciendis iudicium arbitriumque eſſet. Liuius lib. 42.

LICINIA & Mutia de peregrinis. Tulere L. Licinius Craſſus, & Q. Mutius Scæuola coss. Anno DCLVIII. Vt ſocij Latini, Romanæ ciuitatis iure priuati, ſuas in ciuitates redigerentur. Aſcon. in Corneliana, & pro Scauro, Cicer. in Bruto, & lib. De Offic. 3. De Orat. 2. pro Corn. Balbo, & pro Sextio. Appianus lib. 1.

LICINIA de ſodalitiis. Vt in ſodalitiis iudices ab accuſatore ex tribubus ederentur Cicer. in Orat. pro Plancio, & lib. Famil. epiſt. 8.

LICINIA Æbutia de legumlatorib. Tulere Vt ne ei qui legem de curatione poteſtatéve aliqua tulerit, eiúſve collegis, cognatis, affinibus ea poteſtas curatione mandaretur. Cice. in Orat. 2. contra Rullum, & in Orat. Pro domo ſua.

LICINIA rogatio de ſacerdotiis. Promulgauit Q. Licinius Craſſus, vt ſacerdotum cooptatio ab ipſorum collegio ad populum transferretur. Cicer. in Lælio.

LICINIA Iunia de legib. Vide Iunia Licinia.

LIVIA de Coloniis deducendis. Tulit M. Liuius Druſus Tribun. pleb. Domitio, Fanni coss. Anno DCXXXI. Vt duodecim coloniæ deducerentur, & ſingulis tria ciuium millia aſſignarentur. Plutarchus in Gracchis.

LIVIA de ſocijs Latini nominis. Tulit idem. Ne quem Latini nominis virgis in exercitu cædi liceret. Plut. ibidem.

LIVIA de vectigalibus. Tulit idem. Vt pauperib. quibus agri diuiderentur, vectigal quod ex lege Sempronia pendebant, remitteretur. Plut. ibidem.

LIVIA de re numaria. Tulit idem. Vt octaua æris pars argento miſceretur. Plin. lib. 33. cap. 3.

LIVIA iudiciaria. Tulit M. Liuius Druſus Trib. ple. L. Martio, Sex. Iulio COSS. Anno DCLXII. Vt æqua ex parte iudicia penes Senatũ & equeſtrem ordinem eſſent. Aſcon. in Cornelianã. Cic. de Orat. 3. Florus in epit. LXXI. Appianus autem rem ſic explicat: τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, τοσούσδε ἑτέρους αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια, εὐθύνας τε ἐπ' αὐτῶν γίγνεσθαι δωροδοκίας προσέγραφεν, ἐγκλήματος ἤδη σχεδὸν ἀγνοουμένου, διὰ τὸ ἔθος, τῆς δωροδοκίας ἀνέδην ἐπιπολαζούσης. Quum per id tempus propter ſuperiores ſeditiones vix trecenti ſenatores eſſent, totidem ex equeſtri ordine arbitratu bonorum virorum delectos ipſis adiunxit, vti deinceps ex hiſce omnibus iudices legerentur: vtque de pecunia ob rem iudicandam accepta cauſam dicere cogerentur. quod crimen conſuetudine iam pro nullo numerabatur, quũ largitiones ſine vllo pudore increbuiſſent. Hæc ille lib. De bell. ciuil. 1.

LIVIA agraria. Tulit idem. Vt Semproniæ leges de agris populo diuidendis valerent.

LIVIA frumentaria. Tulit idem. Vt Sempronia lex de frumento plebi ex publico viritim dando valeret.

LIVIA de coloniis deducendis. Tulit idem. Vt lex Sempronia ea de re valeret.

LIVIA de ſociis. Tulit idem. Vt ſociis omnib. ius ciuitatis Romanæ daretur: quod ante ipſum M. Fuluius COS. tentarat. Liuius tamen in perferenda lege occiſus eſt. Appianus, De bell. ciuil. 1. Florus, & Cicero de legibus 3.

LVTATIA de vi publica. Tulit Q. Lutatius Catulus COS. cum C. Mario, Anno DCLI. Vt de ſeditioſis conſceleratiſque ciuibus, qui armati Senatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, Rempubl. oppugnarint, quotidie etiam diebus feſtis ludiſq. publicis quæreretur. Cic. pro Cælio.

M

MAMILIA de limitibus. Eius aliquot locis mentio fit in libro de agrorum conditionib. conſtatque ex Aggeno Vrbico, & lib. Cicer. De legibus 2. eam in finibus agrorum quinque aut ſex pedum latitudinem præſcripſiſſe, quos vſucapi vetaret. In libello verò Variorum autorum eidem volumini ſubiecto, Mamilia, Roſcia, Peducea, Alliena, Fauia nominantur: ſed capita trium duntaxat poſtremarum legum referuntur, quia neque de quinque pedum præſcriptione mentio vlla fit; & hæ notæ, K. L. 3. item 4. & 5. caput legis tertiæ, quartæ, & quintæ ſubſcribi tantum ſignificant; quas ſuum in locum referemus. Ex Cicerone autem apparet, hanc legem finibus regundis ſingulos arbitros conſtituiſſe. Tulit C. Mamilius Trib. pl. qui propterea Limitanus dictus eſt. Salluſt. in Iugurth. hunc C. Mamilium Tribunũ pleb. nominat.

MAMILIA de ſenatoribus à Iugurtha corruptis. Tulit C. Mamilius Limitanus Tribun. pleb. Sp. Poſtumio, Q. Minutio COSS. Anno DCLIII. Vti quæreretur in eos, quorum conſilio Iugurtha Senatus decreta neglexiſſet, quique ab eo in Legationibus aut imperiis pecunias accepiſſent, qui elephantos, quique perfugas tradidiſſent, item qui de pace aut bello cum hoſtibus pactiones feciſſent. Sall. Iugurth.

MANIA, Vide Menia.

MANILIA de Bello Mithridatico. Tulit. C. Manilius Tribun. pleb. M. Lepido, L. Volcatio COSS. Anno DCXXCVII. Vt belli Mithridatici adminiſtratio Cn. Pompeio mandaretur. Vt Prouincia vniuerſa cui Lucullus præfuerat, omneque ipſius imperium, exercitus, & copiæ Pompeio darentur: & hoc amplius Bithynia adiungeretur, cui Glabrio præerat: claſſis item & copiæ omnes maritimæ quas ipſe initio belli Piratici habuerat. omnes præterea prouinciæ, quibus ſolis lege Gabinia non pręfuerat, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis ſuperior, & Armenia. Cicer. Pro lege Manilia, Plutarchus in Pompeio, Appianus in Mithridat. Florus epit. c. Dio libro 26.

MANILIÆ leges venalium vendendorum. Ab Antonio dicuntur in libro De Orat. 1. pro Cautiones. vt apud Catonem, Lex vini vendendi, oleæ faciendæ.

MANLIA de viceſima. Tulit Cn. Manlius COS. cum C. Martio, Anno CCCXCVI. Vt ij qui manumitterentur, fortunarum ſuarum viceſimam ærario darent. Liuius lib. 7.

MANLIA de ſacerdotiis. Tulit P. Manlius Tribun. pleb. Furio, M. Marcello COSS. Anno DLVII. Vt propter ſacrificiorum multitudinem Treſuiri Epulones crearentur: quum eſſent ipſi à Numa, vt etiam ludorum illud epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Ius præterea togæ prætextæ habendæ, item vt Pontifici eidem eſſet. Cicero de Orat. 3. Liuius 33. Vbi tamen T. Romuleius legitur: quod Car. Sigonius, vir eruditiſſimus, & de literis optimè meritus ex coniectura emendauit.

MANLIA de C. Mario. Tulit L. Manlius Trib. pl. C. Mario, L. Caſſio COSS. Anno DCXLVI. Vt eidem C. Mario prouincia Numidia mandaretur.

MARTIA Atinia de pace Macedonica. Tulere Q. Martius, C. Atinius Trib. pl. Furio, Claudio COSS. Anno DLVII. Vellent iuberéntne cum Rege Philippo pacem eſſe? omnes quinque & triginta tribus, vti rogas, iuſſerunt, Liuius lib. 33.

MARTIA de magiſtratibus. Tulit Martius Cenſorinus, Ne cui bis cenſuram gerere liceret. Plut. in Coriolano.

MARTIA de Statellis. Tulere M. Martius Sermo, & Q. Martius Sylla Tribuni pleb. Popillio, Ælio COSS. Anno DXXCI. Vt qui ex Statellis (Liguriæ populis) deditis in libertatem reſtitutus antè Kalendas Sextiles primas non eſſet, cuius dolo malo is in ſeruitutem veniſſet, vt iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret, animaduerteretque. Liuius libro 42.

MARIA de ſuffragiis. Tulit C. Marius Trib. pl. L. Cæcilio, L. Cotta COSS. Anno DCXXXIIII. Vt pontes per quos ſuffragia in comitiis ferebantur anguſtiores fierent, ne quis illic qui ſuffragium ferret conſiſtere poſſet ad appellandum rogandumq́ue. Cicer. De legibus 3. Plut. in Mario.

MARIA de re numaria. Tulit M. Marius Gratidianus Prætor, L. Sylla Dictatore. Vt numi certa tum excogitata ratione probarentur. Iactabatur enim temporibus illis numus, ſic, vt nemo ſcire poſſet quid haberet. Cicero de Offic. 3. Plinius lib. 33. capit. 9. qui legem

legem hanc nominatim appellat, cùm Cicero Prætoris edictum de Roſtris promulgatum fuiſſe ſcribat.

MARIA Porcia de triumpho. Tulere L. Marius, M. Cato Tribuni ple. Vt pœna afficerentur ij, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerum literis ſenatui retuliſſent. Vt cùm primum vrbem intraſſent, apud Quæſtores vrbanos iurarent. de vtroque numero verè ab ijs Senatui ſcriptum eſſe. Valerius lib. 2. cap. De iure triumph.

MEMMIA de Iugurtha Romam euocando. Tulit C. Memmius Tribunus pl P. Scipione Naſica, L. Beſtia Calpurnio coss. Anno DCXLII. Vti L. Caſſius Prætor ad Iugurtham mitteretur, eumque interpoſita fide publica Romam duceret, quo facilius indicio regis, Scauri & reliquorum, quos pecuniæ captæ arceſſebant, delicta pateſieret. Salluſt. de Bello Iugurth.

MEMMIA de reis poſtulandis. Tulit. Vt eorum qui Reipublicæ cauſa abeſſent nomina ne in reos reciperentur. Vt calumniatoribus, pœna conſtituto iudicio imponeretur. Val. Max. lib. 3. cap. 7. Cicero pro Sex. Roſcio. Papinian. l. 13. De teſtibus. l. 1. §. 1. Ad s.c. Turpil. Legitur tamen Remmia.

MENENIA Sextia de multa. *Tulere T.* Menenius, P. Sextius coss. Anno CCCI. Autor Feſtus lib. 14. cuius verba ſic opinor, legenda ſunt, Peculatus furtum publicum dici cœptum eſt à Pecore: quia ab eo initium eius fraudis eſſe cœpit. ſiquidem ante æs aut argentum ſignatum ob delicta pœna grauiſſima erat duarum ouium, & triginta boum: quæ pecudes poſtquam ęre ſignato vti cœpit populus Rom. Tarpeia lege cautum eſt, Vt bos centuſſis, ouis decuſſis æſtimaretur. Eam legem ſanxere T. Menenius Lanatus, & P. Sextius Capitolinus coss.

MENIA de auctoritate Patrum. Nominatur à Cicerone in lib. De claris. Orat. Eaq́; videtur eſſe quæ apud Feſtum libro 14. Minia nominatur, in dictione Prorſus; & apud Nonium fortaſſe, in voce Sugillare: vbi ait, Sugillare, occludere. Varro Geminis, Contrà lex Mania eſt in pietate, ne filij patribus luci clara ſugillent oculos. Alludere videtur ad patrum nomen, quo lex Menia Patritios intelligebat.

MENIA de ciuitate. *Tulit.* Vt ex alterutro peregrino natus, deterioris parentis conditionem ſequatur. Vlp. cap. Inſtit. 5. Et hanc idem in l. lex naturæ. 24. De ſtat. hom. ſpecialem legem intelligit.

MINVTIA. Meminit Feſtus libro 13. in voce Oſi ſunt.

MINVTIA de *Triumuiris* menſariis. *Tulit* Minutius *Trib.* pl. Æmilio, *Terētio* coss. Ann. CXXXVII. Vt Propter penuriam argenti *Triumuiri* menſarij crearentur Liuius lib. 23.

MVNERALIS LEX vocata eſt, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipere. Feſtus, qui Plauti verſus citat, quos in Cincia retulimus.

O

OGVLNIA de ſacerdotijs. *Tulere* Q. & Cn. Ogulnij *Tribun.* pleb. M. Valerio, Q. Appuleio coss. Anno CDLIIII Vt cùm quatuor Augures, quatuor Pontifices ea tempeſtate eſſent, placeretque augeri ſacerdotum numerum, quatuor Pontifices, quinque Augures, de plebe omnes allegerentur. Ita deinceps octo Pontifices nouem augures fuerunt. Liuius lib. 10.

OPPIA de matronarum cultu. *Tulit* C. Oppius *Trib.* pl. Q. Fabio, *T.* Sempronio coss. Anno DXL. Ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento verſicolori vteretur: neu functo vehiculo in vrbe oppidóve, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur. Liuius libro 34. *Tacitus* lib. 3.

OPTIMA LEX, quum nominabatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator appellabatur, quàm pleniſſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur. Vt fuit M. Valerij Marci filij Voluſij nepotis, qui primus magiſter populi creatus eſt. Poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat, deſitum eſt dici, Vt optima lege: vtpote imminuto iure priorum magiſtrorum. Hęc Feſtus. Idem alibi, In magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator appellatur, quàm pleniſſimum poſſet ius eſſe ſignificabatur. Poſtquam verò prouocatio ab eo magiſtratu ad populum data eſt, quæ antea non erat: deſitum eſt dici, Vt optima lege: vtpote imminuto iure priorum magiſtrorum. Hactenus Feſtus.

ORCHIA de numero conuiuarum. *Tulit* C. Orchius *Tribun.* pl. Q. Fabio, M. Claudio, coss. Ann. DLXX. Macrob. libro 3. capit. 17. Feſtus libro 13. Obſonitauere.

OVINIA lex nominatur à Feſto, vbi de præteritis agit ſenatoribus, Vt Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in ſenatu legerent. quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.

P

PACVVIA de menſis Auguſti nomine. *Tulit* Sex. Pacuuius *Trib.* pl. Auguſto Imperatore, Vt qui menſis antea Sextilis vocabatur, quòd à Martio qui primus olim fuerat, ſextus eſſet: is deinceps Auguſtus ab Auguſto Imperatore diceretur. Macrob. lib. Sat. 1. cap. 12.

PAGANA LEGE in pleriſque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes, torqueant fuſos, aut omnino detectos ferant: quoniam aduerſetur id omnium ſpei, præcipueq́ue frugum. *Plin.* lib. 28. cap. 2.

PAPIA, vide Pappia.

PAPIRIA Iulia de multarum æſtimatione. *Tulere* L. Papirius, L. Iulius coss. Anno CCCXXIIII. Liuius lib. 4. vide Ateria.

PAPIRIA de ciuitate. *Tulit* L. Papirius Pr. Vt Acerranis ciuitas ſine ſuffragio daretur. Cornelio, Domitio coss. Anno CCXXI. Liuius lib. 8.

PAPIRIA de ſuffragiis. *Tulit* C. Papirius Carbo *Tribun.* pl. Popilio, Rupilio coss. Anno DCXXI. Vt in iubendis legibus aut vetandis populus tabella ſuffragium ferret. Cic. De legib. 3.

PAPIRIA de *Triumuiris* capitalibus, aut potius Monetalibus. *Tulit* L. Papirius *Trib.* pl. Vt qui prætor fieret, qui inter ciues ius diceret, *Treſuiros* capitales (Monetales legēdum videtur) populum rogaret: qui ſacramenta litigatorum exigerent, iudicarentq́; eodemque iure eſſent, vti quos ex legibus, plebiſve ſcitis exigere iudicaréve oportet. Hęc ex loco Feſti corruptiſſimo in lib. 17. voce Seſternus.

PAPIRIA de conſecratione. *Tulit* idem. Ne iniuſſu plebis ædes, terram, aram, aliámve rem vllam conſecrare liceret. Cic. Pro domo ſua.

PAPIRIA de re numaria. *Tulit*, opinor, idem L. Papirius *Trib.* pl. Vt aſſes eſſent ſemunciales. Plin. lib. 33. cap. 3.

PAPPIA de ciuitate. Tulit C. Pappius Trib. pleb. Cotta, Manlio coss. Anno DCXXCIIX. Vt peregrini vrbe Roma expellerentur. Cic. De Offic. 3. Pro Balbo, pro Archia, Dio lib. 37.

PAPPIA de Veſtalis capiundi ritu. Tulit. Vt Ponti. Max. arbitratu virgines è populo viginti legantur, ſortitioq; eæ in concione ex eo numero fiat. Gellius libro 1. cap. 12.

PAPPIA de ſocijs. Tulit. Vt ſocij Latini in ſuas ciuitates redigerentur. Vt iudicium ſocijs & ciuitatibus cæteris conſtitueretur, repetendi eius cauſa, qui in ciuitatis Rom. cenſum irrepſiſſet. Valerius lib. 3. cap. 4. Cic. in Corneliana.

PAPPIA Poppæa de maritandis ordinibus. Tulere M. Pappius Mutilus, Q. Poppæus Secundus coss. ſuff. Auguſto Imperatore: vt conſtat ex Dione, apud quem Popilius legitur, pro Poppæus. Vt qui Senator eſſet, quíve filius, nepos, pronepóſve ex filio vel ex filia natus, cuius eorum eſſet, ne quis eorum ſponſam vxorémve ſciens dolo malo haberet libertinam, aut eam quæ ipſa, cuiúſve pater, matérve artem ludicrã facit, fecitve: néve Senatorij filia, neptíſve ex filio, proneptíſve ex nepote, filio nato, nata, libertino, eíve qui ipſe, cuiúſve pater matérve, artem ludicram facit, fecitve, ſponſa nuptáve ſciens dolo malo eſſet. Vt ne quinquaginta annis minor ſexagenario nuberet: aut vir hac ætate iunior quinquagenariam fœminam duceret in vxorem. Vt patronis qui ius trium liberorũ habeant, contra tabulas teſtamenti liberti, aut ab inteſtato contra ſuos hæredes non naturales bonorum poſſeſſio detur. Vt patronæ ingenuæ duobus liberis honoratæ, libertinæ tribus idem iuris detur, quod patronis ex edicto. Vt liberis ingenuæ trium liberorum iure honoratæ idem iuris, quod ipſi patronæ tribuatur. Vt omnibus ingenuis, præter Senatores eorumque liberos, vxores libertinas habere liceret. Tacitus libro 3. Iuriſconſulti ſub titul. De ritu nupt. De vulg. ſubſtitut. De iur. patron. & alijs locis innumeris. Vlpianus capite Inſtitutionum 14. & 29. Dio lib. 56. Vide l. Iuliã de marit. ordinibus vbi plura diximus.

PAPPIA de iure patronatus. Tulit idem. Vt ex bonis eius qui HS. centum milliũ patrimonium reliquerat, & pauciores quàm tres liberos habebat, ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus erat: virilis pars patrono deberetur. Itaque quum vnum quidem filium hæredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáve inteſtatus deceſſiſſet: quum verò duos duáſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus. Item, Vt libertus qui duos liberos in poteſtate haberet, operarum obligatione liberaretur. Iuſtin. §. primo. De ſucceſſ. libert. Et in Pand. ſub. tit. De bonis libert. alijſque locis compluribus.

PEDIA DE VI. Tulit Q. Pedius cos. cum Auguſto Cæſare, Anno DCCXI. Vt qui C. Cæſaris cædis auctores eſſent, iudicio conſtituto rei fierent, & damnatis aqua & igni interdiceretur. Appian. lib. De bello ciuil. 3. Suet. Nerone, & Galba, Velleius lib. 2.

PEDVCIA DE INCESTV. Nominatur à Cicerone De nat. deor. 3.

PEDVCEA de terminis. Tulit. In libello Variorum autorum, De agrorum conditionibus, his edita eſt verbis, quæ tamen aliqua ex parte correximus. Quæ colonia hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutum erit, qui ager intra fines eorum erit, ſi termini in eo agro ſtatuti non erunt, quo in loco terminus nõ extabit, in eo loco is cuius is ager erit, terminum reſtituendum curato: vtque rectè factum eſſe velit, magiſtratus qui in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo iure dicundo præerit, facito vt fiat.

PESVLANIA de damno à canibus illato. Tulit. Vt ſi canis pauperiem fecerit, damnúmve dederit, in dominum actio detur, vt aut damni æſtimationem ſubeat, aut canem noxæ dedat. Paul. Sentent. libro 1. capit. 15.

PETILLIA DE PECVLATV. Tulit Q. Petillius Tribunus pleb. Æmilio, Flaminio coss. Anno DLXVI. Vellent, iuberent, quæratur, quæ pecunia capta, ablata, coacta ab rege Antiocho eſt, quíque ſub eius imperio fuerunt: quod eius in publicum relatum non eſt, vti de ea re Ser. Sulpitius Prætor vrb. ad ſenatum referat. Omnes tribus vti rogas iuſſerunt. Liuius lib. 38.

PETRONIA DE SERVIS. Tulit opinor, Petronius Turpilianus cos. cum Cæſonio Pæto, Ann. DCCCXIII. Ne dominis poteſtas eſſet ad beſtias depugnandas ſuo arbitratu ſeruos ſuos tradere. Vt ei qui iure viri delatum adulterium nõ peregiſſet, nunquam poſtea referre hoc crimen liceret. Modeſtinus l. 11. D. ad l. Corn. De ſicar. Impp. l. 15. C. ad l. Iul. De adult. Ab eodem Petronio & collega Iunio ſuprà Iunia Petronia numerata eſt.

PETRONIA de peregrinis. Tulit. Vt peregrini vrbe Roma expellerentur. Cicero lib. De offic. 3. Hanc, opinor, Feſtus lib. 16. in voce Reſpublicas eo loco ſignificat. vbi nunc P. Ennij de peregrinis corruptè, meo iudicio, legitur.

PINARIA DE AMBITV. Tulit L. Pinarius Trib. milit. cum collegis. Anno CCCXXII. Ne cui album veſtimentum addere petitionis cauſa liceret. Liuius lib. 4. Lex tamen non tenuit, vt ex omnium temporum conſuetudine intelligitur.

PINATIA Furia. Tulere L. Pinatius, L. Furius Coſſ. Eam antiquiſſimam, cui mentio Intercalaris adſcribitur, in columna ærea inciſam fuiſſe, Varro ſcribit teſte Macrobio lib. 1. cap. 13.

PLAVTIA Iudiciaria. Tulit M. Plautius Siluanus Tribun. pl. Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone Coſſ. Anno DCLXIIII. ſecundo anno belli Italici, quum equeſter ordo in iudiciis dominaretur. Vt tribus ſingulæ ex eo numero quinos denos ſuffragio crearent, qui eo anno iudicarent. ex eo factum eſt, vt ſenatores quoque in eo numero eſſent: & quidam etiam ex ipſa plebe. Cicero in Orat. pro Cornelio. Epiſt. ad Att. li. 4. & Aſcon. Ex quo intelligitur, quum equites ſoli iudicarent, XXX. tribus dediſſe ſingulis iudices XV. itaque iudices CCCCL. fuerunt: & iudicia inter tres ordines, ſenatorium, equeſtrem, & plebeium communicata ſunt.

PLAVTIA de vi publica. Tulit idem. Vt de iis qui vim publicam armatis hominibus feciſſent, quæſtio conſtitueretur. Meminit Cicero De reſponſ. aruſ. pro Milone, libr. Epiſt. ad Q. Fratrem 11. & ad Att. 4. Salluſt. in Catil. Aſcon. in Milon. & Cælius ad Ciceronem lib. Epiſt. 8. Item, Ne rem vi poſſeſſam vſucapere liceret. Iulianus l. 33. §. 2. D. de vſucap. Lex Plautia & Iulia ea demum vetuit longa poſſeſſione capi, quæ vi poſſeſſa fuiſſent: non etiam ex quibus vi quis deiectus fuiſſet.

PLAVTIA Papiria de ciuitate. Tulere M. Plautius Siluanus, C. Papirius Carbo Tribuni pleb. Cn. Pompeio, L. Catone Coſſ. Anno DCLXIIII. Vt ciuitas iis daretur, qui fœderatis ciuitatibus adſcripti fuiſſent, ſi & cùm lex ferebatur, in Italia domicilium habuiſſent, & ſexaginta diebus apud Prætorem

torem

torem eſſent profeſſi. Cicero pro Archia poëta.

PLÆTORIA. vide Lætoria.

PLÆTORIA de iure dicundo. Tulit M. Plætorius Tribunus pl. Prætor vrbanus qui nunc eſt, quiq; poſthac fuerit, duos lictores apud ſe habeto: iſque ſupremum ad ſolis occaſum ius inter ciues dicito. Cenſorin. libro De die nat. cap. 19. Varro libro De ling. 5. Sed poſtea lex Plætoria id quoque tempus iubet eſſe ſupremum, quò Prætor in comitio ſupremam pronunciauit populo.

PLOTIA de exulibus. Tulit Plotius Tribun. pl. Vt qui Lepidum ciuili bello ſecuti, poſt necem Coſ. ad Sertorium confugerant, impunè in ciuitatem redirent. Sueton. Cæſare, Gell. lib. 13. cap. 3.

PLOTIA & Flauia. Tulere. Vt vel agri quos à Senatu locupletes emiſſent, reddita poſſeſſoribus pecunia plebi diuiderentur: vel, ſi neminem vetere poſſeſſione moueri Senatus vellet, alii agri ea pecunia quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur, emerentur, & plebi quæ agros non haberet, partirentur. Cic. lib. ad Att. 1.

PLOTIA Agraria. Nominatur à Cicerone lib. Epiſt. ad Att. 1. epiſtola, Nihil mihi.

POETELIA de ambitu prima. *T*ulit C. Pœtelius Trib. pl. C. Fabio, & C. Plautio Coſſ. Anno CCCXCV. Vt ne ambiendi magiſtratus cauſa nundinas & conciliabula obire liceret. Liuius lib. 7.

POETELIA, Papiria de nexu. Tulere C. Pœtelius, L. Papirius Coſſ. Anno CDXXVII. Ne quis niſi qui noxam meruiſſet, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur: pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. & ne quis qui in poſterum necteretur. Liuius lib. 8. Vbi tamen videndum ne pro Meruiſſet, Nocuiſſet ſit legẽdum. Et de eadem lege, C. Manlius in epiſt. ad Q. Marcium conſulem, apud Salluſt. Catil.

POMPEIA de Tribun. pl. *T*ulit Cn. Pompeius 1. Conſul. cum M. Craſſo, Anno DCXXCIII. Vt ad *T*ribun. pl. prouocandi ius eſſet: (quod lege Cornelia prohibitum fuerat) omniaque omnino quæ *T*rib. pl. ademerat Sylla, illis reſtituerentur. Plutarch. in Pompeio, Aſconius in Verrin. 1. & 2. & Cæſar lib. de Bell. ciuil. 1.

POMPEIA de prouinciis. *T*ulit Cn. Pompeius Coſ. cum Q. Cæcilio, Anno DCCI. Vt ſibi Hiſpania prouincia in alterum quinquennium prorogaretur. Dio lib. 38. & Plutarch. in Vit. qui tamen, Quadriennium ſcribit.

POMPEIA Iudiciaria. Tulit idem Coſ. cum M. Craſſo iterum, Anno DCXCIIX. Vt ampliſſimo ex cenſu, ex centuriis, aliter quàm antea, lecti iudices, ex tribus tamen ordinibus quib. Aurelia lege communicata erant iudicia, Senatorio ſcilicet, Equeſtri, & *T*ribunis ærarii, res iudicarent. Item vt quinque & ſeptuaginta iudices cauſas cognoſcerent. Cicer. in Piſonem, & Aſconius in eandem.

POMPEIA de parricidiis. Tulit idem, Vt qui cognatos vel affines, qui parentum liberorúmve nomine continentur, fratrémve aut ſororem necaſſet, is ſanguineis virgis verberatus, in culeum inſueretur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia. deinde in mare vel profluentem proiiceretur. Modeſtinus l. 9. D. ad legem Pomp. de parricid. Vbi tamen ait more maiorum eam fuiſſe conſtitutam pœnam: quod mihi ſanè obſcurum eſt ſi maiores ab eo tempore repetamus, quo Cicer. Sex. Roſcium defendit. neq; enim id opinor Ciceronem prætermiſſurum fuiſſe, quum de ſolo culeo loquatur. ac vereor ne quid à *T*riboniano eo in loco ſit commiſſum. Seneca tamen lib. de Clementia 1. de Cæſare Auguſto loquens, Non culeum, inquit, non ſerpentes, non carcerem decreuit. Iuuenalis autem de ſerpente & ſimia etiam loquitur. Conſtantinus verò in l. 1. C. de parricid. canem & gallum gallinaceum adiecisse videtur; quæ tamen omnia Iuſtinianus legi Pompeiæ in Inſtitutionibus attribuit. Vt ut ſit, hoc opinor Pompeium inſtituiſſe, vt quum antea Prætor certus ac proprius non eſſet, qui de parricidis ius diceret, ſed lege Cornelia qui inter ſicarios quæreret, de iis quoque quæreret (quemadmodum ex Roſciana intelligitur) deinceps certus huius criminis quæſitor eſſet. nam quod ait Vlpianus l. 1. D. de parricid. lege Pompeia eandem pœnam parricidis eſſe conſtitutam, quæ lege Cornelia De ſicariis, ſic accipiendum eſt, qua lex Cornelia ad parricidas pertinebat. Alioqui perobſcurus videri locus poſſet. Sanguineas autem virgas rectè in Florentinis libris legi, qui genus illud virgarum notum habent, quas Plinius ita nominat, facilè perſpiciunt. ſunt autem ſalignearum nõ admodum diſſimiles, niſi quòd & grauiores ſunt, & ad ſanguinis colorem propius accedunt. Videndum præterea, cùm ætas Senecæ Ciceroni tam propinqua fuerit, an Pompeius lege ſua de ſimia & vipera, vel etiam de reliquis omnibus legem tulerit.

POMPEIA DE VI ET AMBITV. *T*ulit idem Conſul ſolus creatus, Anno DCCI. Vt priuſquã cauſa de vi ageretur, teſtes per triduum audirentur, dicta eorum iudices conſignarent, quarta die adeſſe omnes in diem poſterum iuberentur, & coram accuſatore ac reo pilæ, in quibus nomina iudicum inſcripta eſſent, æquarentur: dein ruſſus poſtero die ſortitio fieret vnius & LXXX. qui numerus cùm ſortè obtigiſſet, ipſi protinus ſeſſum irent. tum ad dicendum accuſator duas horas, reus tres haberet, reuſque illo eodem die iudicaretur. prius autem quàm ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus reiiceret. ita vt numerus iudicum relinqueretur qui ſententias ferrent, quinquaginta & vnus. Aſconius in Milonianæ argumento, Dio lib. 40. Cic. lib. 4. de finibus, & ad Attic. lib. 10. Cæſar de Bello ciuil. lib. 3.

POMPEIA de pecuniis ob rem iudicandam captis. Tulit idem, eodem anno. Vt de iis qui à ſecundo ſuo Conſulatu ad hunc vſque diem ob rem iudicandam pecunias cepiſſent, quæſtio conſtitueretur, Appian. de Bell. ciuil. lib. 2.

POMPEIA IVDICIARIA. *T*ulit idem eodem anno. Ne reum in iudicio laudare liceret. Plutarchus in Pomp & Caton. Vtic. Valerius lib. 6. cap. 2.

POMPEIA de Magiſtratibus. *T*ulit Cn. Pompeius tertiùm Coſ. cum Q. Cæcilio, Anno DCCI. Ne cuiuſ abſentis in magiſtratuum comitiis ratio haberetur: vno Cæſare excepto. Dio libro 40. & Plutarch. in Vitis.

POMPEIA de Magiſtratibus Bithyniorum. *T*ulit idem. Ne quis annis XXX. minor magiſtratum caperet, in ſenatúve eſſet. Vt qui magiſtratum cepiſſent, eis in ſenatu eſſe liceret. Ne Decuriones in curiam à Cenſoribus lecti, pecuniam pro introitu darent. Vt Senatores certis de cauſis à Cenſoribus ordine mouerentur. Vt Bithynicis ciuitatibus adſcribere ſibi quos vellent, ciues liceret, dum ne ciuitatis eſſent alienæ, ſed earum quiſque ciuitatum, quæ eſſent in Bithynia. Plinius Cæcil. lib Epiſtol. 10. Epiſtol. 84. & 117.

POPILIA de Veſtalis capiendæ ritu. Tulit. Vt ſi quis honeſto loco natus adeat Pontificem Max. atq; offerat ad ſacerdotium filiam ſuam, cuius duntaxat,

ſaluis religionum obſeruationibus, ratio haberi poſſit: id per ſe ratum ſit. Gellius libri 1. cap. 12.

Porcia de ivre civitatis. Tulit M. Porcius Cato Tribunus pl. Valerio, Apuleio coss. Anno cdliiii. Ne quis magiſtratus ciuem R. virgis cæderet, necarétve: ſed damnato exilium permitteret: quũ antea nudorum ceruix inſereretur furcæ, corpus virgis ad necem cæderetur. Liuius lib. 10. Cic. pro Rabirio perduel. Salluſt. in Catil. Sueton. in Nerone.

Pvblicia de cereis. Tulit Publicius Trib. pleb. Vt Saturnalibus cerei non niſi ditioribus mitterentur. Macrob. lib. 1. cap. 7.

Pvblicia de lvsv. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionémve in ludo niſi qui virtutis cauſa ſuſceptus eſſet, faceret. Marcianus l. 3. De aleator.

Pvblilia de plebeiis magiſtratibus. Tulit Volero Publilius Philo Tribunus Pleb. Claudio, & Quinctio Coſſ. Anno cclxxxi. Vt plebeii magiſtratus qui antea curiatis comitiis fiebant, deinceps remotis patribus tributis comitiis crearentur. Liuius lib. 2. Dionyſ. libro 9. apud quem tamen πόπλιος βολέρων legitur, pro ποπλίλιος. nam Volero prænomen, Publilius nomen fuit. vt non Voleronia, ſed Publilia lex dicenda ſit. in quo plerique decepti ſunt.

Pvblilia de legibus & cenſoribus. Tulit Q. Publilius Philo Dictator, Anno ccccxiiii. Vt plebiſcita omnes Quirites tenerent: Vt legum quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent: vt alter vtiq; ex plebe, quum eò ventum ſit vt vtrunque plebeium Conſulem fieri liceret, Cenſor crearetur. Liuius lib. 8.

Pvpia de Senatu habendo. Tulit. Ne Senatus à 18. Calendas Februarias ad vſque Calendas Februarias haberetur. Ne niſi perfectis, aut reiectis legationibus, aliis de rebus Senatus haberetur. Cic. Epiſt. ad Lentulum 4. ad Q. Fratrem, lib. 2. Epiſt. 11. & Cælius 8. Epiſt. ad Ciceronem. Vbi hac lege ſolutos magiſtratus ſcribit.

Q

Qvina vicenaria. Vide Lætoria.

R

Regia de vnius imperio. Lata eſt ineunte regnum Romulo, qua populus omnẽ ei poteſtatem in ſe conceſſit. Liuius lib. 34. Ex vtro tandem genere ea lex eſſe videtur, quã abrogamus? an vetus Regia lex, ſimul cum ipſa vrbe nata? Quum autem annis amplius D. florente populi Roman. libertate, ſopita fuiſſet, poſtea D. Auguſti & Tiberii dominatu, qui legibus ſoluti ſunt, excitata, ſubtilius & copioſius quàm antea perſcripta eſt. & quo quiſque die ſucceſſores demortuorum imperium excipiebant, recitari ſolebat. quemadmodum ex his eius, vt opinor reliquiis intelligitur, quæ à me in libro Epigrammatum Romanorum inuentæ digniſſimæ viſæ ſunt, quæ hunc in locum referrentur. Ea verò ad Veſpaſiani imperiũ pertinet: quæ, vt arbitror, à Cornel. Tacito libro 20. his ſignificatur verbis, Tum Senatus omnia Principibus ſolita Veſpaſiano decreuit, &c. Vidi etiam qui teſtarentur, Romæ hanc ſcripturam extare in baſilica Lateranenſi, in ære inciſam. Eſt autem huiuſmodi, Fœdúſve cum quibus volet facere liceat, ita vti licuit Diuo Aug. Tib. Iulio Cæſari Auguſto, Tiberioque Claudio Cæſari Auguſt. Germanico, &c.

Vtique ei Senatum habere, relationem facere, remittere, Senatuſconſulta per relationem diſceſſionemque facere liceat, ita vti licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæſari Auguſt. Ti. Claudio Cæſari Auguſto Germanico.

Vtique cùm ex volũtate auctoritatéve iuſſu mandatúve eius, præſentéve eo Senatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, ſeruetur, perinde ac ſi è lege Senatus editus eſſet, haberetúrve.

Vtique quos magiſtratum, poteſtatem, imperium, curationémve cuius rei petentes Senatui populóque Romano commendauerit, quibúſve ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit, eorum comitiis quibuſque extra ordinem ratio habeatur.

Vtique ei fines pomœrij proferre, promouere, cùm ex Republica cenſebit eſſe, liceat, ita vti licuit Ti. Claudio Cæſari Auguſt. Germanico.

Vtique quæcunque ex vſu Reipublicæ, maieſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumq; rerũ eſſe cenſebit, ei agere, facere, ius poteſtasq; ſit, ita vti Diuo Auguſt. Tiberioque Iulio Cæſ. Aug. Tiberióque Claudio Cæſ. Auguſt. Germanico fuit. Vtique quibus legibus plebíſve ſcitis ſcriptum fuit, ne Diuus Aug. Tiberiúſve Iulius Cæſar Aug. Tiberiúſve Claud. Cæſar Aug. Germanicus teneretur: ijs legibus, plebiſqueſcitis, Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit: quæque & quaque lege, rogatione Diuum Aug. Tiberiúmve, Iulium Cæſarem Aug. Tiberiúmve Claudium Cæſarem Auguſt. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæſari Veſpaſiano Aug. facere liceat.

Vtique quæ ante hanc legem rogatam acta, geſta, decreta, imperata, ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Auguſto iuſſu mandatúve eius à quoque ſunt, ea perinde iuſta rataque ſint, ac ſi populi plebíſve iuſſu acta eſſent.

SANCTIO.

Si quis huiuſce legis ergò aduerſus leges, rogationes, plebíſve ſcita, ſenatúſve conſulta fecit, fecerit, ſiue quod eum ex lege, rogatione, plebíſve ſcito, s. v s c. facere oportebit, non fecerit, huius legis ergò, id ei ne fraudi eſto: néve quid ob eam rem populo dare debeto, néve cui de ea re actio, néve iudicatio eſto, néve quis de ea re apud ſe agi ſinito. Hæc ex Epigrammatum antiquorum lib. Vlpian. autem in l. 1. D. de conſtit. princ. hanc legem ſignificat, quum ita ſcribit, Quod principi placuit, legis habet vigorem: vtpote quum lege Regia, quæ de imperio eius lata eſt, populus ei & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat. Quod Iuſtin. totidem verbis in tit. De iure natur. & gent. tranſcripſit. Hanc autem Alexander Imperator legem Imperii appellare videtur in l. 3. C. de teſtamentis. & à Strabone in fin. poſtremi libri ſignificatur his verbis, vbi de Cæſare Auguſto loquẽs, ἐπεὶ γὰρ, inquit, ἡ πατρὶς ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν προστασίαν τῆς ἡγεμονίας, καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης κατέστη κύριος διὰ βίου, &c.

Regia de mortuo inferendo. Tulit. Ne mulier quæ prægnans mortua ſit, humetur antequam partus ei excidatur. qui contrà fecerit, ſpem animantis cum grauida peremiſſe videatur. Marcianus l. 2. D. de mort. infer. Hanc autem legem ſuperioris partem fuiſſe, ridiculum eſt dicere. tametſi eius auctorem nominare difficile eſt, quum ſatis conſtet Regis verbum cognomen fuiſſe, non nomen; leges autem ex nominibus appellationem ſumpſiſſe. Exiſtimarem igitur Romuli aut Numæ Pompilij legis alicuius, de qua Marcianus antea diſputarat, partem hãc fuiſſe: quum præſertim ad ſacra hæc lex pertineat, de quibus quæ leges à Numa conſtitutæ fuerant, ſemper obſeruatæ ſunt,

ſunt. vt Iulius quoq; Capitol. in Antonino Pio teſtatur. Similem Diodorus apud Ægyptios Græcoſque propè omnes legem de mulieribus grauidis rei capitalis damnatis, lib. 2. commemorat. itemq; Clemens Alex. lib. 11. Strom. & Plutarchus de Ægyptiis, lib. De ſera num. vind. Ælianus de Athenienſibus lib. Var. hiſtor. v.

Remmia. vide Memmia.

Rhodia de iactu. Latam opinor, à Rhodiis, & à Cæſatibus receptam. vt ſi leuandæ nauis gratia iactus mercium factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt. Paulus l. 1. D. de lege Rhodia. Niſi fortè de Rhodiis lata eſt: & Rhodia ſic dicatur, vt Cypria lex (quæ de Cypri rege lata eſt à Claudio) nominatur in Sextiana & Tribunitia, de Tribunorũ poteſtate, in ſecunda Verrina.

Romvleia de ſacerdotiis. vide Manlia.

Roscia Theatralis. Tulit L. Roſcius Otho Trib. pleb. L. Metello. Qu. Martio Coſſ. Anno DCLXXXII. Vt in Theatro Equitibus Romanis, qui HS. quadringenta poſſiderent, 14. gradus ſpectandi gratia aſſignarentur: exceptis iis, qui ſuo fortunæve vitio decoxiſſent. Cicer. Philipp. 2. Aſconius in Cornelianam. Flor. epitom. 99. Dio lib. 26. Plin. lib. 7. cap. 20. Iuuenal. Sat. 14. Et Tacitus lib. 15. qui legem interpretatur hanc habuiſſe vim, vt Equites non ante plebem, ac ſeparatim, ſed confuſè tantùm quatuordecim ordines haberent.

Roscia de terminis. Eius caput in libro Variorum autorum, De agrorum conditionibus amiſſum puto: vt in Mamilia lege expoſui.

Rvpilia de iure Siculorum. Dedit P. Rupilius Conſul cum P. Popillio, Anno DCXXI. Dedit autem Siculis, de Decem, vt moris erat, legatorum ſententia: bello prædonum ac fugitiuorum à ſe confecto. Cicero Verrina quarta Aſconius in eandem. & Valerius Maximus libro 6. cap. 10. apud quem tamen Rutilius perperam legitur.

Rvtilia de tribun. militum. Tulit C. Rutilius Rufus. Feſtus. Rufuli appellabantur Tribuni militũ à Conſule facti, non à populo, de quorum iure, quòd Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli, ac pòſt Rutuli ſunt appellati.

S

Sacrata militaris. Tulit, ò- pinor, M. Valerius Coruus Dictator, Ann. CDXI. ob militum Capuanorum ſeceſſionem. Ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur: ne quis vbi Tribunus militum fuiſſet, poſtea ordinum ductor eſſet. Liuius lib. 7.

Sacratis legibus Veſtalibus pœna inceſti conſtituta eſt, vt viuæ defoderentur. Dionyſ. lib. 1.

Sacrata Iunia de Trib. pl. Tulit L. Iunius Brutus, Trib. pl. primus creatus, Caſſio, Cominio Coſſ. Ann. CCLX. Vt plebi ſui magiſtratus eſſent ſacroſancti, quibus auxilii latio aduerſus Conſules eſſet: néve cui patrum capere eum magiſtratum liceret. Vt neque priuilegium irrogari, neque de capite ciuis, niſi comitiis centuriatis rogari liceret. Liuius lib. 2. & Cic. pro Sextio, & pro Domo. Dionyſ. libro 6. legis verba hæc refert. δήμαρχον ἄκοντα, ὥσπερ ἕνα τῶν πολλῶν, μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω δρᾶν, μηδὲ μαστιγούτω, μηδὲ ἐπιταττέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ, μηδὲ ἀποκτεινέτω, μηδὲ ἀποκτείνειν κελευέτω. ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά· καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων, φόνου καθαρὸς ἔστω. id eſt, Ne quis Tribunum vi quaſi priuatum quicquam facere cogito, néve virgis cædito, néve occidito, néve cædi occidive iubeto. qui aduerſus ea fecerit, ſacer eſto: bonaque eius Cereri ſacra ſunto: cumque occidere ius faſque eſto. Liuius autem libro 3. hoc è rogatione carmen edit. Si Tribunos plebis decem rogabo, ſi quis minus hodie decem Tribunos plebis fecerit: hi tum quos ſibi collegas cooptaſſint, ita illi legitimi eadem lege Tribuni plebeii ſint, vt illi quos hodie Tribun. pleb. feceritis. Sacratæ aũt leges dicebantur, inquit Feſtus, quib. ſancitum erat, Vt ſi quis aduerſus eas feciſſet, ſacer alicui deorum eſſet. Sunt qui eſſe dicant Sacratas, quas plebes iurata in monte ſacro ſciuerit. Hæc ille. Cicer. pro Cornelio maieſtatis reo, Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI. poſt reges exactos, poſt nimiam dominationem potentium leges ſacratas ipſi ſibi conſtituerent, duos Tribunos crearent, montem illum trans Anienen, qui hodie mons Sacer appellatur, in quo armatæ conſederant, æternæ memoriæ cauſa conſecrarent. Hæc Cicer. Mirari autem ſatis non poſſum, vehementerque dubitare me fateor verúmne illud ſit quod ſcribit Diod. lib. 12. in Auentino fœdere comprehenſum hoc fuiſſe, vt Tribun. plebis exacto ſui magiſtratus anno, mox totidẽ alios in annum ſequentem deſignarent: quod ſi prætermiſiſſent, illico viui comburerentur. ſin aliquanto diutius eos in deſignando diſſenſio tardaret, interea poteſtas eis prorogaretur, dum alios crearent. Liuius lib. 7. Lex quoque ſacrata militaris lata eſt, ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente deleretur, &c.

Satyra lex, Feſtus, Satyra eſt cibi genus conditi, & eſt lex multis aliis conferta legib. Itaq; in ſanctione legũ adſcribitur, Néve per ſaturã abrogato aut derogato. Annius Luſcus in ea quã dixit aduerſus Tiberiũ Gracchum, Imperium quod plebs per ſaturam dederat, id abrogatum eſt. & C. Lætius in ea, quam pro ſe dixit. Dein poſtera die quaſi per ſaturam ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Quidam dicunt eſſe genus carminis, vbi de multis rebus diſputatur. Hæc Feſtus. Salluſt. in Iugurth. iiſdem verbis, Dein poſtero die quaſi per Satyram legem ſententiis exquiſitis in deditionem accipitur. Ego legem Satyram fuiſſe puto, in qua coniunctim multis de rebus vna rogatione populus conſulebatur. Quod lege Cæcilia & Didia vetitum fuiſſe, Cic. in Orat. Pro domo ſua, teſtatur. Et ſentẽtias ferri per ſatyram, quum ex multis capitibus & ſi quædam comprobantur, quædam improbantur, iniicitur tamen tabella VTI ROGAS. Iuſtinianus in præfat. ad Anteceſſores, §. 2. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non ſecundum edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim, & quaſi per ſatyram collectum, & vtile cum inutilibus mixtũ, maxima parte inutilibus deputata, id eſt, Nullo ordine, ſed confuſè ac perturbatè, dum modò hinc, modò illinc aliquid decerpitur. quam ſtudiorum ſuorum rationem noſtri hoc tempore adoleſcentes in iuris ciuilis libris ſequuntur.

Scantinia de pueris impudicis. Iuuenal. Sat. 2. Suet. Domitiano, Auſonius, Cic. Philipp. 3. Stupratores autem decem millium pœna coërcebantur, Fabius lib. 4. cap. 2. & lib. 7. cap. 4. Cælius lib. Epiſt. fam. 8. epi. 12. Damnatum autem quendam C. Scantiniũ Tribun. pl. Valerius lib. 6. cap. 1. teſtatur. Tertullianus lib. De Monogam. Prudentius in Roman.

Scribonia viaria. Tulit C. Curio Trib. pl. Cælius Epiſt. fam. lib. 8.

Scribonia de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. Tulit fortaſſe idem ille. Ne vrbanorum prædiorum ſeruitutes vſucapi liceret, vtique earum ſeruitu-

tum libertatem vſucapere ius eſſet. l. 4 in fin. D. de vſurpation. Ad ciuitatum dignitatem ea lex pertinuit: vſque eò vt etiam ſine bona fide & titulo eius libertatis vſucapionem ferret. l. ſi ædes, 32. D. de ſeruit. vrban.

SEMPRONIA de ære alieno. Tulit M. Sempronius Trib. pl. L. Cornelio, Qu. Minutio coss. Anno DLX. Vt cum ſociis ac nomine Latino pecuniæ creditæ ius idem quod cum ciuibus Ro. eſſet. Liuius libro 35. Cic. de Offic. 2.

Sempronia agraria. Tulit Tit. Sempronius Gracchus Trib. ple. P. Mutio Scæuola, L. Calpurnio coss. Anno DCXX. Ne quis ex publico agro plus quingenta iugera poſſideret: quorum tamen dimidium filiis habere liceret. Vt ſi quis latius agrum patefaceret, Triumuiri quotannis data opera creati, iudicarent quà publicus ager, quà priuatus eſſet. Appian. lib. Emphyl. 1. Plut. in Gracchis, Velleius lib. 2. Auctor libri De vir. illuſt. Cicer. in Sextian. & De aruſpic. reſpon. Florus epit. 58. & Siculus Flaccus in lib. De condit. agror. apud quem tamen Ducenta legimus: quum alii omnes apertè Quingenta prodant.

Sempronia de Regis Attali hæreditate. Tulit idẽ. ὅπως τὰ βασιλικὰ χρήματα κομισθέντα, τοῖς τὴν χώραν διαλαγχάνουσι τῶν πολιτῶν, ὑπάρχοι πρὸς κατασκευὴν καὶ γεωργίας ἀφορμήν. Vt pecunia Regis Attali qui populum Rom. hæredem fecerat, iis ciuibus qui ſua lege Sempronia agrum ſortiti erant, daretur ad comparationem inſtrumentorum & agriculturæ apparatum. Vt agri Regii à Cenſoribus locarentur: vnde vectigal populo penderetur. Plut. in Gracch. Cic. Verr. 5. & Florus epitom. 58.

Sempronia iudiciaria. Tulit C. Sempronius Gracchus Trib. pl. 1. Q. Cæcilio, T. Quinctio coss. Anno DCXXX. Vt iudicia quæ ſemper antea penes ordinem ſenatorium fuiſſent, ad ſolos Equites transferrentur. App. lib. De bello ciuil. 1. Aſconius in Diuinat. Velleius libro 2. Tacitus lib. 12. Varro De vita P. Romani, apud Marcellum in voce Biceps. Plutarch. autem in Gracchorum vita Equites trecentos cum Senatoribus trecentis mixtos tradit, atque inter vtroſque communicata iudicia: quod falſum eſt. Hæc enim Liuia lex fuit: vt ſuo loco docuimus.

Sempronia de magiſtratibus. Tulit idem. Vt ex confuſis quinque claſſibus ſorte centuriæ vocarentur. Salluſt. in Orat. Cæſ. de Rep. Vt cui magiſtratus abrogatus fuiſſet, ei magiſtratum iterum capere ius non eſſet. qua lege M. Gelanius, cui Ti. Gracchi lege Tribunatus abrogatus fuerat, notabatur. Eam tamen Caius Corneliæ matris precibus, pòſt abrogauit. Plutarch. ibidem & alii.

Sempronia de iure ciuit. Tulit idem. Ne de capite ciuis R. iniuſſu populi iudicaretur. qui indicta cauſa in ciuem Rom. animaduertiſſet, de eo populi quæſtio constitueretur: quod propter P. Popillium latum eſt. Cicero pro C. Rabirio, pro Domo, pro Cluentio, & De legib. 3. item Plutar. in Gracchis. Idem poſtea lege Porcia repetitum eſt. Cic. Verrin. 7. O nomen dulce libertatis: ô ius eximium noſtræ ciuitatis: ô lex Porcia, legesque Semproniæ. Videtur autem exceptum parricidium his legibus fuiſſe, cùm in Orat. pro Sext. Roſcio vetus ſupplicium commemoretur.

Sempronia de ſuffragiis. Tulit idem. Vt ſociis Latinis ius ſuffragii ferendi perinde vt ciuibus Romanis eſſet. Iidem.

Sempronia de viis Italiæ. Tulit idem. Vt viæ in Italia munirentur, ſternerentur, lapidibus milliaria diſcernentibus notarentur, pontibus inſtruerentur. Iidem.

Sempronia de coloniis deducendis. Tulit idem. Vt coloniæ extra Italiam deducerentur. Paterculus libro 2. Plutarch. in Gracchis, Appian. in Liby. Florus epitom. 60.

Sempronia de re militari. Tulit idem. Ne minores annis 17. ad militiam cogerentur. Vt veſtes militibus gratuitò & præter ſtipendium darentur. Plut. in Gracchis.

Sempronia de prouinciis decernẽdis. Tulit idem. Vt Senatus quotannis antè comitia conſularia deſignandis Conſulibus prouincias arbitratu ſuo decerneret, quas deinde ipſi deſignati inter ſe ſortirentur: quod ante vel poſt deſignatos vel poſt initum Conſulatum facere ſolebat; præterea quum antea Senatus decreto per Tribunos intercedi poſſet, ne deinceps liceret. Cic. pro domo ſua, in Vatinium, De prouin. conſ. Salluſt. in Iugurth. Suet.

Sempronia frumentaria. Tulit idem iterum Tribun. pl. M. Fuluio, M. Plautio coss. Ann. DCXXVIII. Vt ſemiſſe & triente frumentum menſtruum plebi ex publico viritim daretur. Appian. lib. de Bello ciuili 1. Florus epit. 60. Cic. pro Sextio, Tuſcul. 3. in Bruto: Velleius libro 2. Plut. in vitis.

Sempronia & Iulia de limitibus. Tulit. Vt per auctuarios limites populo ius eundi eſſet, ſicut per viam publicam. Hyginus in libello De limitibus conſtit. Vide Iulia de limitib.

SENTIA de ſenatu ſupplendo. Tulit, opinor, C. Sentius cos. cum Q. Lucretio, Auguſto imperante, Ann. DCCXXIIII. Vt in numerum patritiorum qui ſenatui deeſſent, alii ſublegerentur. Tacitus libro 11. vbi tamen corruptè, meo iudicio, Senia legitur pro Sentia.

SERVILIA agraria. Tulit P. Seruilius Rullus Trib. ple. Cicerone, Antonio coss. Anno DCXC. Vt quæ poſt C. Marium, C. Carbonem coss. publicè data, aſſignata, vendita, conceſſa eſſent, ea omnia eo iure forent, vti quæ optimo iure priuata ſunt. Vt Decemuiri cũ ſummo imperio crearentur, qui totius Italiæ, Syriæ, Aſiæ, Libyæ, & prouinciarũ quas nuper Pompeius ſubegerat, vectigalia venderẽt, ex eaq; pecunia agros colonis quos arbitratu ſuo quò vellent deducerent, mercarentur. Lex Cicerone diſſuadente perlata non eſt. Hoc tamen viſum eſt ex illius cõtra legem orationibus deſcribendum eſſe.

Seruilia de ciuitate. Tulit C. Seruilius Glaucia Tribun. ple. cos. Vt Latinis ius eſſet ciuitatis aſſequendæ in locum eius, quem accuſando repetũdarum damnaſſent. Aſcon. pro Scauro, & Cic. pro Balbo.

Seruilia repetundarum. Tulit idem. Vt reus comperendinaretur; quum antea vel iudicari primò poſſet: vel amplius pronũciari. Cic. Verr. 3. pro Poſtumo, pro Scauro, & in hanc Aſco. Valer. lib. 8. cap. 1.

Seruilia iudiciaria. Tulit Qu. Seruilius Cœpio cos. cum C. Attilio, Anno DCXLVII. Vt iudicia quæ lege Sempronia ad ſolos equites tranſlata erant, ordini Senatorio communicarentur. Tacitus libro 12. Cic. 1. De arte rhet. 2. De Orat. in Bruto. in Orat. pro Scauro, & ibidem Aſcon. Imparem autem & minorem fuiſſe Senatorum numerum ex eo conſtat, quòd lege Liuia quæ proximè inſecuta eſt ex æqua parte communicata ſunt. & opinor hoc eſſe quod Florus in Epit. de trecentis Senatoribus cum ſexcentis equitibus commixtis ad legem Semproniam referebat. lib. 60.

SEXTIA Licinia de ſacerdotiis. Tulere L. Sextius, C. Licinius Tribun. pleb. P. Manlio Dictatore, Anno CCCLXXXV. Vt pro Duumuiris ſacris faciundis, Decemuiri ita crearentur, vt pars ex plebe, pars ex patrib. fiat. Liuius lib. 6.

SEXTIA

Sextia de magiſtratibus. Tulit idem L. Sextius, M. Furio Dictatore V. Anno cccLxxxvi. Vt conſul vnus è plebe crearetur, qua de cauſa viciſſim conceſſum à plebe nobilitati, vt Prætor vnus qui ius in vrbe diceret, ex patribus crearetur. Liuius lib. 6.

Svlpitia de iure ciuitatis. Tulit P. Sulpitius Tribun. pl. Qu. Pompeio, L. Sylla coss. Anno dclxv. Vt exules reuocarentur. Noui ciues libertiniq; diſtribueretur in tribus. Florus epit. 77. Plut. in Sylla.

Sulpitia de C. Pontinio. Tulit Ser. Sulpitius Galba Pr. Ann. dcxcix. Vt C. Pontinio proconſuli quo die vrbem triumphans ingrederetur imperium eſſet. Cicer. lib. 4. ad Att. Dio lib. 40.

Sulpitia de ære alieno. Tulit idem. μηδένα συγκλητικὸν ὑπὲρ δισχιλίας δραχμὰς ὀφείλειν. Ne quis Senator ſuprà duo millia drachmarum deberet. Plutarch. in Sylla.

Sulpitia de Bello Mithridatico. Tulit idem. Vt Syllæ cui Aſia prouincia obuenerat, vt bellum Mithridaticum adminiſtraret, imperium abrogaretur, & C. Mario mandaretur. Velleius libro 2. Florus epitome 77. Plutarchus in Sylla & Mario, & Appianus de Bello ciuil. 1.

Sulpitia de bello Macedonico. Tulit P. Sulpitius Conſul cum C. Aurelio, Anno dliii. Vellent iuberent Philippo regi Macedonibusque, qui ſub regno eius eſſent, ob iniurias, armaque illata ſociis populi R. bellum indici. Liuius lib. 31.

Sulpitia Sempronia de templis & aris. Tulere ex S.C.P. Sulpit. P. Sempron. Coſſ. Ann. cdlix. Ne quis templum arámve iniuſſu Senatus aut Tribunorum pl. maioris partis dedicaret. Liuius lib. 9.

T

Talaria, de talorum luſu. Nominatur à Plauto in Milite glor.

Atque adeò vt ne legi fraudem faciam talariæ:
Accuratote, vt ſine talis domi agitent conuiuium.

Facete ad legem aliquam de alea veterem alludit, qua talorum luſus conuiuiis interdicebatur: Publiciam fortè, aut Titiam. Nam ſumptuariæ leges, quibus hanc nonnulli attribuunt, de ſumptibus, vt opinor, tantummodo cauebant.

Tarpeia de multa. vide Ateria Tarpeia.

Terentia Caſſia frumentaria. Tulere M. Terentius Lucullus, C. Caſſius Coſſ. Anno dcxxc. Vti frumenti alteræ decumæ à prouinciis coëmerentur precio in modios HS. trium conſtituto: item vt ciuitatibus æqualiter imperaretur precio in modios ſingulos HS. quatuor conſtituto. Cic. Verrina 5. & 7.

Terentia de legibus conſularis imperii. Tulit C. Terent. Arſa Trib. pleb. Lucretio, Veturio Coſſ. Ann. ccxc. Vt quinque viri crearentur legibus de imperio Conſulari ſcribendis, ne ipſi libidinem ac licentiam ſuam pro lege haberent. Dionyſius lib. 10. Liu. lib. 3. qui tamen perlatam non fuiſſe affirmat. Corruptè autem antea Terentilla vocabatur.

Thoria agraria. Tulit Sp. Thorius Trib. pl. Ne agri amplius diuiderentur, ſed poſſeſſoribus in iis relictis, vectigalia pro iis penderentur, eaque pecunia populo diuideretur. τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ᾽ εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ καταβάλλεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν ἐς διανομάς. Hæc Appian. libr. de Bello ciuil. 1. qui ſubiungit non multo pòſt latam fuiſſe legem qua vectigal illud abrogatum eſt. At Cicer. in Bruto lege Thoria id factum tradit, Sp. Thorius, ait, ſatis valuit in populari genere dicendi, is qui agrum publicum vitioſa & inutili lege, vectigali leuauit. Idem præterea in lib. De Orat. 2. ſcribit Lucilium lege Thoria poſtulatum fuiſſe, quòd ab eius pecore agri publici depaſti eſſent. Corruptè autem apud Appianum Borius legitur, pro Thorius: vt alia in hoc genere quàm multa.

Titia de luſu. Tulit. Ne quis in pecuniam luderet, ſponſionémve in ludu, niſi qui virtutis cauſa ſuſceptus eſſet, faceret. Marcianus l. 3. D. de aleator.

Titia de triumuiratu quinquennali. Tulit P. Titius Trib. pl. Vt Treſuiri Conſulari poteſtate conſtituendæ Reip. in quinquennium crearentur, Cæſar, Lepidus, & Antonius. Appian. de Bello ciuil. 4. & Florus Epit. cxx.

Titia de donis & muneribus. Tulit L. Titius, Ne ob orandam cauſam pecuniam donúmve patroni acciperent. Tacit. lib. 11. & Auſonius:

Iuriſconſulto cui nubit adultera coniunx,
Papia lex placuit, Iulia diſplicuit.
Quæritis vnde ſit hæc diſtantia? ſemivir ipſe
Scantiniam metuens, non metuit Titiam.

Eum notat, qui à clientelis inops, nec donũ nec munus ab vllo capiebat.

Titia agraria. Tulit, opinor, Sext. Titius Tribun. pl. M. Antonio, A. Poſtumo Coſſ. Ann. dcliii. Vt vectigal agris publicè aſſignatis impoſitum Quæſtor colligeret. Cic. lib. 2. De Orat. pro Muræna. Valer. lib. 8. cap. 1.

Trebonia de Tribunis pl. Tulit L. Trebonius Trib. pl. Herminio, Virginio Coſſ. Anno cccv. Vt qui plebem Romanam Tribunos pl. rogaret, is vſque eò rogaret, dum x. Tribunos ple. faceret. Qua lege Tribunorum cooptatio collegio adempta in populum R. tranſlata eſt. Liuius lib. 3. & 5.

Trebonia de Cæſare. Tulit A. Trebonius Trib. pl. Pompeio & Craſſo iterum Coſſ. Ann. dcxcviii. Vt Cæſari imperium in Gallia in aliud quinquennium quàm quod ei Vatinia lege conceſſum erat, prorogaretur. Ita Trebonius Senatui ſucceſſoris mittendi poteſtatem adimebat. Cicer. lib. ad Attic. 7. 8. 9. 10. Item Flor. Epit. 105. Plutarch. in Pomp. & Cat. Vticenſ. Dio lib. 39.

Trebonia de Pompeio. Tulit idem. Vt iis Conſulibus Syria & Hiſpania prouinciæ in quinquennium darentur. Plut. in Pompeio.

Tribvnitia lex dicitur quæ de Tribunorum poteſtate lata eſt. Feſtus li. 17. Homo ſacer is eſt, quẽ populus iudicauit ob maleficium, neque fas eſt eum immolari: ſed qui occidit, parricidii non damnatur. Nam lege Tribunitia prima cauetur, Si quis eum qui eo plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit. Quibus verbis Feſtus. Sacratam Iuniam quam ſuo loco expoſuimus, ſignificat. Alia ſententia dixit Cicero in Verrina 11. Vident adhuc poſt legem Tribunitiam vnum Senatorem vel tenuiſſimum eſſe damnatum. Quibus verbis Pompeiam legem intelligit, de Tribunitia poteſtate reſtituenda, nondum tamen latam, ſed in concionibus oſtentatam.

Tribunitia lex nominatur, à Pomponio dicam, an Triboniano? in l. 2. De orig. iuris, ferè initio. Exactis deinde Regibus lege Tribunitia omnes leges hæ exoleuerunt: At lata ea lex eſt à Iunio Bruto Conſule, non Tribuno, vti Liuius teſtatur. Rurſus quod nonnullis placet, à C. Terentio Arſa Tribuno ple. latam eſſe, Lucretio, Veturio Coſſ. Anno ccxc. quo anno ſcribit Liuius latam fuiſſe legem ab illo, Vt Quinqueuiri crearentur legibus de Imperio Conſulari ſcribendis: non ſatisfacit. diſertè namque Liuius perlatam eam legem non fuiſſe affirmat. Ceſſit, in-

quit Liuius, ad vltimum maieſtatiſ Tribun.pl. & deſtitit. Vidẽdum ergo vtrum apud Pompo. mendum ſit, & legendum LEGE BRVTI IVNIA: an potius Pomponius à Liuio diſſentiat, & à Bruto Celerum Tribuno legem latam exiſtimet, nec dum Conſulatum adepto. nam eum Celerum Tribunum fuiſſe, in ead. lege, §. 8. confirmat.

Tullia de legationibus liberis. Tulit M. Tullius Cicer. Conſul cum M. Antonio, Anno DCXC. Ne ſicut antea infinitum, ſed annuum tempus earum eſſet. Idem lib. de leg. 2.

TVLLIA de ambitu. Tulit idem. Ne quis munus gladiatorium biennio quo magiſtratum petierat, petiturúſve erat, ederet, niſi ex teſtamento præſtituta die. Vt ſenatoribus ambitus damnatis aqua & igni ad annos decẽ interdiceretur. Vt in plebem pœna grauior eſſet, quàm lege Calpurnia fuiſſet. Vt reis morbum excuſantibus, pœna certa eſſet. Cic. pro Muræna, Pro Sextio, in Vatin. Dio lib. 37.

V

VALERIA de prouocatione & libertate populi. *Tulit* P. Valerius Poblicola Coſ. ſolus, Bruto collega mortuo, Ann. CCXLIIII. Vt aduerſus omnes magiſtratus, ad populũ prouocatio eſſet. Ne quis magiſtratus ciuem R. aduerſus prouocationem verberare, aut necare, aut pecunia multare vellet. Ne quis Romæ imperium haberet, niſi cui à populo datũ eſſet, ſacrumque eſſet cum bonis caput eius qui regni occupandi conſilia iniſſet. Vt capitale eſſet, ſi quis iniuſſu populi magiſtratum adiiſſet. Vt quinque boum & duarum ouium multa eſſet. Vt pecuniȩ publicæ in æde Saturni reconderentur, duoque ærarii Quæſtores crearentur. Vt plebs à portoriis & tributis præſtandis liberarentur. Liuius lib. 2. Dionyſ. lib. 5. Plut. in eius vita. Val. Max. lib. 4. cap. 1. Pomp. De orig. iur.

VALERIA de prouocatione. Tulit L. Valerius Conſul cum M. Horatio, Anno CCCIIII. Ne quis vllum magiſtratum ſine prouocatione crearet: qui creaſſet, eum iuſque faſque eſſe occidi, néve ea cædes capitalis noxæ haberetur. Liuius lib. 3. Dionyſius 10. Eodem anno lata fuerat Duilia, qua de Conſulibus tantùm cauebatur. Vide Horatia.

VALERIA de prouocatione. Tulit M. Valerius Coſ. cum Qu. Appuleio, Anno CDLIII. Ne quis qui prouocaſſet, virgis cæderetur, ſecuríve necaretur: ſi quis aduerſus ea feciſſet, improbè facturum. Liuius lib. 10. Diligentius, inquit, quàm aliæ ſancta eſt: tertiò tum poſt Reges exactos lata, ſemper à familia eadẽ.

Valeria de ære alieno. Tulit L. Valerius Flaccus Coſ. cum C. Cinna in Marii demortui locum ſuffectus, Ann. DCLXVII. vt creditoribus quadrans ſolueretur. Paterculus lib. 2.

Valeria de Syllæ dictatura. Tulit L. Valerius Flaccus Interrex à Senatu proditus, deſtituta Conſulibus ciuitate, Carbone & Mario interfectis. Vt L. Sylla perpetuus Dictator Reip. conſtituendæ cauſa crearetur, & quæcunque is autem tamquam Conſul, aut tanquam proconſul geſſiſſet, rata eſſent. Cic. Verrin. 4. in Rullum, Appian. De bell. ciuil. 1.

Valeria de proſcriptis. Tulit idem. Vt eorum bona veneant qui proſcripti ſunt, aut eorum qui in aduerſariorum præſidiis occiſi ſunt. Vt proſcriptiones venditionesque ad diem Cal. Iuniarum fiant. Cicer. pro Sex. Roſcio, vbi contumelioſè in Syllam, vtrum Valeria an Cornelia dicenda ſit, neſcire ſe ſcribit. In Verr. 3. caput Corneliæ memoratur, Ne quis teſtamento proſcriptum iuuaret. Sed ego neque à Valeria, quæ nomine ſic dicebatur, cùm re ac veritate eſſet Cornelia, id abiudico: neque ad verba, ſed ſententiam legis id refero. nam ſi aqua & igni eis interdictũ erat, nihilo magis teſtamento, quàm inter viuos eis largiri licebat.

Valeria de iure ciuitatis. Tulit Qu. Valerius Tribunus pl. Martio, Sex. Iulio Coſſ. An. DCLXII. Vt de iis qui ſocios ius ciuitatis appetẽtes clàm palàmve iuuiſſent, quæſtio haberetur. Appianus lib. De bell. ciuil. 1.

Valeria de defectione militum. Tulit M. Valerius Coruus Dictator, Ann. CDXII. Ne cui militum ſeceſſio quam metu ſupplicii fecerãt, quum de Capua quæ ipſorum præſidio commiſſa erat occupanda conſpiraſſent, eorumq́; conſilium detectum eſſet, fraudi eſſet. Liuius lib. 7.

Valeria de iure ſuffragii. Tulit C. Valerius Trappo *T*ribun. pleb. Valerio, Liuio Coſſ. An. CLXV. Vt Formianis, Fundanis, Arpinatib. ſuffragii latio (nam antè ſine ſuffragio habuerunt ciuitatẽ) eſſet. Liuius lib. 38.

VARIA maieſtatis. Tulit Q. Varius propter obſcurum ius ciuitatis Hybrida cognominatus, Tribun. pl. aduerſus interceſſionem collegarum. Vt quæreretur de iis quorum opera conſiliove ſocii contra populum Ro. arma ſumpſiſſent. Aſconius in Orat. pro Scauro, & pro Cornelio: & in iiſdẽ Tullius. Val. Max. lib. 8. cap. 6. Cic. Tuſcul. 2. & in Bruto.

VATINIA de Cæſaris prouinciis. Tulit P. Vatinius Trib. pl. C. Cæſare, M. Bibulo Coſſ. Anno DCXCIIII. Vt C. Cæſari Gallia Ciſalpina cum Illyrico in quinquennium ſine ſenatus decreto, & extra ſortẽ mandaretur. Vt ii quos in lege nominabat, Legati, ſine Senatus decreto cum Cæſare proficiſcerẽtur. Vt eidem pecunia ex ærario ad exercitum attribueretur. Vt idem coloniam Nouumcomum deduceret. *T*ranquillus Cæſare, Cicer. Pro Balbo, epiſt. ad Lentulum. Salluſtius in Iugurth. Plutarchus in Vitis, & præſertim Cicero in Vatiniana hoc loco, Eripuerásne Senatui prouinciæ, &c. quo ex loco coniecturam capio locum illum in media Oratione corruptum eſſe, vbi ſic legitur, Eripuerísne partes illo tempore chariſſimas, partim à Cæſare, partim à publicanis: legendumq́ue Partim à Senatu, vt partes intelligantur ſubminiſtrãdæ pecuniæ, cùm Senatus ærarii diſpenſationem haberet, publicani ſæpe Rempublic. pecunia iuuarent. Mendum ex nota Se. ortum videtur, pro qua imperitus ſcriptor Cæſare repoſuit.

Vatinia de repetundis. Tulit idem. Vt qui repetundarum reus eſſet, ei alterna conſilia reiicere liceret. Cicero in Vatin. vbi commodiorẽ conditionem reiectionis, pro Contentionem legendum arbitror.

VELLEIA de hæredum inſtitutione. Vide Iunia Velleia.

Villia annalis. Tulit L. Villius Trib. pl. L. Manlio, Qu. Fuluio Coſſ. Anno DLXXIIII. Quot annos nati, quenque magiſtratum peterent, caperentq́ue. Liuius lib. 40. Villius autem Carolus Sigonius vir doctiſ. repoſuit pro Iulius. Hanc legem ſignificat Ouid. in Faſtis, quum ait:

Iura dabat populo ſenior, finitaq́, certis
Legibus eſt ætas, vnde petatur honos.

Annus aũt fuit Quæſturæ quidẽ nõ ante XXVII. Tribunatus XXX. Ædilitatis XXXVII. Præturæ XL. Cõſulatus XLIII. Et q̃d de Quæſtura diximus, aptè cõgruit cum eo quod Polyb. libro 6. ſcribit, legem fuiſſe, ne quis vrbanum magiſtratum gereret, niſi decem ſtipendia

pendia confeciſſet. Annus autem ad militandum legitimus fuit 17.

VISELLIA de libertinis. Tulit (opinor) L. Viſellius Varro Coſ. cum C. Fonteio, Ann. DCCLXVIII. Ne libertinis hominibus qui ius annulorum aureorum adepti non erant, eos honores qui ingenuorum proprii ſunt capere liceret. Impp. l. vnica. C. ad leg. Viſcel. l. 1. C. quando priu. act. crim. præiud. Vlpianus cap. Inſtit. 3. Viſcellia tamen vbique legitur, mendoſè: quum Viſelliorum familia nota ſit. cuius erat C. Viſellius Varro, Ciceronis conſobrinus, vt conſtat ex Bruto.

VNCIARIA lex.* Dici cœpta eſt, quam L. Sulla, & Q. Pompeius tulerunt. qua ſancitum eſt, vt debitores decimam partem * * *. Hęc apud Feſtum: nec plura leguntur.

VOCONIA de mulierum hæreditatib. Tulit Qu. Voconius Saxa Trib. pleb. Cępione & Philippo Coſſ. Anno DXXCIIII. Ne quiſ cenſus eſſet, virginem né ve mulierem, ſupra quadrantem ſuorum bonorum, hæredem inſtitueret: plúſve cuiquam legaret, quàm ad hæredem hæredéſve perueniret. Ne fœminæ vltra conſanguineos ab inteſtato ſuccederent. Cicer. Verrina tertia, De ſeneƈt. De finib. 2. Dio lib. 56. Gellius lib. 7. cap. 13. & lib. 17. cap. 5. Auguſtin. lib. De ciuitate Dei 3. Florus in Epit. lib. 41. vbi Volumnius legitur pro Voconius. Paulus lib. Sent. 4. Extat autem declamatio quædam Quintiliani maioris, cui lex hæc præponitur: Ne liceat mulieri niſi dimidiam partem bonorum relinquere. Verum vt eam legem ad ſcholaſticas exercitationes fiƈtam & accommodatam fuiſſe exiſtimem, Dionis auƈtoritas facit.

LEGVM, QVARVM INCERTA ſunt nomina, recenſio.

LEges publicorũ iudiciorum, vt antè ſi reo commodum ſit, iudicium de accuſatore fiat, vtrum illi liceat accuſare, necne. Cornific. ad Herennium lib. 1.

LEX, Ne quis vrbanũ magiſtratum caperet, niſi qui decem ſtipendia confeciſſet. Polyb. lib. 6.

LEX ſemunciarii fœnoris. Tulit T. Manlio Torquato, C. Plautio Coſſ. Anno CDVI. Liuius lib. 7.

LEGES de ambitu. Ne quis candidatus nomenclatore in magiſtratus petitione vteretur. Plutarch. in Cat. Vtic. Vt qui competitorem ſuum ambitus damnaſſet, pro eo ſubſtitueretur. Cicero pro Sylla. Vt qui quempiam ambitus damnaſſet, eius tribum aſſequeretur. Cice. pro Balbo, Vt qui de ambitu damnatus alium eodem crimine damnaſſet in integrum reſtitueretur. Cicero pro Cluentio. Vt accuſatori cuſtos apponeretur, qui videret, quæcunque ad accuſationem pararet atque ageret. Plutarchus in Cat. Vtic.

LEX de Cn. Publicio Menandro, homine libertino, quem legati in Græciam proficiſcentes interpretem ſecum habuerant, vt ſi domum reuertiſſet, & inde Romam rediſſet, ne minus ciuis eſſet. Cicero in ea pro Balbo. Pomponius autẽ in l. 5. D. de cap. & poſtlim. Et ideo, inquit, in quodam Menãdro, qui poſteaquam apud nos manumiſſus erat, miſſus eſt ad ſuos: nõ eſt viſa neceſſaria lex de illo, vt maneret ciuis Romanus. Nam ſiue animus ei fuiſſet remanendi apũd ſuos, deſinebat eſſe ciuis: ſiue animus erat reuertendi, manebat ciuis: & ideo lex fuit ſuperuacua. De eodem Menandro Ciceronis locum illum in libro De Orat. primo, intelligendum arbitror, Similique in genere, inferiore ordine, ſi quis apud nos ſeruiiſſet ex populo fœderato, ſeſeque liberaſſet, ac poſtea domum reueniſſet, quæſitum eſt apud maiores noſtros, num is ad ſuos poſtliminio rediſſet, & amiſiſſet hanc ciuitatẽ.

LEX de militia. Vt qui ciuem ab hoſte ſeruaſſet, is ab Imperatore quercea corona donaretur. Plutar. in Coriol. Item, Ne cuius militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur. Liuius lib. 7. Item, Ne quis loco ab Imper. deſignato cederet, atque ordinem deſereret. Diodor. lib. 12.

LEX de carminibus infamibus. Donatus in Terentium, Sed quum poëtæ abuti licentius ſtilo, & paſſim lædere ex libidine cœpiſſent plures bonos: ne quiſquam in alterum carmen infame proponeret, lege lata, ſiluere.

—Lex eſt accepta, chorúſq;
Turpiter obticuit, ſublato iure nocendi.

Hæc Donatus, ex Horatii libro De arte. Idem etiam in libro Epiſtol. 2. ad Auguſtum legem eandem, his verſibus ſignificat,

—Quin etiam lex
Pœnáq; lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi. vertére modum formidine fuſtis,
Ad benedicendum, delectandúmq; redacti.

Sed hanc XII. tab. legem eſſe arbitror, de qua Cicero libro 4. de Rep. ſcribit apud Auguſt. lib. De Ciuit. 2. Eas autem leges peculiarem in librum retuli, quem, ſi Dei voluntas ferat, abſolutis Inſtitut. Commentariis, perpoliam.

LEX de ciuitate Romana. Mutini Libyphœniſque danda, qui quum ab Annone Carthaginienſium Imperatore cuius præfectus fuerat, dignitate ſua ſpoliatus eſſet, Agrigentum Romanis prodidit. Liuius libro 27.

LEX de Diƈtatore. Ne Diƈtatori equum conſcendere liceret. Plut. in Fabio Max.

LEX de C. Seruilio. Tulit Cn. Seruilio, C. Seruilio Coſſ. An. DL. Ne illi fraudi eſſet, ꝙ patre qui ſella curuli ſediſſet, viuo, quum id ignoraret: Trib. pl. atq; Ædilis pleb. fuiſſet, contrà quàm ſancitum legibus erat. Fuerat autem C. Seruilii pater annos x. apud hoſtes Boios captiuus. Liuius lib. 27. & 30.

LEX de comitiis ne in comitiis magiſtratuum abſentium ratio haberetur. Sueton. & Plutarchus in Cæſare.

LEX de pecuniis repetundis. Ne cui qui in prouincia cum imperio aut poteſtate eſſet, capere aut conciliare pecunias liceret, extrà quàm ſi ad tẽplum & monimentum exigeret. Cic. 1. Epiſt. ad Q. Frat. & Verr. in 5. & 1. Epiſt. lib. 6. ad Att.

LEX ne quis præſidum munus donum caperet, niſi eſculentum, poculentum, quod intra dies proximos prodigatur. l. plebiſcito. 18. D. de offi. præſid.

LEX Auguſti tempore lata vt præfecto Ægypti imperium par proconſuli daretur: commemoratur ab Vlpian. l. 1. D. de offic. præt. Auguſt.

LEX agraria paulò poſt C. Gracchi necem lata, τὴν γῆν ὑπὲρ ἧς διεφέροντο, ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν. ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου τοῦ προτέρου καὶ τόδε. id eſt, Vt liceret iis qui agrũ lege Sempronia poſſidebant, vendere. Hoc enim lex Tib. Gracchi vetabat. Appia. lib. De bello ciuil. 1.

Lex lata Papirio, Caruilio Coſſ. Anno CDXL. Vt qui iuniorum non conueniſſet ad Imperatorium edictum, quique iniuſſu abiſſet, caput Ioui ſacratum eſſet. Liuius lib. 10.

Leges de comitiis. Ne is qui comitiis præeſſet, ſui rationem in magiſtratu petendo haberet. Liuius lib. 10. Ne quis inſpiciat tabellam, ne roget, ne appellet, Cic. de legib. lib. 3.

Lex vt rei frumentariæ procuratio Sext. Clodio adempta Cn. Pompeio mandaretur. Cic. Pro domo ſua. Plutarch. in vitis. Dio lib. 39.

Lex de repetundis. Vt euntibus in prouincias inquirendi in eos cauſa, quos repetundarum reos fecerant, certus comitum numerus eſſet. Vt literæ ex prouincia deportatæ triduo ad Prætorem deferrentur, iudicumque ſignis obſignarentur. Vt accuſatori ſex tantùm horę darentur. Cicero pro Flacco, vbi recentem hanc legem appellat. vnde apparet inter Corneliam & Iuliam aliquam fuiſſe, cùm id de neutra intelligi poſſit.

Lex de vini potu. Vt neque libera neque ſerua biberet vinum, neque verò clarorum virorũ quiſpiam à pube vſque ad XXXV. annum. Ælianus Romanorum veterum hanc fuiſſe legem teſtatur. lib. 2.

Lex de magiſtratibus. Vt numerus liberorum in candidatis præpolleret. Cornel. Tacit. lib. 2. Videtur legis Papiæ Poppeæ pars fuiſſe.

Lex, Ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret. quod propter M. Manlium Capitolinum factũ eſt. Liu. lib. 6.

Lex ex auctoritate patrum ad populum lata, vt Priuernatibus ciuitas daretur. Liuius lib. 8.

Lex de ſacerdotiis. Ne duo ex eadem gente idem ſacerdotium haberent. Dio lib. 39.

Lex pecuniaria. Ne quis in argento vel auro plus LX H-S. poſſideret. quam legem Iulius Cæſar II. Coſ. confirmauit. Dio 41.

Lex de Quæſtorib. Vt quæſtorib. anno confecto redire ex prouincia liceret. Plut. in Gracchis.

Lex de militia. Vt ciues Roman. annos X. cùm vſus Reip. poſtularet, militarent. Plutarch. in Gracchis.

Lex, qua Flaminica Dialis ſacrorum cauſa in poteſtate viri, cætera promiſcuo iure ageret. Tacit. lib. 4.

Lex quæ ſumptum ſepulcrorum definiebat & qui eum modum ſuperaſſet, tanta pecunia quantam præter modum impendiſſet, multabat. Cicero ad Attic. lib. 12. Epiſt. 33.

Lex, P. Scipione, C. Liuio COSS. lata per vnũ è Tribun. pleb. Anno DCVI. Vt belli Punici ſecundi adminiſtratio P. Scipioni Conſuli mandaretur, vt ex delectibus ſupplementũ conſcriberet, voluntarios quotquot poſſet à ſociis acciperet, & ad reges ac ciuitates literas daret inſcriptas populi Rom. nomine. Appian. de Bell. Punicis.

Lex Caſtrenſis apud Romanos. Quæ pro deſertore haber, ſi quis vlterius ſecedat, quàm vnde ſigna audiri poſſint. Appia. in Libyco.

Lex de Tribunis pl. Εἰ δήμαρχος ἐνδέοι ταῖς παραγγελίαις, τὸν δῆμον ἐκ πάντων ἐπιλέγεσθαι. Vt ſi Tribunus nondũ promiſſi præſtiterit, eius in primis ratio à populo Comitiis Tribunitiis habeatur. Appia. De bell. ciuil. 1.

Lex de triumpho. Ne quis triumpharet, niſi qui hoſtium quinque millia vna acie cæcidiſſet. Valer. Max. lib. 2. cap. 3. & Dio lib. 37. Vt ſolis Conſulibus & Ducibus triumphare liceret, Plutar. in Pomp. & Caton. Vtic. Ne qui triumphaturus erat, ante triumphũ vrbem introiret. Plut. in Pomp.

Lex de trigeminis. ἐκελεύσατο εἰς γένεσιν τριδύμους παῖδας, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρις ἥβης. Vt quibus trigemini liberi nati erant, iis ad alendos pueros ſumtus de publico ſuppeditetur. Dionyſ. lib. 3. qui propter Horatiorum laudem eam latam, ſuoque adhuc tempore obſeruatam ſcribit.

Lex de vacatione. App. de Bell. ciuil. lib. 2. ſic ſcribit: οὕτω δή τι Ῥωμαίους ἐδεδίεσαν, ὡς νόμῳ τῶν περὶ ἀστρατείας ἱερέων καὶ γερόντων ἐγγεγράφθαι, πλὴν εἰ μὴ Κελτικὸς πόλεμος ἐπίοι, τότε δὲ καὶ γέροντας καὶ ἱερέας στρατεύεσθαι. Vſque eo, inquit, Galli Romanis terribiles & formidoloſi ſunt, vt in lege de vacatione militiæ, quæ ſacerdotibus & ſenibus permittitur, illud aſſcriptum ſit, niſi ſi bellum Gallicum exoriatur. tum enim & ſenes & ſacerdotes in militiam proficiſci. Liuius quoque lib 8. tradit, exorto tumultu Gallico, Mamercum Coſ. iuſſum ſcribere exercitum ſine vlla vacationis venia. quin opificum quoque vulgus, & ſellularii, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem præterea libro 10. vbi de eodem nuncio commemorat: Senatus, inquit, iuſtitia indici, delectũ omnis generis hominum habere iuſſit, nec ingenui modò, aut iuniores ſacramento adacti ſunt: ſed ſeniorum etiam cohortes factę, Libertiniq; cẽturiati. Plut. pręterea in vita M. Marcelli, de Gallis loquens: οὓς μάλιστα, inquit, Ῥωμαῖοι δεδιέναι δοκοῦσιν, ἅτε δὴ καὶ τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἀποβαλόντες, ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ θέμενοι νόμον, ἀτελεῖς εἶναι στρατείας τοὺς ἱερέας, πλὴν εἰ μὴ Γαλατικὸς πάλιν ἐπέλθοι πόλεμος, id eſt, Quos maximè Romani metuiſſe videntur, quippe à quib. vrbe pulſi aliquando fuerant: ac iam tum legem tulerant, vt vacatio militiæ ſacerdotibus eſſet, præterquam ſi rurſus bellum Gallicum exoriretur. Item in Camillo: τοσοῦτον δὲ ὁ φόβος ἦν ἰσχυρός, ὥστε θέσθαι νόμον ἀφεῖσθαι τοὺς ἱερεῖς στρατείας, χωρὶς ἂν μὴ Γαλατικὸς ᾖ πόλεμος, id eſt, Tantus erat Gallorum metus, vt legem Romani tulerint, vt ſacerdotes militiæ vacationem haberent, præterquam ſi bellum Gallicum exoriretur. Tumultu tamen, non bello Gallico, hanc fuiſſe conſuetudinem, Cicero Philippica octaua docet his verbis: Grauius autem eſſe tumultum, quàm bellum, hinc intelligi poteſt, quòd bello Gallico vacationes valent, tumultu non valent. Huius legis etiam in ea pro Fonteio meminit.

PRIVILEGIA ADSCRIPTA NON SVNT.

EIVSDEM MAGISTRATVVM ROMANORVM ACCOMMODATA AD LITERARVM ORDINEM DESCRIPTIO.

AEDILES plebis duo primùm creati ſunt Anno CCLXI. au-ctore Dionyſ. Halic. lib. 6. Curules verò Anno CCCLXXXVIII. vt Liuius in fine lib. 6. teſtatur. Vtriq; magiſtratum Calend. Ianuar. inibant, vt Cic. Verr. 2. eſt auctor. Curulium autẽ triplex fuit procuratio, primùm vt ludos facerent: deinde vt ædes ſacras, publicasque, item vias publicas tuerentur: poſtremò vt ne in mancipiorum venditione & menſuris fraus admitteretur. quod ex Verrina ſeptima, & edicto Curulium intelligitur, quod extat libro Pandect. 21. His ergo de rebus quemadmodum anno ſuo ius dicturi eſſent, Prętorum exemplo edicebant. deinde in ſella curuli conſidentes, ex edicto ſuo ius reddebant. nam ſellam curulem eos habuiſſe, idem Ciceronis locus oſtendit. Plebeiorum autem quadripartitam Dionyſius Halicarn. procurationem facit in lib. 6. Vt eſſent Tribunorum pleb. adminiſtri, cùm res poſtularet. de rebus ad ſe ab illis delatis iudicarent. loca ſacra & publica tuerentur. annonæ curam ſuſciperent. Cùm autem Curulibus Cicero ſacrarum & publicarum ædium procurationem attribuat, arbitror diſtinctam poſtea eorum curam ita fuiſſe, vt Curules ludos omnes præter plebeios, hi plebeios ſolos curarent: illi ædes ſacras & publicas, itemq; vias, hi priuatas & cloacas tuerentur: illi mancipiorum venditionibus, hi annonæ præeſſent. Tullius autem in libro De legibus tertio hæc omnia permiſcet, nec ſingula ſingulis attribuit. Suntoque Ædiles, ait, curatores vrbis, annonæ, ludorumque ſolennium. Cùm autem Ædiles plebis Tribunorum adminiſtri tantùm eſſent, nec propriam Iuriſdictionem haberent, ſed de rebus tantùm ad ſe Tribunorum arbitrio delatis cognoſcerẽt, edictum eos nullum propoſuiſſe veriſimile eſt. Nunc veterum ſcriptorum auctoritates, ex quibus adoleſcentes de huiuſce magiſtratus vi ac poteſtate æſtimare poſſint, ſubiiciemus. Varro libro De lingua Lat. 4. Ædilis, qui ædes ſacras & priuatas procuraret. Cicero Verr. 7. Nunc ſum deſignatus Ædilis: habeo rationem quid à populo Rom. acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populi Rom. plebique Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque eſſe faciundos: mihi ſacrarum ædium procurationẽ: mihi totam vrbem tuendam eſſe commiſſam. Liuius in fin. lib. 6. de Curulibus. Recuſantibus ferias Latinas curare Ædilibus plebeiis, conclamatum à patriciis eſt iuuenibus, ſe id honoris Deûm immortalium cauſſa libenter acturos, vt Ædiles fierent. quibus cùm ab vniuerſis gratiæ actæ eſſent, factum S.C. vt duos viros Ædiles ex patrib. dictator populum rogaret, patres auctores omnibus eius anni comitiis fierent. Ædiles idem ſcribit lib. 30. & viatores & ſcribas habuiſſe. Pomp. l. 2. De orig. iur. Itemque vt eſſent qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat: duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam Ædiles appellati ſunt. Idem, Tunc vt aliquo pluris Patres haberentur, placuit duos ex numero patrum conſtitui. ita facti ſunt Ædiles Curules. Zonaras lib. 2. ὅτε μὲν οὖν ἡ τῶν δημάρχων δυναστεία συνέστη. εἷλον καὶ ἀγορανόμους δύο προσειλοντο, οἷον ὑπηρέτας σφίσιν ἐσομένους πρὸς γράμματα. πάντα γὰρ τά τε παρὰ τοῦ πλήθους, καὶ τὰ παρὰ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς ψηφίσματα λαμβάνοντες, ὥστε μηδὲν σφᾶς τῶν πραττομένων λανθάνειν ἐφύλαττον. τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον ἐπὶ τούτῳ ᾑροῦντο, καὶ ἐπὶ τῷ δικάζειν, ὕστερον δὲ καὶ ἄλλα, ὧν τὴν τῶν ὠνίων ἀγορὰν ἐπιβλέπειν, ἀφ' οὗ καὶ ἀγορανόμοι τῇ ἑλληνίδι γλώσσῃ ὠνομάσθησαν. id eſt, Atque hoc quidem modo Tribunorum poteſtas conſtituta eſt. quibus duo etiam Ædiles adiuncti ſunt: quorum miniſterio atque opera in literis ac tabulis publicis vterentur. Omnia enim plebiſcita, & leges, & Senatuſconſulta in literas relata, Ædiles accipiebant, ac ne quid illos eorum quæ in Rempubl. gerebantur, latere poſſet, aſſeruabant. His igitur de cauſſis Ædiles à principio creati ſunt, itemque vt ius dicerent. Poſtea verò cùm alia nonnulla, tum etiam rerum venalium forum eis commiſerunt; qua de cauſſa ἀγορανόμοι à Græcis nominati ſunt. Reperio præterea Ædiles de ſtuprorum licentia quam mulieres profitebantur, decreuiſſe. Tacitus lib. 2. Eodem anno grauibus Senatus decretis libido fœminarum coercita, cautumque ne quæſtum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus eques R. fuiſſet. nam Veſtilia Prætoria familia genita licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, quo ſatis pœnarum aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant. Suetonius in Tiberio, Fœminæ famoſæ vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperunt; & ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque famoſam iudicij notam ſponte ſubibant.

Iidem præterea quæ iter in publica via impediebant, frangere atq; conſcindere poterant. vt intelligitur ex l. 12. D. de peric. & comm. menſuras item iniquas confringere. l. 13 §. 8. D. locat. qua de re Iuuenalis ſic;

Et de menſura ius dicere, vaſa minora
Frangere pannoſus vacuis Aedilis Vlubris.

Item in venalitios animaduertere. l. 12. D. de decurionibus. Scribit etiam Tacitus lib. 13. Ædiles pignora cepiſſe, & multam irrogaſſe. Cohibita, inquit, arctius & Ædilitia poteſtas, ſtatutumque quantum Cu-

rules,& quantum plebeij pignoris caperent. Dio lib. 53. in fin. Anno DCCXXI. Ædili cuidam plebis mortuo C. Calpurnius, qui tamẽ ante Ædilis Curulis fuerat, ſucceſſit, quod aliàs factum fuiſſe, memoriæ proditum nuſquam eſt. Feſtus Pomp. Ædilis initio dictus eſt magiſtratus, qui ædium non tantùm ſacrarum, ſed etiam priuatarum curam gerebat. Poſtea hoc nomen & ad magiſtratus tranſlatum eſt. Dictus eſt autem Ædilis, quòd facilis ad eum plebi aditus eſſet. Sed & Ædilatus dicebatur eadem dignitas, ſicut Pontificatus.

Gellius lib. 13. cap. 14. Qui poteſtatem neque vocationis populi viritim habent, neque prehenſionis, eos magiſtratus à priuato in ius quoque vocari eſt poteſtas. M. Lepidus Ædilis Curulis, à priuato ad Prætorem in ius eſt eductus: nunc ſtipati ſeruis publicis non modò prehendi non poſſunt, ſed etiam vltrò ſummouent populum. Plutarchus in Mario, Poſt Tribunatum maiorem Ædilitatem petiuit. Duo enim erant ordines Ædilium: alter in quo ipſi Ædiles in iure dicendo ſellis incuruos pedes habentibus vtebantur: & hic nomen magiſtratibus retinebat. alterum plebeium magiſtratum appellabant. Quibus ex verbis intelligitur quod etiam ſuperius ex Verrina ſeptima docuimus: Ædiles Curules, ſellam curulem habuiſſe. quod etiam Liuius libro ſeptimo confirmat, vbi & de prætexta toga loquitur: Non parentibus, inquit, Tribunis, quòd pro Conſule vno plebeio tres patricios magiſtratus curulib. ſellis prætextatos tanquam Conſules ſedentes nobilitas ſumpſiſſet. Eodem die de vtroque comitia fiebant. Liuius libro tertio. Inſtitutum eſt etiam ab iiſdem Conſulibus, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles pleb. deferrentur, quæ antè arbitrio Conſulum ſupprimebantur, nunciabanturque.

ÆDILES CEREALES. Pompon. l. 2. De orig. iur. Deinde C. Iulius Cæſar duos Ædiles creauit, qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales cõſtituit. Dio lib. 43. in fin. Anno ab V. C. DCCX. primùm ſex Ædiles ſunt conſtituti, duo patricij, qui Cereris Ædiles dicerentur, quatuor plebeij: iſque mos ad noſtram vſque ætatem perductus eſt.

CENSORES.

CENSORES duo primùm creati ſunt, Papirius & Sempronius, Anno CCCX. auctor Liuius lib. 55. & lib. 10. Varro libro De ling. 4. Cenſor, ad cuius cenſionem, id eſt, arbitrium, cenſeretur populus. Feſtus libro tertio, Cenſores dicti, quòd rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Liuius libro quarto Cenſores dicti, quòd cenſui agendo præeſſent. Cicero De legibus tertio: Cenſores populi æuitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor: populique partes in tribus diſtribuunto. exin pecunias, æuitates, ordines partiuntor. Equitum, peditumque prolem deſcribunto. Cœlibes eſſe prohibento. mores populi regunto. bini ſunto. Magiſtratũ quinquennem habento. eaque poteſtas ſemper eſto. Pedianus in Diuinat. Cicer. Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quoque anno creati ſolebant. hi prorſus ciues ſic notabant, vt qui ſenator eſſet, eiiceretur ſenatu, qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebeius, in Ceritũ tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ, ſed ad hoc eſſet ciuis tantùm, vt pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. iidem completo quinquennio vrbem luſtrabant, & Suouetaurilia ſacrificia, de ſue, oue, tauro, faciebant. eorum notam ſucceſſores plerunque ſoluebant Zonaras libro 2. Κεχειροτόνηντο δὲ, ὅτι οἱ ὕπατοι ἀδύνατοι ἐπὶ πάντας διὰ τὸ πλῆθος ἐξαρκεῖν ἦσαν. τὰ γὰρ τοῖς τιμηταῖς ἀπονεμηθέντα προνόμια ἐκεῖνοι μέχρι τότε ἐποίουν. δύο τε ἦσαν οἱ τιμηταὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν. ἦρχον δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ τελευταῖα ἐπὶ πενταετίαν. ἐν δὲ τῷ μέσῳ χρόνῳ ἐπὶ τοὺς ἐξαμηνους, καὶ ἐγένοντο τῶν ὑπάτων μείζους, καίτοι μέρος τῆς ἐκείνων λαβόντες ἀρχῆς. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς τάς δὲ προσόδους τὰς κοινὰς ἐκμισθοῦν καὶ τῶν ὁδῶν, καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῆς ἑκάστου εὐπορίας ἐξατελεῖν, καὶ τὸν βίον τῶν πολιτῶν ἐπισκοπεῖν τε καὶ ἐξετάζειν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου ἐς τὰς φυλὰς καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ τὴν γερουσίαν ἐγγράφειν, καθὼς ἑκάστοις προσήκειν ἐνομίζετο. τοὺς δὲ οὐκ εὖ βιοῦντας ἀπανταχόθεν ὁμοίως ἐπαλείφειν. ὃ μεῖζον πάντων ἦν τῶν τοῖς ὑπάτοις καταλειφθέντων, πίστεις δ' ἐνόρκους ἐφ' ἑκάστῳ πεποίηντο, ὡς οὔτε πρὸς ἔχθραν τι ποιοῦσι, ἀλλ' ἐξ ὀρθῆς γνώμης τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ καὶ σκοποῦσι καὶ πράττουσι. καὶ τὸν δῆμον ἐπί τε νόμων εἰσφοραῖς καὶ τοῖς ἄλλοις συνήθροιζον, καὶ τῷ τῶν μειζόνων ἀρχῶν κόσμῳ πλὴν ῥαβδούχων ἐχρῶντο. id eſt, Creati autem propterea Cenſores fuerũt, quia Conſules rebus omnibus propter earum multitudinem ſufficere non poterant. nam Conſules omnem illam quæ rum Cenſorib. attributa eſt præfecturam, ad illud vſque tempus geſſerant. Sunt autem à principio duo, iique ex Patriciis, creati: qui & primis & poſtremis temporibus magiſtratum illum quinquennium obtinuerunt. interiecto verò tẽpore, ſeſquiannum. quinetiam poteſtatem Conſulibus maiorem obtinuerunt, tametſi partem duntaxat eorum magiſtratus adepti eſſent. Munus autem illorum erat, vectigalia publica locare, viarum, publicarumq́; ædium curationem ſuſcipere, ciuis cuiuſque facultates cenſere, mores notare atque animaduertere: laude dignos ciues in tribus, in equeſtrem ordinem, in Senatum, pro cuiuſque dignitate adſcribere; qui minus honeſtè viuerent, omni ordine ac tribu mouere. quæ poteſtas maior erat omni ea quæ Conſulibus erat relicta. Iuſiurandum autem ſuper vnoquoque dabant, ſe neque gratia, neque odio quicquam geſturos, ſed ex animi ſui ſententia quæ Reipublicæ vtilia eſſent, re quæſita & deliberata facturos. Præterea populum ad legum & aliarum rerum comitia euocabant. maiorumq́; magiſtratuum inſignia præter lictores habebant. Cic. de Offic. 3. Nulla de re diligentius, quàm de iureiurando Cenſores iudicabant. Liu. lib. 40. Comitiis perfectis Cenſores in cãpo ad aram Martis in ſellis curulibus conſederunt. Eorum autem officium erat legere Senatum, recenſere equites, agere cenſum, luſtrum condere. In omnibus precationibus hæc verba nuncupabant, Vt ea res mihi collegæq́; meo bene & feliciter eueniat. Cenſori autem defuncto nunquam aliquis ſufficitur. auctor idem Liuius lib. 4. 5. 6. 9. & Plutarch. in Vitis. Liu. item lib. 4. & 9. Cenſuram primò quinquennem fuiſſe ſcribit. deinde Mam. Æmilium Dictatorem legem tuliſſe, vt Cenſura, quę antea quinquennalis fuerat, annua & ſemeſtris eſſet. Plutarch. in Pompeio, Mos erat Romanis, vt equites qui per legitimum tempus militaſſent, equum per medium forum coram Cenſoribus ducerent: & apud illos Imperatores ſub quibus ſtipendia meruiſſent, nomina-

nominarent. Vide prætereà Gellium lib. 13. cap. 14. Plutarchũ in Flaminio, & in Catone Maiore. Liuium lib. 29. qui curam publicarum tabularum Cenſorum propriam fuiſſe ſcribit, & ius ſartorum tectorum exigendorum ad eoſdem pertinuiſſe. quod idem Pedianus in Verr. 3. confirmat. Et de nota Cenſoria Val. Max. item Cicer. in Cluentiana. Liuius lib. 29. Cenſores Marcus Portius & Lucius Valerius metu mixta expectatione Senatum legerunt: ſeptem mouerunt Senatu, ex quibus vnum inſignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flaminium Conſularem. Patrum memoria, inquit, inſtitutum fertur, vt Cenſores motis è Senatu adſcriberent notas. Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes extant in eos quos aut Senatorio loco mouit, aut quibus equos ademit. Longè grauiſſima in L. Quintium oratio eſt, quaſi accuſator ante notam non Cenſor poſt notam vſus eſſet, retinere Quintium in Senatu, ne frater quidem Titus Quintius, ſi tum cenſor eſſet, potuiſſet.

CENTVMVIRI.

CENTVMVIRI magiſtratus quidem non erant, ſed cùm à Cic. lib. De legibus tertio, ij qui lites contractas iudicabant, hoc eſt vel Centumuiri, vel certè Decemuiri in minorum magiſtratuum ordinem referãtur, de iis quoque hoc loco dici poſſe, non incommodè iudicauimus. Feſtus lib. 3. Centumuiralium iudicia à Centumuiris ſunt dicta. nam cùm eſſent Romæ XXXV. tribus, quæ & Curiæ ſunt dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati ſunt. & licet quinq; amplius quàm centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiri ſunt dicti. Cicer. lib. de Orat. 1. Nam volitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus ſæpe non de facto, ſed de æquitate & iure certetur: iactare ſe in cauſſis Centumuiralibus, in quibus vſucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum, ruptorum aut ratorum, ceterarumq́ue rerum innumerabilium, iure verſentur, &c. Eoſdem de inoffic. teſt. cognouiſſe, patet ex leg. 13. & decimaſeptima D. de inoffic. teſt. Ouid. lib. De Ponto 3.

Viq; fui ſolitus, ſediſſem forſitan vnus,
De centum iudex in tua verba viris.

Poſterioribus autem temporibus eorum iuriſdictio multum creuit: quemadmodum ex iis quæ ſubiiciam quiuis ſua ſponte intelliget. Fab. lib. 4. cap. 1. Quibuſdam in iudiciis, maximeq́ue capitalibus, vt apud Centumuiros, ipſi iudices exigunt ſolicitas & accuratas actiones: contemniq́ue ſe, niſi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt; nec doceri ſolum, ſed etiam delectari volunt. Quo in loco Capitalia dici putarem, non publica, ſed ea in quibus de capite ciuis Rom. agitur; vt in cauſſis liberalibus. Idem lib. 5. cap. 2. Præiudicia etiam verſantur in iudiciis, cùm de cauſſa pronunciatum eſt. vt in aſſertione ſecunda, & partibus Centumuiraliũ, quæ in duas haſtas diuiſæ ſunt. Idem lib. 11. cap. 1. Etiam ſi apud alios iudices agetur, vt in ſecunda aſſertione, aut in Centumuiralibus iudiciis duplicibus parte victa. Corn. Tacitus in lib. de Oratore. Lege Pompeia omnia apud Prætores gerebantur, apud quos quòd maiora olim negocia exerceri ſolita ſunt, quod maius argumentum eſt, quàm quòd cauſæ Centumuirales, quæ nunc primum obtinent locum, adeò ſplendore aliorum iudiciorum obruebantur, vt neque Ciceronis, neque Cæſaris, neque Bruti, neque Cælij, neque Calui, non denique vllius magni oratoris liber apud Centumuiros dictus legitur, exceptis orationibus Aſinij. Plinius lib. Epiſt. 11. Diſtringor Centumuiralibus cauſſis, quæ me exercent magis quàm delectant. Sunt enim plereque paruæ, & exiles. rarò incidit vel perſonarum claritate, vel negocij magnitudine inſignis. ad hoc perpauci, cum quibus iuuet dicere. Ceteri audaces, atq; etiam magna ex parte adoleſcentuli obſcuri declamatum huc tranſeunt, tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noſter expreſſè dixiſſe videatur, ſic in foro pueros à Cẽtumuiralibus cauſſis auſpicari, vt ab Homero in ſcholis. Auctus eſt autem poſteà Centumuirorum numerus, manente tamen ſemper nomine, diuiſosq́ue in quatuor Conſilia. Plin. lib. 6. Epiſt. Fœmina ſplendidè nata. nupta Prætorio viro, exhæredata ab octogenario patre intra vndecim dies, quam ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices centum & octoginta (tot enim quatuor Conſiliis conſcribuntur.) His autem præerat Prætor, quemadmodum idem libro quinto ſignificat his verbis: Hoc facto Nepotis commotus Prætor, qui Centumuiralibus præſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopinatum nobis otium dedit. Erant autem Centumuirorum conſilia quatuor, in quadam baſilica inter ſe vſque adeo proxima, vt actiones vnius Tribunalis ab alio exaudiri poſſent, vt ex eodem Plinio lib. 2. intelligimus. Quintilianus libro duodecimo, de Trachallo loquens; Certè, inquit, cùm in Iulia baſilica diceret primo Tribunali, quatuor autem iudicia (vt moris eſt) cogerentur, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus ceteris contumelioſum fuit, laudatum quoq; ex quatuor tribunalibus memini.

CONSVLES.

CONSVLES exactis Regibus duo creari cœpere Anno CCLV. vt Liuius in fine libri primi tradit: & lib. 11. Omnia iura, inquit, omnia inſignia primi Cõſules tenuere. id modò cautum eſt, ne ſi ambo faſces haberent, duplicatus terror videretur. Varro libro 4. Conſul nominatus, quòd conſulere populum, & ſenatum debet; niſi illinc potius, vnde Actius in Bruto, Qui rectè conſulat, Conſul fiat. Cicero libro de legibus tertio. Regio imperio duo ſunto; iiq́ue præeundo, iudicando, conſulendo, Prætores, Iudices, Conſules appellantor. militiæ ſummum ius habento, nemini parento. Ollis ſalus populi ſuprema lex eſto. Ius autem Conſules dixiſſe, vel ex 11. Liuij intelligi poteſt; vbi ſcribit Appium Conſulem quàm aſperrimè ius de creditis pecuniis dixiſſe. Pomponius l. 8. de orig. iur. Conſules ab eo dicti ſunt, quòd plurimum Reipubl. conſulerent. Lege lata ſummum ius eis delatum eſt, prouocatio ab iis populo conceſſa, prohibitum eiſdem ne poſſent in caput ciuis Rom. animaduertere iniuſſu populi. ſolùm relictum eſt illis, vt coercere poſſent, & in vincula publica duci iuberent. Nonius Marcellus, Conſulum & Prætorum proprietas, quòd conſulant, & præeant populis, auctoritate Varronis oſtenditur de vita populi Rom. lib. 11. Quòd idem dicebantur conſules & Prętores, quòd præirent populo, Prætores; quòd conſulerent Senatui, Conſules. Polybius lib. 6. Conſules antequam ex vrbe legiones educant, vrbanarum rerum omnium ius atq; imperium habent. His etenim ceteri omnes magiſtratus, Prætor, Tribunus plebis parent ac ſubiecti ſunt. Hi legationes in curiam introducunt: quæ celeriter ſtatuenda ſunt, decernunt; quæ & deliberanda ſunt, ad Senatum referunt. quæ verò à Senatu decreta

ſunt, ea vt perficiantur, ipſorum officium eſt, quinimò & quæ de Republ. per populum tranſigenda & perficienda ſunt, eorum officium eſt perpendere, ac diligenter examinare, concionem quoties opus eſt, aduocare, Senatusconſulta ad populum referre, quicquid maior pars iuſſerit, exequi. Quinetiam in his quę ad belli apparatum, & caſtrenſem diſciplinam pertinent, hi ſummum imperium habent. His ius eſt ſociis quicquid viſum fuerit, imperare, Tribunos militum creare, delectum habere. ad hæc de iis qui ſub imperium eorum ſunt, in caſtris arbitratu ſuo ſupplicium ſumere. His præterea licet eos comitante Quæſtore, ac ſeduló impetrata facientę, publici æris quantum res ipſa tulerit, impendere. Hæc Polyb. Conſtat autem ex Cicerone Philipp. quinta, Legitimum conſulatus annum fuiſſe XLIII. ex Muræniana, & libro Epiſtol. ſeptimo, & Liuij libro primo, centuriatis comitiis eos creari conſueuiſſe. ex Pediano in Verrina ſecunda diem comitiorum Conſularium fuiſſe VI. Calend. Sextil. ex Philipp. 2. & Plutarcho in Cicero. Conſules captis pignoribus Senatores qui nec aderant, & quibus cauſſa non erat, coercuiſſe. ex Liuij libro 42. cùm ad bellum proficiſcerentur, votis in Capitolio nuncupatis paludatos ex vrbe exiſſe, omnibus ordinibus eos comitantibus. ex Verrina tertia deſignatos in comitiis conſules domum à multitudine deduci ſolitos. ex locis innumeris, eoſdem Calend. Ianuariis magiſtratum iniſſe. pompamque inſignem adhibitam fuiſſe. qua de re verſus Ouidij pulcherrimos ex libro quarto De Ponto ſubſcribemus:

Ergo vbi Iane biceps longum reſeraueris annum,
Pulſus & a ſacro menſe December erit,
Purpura Pompeium ſummi velabit honoris,
Ne titulis quicquam debeat ille ſuis.
Cernere iam videor rumpi pene atria turba,
Et populum lædi deficiente loco.
Templaq; Tarpeiæ primum tibi ſedis adiri,
Et fieri faciles in tua vota Deos.
Colla boues niueos certæ præbere ſecuri,
Quos aluit campis herba Phaliſca ſuis.
Curia te excipiet, patresq; ex more vocati,
Intendent aures ad tua verba ſuas.
Inde domum repetes toto comitante Senatu,
Officium populi vix capiente domo.

Item Elegia IX.

Dumq; latus cinget ſancti tibi turba ſenatus,
Conſulis ante pedes ire iuberet equus:
Et quanquam cuperem ſemper tibi proximus eſſe,
Gauderem lateris non habuiſſe locum:
Nec querulus turba quamuis eliderer eſſem,
Sed foret a populo tum mihi dulce premi:
Proſpicerem gaudens, quantus foret agminis ordo,
Denſaq; quam longum turba teneret iter.
Quoq; magis noris, quam me vulgaria tangant,
Spectarem qualis purpura te tegeret.
Signa quoq; in ſella noſſem formata curuli,
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.
At cum Tarpeias eſſes deductus in arces,
Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo:
Me quoq; ſecreto grates ſibi magnus agentem,
Audiſſet, media qui ſedet æde Deus.

Idem etiam Elegia ſequenti de extraordinaria Conſulis poteſtate, nonnulla ſcribit: quæ quia nuſquam alibi me legiſſe memini, ſubiiciam:

Aut reget ille ſuos dicendo iura Quirites,
Conſpicuum ſignis cum premet altus ebur,
Aut populi reditus poſitam componet ad haſtam,
Et minui magnæ non ſinet vrbis opes.
Aut vt erunt patres in Iulia templa vocati,
De tanto dignus Conſule rebus aget:
Aut feret Auguſto ſolitam, natoq; ſalutem,
Deq; parum noto conſulet officio.

Item Elegia IX.

Hac modo te populo reddentem iura videbit,
Et ſe ſecretus finget adeſſe tuis.
Nunc longi reditus haſtæ ſupponere luſtri
Credet & exacta cuncta locare fide.
Nunc facere in medio facundum verba ſenatu,
Publica quærentem quid petat vtilitas.
Nunc pro Cæſaribus, ſuperis decernere grates,
Albave opimorum colla ferire boum.

DECEMVIRI.

DECEMVIRI Reipubl. adminiſtrandæ primùm creati ſunt, mortuo Romulo. Patres enim centum à Romulo creati, decem decuriis factis ſingulisque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerũ præeſſent, conſociarunt. Decem imperitabant: vnus cum inſignibus imperij, & lictoribus erat. quinq; dierum ſpacio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat. Hæc Liuius lib. 1. Dionyſius autem lib. 2. ſcribit, ducentos patres fuiſſe, & imperium decuriis factis vno, eodem modo commiſiſſe.

DECEMVIRI Reipubl. adminiſtrandæ ſecundo creati ſunt Anno CCCII. Hac de cauſſa, inquit Liui, plebs de nimio Conſulum imperio querebatur, qui ius non è certis legibus, ſed arbitrio ſuo dicerent. Petitis igitur è Græcia legibus, ſenatusconſulto, & plebiſcito confirmatum eſt, vt omnibus abrogatis magiſtratibus, Decemuiri cum ſummo imperio crearentur: qui decimo die ius populo ſinguli redderent, & eo die penes Præfectum iuris faſces XII. eſſent: collegis nouem ſinguli accenſi apparerent. Hæc Dionyſius libro decimo, & Liuius libro tertio. Pomponius in l. 2. §. 13. Dè orig. iur. Et cùm placuiſſet leges quoque ferri, latum eſt ad populum, vti omnes magiſtratu ſe abdicarent. quo Decemuiri conſtituti anno vno cùm magiſtratum prorogarent ſibi, & cùm iniuriosè tractarent, neque vellent deinceps ſufficere magiſtratibus, vt ipſi, & factio ſua perpetuò Rempublic. occupatam retinerent: nimia atque aſpera dominatione eo rem perduxerunt, vt exercitus à Republ. ſecederet.

DECEMVIRI litibus ſiue ſtlitibus (vt olim loquebantur) iudicandis, quo tempore creati fuerint, non reperio. Lites autem eos cauſſisque priuatas iudicaſſe, in quibus de iure controuerſia erat, multis ex locis conſtat. Lucanus ad Piſonem:

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum,
Et firmare iubet centeno iudice cauſſas.

Pomponius l. ſecunda. §. 16. De orig. iur. Deinde cùm eſſet neceſſarius magiſtratus, qui haſtæ præeſſent decemuiri ſtlitibus iudicandis ſunt conſtituti. Suetonius Auguſto, Auctor fuit, vt Centumuiralem haſtam, quam Quæſtura functi cõſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Cicero pro Cæcinna, Cùm Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem inieciſſet, Decemuiri prima actione non iudicauerunt. Idem pro Domo, Si Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent, tamen quotieſcunque vellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe voluerunt. Dio præterea lib. 54. ſcribit decemuiros iis iudiciis quæ ad Centumuiros ſorte deferebantur, præfuiſſe. Cicero in Oratore, Planè Duorumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis, dico nunquam.

DICTATOR.

DICTATOR, inde nomen inuenit, quòd, vt inquit Varro, à Conſule dicebatur, cui dicto audientes omnes eſſent. nam (vt Dionyſius libro quinto. Plutarchus in Marcello, & Liuius lib. 9. 22. & 23. tradunt) non à populo in comitiis, vt ceteri magiſtratus: ſed à Conſule captatis auſpiciis, nocte, ac ſilentio dicebatur. Seneca libro Epiſt. 19. epiſt. 109. Præterea notat eum quem nos dictatorem dicimus, & in hiſtoriis ita nominari legimus, apud antiquos Magiſtrum populi vocatum. hodieque id extat in Auguralibus libris, & teſtimonium eſt, quòd qui ab illo nominatur, Magiſter equitum eſt. Plutarch. Dictator non à populo, aut à patribus creari poteſt, ſed alter Conſulum, quem vult Dictatorem dicit. vnde quia ita dictus ſit Dictator appellatur. Dionyſius autem Senatuſconſ. factum ſcribit, vt Conſules qui tum erant, magiſtratúſque reliqui ſe abdicarent, vnúſque vir quem Senatus nominaret, populus ſciſceret, haud amplius quàm per ſex menſium ſpacium ſine prouocatione, & maiore quàm Conſules poteſtate, imperaret. Cauſſam creandi Cicero libro de Legibus III. ſic explicat. Aſt quando duellum grauius, diſcordiæ ciuium poſcunt, Dictator eſto, ne amplius ſex mēſes, niſi Senatus creuerit: idem iuris quod duo Conſules teneto. Iſque aue ſiniſtra dictus populi magiſter eſto. Dionyſius eius imperium libro quinto ſic exponit: οὗτος πρῶτος ἐν Ῥώμῃ μόναρχος ἀπεδείχθη πολέμου τε καὶ εἰρήνης, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος αὐτοκράτωρ. ὄνομα δ᾽ αὐτῷ τίθενται δικτάτωρα, εἴτε διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν καὶ διατάττειν ὅ,τι θέλοι, τά τε δίκαια καὶ τὰ καλὰ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἂν αὐτῷ δοκῇ. Pompon. l. 2. §. 10. D. de orig. iur. Populo deinde aucto cùm crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur: interdum re exigente placuit maioris poteſtatis Magiſtratum cōſtitui. Itaque Dictatores proditi ſunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum quoniam ſummam poteſtatem habebat, non erat fas vltra ſextum menſem retinere. Feſtus, Optima lege cùm dicebatur in magiſtro populi faciendo, qui vulgò Dictator dicitur, quàm pleniſſimum poſſet ius, ſignificabatur. Præter ſuperiores cauſſas, quibus Dictator creabatur, nimirum Rei gerendæ & ſeditionis ſedandæ: inuenio creatum etiam fuiſſe claui in peſtilentia figendi cauſſa: de quo Liuius libro ſeptimo commemorat. Comitiorum habendorum: eodem auctore libro ſeptimo & nono. Quæſtionis exercendæ, vt apud eundem libro nono. Ludorum faciendorum, Senatus agendi, feriarum Latinarum: vt paſſim apud eundem legimus. Tantum autem illius erat imperium, vt eo creato magiſtratus omnes præter Tribunos pl. imperio ſeſe abdicarent: auctore Plutarch. in Fabio. Duo verò eſſe Dictatores non poterant, ac ne Dictator quidem ſine Magiſtro equitum: auctore Dionyſio libro quinto & Liuio XXIII. neque extra Romanum agrum, hoc eſt Italiam, dici poterat: vt idem libro XXVII. ſcribit. Nonnunquam & Senatus populum rogari decernebat, vt quem vellet Dictatorem iuberet, qui deinde à Conſule diceretur. cuius rei exemplum extat apud Liuium libro XXVII. Quin & L. Cornelius Sylla Dictator à L. Valerio Flacco Interrege dictus eſt: auctore Appian. libro de bello ciuil. 1. Caium autem Iulium Cæſarem Senatus Dictatorem creauit: vt Plutarchus in eius vita ſcribit.

DVVMVIRI.

DVVMVIRI capitales dicebantur, qui de perduellionis crimine iudicabant. Liuius libro primo de Tullo Rege loquens, Duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent ſecundum legem, facio. Lex horrendi carminis erat. Duumuiri perduellionem iudicent: ſi à Duumuiris prouocarit, prouocatione certato. ſi vincent, caput obnubito: infelici arbore reſte ſuſpendito: verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium. Idem libro ſexto: Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos auctores ſunt. Loquitur de M. Manlio, de quo Plutarch. idem in Vitis ſcribit. Durauit hic mos ſtante ſemper Republ. Itaque C. Rabirius à Iulio Cæſare, & L. Cæſare Duumuiris perduellionis damnatus eſt, ſed ad populum prouocauit: vt ex Ciceronis Oratione pro eo, & Suetonio, & Dionis lib. XXXV. notum eſt omnibus. Cicero in Oratore, Planè Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam.

DVVMVIRI nauales lege Decia, quam M. Decius Tribun. pleb. tulit, creati ſunt; vt claſſis ornandæ reficiendæque curam haberent. Liuius lib. 9.

DVVMVIRI ſacerdotes ad inſtitutum noſtrum non pertinent.

DVVMVIRI curatores viarum quæ extra vrbem eſſent, nominantur à Dione libro quarto in eorum XXVI. virorum numero, vnde alij quoque magiſtratus minores erant.

DVVMVIRI municipales, vide Duumuiri, ſub litera D.

INTERREX.

INTERREGNVM primùm inſtitutum eſt mortuo Romulo: vt Liuius & Dionyſ. & Plutarch. ſcribunt. Patres enim decem decuriis factis, ſingulíſque in ſingulas decurias creatis, qui ſummæ rerum præeſſent, conſociarunt. decem imperitabant, vnus cum inſignibus imperij & lictoribus erat: quinq; dierum ſpacio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat: annuúmque interuallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum. Hæc ille, inde autem mos fluxit, vt cùm ſine ſummo imperio ciuitas eſſet, tum & Patriciis & à Patriciis Interrex proderetur, qui dies duntaxat quinq; imperium obtineret, à quo alius deinde creabatur, in dies alteros quinque, itémque alius atque alius eodem modo: dum Conſules creari poſſent, vt ex Ciceronis Orat. pro domo, Aſconio in Milon. & Liuij locis innumeris intelligitur: qui etiam libro ſeptimo ſcribit ad vndecimum peruentum eſſe, dum per dies quinquagintaquinque ſine ſummo imperio ciuitas eſſet. Infeſtam, inquit, Patribus plebem Interreges cùm accepiſſent, ad vndecimum Interregem ſeditionibus certatum eſt.

IVRIDICVS ALEXANDRIÆ.

IVRIDICVS Alexandriæ dicebatur, qui Alexandriæ iuri dicundo tam præerat, quàm prætor Vrbanus Romæ. nam Vlpian. in l. 1. D. de offic. iurid. Alexand. ſcribit ei legis actionem datam fuiſſe: ſibi &, vti quæcunque lege agi poſſent, agere apud eū liceret. Spartianus in Seuero, Deinde, inquit, Alexandrinis ius Buleutarum, id eſt ſenatorum, dedit, qui ſine publico conſilio, ita vt ſub Regibus antè viuebant, vno iudice contenti, quem Cæſar dediſſet. Strabo lib. 17. de Ægypto loquens, quam cùm prouinciam & vectigalem populi Rom. dixiſſet eſſe, ad eámque regendam mitti cum ſummo imperio Præfectum, qui principis locum obtineret, ὑπ᾽ αὐτῷ δὲ, inquit, ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κριμάτων κύριος: id eſt, Sub eo eſt, Iuridicus: penes quem iuris dicundi poteſtas eſt.

Magister equitum.

Magister equitum dicebatur, inquit Varro, quòd ſumma poteſtas huius in equites, & adcenſos, vt eſt ſumma in populum Roman. Dictatoris: vnde is quoque Magiſter populi appellatus eſt. Moris autem erat, vt à Dictatore diceretur noctu, ſimulatque creatus Dictator fuerat. Liuius libro quarto. Dictator à Conſule dicitur: ipſe deinde C. Seruilium Ahalam magiſtrum Equitum dicit. Item, Et Senatus Dictatorem dici Mamercum Æmilium iuſſit. Is magiſtrum Equitum L. Quintium Cincinnatum dixit. Item, Virginius dum collegam conſuleret, moratus, permittente eo, nocte Dictatorem dixit. Is ſibi magiſtrum equitum Poſtumium dixit. Pomponius l. 2. De origine. Et his Dictatoribus Magiſtri equitum iungebantur, ſic quo Regibus Tribuni Celerum. quod officiũ ferè tale erat, quale hodie Præfectorũ prætorio. Aurelius l. 1. D. de offic. præf. prætor. Cùm apud veteres Dictatoribus ad tempus ſumma poteſtas crederetur, & magiſtros equitum ſibi eligerent, qui aſſociati participes curæ militiæ gratia ſecundam poſt eos poteſtatem gererent.

Præfecti ærarii.

Præfecti ærarij primùm ab Auguſto inſtituti ſunt, vt ſcribit Dio lib 55. Cùm enim ærarium conficiendi ratio excogitari nõ poſſet, ipſe certum ac proprium ære ſuo conſtituit, quod militare appellauit: eiúſque adminiſtrationem tribus Prætoriis ſorte lectis ad triennium mandauit: qui binis lectoribus, aliiſque miniſtris vterentur. pòſt cùm neque ipſius pecunia, neque ea quæ à Regibus & populis mittebatur, ſatis locupletari ærarium poſſet, conſtituit vt pars hæreditatum ac legatorum viceſima eò referretur: præterquam quæ proximis cognatis, aut pauperibus relinquerentur. Poſtremis autem temporibus eoſdem Præfectos à Principe deligi, & ſine lictoribus creari ſolitos, eodem loco ſcribit. Vlpianus l. 8. §. 2. D, de tranſact. Apud Procuratorem Cæſaris tranſigi de alimentis poteſt. ſcilicet ſi à fiſco petantur alimenta. Secundum quæ & apud Præfectos ærarij tranſigi poterit. Sueton. in Auguſto, Vtque perpetuò ac ſine difficultate ſumptus, ad tuendos eos, proſequendóſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis conſtituit. Quod autem ad hoc ærarium Dio Prætorios refert, id Suetonius alteri attribuere videtur. Auctor fuit Senatui, inquit, vt cura ærarij à Quæſtoribus Vrbanis ad prætorios Prætoréſve tranſiret. niſi fortè in vtroque hoc factum ſit. cùm idem libro 43. ſcribat, publicæ pecuniæ adminiſtrationem quæ Fabio, Caninio Coſſ. ad Ædiles tranſlata fuerat, poſtea Quæſtoribus redditam non eſſe, ſed Prætoriis viris commiſſam. quod ipſum etiam ex Gellij libro 13. cap. 23. intelleximus. Quod autem, inquit, per Quæſtorem dixi pecuniam ex prædæ venditione contrahi, intelligi nunc oportet Præfectum ærario ſignificari: nam cura ærarij à Quæſtore ad præfectum tranſlata eſt.

Præfectus vrbi.

Præfecturæ vrbis triplicem video rationem fuiſſe: aliam enim Regum, aliam Imperatorũ, aliam mediis temporibus eius magiſtratus procurationem fuiſſe animaduerto. nam primis temporibus præfectus vrbi à Regibus creabatur. Liuius lib. 1. L. Brutus imperium in vrbe Lucretio Præfecto vrbis iam antè à Rege inſtituto, reliquit. Et paulo pòſt, Duo Conſules inde comitiis centuriatis à Præfecto Vrbis ex commentariis Seru. Tullij creati ſunt. Tacitus libro quinto. Sed præcipua ex eo gloria, quòd Præfectus vrbi recens, continuam poteſtatem, & inſolentia pari grauiorem, mirè temperauit. namque antea profectis domo Regibus, ac mox magiſtratibus ne vrbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur, qui ius redderet, ac ſubitis mederetur, feruntque à Romulo Dentrem Romulium, pòſt à Tullo Hoſtilio Numã Martium, & à Tarquinio Superbo Sp. Lucretium impoſitos. Dein Conſules mandabant. Duratque ſimulacrum, quoties ob ferias Latinas præficitur, qui conſulare munus vſurpet. Hæc Tacitus: ex quibus ſecunda huiuſce magiſtratus forma intelligitur, de qua loquitur Gell. lib. 14. cap. vltimo. Præfectum vrbi, inquit, Latinarum cauſa relictũ Senatum habere poſſe, negat Mutius: quoniam ne Senator quidem ſit, neq; ius habeat ſententiæ dicendæ, cùm ex ea ætate Præfectus fiat, quæ non ſit ſenatoria. M. autem Varro & Atteius Capito ius eſſe Præfecto Senatus habendi dicunt. Déque ea aſſenſum eſſe Capitonem Tuberoni, contra ſententiam Mutij, refert Pompon. l. 2 §. 17. D. de orig. iur. Quoties, inquit, proficiſcuntur extra Rempub. magiſtratus, vnus relinquitur qui ius dicat. is vocatur Præfectus vrbi. qui Præfectus olim conſtituebatur: poſtea verò Latinarum feriarũ cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. Latinæ autem feriæ dicebantur, quæ quotannis in Albano mõte à quinquaginta Latinis ciuitatibus, Romaniſque magiſtratibus quatriduano ſacrificio Ioui Latiali celebrabantur. vnde ſacrificiũ Latiar dicebatur: in coq; Latini à Romanis carnem petebant. Macrobius libro primo. Conceptiuæ feriæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus, vel ſacerdotibus concipiuntur in dies certos, vel incertos, vt ſunt Latinæ, Sementinæ. item, Quare nec Latinarum tempore quo publicæ quondam induciæ inter Romanum populum Latinóſque firmatę ſunt inchoari bellum decebat. Dionyſ. autem libro ſexto tradit has per vnum diem celebratas à Superbo Rege fuiſſe: exactis autem Regibus, per biduũ; tandemq; poſt ſeceſſionem in ſacrum montem, per triduum. Plutarchus autem in Camillo propter patrum & plebis concordiam diem quartum additum fuiſſe teſtatur. Verùm hæc quidem hactenus de Præfectura vrbis, quæ ſtante Republic. vſurpata eſt. Poſtremis verò temporib. immutata eius ratio eſt multis in rebus, videturque Magiſtratus hic ab Auguſto primùm renouatus. Sueton. enim ſic ſcribit, Quoque plures partem adminiſtrandę Reipubl. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum, viarum & aquarum, aluei Tyberis frumenti populo diuidendi, Præfecturam vrbis. Ego has ferè video ab Vlpian. partes ipſius procurationi attributas eſſe. Vt ſeruorum de dominis querelas, viciſſimque horum in illos criminationes audiret. Vt patronis de libertis ingratis querentibus ius diceret. Vt de tutorum curatorúmve criminibus cognoſceret. Vt nummulariorum argentariorumque fraudes coerceret. Vt carnis curam gereret. Vt quietem in populo procuraret, illicitaque collegia coerceret. Vt ſpectaculorum diſciplinæ præeſſet. denique quicquid non modò intra vrbem, verumetiam intra centeſimũ ab vrbe lapidem commiſſum eſſet, animaduerteret; ſic vt & vrbe, & Italia interdicendi poteſtatem haberet, itemque in inſulam deportandi. l. 6. D. de interd. & releg. l. rei capitalis. §. conſtat. D. de pœn. Quod autem Vlpianus de carnis cura ſcribit, inuenio in Epigrammatis vrbis Romæ confirmatum, in edicto Aproniani Præfect. vrbi, de carne occiſi pecoris appendenda & vendenda. Quod de criminibus, video, etiam ad publica pertinere.

nere. l. 1. §. generaliter, D. de pœn. vt ſcilicet eas pœnas quę legibus conſtitutæ ſunt, imponat: tametſi extra ordinem cognoſcit. l. ordo. D. de publ. iudic. De extraordinariis autem arbitratu ſuo ſtatuebat. l. 1. D. de effractoribus. Itaque & Prætores & Præfecti vigilum, ſi quis graniore ſupplicio plectendus eſſet, eum ad illum remittebant. l. nam ſalutem, & l. vlt. D. de offic. præf. vigil. Dio verò lib. LII. πολίαρχον eum appellat, & Mecœnatem ſuadentem Auguſto facit, vt eum è primariis viris deligat, qui omnes magiſtratus priores geſſerit, vt eas cauſſas in quibus prouocatio fuerit, & nonnullas etiam publicas & capitales diſceptet, non modò in vrbe, verumetiam μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων: quod ille pro centum paſſuum millibus poſuit: vt patet ex l. 1. D. de offic. præf. vrb.

Præfectvs annonæ.

Præfectvs annonæ magiſtratus fuit extraordinarius, vtilitatis cauſſa conſtitutus, vti ſcribit Pomponius l. 2. §. 17. De orig. iur. Liuius libr. IIII. L. Minutium nominat, quem Præfectum vrbi à plebe creatum fuiſſe ſcribit. Conſtat eius munus fuiſſe, vt videret ne plebs annonæ inopia & caritate laboraret. Itaque ſi quid ad annonam pertinens commiſſum erat, ipſe cognoſcebat. Marcianus l. 13. D. de accuſat. Mulierem, inquit, propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

Præfectvs prætorio.

Præfectvs prætorio tranſlata in vnius dominatum Republ. exemplo Magiſtrorum equitum ab Imperatore creari ſolebat: eique dari plenior (vt Arcadius ſcribit) licentia ad diſciplinæ publicæ emendationem. quibus initiis adeò is magiſtratus creuit, vt appellari à Præfectis prætorio non poſſit. Credidit enim princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberent, non aliter iudicaturos eſſe, pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus. l. 1. D. de offic. Præf. prætor. Vnde autem dictus ſit demiror eſſe qui ambigant, cùm Aſconij extet auctoritas. Veteres, inquit, omnem magiſtratum cui pareret exercitus Prætorem appellauerunt. Vnde & Prætorium tabernaculum eius dicitur, & in caſtris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus prætorio. Quibus ex verbis perſpicuum eſt, Præfectum prætorio dici eum qui militibus iis præerat, quos Imperatores in ſui cuſtodiam allegerant. quod inſtitutum primùm ab Auguſto fluxiſſe Suetonius in eius vita, & Dio libro LV. teſtantur. Dio quidem, vbi ſcribit eorum decem millia fuiſſe, legionemque illam ſuos habuiſſe faſces. Conſtat autem ex pleriſque omnibus ſolitum ab Imperatore cingulum vna cum gladio dari Præfecto prætorio. & memorabilis vox Traiani literis mandata eſt, qui cùm Præfectum ſuum cingulo donaret, ita dixiſſe traditur, Accipe hunc enſem, & ſi quidem rectè atque è Republica imperauero, pro me: ſin ſecus, in me vtere. Quam, vt ego mihi perſuadeo, vocem ſuam in Panegyrico Plinij ſignificans, ita loquitur: Ego quidem in me ſi omnium vtilitas ita poſceret, etiam Præfecti manum armaui. Suetonius & Plinius hanc præfecturam equitibus Romanis mandari ſolitam ſcribunt. Ille his verbis: Veſpaſianus, inquit, præfecturam quoque prætorij ſuſcipit nunquam ad id tempus, niſi ab equite Roman. adminiſtratam. Plinius autem Titum alloquens, Et quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter & equeſtri ordini præſtas, Præfectus prætorio eius. Hæc autem poteſtas vſque eo poſteriorum Cæſarum beneficiis creuit, vt etiam poſtremis temporibus ad prouincias regendas cum ſummo imperio miſſi ſint. Itaque quatuor eorũ genera Conſtantinopolitani Imperij tempore memorantur in libro Cod. Præfectus prætorio per Orientem: per Illyricum, per Italiam, per Gallias, de quib. licet cognoſcere ex libro qui inſcribitur Notitia Rom. Imperij. Caſſiodorus etiam epiſt. lib. 6. Poteſtati Præfecti prætorio, inquit, nulla dignitas eſt æqualis, vice ſacra iudicat. nullus ei miles fori auctoritate præſcribit, excepto Officiali magiſtri militũ. Curiales enim etiam verberat. in officio ſuo ius retinet ſingulare. & talibus tantiſque noſcitur iubere, quos etiam prouinciarum non auderent Iudices in qualibet parte contemnere. Militia perfunctis, Tribunorum & notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis exæquat, gratanter implet Imperator quæ ille conſtituit.

Præfectvs vigilvm.

Præfectvs vigilium inſtitutus eſt ab Auguſto: nam cùm ſeptem cohortes opportunis locis conſtituiſſet, vt binas regiones vrbis vnaquæq; cohors tueretur: præpoſuit eis Tribunos, & ſuper omnes ſpectabilem virum, qui Præfectus vigilum appellaretur. Is cognoſcebat de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa perſona ſit, vt Præfecto vrbi remittatur. & quia plerunq; incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fuſtibus caſtigat eos qui negligentius ignem habuerunt: aut ſeuera interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. Idem per totã noctem vigilare debebat, & coerrare calciatus, cum hamis, & dolabris, & curare omnes inquilinos admonẽdos, ne negligentia aliqua incendij caſus oriatur: præterea vt aquam vnuſquiſque inquilinus in cœnaculo habeat. Hæc ex leg. 3. D. de officio præf. vigil. Dio libro LV. ἐπειδή τε, ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ πολλὰ τῆς πόλεως πυρὶ διεφθάρη, ἄνδρας τε ἐξελευθέρους ἑπταχῇ πρὸς τὰς ἐπικουρίας αὐτῆς κατελέξατο, καὶ ἄρχοντα ἱππέα αὐτοῖς προσέταξεν, ὡς καὶ δι' ὀλίγου σφᾶς διαλύσων, οὐ μέντοι, καὶ ἐποίησε τοῦτο. καταμαθὼν γὰρ ἐκ τῆς πείρας, καὶ χρησιμωτάτην, καὶ ἀναγκαιοτάτην τὴν παρ' αὐτῶν βοήθειαν οὖσαν, ἐτήρησεν αὐτούς. καὶ εἰσὶ καὶ νῦν οὗτοι ἴδιον τρόπον οὐκ ἐκ τῶν ἀπελευθέρων ἔτι οἱ νυκτοφύλακες μόνοι, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων στρατευόμενοι, καὶ τείχη τε ἐν τῇ πόλει ἔχουσι, καὶ μισθὸν ἐκ δημοσίου φέρουσιν. id eſt, Cùm per id tempus multa in vrbe incendio periiſſent, libertini generis homines ſeptem in locis, incendiis procurandis delegit: eiſque Equitem vnum præfecit eo conſilio, vt perexiguo tempore illorum opera vteretur. Verùm cùm experiũdo cognouiſſet, præſidium & illud vtiliſſimũ & maximè neceſſarium eſſe, retinuit. ſuntque vſque adhuc nocturnæ quodammodo excubiæ militares, non ex libertinis tantùm, verùm etiam ex aliis conſtitutæ: quæ muris in vrbe præſunt mercedemque de publico accipiunt. In eandem ſententiam Suetonius in Auguſto, Aduerſus incendia excubias nocturnas, vigileſque commentus eſt. item, Libertino milite, præterquam Romę incendiorum cauſſa, & ſi tumultus in grauiore annona metueretur bis vſus eſt.

Præfectvs avgvstalis.

Præfectvs Auguſtalis, ſiue Præfectus prætorio Auguſtalis, dicebatur is cui Princeps ſummum imperium & proconſulari par in Ægyptum dedit: quemadmodum Vlpianus ſcribit l. 1. D. de offic. præf.

Auguſt. Tacitus libro primo. Nam D. Auguſtus apud Equeſtres qui Ægypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iuſſerat, ac ſi Romani magiſtratus conſtituiſſent. Idem libro ſecundo, M. Silano, L. Norbano Coſſ. Germanicus in Ægyptũ proficiſcitur cognoſcendæ antiquitatis cauſſa, ſed cura prouinciæ prætendebatur: leuauitque apertis horreis precia frugum, multaque in vulgus grata vſurpauit, ſine milite incedere pedibus intectis, & pari cum Græcis amictu, P. Scipionis æmulatione, quem eadem factitauiſſe apud Siciliam, quamuis flagrãte adhuc Pœnorum bello, accepimus. Tiberius cultu habituque eius lenibus verbis perſtricto, acerrimè increpuit, quòd contra inſtituta Auguſti, non ſponte principis, Alexandriam introiſſet. nam Auguſtus inter alia Dominationis arcana, vetitis ſine permiſſu ingredi ſenatoribus, aut equitibus Rom. illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum, ne fame vrgeret Italiam, quiſquis eam prouinciam, clauſtraque terræ ac maris, quamuis leui præſidio aduerſus ingentes exercitus inſediſſet. Strabo lib. 17. de Ægypto loquens, ἐπαρχία νῦν ἐστί, φόρους μὲν τελοῦσα ἀξιολόγους, ὑπὸ σωφρόνων δ' ἀνδρῶν διοικουμένη τῶν πεμπομένων ἐπάρχων ἀεί. ὁ μὲν οὖν πεμφθεὶς τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν, id eſt, Ægyptus autem nunc prouincia eſt, vectigalis populi Rom. regiturque à viris ſapientibus qui eo cum imperio mittuntur. Qui mittitur, principis loco eſt. Dio præterea lib. quinquageſimo primo in eandẽ ſententiã cum Suet. & Tacito loquitur, vbi ait, Auguſtum propter gentis leuitatem, & regionis frugumque omnium vbertatem & copiam non eſſe auſum eam prouinciam vlli Senatori committere: quin & proficiſcendi in Ægyptum poteſtatem, niſi ipſe nominatim alicui conceſſiſſet, nemini fuiſſe.

Præsides provinciarvm.

Præsides prouinciarum dici cœperunt, poſt diuiſionem prouinciarum ab Auguſto factam. Sic enim prouincias diuiſit, vt aliæ Cæſaris, aliæ populi dicerentur. Cæſaris, quæ validiores erant, & quas annuis (vt Suetonius ſcribit) Magiſtratuum edictis regi, nec facile, nec tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eáſque Rectores mittere inſtituit, viros (vt ait Strabo) tum Conſulares, tum prætorios, tum etiam equites. Quos & ille generali nomine ἡγεμόνας, & Iuriſcõſulti in Pandectis præſides appellant. Nomen, inquit Macer, præſidis generale eſt, eo quòd & proconſules, & legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes licet Senatores ſint, Præſides appellantur. Vbi tamen Senatores non sint cum negatione legendum videtur: vt equites ſignificaret, de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur. Populi autem prouinciis qui præerant, Proconſules, vt ait Suetonius, dicebantur. Vnde caput eſt in libro Pandectarum primo De officio proconſulis: quod ad populi prouinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas prouincias στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους, vt Strabo appellat, id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominibus abuſus eſt pro, Proprætores & Proconſulos, vt cõtinuò poſt demõſtrat) tamen vtroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos, & Suetonius teſtatur, & ex Pandectarum libris facile intellectu eſt: quum ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore propè omnium in prouinciis imperium: eoque generali nomine, Rectores omnes appellarentur. Nam vt in eiuſdem Imperatoris vita Suetonius ſcribit, Auguſtus auctor ſenatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in prouincias mitterentur. Præſides autem maius imperium in ſua prouincia habebant omnibus poſt Principem. l. 4. De offic. præſid. & omnia prouincialia deſideria, quæ Romæ varios iudices habebant, ad officium Præſidum pertinebant. l. 11. eod. denique omnium Romæ magiſtratuum vice & officio fungebantur. l. 12. eod. Plura de iis ſub verbo, Proconſules.

Prætor vrbanvs.

Prætor dictus, inquit Varro, qui præiret iure, & exercitu. à quo id Lucilius, Ergo Prætorum eſt antè præire. Hinc Feſtus, Prætorem maiorem, inquit, L. Cæſar putat dici, Vrbanum: cæteros, minores. Maximum Prætorem dici putant alij eum, qui maximi imperij ſit: alij, qui ætatis maximæ pro collegio: quia Augurum decretum eſt, quòd in ſalutis augurio Prætores maiores & minores appellantur, non ad ætatem, ſed ad vim imperij pertinere. Hinc apud Liuium libro ſeptimo. Lex vetuſtis ſcripta verbis, vt qui Prætor maximus eſſet, Idibus Septemb. clauum pangeret: id eſt, qui ſummum imperium & poteſtatem haberet, veluti Conſul, aut Dictator. Iuſtin. autem Nouell. 25. de prætore Lycaon. ſcribit nomen prætoris propriũ imperij Rom. fuiſſe, & ante ipſos etiam Coſſ. in Republic. vſurpatum. quippe cùm veteres Romani ſuos Imperatores prætores appellarent: iiſque rei militaris ſummam poteſtatem attribuerent: legibuſque ab iis ſcriptis parerent. Quibus ex verbis de Iuſtiniani ſumma antiquitatũ cognitione licet exiſtimare. Vtcunque ſit, commune hoc Prætoris verbum tandem eius proprium factũ eſt, qui in vrbe iuri dicundo præeſſet. de quo Pompon. in l. 2. De orig. iur. Cumque Conſules auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet qui in ciuitate ius reddere poſſet, factũ eſt vt Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus eſt, quòd in vrbe ius redderet. Liuius lib. 6. & 7. ſcribit anno ab V. C. CCCLXXXVIII. conceſſum à plebe nobilitati de Prætore vno, qui ius in vrbe diceret, ex patriciis creando. cumque ſibi honorem Patritios quæſiuiſſe, pro conceſſo plebi altero Conſulatu. Hæc ille. Moris autem erat, vt is creatus comitiis centuriatis, priuſquam ius diceret, vt cuique notum eſſet, quemadmodum anno ſuo ius dicturus eſſet, in albo edictũ conſtitueret atque proponeret, quod ab edicendo, id eſt, antè denunciando ac prædicendo dictum eſt: quaſi tanto antè populo denunciaret quæ eſſet in iure dicendo obſeruaturus. Hoc autem inito Magiſtratu, habita concione & iuratus in leges, faciebat. Cic. De finib. II. Quid enim mereri velis iam, quum Magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis? (eſt enim tibi edicendum, quæ ſis obſeruaturus in iure dicendo: & fortaſſe etiam ſi tibi erit viſum, aliquid de maioribus tuis & de te ipſo dices more maiorum) quid merearis igitur, vt te dicas in eo magiſtratu omnia voluptatis cauſſâ facturum eſſe. Iuris dicundi autem munus tribus hiſce continebatur verbis, Do, Dico, Addico. Dabat bonorum poſſeſſionem ex legibus, ex edicto ſuo, ex ſenatuſconſultis, Dabat iudicũ Recuperatorium, itemque Arbitros, cùm priuati poſtulabant. Dicebat viam in formulis, Iſtam viam dico. Dicebat tutorem ex lege Attilia, dicebat ſententiam quibuſdam in cauſis maioribus, vt in liberalibus, in popularibus, in executionibus ſententiarum, in appellationibus, & aliis prætere a nonnullis. Dicebat etiam interdicendo cùm de poſſeſſione, interdum etiam cùm de proprietate ageretur: quod ex libro Pandect. 43. cuiuis facile eſt intelligere. Dicebat præterea indicendo, veluti cùm ferias indicebat, vt Gell. lib. 10. cap. 24. Et item Macrobius libro Saturn. primo demonſtrant. Suetonius in Claudio, Obſeruauitque ſedulò vt quoties terra in vrbe mouiſſet, Ferias aduocata concione Prætor indiceret.

diceret. Addicebat autem cùm in Iure ceſſio fiebat: cuius rei ritum in formulis exponemus. Cicero libro De legibus tertio. Iuris diſceptator qui priuata iudicet, iudicariue iubeat, Prætor eſto. Is iuris ciuilis cuſtos eſto. Polybius autem & Plutarchus ei ſex Lictores datos tradunt. Vnde ἀρχὴν ἑξαπέλεκυν appellant, id eſt, ſex ſecurium. Notandum etiam quod Cicero ſcribit lib. fam. Epiſt. 12. Placuit nobis, inquit, vt ſtatim ad Cornutum prætorem vrbis has literas deferrem, qui, quòd Conſules aberant, Conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Gellius libro 12. cap. 14. Prætor etſi collega Conſulis eſt, neque Prætorem, neque collegam iure rogare poteſt, quia imperium minus Prætor, maius habet Conſul: & à minore imperio maius, aut à minore collega rogari iure nõ poteſt. Sed & collegam eſſe Prætorem Conſulum, Meſſala docet: quòd eodem auſpicio creãtur. Hunc Centumuiralibus iudiciis poſtremis temporibus præfuiſſe, Plinius libro Epiſtol. quinto his demonſtrat verbis: Hoc facto Nepotis commotus Prætor, qui Centumuiralibus præſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopinatum nobis ocium dedit. Seneca libro De tranquill. vitæ primo. An ille plus præſtat, qui inter peregrinos & ciues, aut vrbanus Prætor adeuntibus aſſeſſoribus, verba pronunciat, quàm qui docet quid ſit iuſticia, &c.

PRÆTOR PEREGRINVS.

PRÆTOR Peregrinus, vt Pomponius ſcribit, creatus eſt propter magnam peregrinorum turbam, vt inter eos ius diceret: cùm Vrbanus prætor ſatisfacere vtriſque non poſſet. Eum autem reperio in epitome Liuij libro 19. an. DX. primùm creatum fuiſſe: & peregrinum dictum, quòd inter ciues & peregrinos ius diceret. Itaque video apud Liuium ſemper vrbanam iuriſdictionem ei quæ inter ciues & peregrinos eſt, opponi. Vt libro XXII. Romæ iuris dicendi vrbana ſors Pomponio, inter ciues Rom. & peregrinos, P. Furio Philo euenit. Et libro XXXIII. Prætores deinde prouincias ſortiti, L. Apuſtius Fullo vrbanam iuriſdictionẽ, M. Acilius Glabrio inter ciues & peregrinos. Et libro XL. Iuriſdictio vrbana M. Ogulnio Gallo, inter peregrinos M. Valerio euenit. Et libro. XLI. Prætores L. Papyrius Maſo vrbanam, M. Aburius inter peregrinos ſortiti ſunt: Et lib. XLII. Prætores deinde prouincias ſortiti ſunt, A. Atilius Serranus vrbanam, C. Cluuius Saxula inter ciues & peregrinos. Honoratiorem autem Vrbanam peregrina fuiſſe, Appianus & Dio non obſcurè ſignificant: ille libro De bellis ciuilibus ſecundo, vbi ſcribit, Brutum & Caſſium Prætores deſignatos inter ſe contendiſſe, vter iuris inter ciues dicundi prouinciam obtineret. hic autem libro XLII. vbi narrat Prætorem Cæcilium indignè tuliſſe, quòd Cæſar eam prouinciam collegæ Trebonio dediſſet. omnibus autem Præturis præſtantiorem & gratioſiorem fuiſſe in orat. pro Muræna perſpicuè demõſtrat. Sed quæri ſolet, quid inter Vrbanam & Peregrinam Præturam interfuerit. Ego tres ferè differentias reperio. Prima hæc eſt, quòd (vt modò diximus) ſoli ciues Roman. agere apud Vrbanum poterant, Peregrini non poterant. Altera, quòd apud illum lege agebatur, apud hunc autem, nequaquam. Itaque (vt eſt in orat. pro Flacco) cùm Græcus homo Heraclides à C. Plotio ſenatore mancipia quædam petiiſſet, & fore videret, vt Iudex ſumptus ſententiam ſecundum reum diceret, & ab eo iudice abiit, & quòd iudicium lege nõ erat, cauſſam totam reliquit. Quod cùm ita ſit, ſequitur ciues Rom. neque ſuos liberos emancipare, neque alienos adoptare, neque ſuos ſeruos manumittere, neque in iure cedere, neq; bonorum poſſeſſionem, tutorémve ciui Rom. impuberi poſtulare apud eum potuiſſe: denique, vt rem vno verbo complectar, legis actionem eum Prætorem non habuiſſe. Falſum eſt autem quod quidam ſcribunt, eum de pecuniis repetũdis quæſiſſe. nam Aſconij locus, in orat. Ciceronis contra Competitores, quo ſolo argumento nituntur, longè alio pertinet. Scribit enim Antonium cum magiſtratũ adhuc nullum obtinuiſſet, ſed equitum turmas de Syllano exercitu nactus eſſet, Græcos ſpoliaſſe: ideoque ad M. Lucullum Prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat, à Græcis in ius eductum eſſe. non igitur Repetundarum iudicium illud erat, ſed iniuriarum potius: quæ cùm atrociores eſſent, dignæ viſæ ſunt, de quibus Prætor ipſe inter ciuem & peregrinos Græcos homines, cognoſceret. Tertia differentia eſt, quòd Prætor vrbanus edictum in albo proponebat, quibus de rebus ius anno ſuo dicturus eſſet: cùm alter nuſquam, quod ſciam, legatur propoſuiſſe. ſed, vt opinor, ex Vrbano edicto ius dicebat.

PRÆTORES PROVINCIALES.

PRÆTORES prouinciales creati ſunt circa annum DXIX. Sicilia & Sardinia captis, atque in prouinciarum formam redactis: quemadmodum Solinus cap. 11. & Liuius Epit. 20. prodiderunt. Pomponius autem in l. 2. De orig. iur. Capta Sardinia, inquit, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt. Poſt autem moris fuit, vt cùm armis tutandæ prouinciæ viderentur, eo ſtatim & Conſules & Prætores inito magiſtratu mitterentur. Tandem etiam inſtitutum eſt, vt qui Conſulatu aut Prætura abiiſſent, eò cum ſummo Imperio proficiſcerentur: illiq; Proconſules, ſiue Proprætores (tametſi verbis hiſce nonnunquam veteres abutantur) appellarẽtur. Demonſtraui etiam in Verrinarum commentariis moris fuiſſe, vt cùm à Senatu decretæ & Conſulares, & Prætoriæ prouinciæ fuiſſent, tum Conſules inter ſe itemque Prætores prouincias ſortirentur, aut verò inter ſe compararent. Conſules autem id adhuc deſignati, & antequam magiſtratum inirent facere ſolebant: quemadmodum ex orat. De prouinc. Conſul. Salluſtio in Iugurth. & innumeris Liuij locis intelligitur. Prætores verò quo tempore magiſtratu abibant, id factitaſſe ſignificat locus ille Verrinæ IIII. Qui, ſimulatq; ei ſorte prouincia Sicilia obuenit, ſtatim Romæ, & ad vrbem, antequam proficiſcerentur, quærere ipſe ſecum, & cogitare cum ſuis cœpit, quibúſnam rebus in ea prouincia maximam vno anno pecuniam facere poſſet.

PRÆTOR FIDEICOMMISSARIVS.

PRÆTORES fideicommiſſarios duos à Claudio Cæſare inſtitutos eſſe qui de fideicommiſſis ius dicerent, ſcribit Pompon. l. 2. §. 17. D. de orig. iur. ex iiſque vnum à Tito Cæſare detractũ eſſe. Suetonius autem in Claudio: Iuriſdictionem de fideicommiſſis, inquit, quotannis & tantum in vrbe delegari magiſtratibus ſolitam in perpetuum, atque etiam per prouincias, poteſtatibus demandauit. Sed hæc facile eſt ex Fabij verbis explicare. qui libro tertio, capite ſexto, ſic ſcribit, Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules. maior enim Prætoria cognitione ſumma eſt. quæritur an maior ſumma ſit, &c. Quo ex loco intelligitur, fideicommiſſorum iuriſdictionem ita partitam fuiſſe, vt Prætor vſq; ad certam ſummam cognoſceret, de maiore Conſul ius diceret.

Budæus autem eum locum in Annotationibus ſuis proferens ita duobus in locis interpretatus eſt, vt vel ea res admonere nos debeat quanta in aliorum ſcriptis legendis beneuolentia & facilitate vti debeamus. Verùm vt inſtitutum ſermonem perſequamur, Vlpian. perſpicuè id quod diximus confirmat, cap. Inſtit. 25. Fideicommiſſa, inquit, non per formulam petuntur, vt legata. Sed cognitio eſt Romæ quidem Conſulum, aut Prætoris, qui fideicommiſſarius vocatur: in prouinciis verò, Præſidum prouinciarum. De Prætore fideicommiſſario Imp. l. 2. C. qui pot. in pignor. habeant. Paulus l. quæſitum, 78. §. pen. D. de legat. 3. & l. 4. in fid. D. Quibus ad lib. Vlpian. l. ſicuti legatum. 92. D. De condit. & demonſtr.

PRÆTOR FISCALIS.

PRÆTOR fiſcalis ab Imperatore Nerua creatus eſt, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret, vt Pomponius ſcribit in l. 2. §. 18. De orig. iur.

PRÆTOR TVTELARIS.

PRÆTOR tutelaris primus à M. Antonino philoſopho creatus eſt, quemadmodum Iulius Capitolinus ſcribit: cùm antea tutores à Conſulibus poſcerentur, vt diligentius de Tutorib. tractaretur. Quantum autem ex Iuſtiniano intelligimus, officium eius erat, vt cogerent tutores & ſatiſdare rem pupilli ſaluam fore, & delatam tutelam recipere.

PRÆTORES RERVM capitalium.

VIDE infrà QVÆSITORES.

PROCVRATOR CÆSARIS.

PROCVRATOR Cæſaris ab Auguſto primùm inſtitutus eſt, vt ex Dionis libro LIII. intelligimus: vbi ait Auguſtum in omnes prouincias præterquam vbi Proconſules eſſent, mittere inſtituiſſe Curatores, qui vectigalia conquirerent, impendiaque, ſi quæ opus eſſent, facerent. Hoc autem potius officiũ quàm magiſtratus appellatur in l. non licet, 46. D. de contr. empt. Itaque Rationales paſſim in libris noſtris appellantur: eóſque deportandi ius non habere, ſed petulantibus aditu prædiorum Cæſaris interdicere poſſe, Calliſtratus auctor eſt in l. vltima D. de offic. procurat. Præterea iuriſdictionem inter priuatos extra fiſcales cauſas non habebat. l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. & paſſim, C. vbi fiſcal. cauſſæ. Inter fiſcum autem & priuatos ius dicebat. Vlp. l. 5. C. eod. l. 1. D. de offic. pro. Cæſar. ſcribit, ea quæ ab illo acta geſtáque ſunt, ſic à Cæſare comprobari, atque ſi à ſeipſo geſta eſſent. Hinc illud Taciti libro XII. de Claudio Cæſare: Eodem anno, inquit ſæpius audita vox principis, parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatuſconſulto quoque cautum plenius & vberius, quàm antea. Suetonius tamẽ id illum precibus impetraſſe ſcribit. Vt ſibi in curiam, inquit, Præfectum prætorij ſecum inducere liceret, vtque rata eſſent quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, precariò exegit. Ad eundem illud quoque pertinet quod idem in Veſpaſiano ſcribit, procuratorum rapaciſſimum quemque ad ampliora officia ex induſtria promouiſſe, quo locupletiores mox condemnaret. ex quibus quidem vulgò pro ſpongiis dicebatur, vti quòd quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes.

PROCONSVLES ET Proprætores.

PROPRÆTORES & Proconſules qui fuerint, olim in Verrinarum commentariis ſic expoſuimus. Cùm antiquitus auctis imperij finibus prætores crearentur, qui in prouincias ſummo cum imperio mitterentur (de quibus apud Liuium frequens eſt mentio) inſtitutum tantum fuit, vt qui Romæ conſulatum aut præturam geſſiſſent, ij anno inſequenti in prouincias eodem cum ſummo imperio mitterẽtur, quæ iccirco conſulares, & prætoriæ vocabantur: quarum illæ biennium obtinebantur, hæ annum vnum: vt teſtis eſt hic ipſe in prima Philippica. Qui verò ex conſulatu prouinciam obtinebant, Proconſules ſiue proconſule: qui ex prætura, Proprætores ſiue proprætore dicebantur. De proconſulibus quidem nemini dubium id eſſe arbitramur. de proprætoribus verò, quoniam dubitare nonnullos animaduertimus, teſtimoniis confirmandum videtur. Cicero libro de Diuinat. II. Bellicam rem adminiſtrari maiores noſtri niſi auſpicatò noluerunt. quàm multi ſunt anni, cùm bella à proprætoribus & proconſulibus adminiſtrantur, qui auſpicia non habent? Quin igitur Gabinius, qui ex conſulatu Syriam obtinuit, proconſul: quin Verres, qui ex prætura Siciliam, proprætor dici poſſet, dubitaturum neminem exiſtimamus. At enim prætor hic perpetuò nominatur. Ita eſt, ſed aut præturam magiſtratum eſſe annuum negemus, aut per abuſionem id dici, fateamur neceſſe eſt. Repugnat enim præturam Verris eſſe annuam, & Verrem prætorio imperio, tum Romæ, tum in Sicilia, quadriennium præfuiſſe. ac necui mirum videatur, verbum prætoris pro proprætoris vſurpari, locũ ex Verrina IIII. ſubſcribemus, in quo & Conſul pro proconſul, & prætor pro proprætore, perſpicuè vſurpatur. Quum id quod omnes intelligebant diceret Heraclius, legem eſſe Rupiliam, quam prętor Rupilius ex s. c. de decem legatorum ſententia dediſſet, hoc omnes ſemper in Sicilia conſules prætoréſque ſeruaſſe, &c. Sententiam noſtram nunc ita perſpicuè confirmabimus, vt quod amplius dubitetur nihil futurum ſit. Cælius ad hunc noſtrum ſcribens lib. Epiſt. 8. ſic ait, Itemque ſenatui placere, in Ciliciam prouinciam, inque VIII. reliquas prouincias, quas prætorij pro prætore obtinerent, eos qui prætores fuerunt, neq; in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex s. c. cum imperio in prouincias pro prætore mitti oporteret, eos ſortitò in prouincias mitti placere: & quæ ſequuntur. Videmus, opinor, apertè nunc eos ipſos qui prætorij erant, prætorio imperio in prouincias mitti moris fuiſſe. In quo tamen illud intelligendum eſt, tametſi more id inſtitutoq; fieret, vt qui ex prætura conſulatúve exirent, in prouincias proprętorio proconſulatíve imperio mitterentur, eoq; hi magiſtratus eſſent ordinarij. nonnunquam tamen extra ordinem, tum proprætores, tum procõſules mitti conſueuiſſe: quorum imperium extraordinarium appellabatur. Velut in his duobus de quibus modò commemoratum eſt, Cn. Pompeio, & L. Gellio: quorum vterque quum conſul antea nunquã fuiſſet, pro Conſule tamen in prouinciam eſt miſſus. Nam de Pompeio quidem apertè id Cicero vndecima Philippica teſtatur: cuius verba paulo antea deſcripſimus, quod eodem modo intelligendum eſt in iis, qui cùm Conſules quidem fuiſſent, nõ tamen ſtatim ex Conſulatu in prouinciam proficiſcebantur, quemadmodum Ciceroni vſuuenit: qui quia IX. poſt conſulatum annis in Ciliciam proconſul profectus eſt, propterea

extraordinarium ſuum imperium appellat in Epiſtola nona, libri ad Atticum quinti: Faciam, inquit, vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Atque hæc quidem de Proconſulum imperio extraordinario. A quo proprætorum extraordinarium imperium nihil omnino differre, hinc intelligi poteſt, quòd Cicero Philippica 11. imperium à ſenatu in ſuam ſententiã C. Cæſari adoleſcenti, neque vllo vnquam magiſtratu functo, delatum vt proprætor eſſet, extraordinarium appellat. At enim, ait, C. Cæſari adoleſcenti imperium extraordinarium mea ſententia dedi. Significat autem s. c. quod in oratione v. perſcriptum eſt. Eiuſdẽ modi fuit Cn. Piſonis imperium. de quo Salluſtius in coniuratione Catilinæ ſic ſcribit: Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam Quæſtor pro prætore miſſus eſt, adnitente Craſſo, &c. Non igitur aut Proconſulum aut Proprætorum perpetuò extraordinarium imperium fuit, quemadmodum placere quibuſdam video: Sed tum demum, cùm in prouinciam aut ante Conſulatum, Præturámve, aut non ſtatim ex Conſulatu præturáve cum imperio mitterentur. Hæc cùm ita ſe haberent, illud tamen minimè ſilentio prætermittendum videtur: quoniam prætoris vocabulo veteres pro eo qui exercitui præeſſet vtebantur (quemadmodum ex Aſconio notum eſt) eos qui duces exercitus vicarij relicti eſſent (quos Locum tenentes generales vulgò nominamus) Proprætore etiam appellari conſueuiſſe: quod vel ex eo intelligi licebit, quia Salluſtius in bello Iugurthino ſcribit, Albinum Conſulem ad comitia profectum, Aulum fratrem in caſtris pro prætore reliquiſſe: quem paucis pòſt verſibus legatum appellat. & in eodem C. Marium in expeditionem profectum, L. Syllam Quæſtorem ſuum in caſtris pro prætore reliquiſſe. Valerius autem Maximus libro ſecundo capite De diſciplina militari. L. inquit, Martius Tribunus militum cum reliquias duorum exercituum P. & Cn. Scipionum, quos arma Punica in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumq́; ſuffragiis dux eſſet creatus, ſenatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modũ orſus eſt: L. MARTIVS Proprætor, cuius honoris vſurpatione vti eum Patribus conſcriptis non placuit, quia duces à populo, non à militibus ſolerent creari. Hæc Valerius. De proconſulum autem & proprætorum ordinario imperio lubet Appiani verba ex libro Syriaco ſubſcribere: καὶ στρατηγούς, inquit, ἐπὶ τῇ στρατιᾷ ἐξέπεμπον, οὓς αὐτοὶ καλοῦσιν ἑξαπελέκεας, ὅτι τῶν ὑπάτων δυώδεκα πελέκεσι καὶ δυώδεκα ῥάβδοις, ὥσπερ οἱ πάλαι βασιλεῖς, χρωμένων, τὸ ἥμισυ τῆς ἀξιώσεως δεῖ παρὰ στρατηγοῖς, καὶ τὰ ἡμίσεα σύμβολα. Quæ nos cùm Appianum Latinum faceremus, ſic conuertimus: Imperatores cum exercitu miſerunt, quos ipſi ſex ſecurium magiſtratus (id eſt, Proconſules aut Prætores) vocant. Nam cùm vtantur Conſules duodecim ſecuribus, totidemq́ue faſcibus, quemadmodum priſci Reges: dimidium autem poteſtatis illorum magiſtratus iſti habeant, inſignium etiam partem duntaxat habent dimidiam. Atque hæc quidem vſque ad Auguſti imperium ita ſe, quemadmodum diximus, habuerunt. Hic verò prouincias ita diuiſit, vt aliæ Cæſaris, aliæ Populi dicerentur. Cæſaris quæ validiores erant, & quas annuis (vt Suetonius ſcribit) magiſtratuum imperiis regi nec facile, nec tutum erat. Has igitur ipſe ſuſcepit, in eáſque Rectores mittere inſtituit, viros (vt ait Strabo) tum Conſulares, tum prætorios, tum etiam equites. quos & ille generali nomine ἡγεμόνας, & Iuriſconſulti in Pandectis Præſides appellant. Nomen (inquit Macer) Præſidis generale eſt, eo quòd & Proconſules & legati Cæſaris & omnes prouincias regentes, licet Senatores ſint, Præſides appellantur. Vbi tamen, SENATORES NON SINT, cum negatione legendum videtur. vt Equites ſignificet de quibus hoc ipſum Strabo teſtatur. Populi autem qui prouinciis præerant, Proconſules (vt ait Suetonius) dicebantur. Vnde caput in libro Pandectarum primo. De officio proconſulis: quod ad populi prouinciarum ſolos rectores pertinet. Nam etſi populus in ſuas prouincias στρατηγοὺς ἢ ὑπάτους (vt Strabo appellat) id eſt, Prætores & Conſules (quibus nominibus abuſus eſt pro Proprætores & Proconſules, vt continuò pòſt demonſtrat) tamen vtroſque Proconſulum nomine appellari ſolitos, & Suetonius teſtatur, & ex Pandectarum libris facilè intellectu eſt. cùm ſcilicet extraordinarium eſſet eo tempore propè omnium in prouinciis imperium, eoq́ue generali nomine (vt paulo antè moris fuiſſe oſtendimus) rectores omnes appellarẽtur. Nam vt in eiuſdem imperatoris vita Suetonius ſcribit, Auguſtus auctor ſenatui fuit, ne magiſtratus depoſito honore ſtatim in prouincias mitterentur. & vt cura ærarij à Quæſtorib. vrbanis ad Prætorios Prætoréſve tranſiret. Atque hæc quidem de primis tẽporib. dicta ſint. De poſtremi verò temporis ratione pauca hæc ex Dionis lib. 53. à nobis conuerſa, hunc in locũ adſcribemus. Cæſar cùm appetẽdi regni ſuſcipionem omnem ab ſeſe remouere conſtituiſſet, decem ſibi annorum imperium ſuas prouincias ſumpſit. hoc enim temporis ſpacio pacatas ſe illas redditurum recepit. Simulq́; iuueniliter exultans, hoc addidit quo celerius ſedatæ & quietæ eſſe poſſent: eo ſe maturius illas depoſiturum. Atque eo primùm tempore ſenatores & in ſuas & in ſenatus prouincias cum imperio miſit: præter Ægyptum, quam ſolam equiti Rom. iis de cauſſis quas ſuperius expoſuimus, attribuit. Pòſt deinde hæc conſtituit: Vt eorum præfecturæ eſſent annuæ, ſorteq́ue legerentur, niſi ſi quis vel propter liberorum multitudinem, vel propter vxorem ductam ius aliquod præcipuum ac ſingulare haberet: Vt ex s. c. mitterentur, & neque gladiis accincti, neque habitu militari eſſent: Vt proconſules dicerentur non modò illi duo, qui Conſulatu eſſent functi, ſed etiam cęteri viri prætorij, quive pro prætore mitterentur: Vt tot lictores vtriſque darentur, quot habere in vrbe legibus licebat: Vt imperij inſignia quamprimum pomœrio egreſſi eſſent, acciperent; eaq́ue vſquedum ex prouincia decederent, perpetuò retinerent. Reliquos verò à ſe deligi, ſuoſq́ue legatos, etſi Conſulatum geſſiſſent, tamen Proprętores nominari voluit. duo namque hæc nomina valde floruerũt tum, cùm penes populum imperium eſſet. Is enim iam inde à primis temporibus Prætoris nomen, tanquam rei militari maximè conueniens, attribuit iis quos delegiſſet, & Proprætores eos appellauit: reliquos autem quaſi vocabulo ad pacem magis accommodato, è nomine Conſulum Proconſules appellauit. Hęc enim nomina Prætoris & Conſulis in Italia retinuit; qui verò extra Italiam erant, quaſi horum locum obtinerent, præfectos omnes appellauit. Effecit igitur, vt quos ipſe deligeret, non Proprętores ſolùm dicerentur, verumetiam & plures annos cum imperio eſſent, & habitu militari vterentur, & gladiũ animaduertendique in milites poteſtatem haberent. Siquidem nulli neque proconſuli, neque proprætori, neque præfecto ius gladij geſtandi permittebatur, quin ſimul eadem animaduertendi in milites poteſtas legibus concederetur. neque verò ſenatoribus tantùm, verùm etiam equitibus Romanis, qui eam poteſtatem habent, ius illud permittitur. Atque hæc

quidem ita ſe habent. Iam verò lictoribus ſex omnes vtuntur proprætores, & quicunque Conſulares non ſunt: ex eoque lictorum numero nomẽ inuenerunt, vt, ἑξαπελέκεις dicerentur. Imperij etiam inſignia, poſtquam in prouincias ſuas peruenerunt, vtrique accipiunt: eaque vna cum imperio deponunt. Hoc eodem modo leges etiam iubent, ex Prætoriis & Conſularibus viris preſides in Senatus Imperatoriſq; prouincias mitti: quos Imperator & quæ in loca volebat, & quo tempore volebat, mittere conſueuerat. ita multi non modo Prætores, verumetiam Conſules prouinciis præfuerunt. id quod hodieque nonnunquam fieri conſueuit. Senatus autem & ſeorſim quidem Conſularibus Africam atque Aſiam conceſſit: & Prætoriis reliquas omnes diſtribuit. Omnibus autem æquabiliter interdixit, ne quis quinquennio antè, quàm magiſtratum in vrbe geſſiſſet, prouincias ſortiretur. Sic temporis progreſſu, licet maior eorum qui ſortiebantur, quam prouinciarum numerus eſſet, tamen ad imperium omnes perueniebant. Poſteà cùm malè nonnulli magiſtratus geſſiſſent, illæ quoque prouinciæ Imperatori adiectæ ſunt, ſic vt eas ipſe quodammodo diſtribueret: cùm tot ſortiri iuberet, quot eſſent prouinciæ. Alij autem Imperatores etiam à ſe delectos in prouincias miſerunt, iiſq; annos complures imperium prorogarunt. Alij verò equitibus ſenatorum loco prouincias mandarũt. quo ferè tempore hæc legibus conſtituta ſunt de ſenatoribus, qui ius necis in eos qui imperio ſuo ſubiecti eſſent, haberent. Mittuntur enim etiam quibus ius illud non permittitur in eas prouincias quæ populi & Senatus eſſe dicuntur, & proquæſtores quos ſors dederit, & aſſeſſores eorum qui cum imperio ſunt. Hoc enim nomine rectè illos, ſi officium illorum ſpectemus, appellabimus: cùm alij legatos etiam illos appellent. Sed de nomine ſuperius ſatis dictum eſt. Hos igitur aſſeſſores ſibi quique deligunt, vnum quidem prætorij ex ſui aut inferioris ordinis hominibus: tres verò Conſulares, ex eiuſdem dignitatis viris, quos ipſe Imperator probauerit. Quanquam hæc ratio innouata eſt. Sed quia breui interiit, ſatis erit ſuo loco indicare. De prouinciis igitur populi hæc ita ſe habent. Mittuntur verò & in alias prouincias, quæ Imperatoris dicuntur, ab eo ipſo præſides pluribus legionibus inſtructi: plurimùm ex prætoriis, interdum ex iis qui quæſturam, aut alium magiſtratum intermedium geſſerunt. Hæc ex Dione.

PRODICTATOR.

PRODICTATOR propter Conſulum abſentiam nonnunquam creatus eſt. Liuius lib. 22. Itaque ad remedium iamdiu deſideratum, nec adhibitum, Dictatorem dicendum, ciuitas confugit. & quia Conſul aberat, à quo vno dici poſſe videbatur, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium aut literas mitti: nec Dictatorem populus creare poterat: quod nunquam ante eam diem factum erat. Prodictatorem populus creauit Qu. Fabium Maximum, & Magiſtrum equitum Marcum Rufum Minutium.

QVÆSTORES ÆRARII.

QVÆSTORES (inquit Varro) à quærendo: qui conquirerent pecunias publicas. Cornelius Tacitus libro vndecimo Annalium, Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſque ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta Conſulatum ac Dictaturas inirent. Sed Quæſtores Regibus etiamtum imperantibus inſtituti ſunt: quod lex Curiata oſtendit ab L. Bruto repetita. Manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatique primùm Valerius Poſthumius, Æmylius Mamercus LXIII. anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negociis, duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum vectigalibus. Poſt lege Syllæ viginti creati ſupplendo ſenatui cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperauiſſent, quæſtura tamẽ ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, donec ſententia Dolabellæ venundaretur. Alconius Verrina prima. Quæſtores vrbani ærarium quærebant, eiúſque pecunias expenſas & acceptas in tabulas publicas referre conſueuerant. Liuius autem libro ſeptimo teſtis eſt, eoſdem Quæſtores ſigna ex ærario prompſiſſe Imperatoribus ad bellum exeuntibus. Pomponius l. 2. §. 12. D. de orig. iur. Deinde cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet, vt eſſent qui illi præeſſent, conſtituti ſunt Quæſtores qui pecuniæ præeſſent. dicti ab eo, quòd inquirendæ & conſeruandæ pecuniæ cauſſa creati erant. Vlpian. in l. 1. D. de officio quæſt. Origo Quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & penè ante omnes magiſtratus. Gracchanus denique Iunius libro ſeptimo de Poteſtatibus etiam ipſum Romulum, & Numam Pompilium binos Quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearent, refert. Sed ſicuti dubium eſt an Romulo & Numa regnantibus Quæſtor fuerit, ita Tullo Hoſtilio rege Quæſtores fuiſſe certum eſt. Sanè crebrior apud veteres opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe Quæſtores. Et à genere quærendi Quæſtores initio dictos, & Iunius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt. Tacitus libro decimotertio de Nerone loquẽs: Deinceps curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad Præfectos tranſtulit, variè habita ac ſæpe immutata eius rei forma. Nam Auguſtus permiſit ſenatui deligere Præfectos. Deinde ambitu ſuffragiorum ſuſpecto, ſorte ducebantur ex numero prætorum, qui præeſſent: neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tunc Claudius Quæſtores rurſus impoſuit: iiſque ne metu offenſionum ſegnius conſulerẽt, extra ordinem honores permiſit. Sed deerat robur ætatis eum primum Magiſtratum capeſſentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Eorundem etiam munus erat prædam ex hoſtibus captam vendere, pecuniamque inde redactam in ærarium referre: quemadmodum Gellius libro 13. cap. 13. declarat. Item multas irrogatas exequi, & in publicas tabulas referre: vt patet ex Liuij libro 40. Tacitus libro 13. Cenſuit Piſo deſignatus Conſul, ne multam à Tribunis dictam Quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent. Dio præterea in libro 55. extremo ſcribit, Tuberone, Fabio coss. ad Quæſtores tranſlatam eſſe curam Senatuſcõſultorum aſſeruandorum, cùm antea Tribunorum plebis & Ædilium id munus fuiſſet.

QVÆSTORES Prouinciales.

QVÆSTORES Prouinciales erant, qui vna cum Proconſulibus aut Proprætoribus in prouincias exibant, cùm pecuniam ſibi ex ærario à Senatu attributam, & à Tribunis ærarij adnumeratã accepiſſent, vnde ſtipendio, frumento, legatis, proquæſtoribus,

cohorti

cohorti prætoriæ ſuppeditarent: quemadmodum ex Verrina 3. intelligitur. Aſconius, Prima Senatoris adminiſtratio eſt Quæſtorem fieri, & in prouincia curam gerere pecuniæ publicæ in vſus diuerſos erogandæ. Inter vrbanos autem & prouinciales Quæſtores hanc differentiam reperio. Primùm quòd illi neque lictores, neque viatores habebant: cùm neque vocationem, neque prehenſionem haberent: vti ſcribit Gell. libro 13. cap. 12. Hi verò & lictores, & togam prætextam habebant: vt in Verrina 4. docuimus. idque conſtat ex Orat. pro Plancio his verbis? Nam ſimulac me Dyrrachium attigiſſe audiuit (de Plancio loquitur, Quæſtore tum Macedoniæ) ſtatim ad me lictoribus dimiſſis, inſignibus abiectis, veſte mutata profectus eſt. Altera differentia eſt, quòd Vrbani ius non dicebant: Prouinciales autem iure dicundo conuentus circumibant, vt ſcribit Suetonius in Cæſare, & quæcunque commiſſa populo Rom. eſſent. exquirebant: deque iis Iudices ac Recuperatores dabant: quemadmodum videmus in Diuinatione Q. Cæcilium Verris Quæſtorem in Agonidem iudicium dediſſe, Si pateret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe.

Qvæstores paricidii.

Qvæstores paricidii (quemadmodum ſcribit Pomponius in l. 2. De orig. iur.) creari à populo ſolebant, qui capitalibus rebus præeſſent. nam conſulibus de capite ciuis Romani iniuſſu populi ius dicere non licebat. Feſtus lib. 14. Paricidii Quæſtores appellabantur, qui ſolebant creari cauſa rerum capitalium quærẽdarum. Nam paricida non vtique is qui parentem occidiſſet dicebatur: ſed qui qualemcunque hominem. idem autem fuiſſe indicat lex Numæ Pompilii Regis, his compoſita verbis: Si quis hominem liberum dolo ſciens neci duit, Paricida eſto. Poſtea verò cùm à Senatu quæſtiones extra ordinem mandari cœpiſſent, nomen quidem obſoleuit, res ipſa in vſu manſit. Dictatorem tamen quæſtionibus exercendis creatum, legimus apud Liuium libro 9. Senatus verò modò Conſulibus, modò Prætoribus quæſtiones decernebat. de coss. qui de Bacchanalibus quærerent, autor eſt Liuius lib. 39. Sic Iugurthinæ coniurationis quæſtionem Conſuli mandatam Cicer. in Bruto ſcribit. De prætoribus qui de veneficiis & peculatu quærerent, ſcribit Liuius lib. 38. & 39. Talis fuit quæſtio de vi, Cn. Domitii prætoris: de qua Cicero & Aſcon. in Milonianam. Cum igitur variæ & incertæ iudiciorum publicorum quæſtiones eſſent, eæq; modò coss. modò Prætoribus mandarentur, Cornelius Sylla lege ad populum lata perpetuas (vt ait Pomponius) quæſtiones conſtituit, & quatuor Prætores adiecit. Nam ex lege Bæbia alternis annis (vt Liuius libro 40. ſcribit) quatuor Prætores creabantur: duo qui in vrbe ius dicerent, vrbanus & peregrinus: reliqui qui in Prouincias Siciliam & Sardiniam irent. Deinde ſex creari cœperunt. totidem enim idem numerat libro 45. Tum Sylla quatuor adiecit, vtque ex iis decem, octo de publicis criminibus quærerent, conſtituit. Nam ante legem Corneliam non quæſtionibus exercendis, ſed prouinciis adminiſtrandis creabantur prætores: quibus tamen quandoque extra ordinem quæſtiones (vt diximus) mandabantur à Senatu. Vnde extraordinariæ quæſtiones illæ ordinariæ, perpetuæ & quotidianæ à Cicerone appellantur. Decem autem prætores hi ſunt. Prætor vrbanus, item peregrinus qui priuatis de cauſis ius dicebant. Publicorum autem iudiciorum Quæſitores ſunt: Prætor repetundarum, veneficii, inter ſicarios duo, qui etiã de paricidio quęrebãt, auctore Cicerone pro Sext. Roſcio: peculatus, ambitus, maieſtatis, de vi publica. Ex quibus omnibus intelligitur rectè ſcripſiſſe Pomponium, primum Syllam publicas conſtituiſſe quæſtiones, & quatuor prætores adieciſſe. Deinde C. Cæſarem duos addidiſſe, ac proinde XII. Prætores Cæſaris tempore fuiſſe. vnde patet decem ante Cæſarem fuiſſe prætores: quod idem Ciceronis teſtimonio confirmatur, qui in oratione Cluentiana ſex publicorum iudiciorum Prætores commemorat: Q. Voconium de veneficio, M. Pletorium, & C. Flaminium inter ſicarios, C. Orchinium peculatus, ſeipſum de repetundis pecuniis, C. Aquilium ambitus. Deinde, quid reliquæ quæſtiones? inquit. quib. verbis certè prætorem vrbanum non intelligit, vt nonnulli ſuſpicantur: neque enim is quærere, ſed cognoſcere dicitur. Intelligit ergo C. Caſſium, qui de maieſtate eo anno quæſiuit, & alium quidem vi publica. quibus omnibus ſi vrbanum & peregrinum adiicias, decem omnino prætores efficies. Nam qui prætorem inter peregrinos de pecuniis repetundis quęſiſſe exiſtimãt, nullis ſanè commodis rationib. ſententiam ſuã confirmãt. Confundunt enim & perturbant iuriſdictionẽ, & quæſtionem: publicaq; & priuata iudicia. quin etiam Prętorem peregrinum de repetundis pecuniis non quæſiſſe, Liuius teſtis eſt lib. 42. quod enim C. Antonium apud M. Lucullum prætorem qui ius inter peregrinos dicebat, accuſatum Pedianus ſcribit, quòd Achæos ſpoliaſſet, non illud repetundarum iudicium eſt. neque enim Prætor in Achaia Antonius fuerat, neque legatus. vix enim erat Quæſtorius. Sed nactus (inquit Aſconius) de exercitu Syllæ equitum turmas, Achæos ſpoliauit. Non enim hoc in iudico repetundarum quæritur, an ſpoliarit ſocios, cùm nullum haberet imperium: ſed cœperitne contra leges pecunias Antonius. teſtis Cic. Verrina 5. & lib. De Orat. 2. Quamobrem cùm lex nulla ſanxiſſet pœnam in eos qui latronum more, priuati prouincias ſpoliarent & diriperent, ſed tantùm vi Magiſtratus (neq; enim tum lex Iulia lata erat) quomodo prætor repetundarum hac de re iudicare potuiſſet: cùm quæſtiones legib. exercerentur? Rectè verò Prætor peregrinus qui inter ciues & peregrinos ius dicebat. Et quidem inter ſenatores & prouinciales, Romæ fieri ſolita iudicia, Cic. lib. 13. Epiſt. fam. ad Ser. Sulpitium teſtis eſt. Satis ergo conſtat decem fuiſſe prætores: recteque Nicolaum Gruchium virum clariſſimũ & eruditiſſimum in optimo ſuo de Comitiis libro id ex Pomponio defendiſſe: tametſi contumelioſè ſanè à nonnullis, qui eum neſcio quem appellant, hanc ob cauſam reprehendatur. Atque hic quidem numerus Prętorum ordinarius fuit. Nam octo quoque creatos Cicero pro Milone, & in ea quam poſt reditum in Senatu habuit oratione demonſtrat: & Cælius libro 8. Epiſt. octo Prætorias prouincias nominat. extraordinariæ tamẽ illæ ſunt. De Aſia enim agitur in cos 5. e. quam Sylla (vt pro Flacco Cicer. ſcribit) pro portione in prouincias deſcripſit. Quibus ſi adiiciamus illum prætorem quem lege Clodia conſtitutum, Cic. pro domo ſcribit, nouem certè efficiemus. Nam quod Dio lib. 42. Cæſarem decem prætores conſtituiſſe ſcribit, tam verum eſſe exiſtimo, quàm illud Taciti aut Paterculi, qui Octauiano illud attribuunt. Cæſar enim qui pro libidine Rempub. tractaret, modò decem, modò XII. modò XIIII. Prætores creabat: vt idem lib. 43. teſtatur. Decem igitur ordinarios prætores fuiſſe, cum Pomponio & Cicerone crediderim: pro ratione tamen prouinciarum quandoque pauciores, quandoque plures extra ordinem creatos non negarim. huc enim ſpectat illa Ciceronis lex, Huic poteſtati pari

quotcunque ſenatus creauerit, populúſve iuſſit, tot ſunto. Atque hæc quidem hactenus. quæ tibi omnia, Lector optime, ex adoleſcentis clariſſimi Richardi Strein, Baronis generoſiſſimi commentationibus optimis de Magiſtratibus deprompta, hunc in locum referre volui: vt tibi arrabonẽ quemdã ac ſpecimen illarum meditationum hoc tempore præberem: & adoleſcenti nobiliſſimo, quem propter optimarum artium ſtudium incredibile in conuictu meo habitũ, ſemper chariſſimum iucundiſſimumq́ue habui, honorem meritiſſimum adiungerem, animumq́ue ad hunc ſuum curſum perſequendum quacunq; ratione poſſem, adderem.

Qvæstores canditati.

Qvæstores candidati dicebantur, qui libris, hoc eſt epiſtolis, ſiue orationibus Principis in Senatu legendis præerant: quemadmodum docet Vlpianus in l. 1. D. de offic. quæſt. Lampridius in Alexandro. Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed vt poſt Quæſturam præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Quibus ex verbis candidatos ſuſpicor ea re dictos eſſe, quòd hic ingreſſus erat, & quaſi primordium gerendorum honorũ, & ſententiæ in Senatu dicendæ: quemadmodum Vlpianus eodem loco ſcribit. Dio lib. 54. συναγαγὼν δὲ ἐκ τούτου τὸ βουλευτήριον, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἀπὸ βραχύ, τὸ δὲ δὴ βιβλίον τῷ ταμίᾳ ἀναγνῶναι δοὺς, τά τε πεπραγμένα οἱ κατηριθμήσατο. Tacitus lib. 16. Inter quorum aſpectus & minas ingreſſi curiam Senatores & oratio Principis per Quæſtorem eius audita eſt. Suetonius in Tito: Recepta ad ſe propè omnium officiorum cura, cum patris nomine & ipſe epiſtolas dictaret, & edicta cõſcriberet, orationesq́ue in Senatu recitaret etiam Quæſtoris vice.

Tribvni ærarii.

Tribvni ærarii dicebantur, inquit Varro, quib. attributa erat pecunia, vt militi redderent. Et Pedianus Verrina 3. Pecunia attributa eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Queſtori ſolet. Hi magiſtratus quidem non erãt, ſed quia procurationem publicam habebant, iccirco à nobis in hunc ordinem relati ſunt: eo magis, quòd Cicero in lib. De leg. 3. vbi de magiſtratibus ſe leges dare profitetur, hunc quoque adſcribit, & minorem magiſtratum appellare videtur: his verbis quæ ante annos ſex à me multis audientibus caſtigata, ſubſcribam. Minores magiſtratus, partiti iuris plures in plura ſunto. Militiæ quibus iuſſi erunt, imperanto. Ærariiq́ue Tribuni ſunto. Domi publicam pecuniam cuſtodiunto. Quam lectionem manuſcriptorum librorum auctoritate confirmari, mihi magnopere placuit. Ordinis autem nomen hoc fuiſſe, magnumq́ue illorum numerum extitiſſe, vel ex eo intelligi poteſt, quòd in lege Aurelia diximus, latum fuiſſe, vt iudicia quæ penes ſolos Senatores erant, cum equitibus & Tribunis ærariis communicarentur. Quòd ſi quis differentiam inter Tribunos ærarii, & Quæſtores ærarii requirat, hanc me reſpondebo fuiſſe arbitrari, quòd Tribuni pecuniam in vrbe ſignatam cuſtodirent: Quæſtores ex vectigalibus quæſitam. Illi tribuebant atque adnumerabant Quæſtoribus in prouincias abeuntibus: hi pecunias ærarii tum acceptas tum expenſas in tabulas publicas referebant.

Tribvnvs celervm.

Tribvnvs Celerum à Romulo primùm creatus eſt, vt Liuius lib. 1. teſtatur, vbi ſcribit illum trecentos armatos ad cuſtodiam corporis, quos Celeres appellauit, non in bello ſolùm, ſed etiam in pace habuiſſe. Feſtus lib. 3. Celeres, inquit, antiqui dixerunt, quos nũc equites dicimus, à Celere interfectore Remi, qui initiò à Romulo iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis decuriis deni, ideoq́ue omnino trecenti fuere. Idem etiam Dionyſ. lib. 11. ſcribit, & hoc amplius, Celerum alios equites, alios pedites fuiſſe. eorum Tribunos tres ſubiectos centuriones fuiſſe, rurſusque his alios: omnesq́ue per vrbem haſtatos Regem comitatos eſſe, eiusq́ue mandata obiiſſe. in militia verò anteſignanos fuiſſe, primos pugnam iniiſſe, poſtremos diſceſſiſſe: equites quidem in planitie, pedites verò in aſperis & inęqualibus locis pugnaſſe. Paulo aliter tamen Pomponius ſub tit. de orig. iur. Regum temporibus, inquit, Tribunum Celerum fuiſſe conſtat. is autem erat, qui equitibus præerat, & veluti ſecundum locum à Regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit Regis eiiciendi. Et paulò poſt ait, Magiſtros equitum ita Dictatoribus eſſe iunctos, vt Regib. Tribunos Celerum.

Ouid. lib. Faſtorum 4.

Hoc Celer vrget opus, quem Romulus ipſe vocarat:
Sintq́, Celer curæ, dixerat, iſta tuæ.
Néve quis aut muros, aut factam vomere foſſam
Tranſeat, audentem talia dede neci.

Tribvni militvm consvlari poteſtate.

Tribvni militum terni Cõſulari poteſtate creati ſunt, anno Vrbis cccx. cùm orta inter patres & plebem diſſenſio eſſet, propter C. Canulei. Trib. pl. legem qua de Conſule altero de plebe creando agebatur. Placuit igitur, vt pro Conſulib. Tribuni militum eo patritiis, terni, totidemq́ue ex plebe crearentur: qui Conſulari ac ſummo imperio Reipub. ſummam adminiſtrarent. Verùm terni tantum, iiq́ue patritii creati ſunt: plebs eo contenta fuit, quòd ſui ratio in Comitiis habita fuiſſet. Liuius lib. 4. & Dionyſ. lib. 11. Pomponius l. 2. §. 14. De orig. iur. Deinde cùm poſt aliquot annos plebs cum patribus contenderet, & vellet ex ſuo quoque corpore Conſules creare, & patres recuſarent: factum eſt, vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, conſulari poteſtate, hiq́ue conſtituti ſint vario numero, interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnũquam pauciores.

Tribvni militvm in legionibus.

Tribvni militum, inquit Varro, quòd terni ex tribus tribubus, Ramnium, Lucerum, Tatienſium olim ad exercitum mittebantur. Pedianus autem Verrina 2. Tribunorum, inquit, militarium duo ſunt genera: primum eorum qui Rufuli dicuntur hi in exercitu creari ſolent. alii ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur. Zonaras autem libro 2. ſcribit eos ſic appellatos, qui imperium in mille viros obtinerẽt. Cicer. lib. 3. De leg. munus eorum his complectitur verbis, Militiæ quibus iuſſi erunt imperanto. Polyb. in 6. de Repub. Deſignatis Conſulibus poſtea Tribunos militũ creant, & quatuordecim quidẽ ex iis faciũt Tribunos, qui habent annua quinque ſtipendia. his deinde adiiciunt decem, quos creant ex iis qui ſupra quinque vſque ad decem habent annua ſtipendia: Equites qui decem omnino habent ſtipendia, pedites autem qui ſex & eo amplius habent annua ſtipendia. Liuius lib. 7. Et cùm eo anno primùm placuiſſet Tribunos

bunos militum ad legiones ſuffragio fieri (nam & antea ſicut nunc, quos Rufulos vocãt, Imperatores ipſi faciebant) ſecundum in ſex locis tenuit. Idem lib. 9. Et duo imperia eo anno dari cœpta per populum, vtraque ad rem militarem pertinentia: vnum, vt Tribuni militum ſenideni in quatuor legiones à populo crearentur: quæ antea perquàm paucis ſuffragio populi relictis locis Dictatorum & Conſulum fermè fuerãt beneficia. Tulerunt eam rogationem Trib. pl. L. Attilius, C. Marcius. Idem lib. 42. In tribunis militum nouatum eo anno propter Macedonicum bellũ, quod Conſules ex s. c. ad populum tulerunt, ne Tribuni militum eo anno ſuffragiis crearẽtur: ſed Conſulum Prætorumque in iis faciendis iudicium arbitriumq; eſſet. Hinc illud apud Suetonium in Cæſare: Tribunus militum, qui primùm Romam reuerſo per ſuffragia populi honor obtigit, auctores reſtituendæ Tribunitię poteſtatis enixiſſimè iuuit. Item apud Plutarchum in Catone Vticenſi: In petitione Tribunatus militaris legem quæ candidato nomenclatores adeſſe vetabat, ſolus Cato ſeruauit per ſeipſum appellans populum. Plinius autem lib. 31. cap. 7. & lib. 34. cap. 3. ſcribit eorũ ſtipendium, Salarium dictum fuiſſe, à ſalis nomine: quòd honoribus, inquit, militiæq; interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, ſicut apparet ex nomine Salariæ viæ: quoniam illa ſal in Sabinos portari conſueuerat. Macer in l. officium, 12. D. de re milit. Officium Tribunorum eſt, vel eorum qui exercitui præſunt, milites in caſtris continere, ad exercitationem producere, claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſorum fraudem coërcere, delicta ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, valetudinarios inſpicere.

TRIBVNI PLEBIS.

TRIBVNI ple. primùm ita creati ſunt. An. CCLX. cùm plebs ex vrbe ad Æquorum bellum educta propter nobilium fœneratorum impotentiam, Conſulibus relictis, trans Anienem amnem collem occupauit: neque eo anno reuocari in vrbem potuit, vſque dum Senatus ei per decem Legatos promiſit, ius ipſi fore magiſtratum è ſuo corpore contra Patritiorum potentiam creare; primùm autem duo, vel, vt alii tradũt, quinque creati ſunt: ſed anno CCXCVI. Horatio, Minutio COSS. decem effecti. Liuius lib. 3. & Dionyſ. lib. 6. & 10. In eandem ſententiam Pompon. l. 2. §. 2. D. de orig. iur. Iiſdem temporibus, inquit, cùm plebs à patribus ſeceſſiſſet, anno ferè ſeptimo decimo poſt reges exactos, Tribunos ſibi in monte ſacro creauit, qui eſſent Plebeii magiſtratus. Dicti Tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Sic Varro libr. De lingua Latin. 4. Tribuni plebeii, qui ex Tribunis militum primum Tribuni plebeii facti, qui plebem defenderent in ſeceſſione Cruſtumerina. Cicer. libr. De legibus 3. poteſtatem eorum his declarat verbis: Plebes quos pro ſe contra vim auxilii ergô decem creaſſit, Tribuni eius ſunto. quodque ii prohibeſſint, quodque plebem rogaſſint, ratum eſto. ſanctique ſunto: neve plebem orbam Tribunis relinquunto. Erat enim hic magiſtratus ſacroſanctus. Liuius libro 3. ipſis quoque Tribunis, vt ſacroſancti viderentur, cuius rei propè iam memoria aboleuerat, relatis quibuſdam ex magno interuallo cerimoniis, renouarunt. & tum religione inuiolatos eos, tum legem etiam fecerunt ſanciendo, vt qui Tribunis plebis, Ædilibus, iudicibus, Decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet, familia ad ædem Cereris, liberi, liberæque venum irent. Idémque tradit Dionyſ. libr. 6. Ii viatorem quidem & prehenſionem habebant, vocationem verò, nequaquam. nam (vt ait Gellius) antiquitus creati videntur, non iuri dicundo, nec cauſis, querelisque de abſentibus noſcendis: ſed interceſſionibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent: vt iniuria quæ coràm fieret, arceretur. ac propterea ius ad ſe vocandi ademptum: quoniam vt vim fieri vetarent, aſſiduitate eorum, & præſentium oculis opus erat. hæc Gellius libro 13. capit. 13. Scribit etiam in hanc ſententiam libro 15. capit. 27. his verbis, Tribuni neque aduocant Patricios, neque ad eos referre de re vlla poſſunt. Ita ne leges quidem propriè, ſed plebiſcita appellantur, quæ Tribunis plebis ferrent accepta. Plutarchus autem in Catone Vtic. Ius, inquit, Tribunitiæ poteſtatis magis ad impediendum eſt, quàm ad agendum: quippe cæteris omnibus collegis volentibus, vnus qui nolit & intercedat, plus poteſt. Idem in Problemat. Cur Tribunus plebis purpura non vtitur, cùm cæteri magiſtratus vtantur? an quòd magiſtratus non eſt? nam nec in ſella ius dicunt, nec ineunte anno item vt reliqui, magiſtratum ineunt, nec Dictatore creato ſe abdicant: imò quaſi magiſtratus non ſint, delato ad Dictatorem imperio, ſuam ipſi poteſtatem retinent. Cuius rei teſtimonium apud Liuium libro 7. videmus de Tribunis plebis, qui L. Manlium Dictatorem magiſtratu abire coëgerunt. Idem etiam libro 6. intercedendi formulam & ſolenne verbum fuiſſe hoc VETO, ſignificat his verbis, Faxo, ne iuuet vox iſta voce VETO, qua nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis. Reperio etiam apud eundem libro 4. Conſules à Tribunis plebis duci in vincula potuiſſe. & lib. 9. Cenſorem Appium à P. Sempronio Tribuno pleb. prehendi, & in vincula duci iuſſum eſſe. & lib. 5. Tribunos pleb. minitari ſe iuſſuros eſſe in vincula Tribunos militum duci. Apud Dionem autem libro 37. Metellum Conſulem à L. Flauio Tribuno pleb. in carcerem ductum eſſe. Plutarchus in Problematis autor eſt, moribus Romanorum conſtitutum eſſe, vt domus Tribunorum noctu ne clauderetur (quod & Macrobius Satur. 1. confirmat) ſed interdiu noctúque indigenti cuique eorum auxilio paterent, quaſi portus quidam & præſidium periclitantium. Maiores enim communem Tribunum eſſe voluerunt, & tanquam aram omnibus acceſſibilem, proinde honore quidem ſacroſanctos eos eſſe voluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere violabiles. Idem in vita Catonis Vticẽſis tradit Tribunos pleb. in baſilica Porcia χρηματίζειν αὐτοὺς: quod ego non Ius dicere, ſed conuentum agere, & pro collegio decreta ſua interponere, interpretandum puto.

TRIVMVIRI CAPITALES.

TRIVMVIRI capitales (inquit Pomponius) creati ſunt qui carceris cuſtodiam haberent, vt cùm animaduerti oporteret, id interuentu eorum fieret. Salluſt. in Catilin. In eum locum poſtquam demiſſus eſt Lentulus, iudices rerum capitalium quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Hi octo lictores habebãt, qui eorum iuſſu in damnatum animaduertebant. Plautus Amphyt. *Quid faciam nunc, ſi Treſuiri me in carcerem cõpegerint? Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum. Nec quicquã ſit, qui non me omnes eſſe dignum deputent. Ita quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædent.* Et in Aſinaria,

Vbi ſæpe cauſam dixeris pendens aduerſus octo, Aſtutos audaces viros, Valentes virgatores. Et paulò poſt, *Vbi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo Validos lictores vlmeis affectos lentis virgis.* Et in eadem, *Ibi ego ad Treſuiros, veſtraq́, ibi nomina Faxo erunt capitis.* Verùm illi de vilibus & abiectæ tantùm conditionis hominibus ius dicebant: vt furibus, ſeruis nequam, & apud columnam Meniam cauſas cognoſcebant, auctor Cicero in Diuinat. Et Aſconius in eandem. Memorabile autem eſt quod Valerius Max. lib. 5. cap. 3. commemorat de muliere quadam quam Prætor damnatam Triumuiro in carcere necandam tradiderat: quam receptam is qui cuſtodiæ præerat, non protinus ſtrangulauit: aditum autem ad eam filiæ dedit: quam pòſt animaduertit exerto vbere famem matris lenientem. itaque res ab ipſo ad Triumuirum, à Triumuiro ad prætorem, à Prætore ad Conſulum iudicium perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetrauit. Idem etiam lib. 8. cap. 4. de L. Calpurnio Triumuiro mentionem facit, à quo ſeruus quidam in crucem eſt actus. Apud Feſtum autem ſub verbo Sacramentum, lex Papiria legitur de Triumuiris capitalib. Sed ſuſpicor de mendo. & MONETALIBVS legendum putarem.

TRIVMVIRI NOCTVRNI.

TRIVMVIRI incendiis arcendis præfuiſſe dicuntur apud vetuſtiores, à Paulo in l. 1. D. de offic. præf. vigil. & ab eo quòd excubias agerent, nocturnos dictos eſſe. interueniſſe etiam nonnunquam & Ædiles & Tribunos pleb. fuiſſeque familiam publicam, circa portam & muros diſpoſitam, vnde ſi opus eſſet, euocabatur. Dio verò libro 55. ita ſcribit: οἱ δὲ δὴ στενωποὶ ἐπιμελητῶν τινῶν ἐκ τοῦ δήμου, οὓς καὶ στενωπάρχους καλοῦμεν, καὶ σφίσι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ῥαβδούχοις δύο ἐν αὐτοῖς τοῖς χωρίοις ὧν ἂν ἄρχωσιν, ἡμέραις τισὶ χρῆσθαι ἐδόθη ἥ τε δουλεία ἡ τοῖς ἀγορανόμοις τῶν ἐμπιπραμένων ἕνεκα συνοῦσα ἐπετράπη, καίτοι καὶ ἐκείνων καὶ τῶν δημάρχων, τῶν δὲ στρατηγῶν πᾶσαν τὴν πόλιν εἰς δεκατέσσαρα μέρη νεμηθεῖσαν, κλήρῳ προσταχθέντων. ὃ καὶ νῦν γίγνεται. στενωπάρχους Dio vocat, qui Vicorum magiſtri dicebantur, quos non ſemper Prætexta vſos, ſed eo tantum tempore quo ludos compitalitios faciebant, Cicero in Orat. in Piſonem, & Aſconius in eandem ſignificant. tametſi ad Auguſtum hæc potius referenda ſunt, de quo Suetonius ita ſcribit: Spacium vrbis in regiones, vicoſque diuiſit: inſtituitque, vt illas annui magiſtratus ſortitò tuerentur, hos magiſtri è plebe cuiusque viciniæ lecti. Valerius autem Max. libro 8. cap. 1. de M. Militio, Cn. Lolio, L. Sextilio Triumuiris commemorat, qui quòd ad incendium in ſacra via exortum extinguendum tardius venerāt, à Tribuno pleb. die dicta ad populum damnati ſunt. Item de P. Bilio Triumuiro nocturno qui à P. Aquilio Tribuno pleb. accuſatus, iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat.

TRIVMVIRI MONETALES.

TRIVMVIRI monetales, auro, argento, æri flando, feriundo, conſtituti ſunt: vt ſcribit Pomponius in leg. 2. §. 16. De orig. iur. Hinc illud Ciceronis lib. De leg. 3. Æs, argentum, aurum publicè ſignanto. Item ad Trebatium de Treuiris Gallis iocans, Treuiros vites cenſeo: audio capitales eſſe, mallem auro, ære, argento eſſent. Apud Sex. Pompeium ſub voce Sacramentum, lex Papiria refertur de III. viris capitalibus, quam potius ad Monetales pertinuiſſe arbitrarer.

DE MAGISTRATIBVS FINIS.

EIVSDEM

EIVSDEM AVCTORIS, DE SENATV ET INSIGNIBVS ALIQVOT SENATVSCONSVLTIS, OBSERVATIONES.

Qui Senatores eſſent, quibusq́ſententiæ in Senatu dicendæ ius eſſet. Cap. I.

SENATVM à Romulo primũ inſtitutum eſſe, Liuius, Dionyſius, Plutarchus, aliíq; auctores tradũt. Liuius quidem in libro I. ſic: Cùm iam virium haud pœniteret, cõſiliũ deinde viribus parat. Centũ creat ſenatores, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ciere Patres poſſent. Patres certè ab honore, patritiíque progenies eorum appellati. Dionyſius autem libro 2. ὁ δὲ ῥωμύλος ἐπειδὴ ταῦτα διεκόσμησε, βουλευτὰς εὐθὺς ἔγνω καταστήσασθαι, μεθ' ὧν πράττειν τὰ κοινὰ ἔμελλε, ἐκ τῶν πατρικίων ἄνδρας ἑκατὸν ἐπιλεξάμενος. ἐποιεῖτο δὲ αὐτῶν τοιάνδε τὴν διαίρεσιν αὐτὸς μὲν ἐξ ἁπάντων ἕνα τὸν ἄριστον ἀπέδειξεν, ᾧ τὰς κατὰ πόλιν ᾤετο δεῖν ἐπιτρέπειν οἰκονομίας, ὅτε αὐτὸς ἐξάγοι στρατιὰν ὑπερόριον. τῶν δὲ φυλῶν ἑκάστῃ προσέταξε τρεῖς ἄνδρας αἱρεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ φρονιμωτάτῃ τότε ὄντας ἡλικίᾳ, καὶ δι' εὐγένειαν ἐπιφανεῖς. μετὰ δὲ τοὺς ἐννέα τούτους, ἑκάστῃ φράτρᾳ πάλιν ἐκέλευσε τρεῖς πατρικίων ἐπιλέξαι τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. ἔπειτα τοῖς πρώτοις ἐννέα τοῖς ὑπὸ τῶν φυλῶν ἀποδειχθεῖσι τοὺς ἐνενήκοντα προσθεὶς, οὓς αἱ φράτραι προεχειρίσαντο, καὶ τούτων ὃν αὐτὸς προέκρινεν ἡγεμόνα ποιήσας, τὸν τῶν ἑκατὸν ἐξεπλήρωσε βουλευτῶν ἀριθμόν. τοῦτο τὸ συνέδριον ἑλληνιστὶ ἑρμηνευόμενον, γερουσίαν βούλεται δηλοῦν, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων καλεῖται. πότερον δὲ διὰ γῆρας τῶν καταλεγέντων εἰς αὐτὸ ἀνδρῶν, ἢ δι' ἀρετὴν ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπικλήσεως, οὐκ ἔχω τὸ ἀσφαλὲς εἰπεῖν. καὶ γὰρ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ ἀρίστους, γέροντας εἰώθασιν οἱ παλαιοὶ καλεῖν. οἱ δὲ μετέχοντες τοῦ βουλευτηρίου, πατέρες ἔγγραφοι προσηγορεύθησαν, καὶ μέχρις ἐμοῦ ταύτης ἐτύγχανον τῆς προσηγορείας. id eſt, Romulus autem his conſtitutis, ſtatuit continuò ſibi conſiliarios cooptare. Viroſque centum ex patritiis legit, quibuscum Remp. adminiſtraret. Eorum autem hoc diſcrimen fecit. Ipſe quidem vnum ex omnibus præſtantiſſimũ deſignauit, quem exiſtimaret vrbanis rebus præeſſe oportere, ſi quando ipſe cum exercitu extra vrbem eſſet. Deinde iuſſit vnamquamque tribum tres viros ætate, prudentia & nobilitate generis præſtantes deligere. Poſt illos nouem, ſingulas curias iuſſit denuò tres viros è patritiis maximè idoneos deligere. Poſtquam ad primos illos nouem à tribubus deſignatos, iſtos nonaginta quos curiæ crearãt, adiunxiſſet, & iis illum præfeciſſet, quem ipſe antea decreuerat, centum Senatorum numerum impleuit. Is conſeſſus, ſiue cõcilium, verbum pro verbo Græcè expreſſum, γερουσίαν, id eſt Senatum ſignificat: & vſque adhuc eo nomine à Romanis appellatur. Verum autem propter ſenectutem eorum qui cooptati fuerant, an propter virtutem nomen illud repererit, non habeo certũ quod dicam, quippe Priſci homines ſolebant eos qui natu grandes & boni viri eſſent, γέροντας, id eſt ſenes appellare. qui verò in eo conſilio erant, Patres conſcripti vocati ſunt, & vſque adhuc eam appellationem retinuerunt. Plutarch. autem in Romulo ferè in eandem ſententiam ſcribit. Cicero etiam in Catone ſic ſcribit: Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminus haſtis vteretur (de ſene Scipione loquitur) ſed conſilio, ratione, ſententia. quę niſi eſſent in ſenibus, non ſummum conſilium maiores noſtri appellaſſent Senatum. Seneca autem à qua ætate non cogerentur Senatores in ſenatum venire, duob. locis conſtituit: quorũ vnus eſt lib. Declamat. I. Senator, inquit, poſt ſexageſimum quintum annum in curiam venire non cogitur, nec vetatur. Et in fine libri De breuitate vitæ, Lex, inquit, à quinquageſimo anno militem non cogit: à ſexageſimo ſenatorem non citat. Zonaras autem libro II. in hunc modum, Τῶν μέντοι περιφανεστέρων γένει τε, καὶ συνέσει, καὶ βίου αἱρέσει, ἑκατὸν ἀπέδειξε βουλευτὰς, πατρικίους ὀνομάσας αὐτούς. τὸ δὲ σφῶν λοιπὸν σύστημα, σενάτον προσηγόρευσεν, ὅ ἐστι γερουσία. πατρίκιοι μέντοι οἱ βουλευταὶ ἐπεκλήθησαν ἢ ὅτι παίδων ἦσαν γνησίων πατέρες, ἢ μᾶλλον ὅτι αὐτοὶ πατέρας ἑαυτῶν ἀποδεικνύειν ἠδύναντο, ἕκαστος ἐκ γένους ὄντες γνησίου, ἢ ἀπὸ τῆς πατρωνίας. οὕτω δ' ἐκάλουν τὴν προστασίαν. πάτρωνας γὰρ τοὺς κηδεμονικοὺς καὶ βοηθητικοὺς προσηγόρευον. μάλιστα δ' ἄν τις κατασκευάσαιτο τὸ τοῦ ῥωμύλου διανοίας, εἰ οἴοιτο διὰ τῆς κλήσεως ταύτης ἐμφαίνειν, χρῆναι τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους τῆς πόλεως πατρικῇ κηδεμονίᾳ κήδεσθαι τῶν ταπεινοτέρων, ἅμα δὲ καὶ τὸν δῆμον ἐνάγειν διὰ τῆς τῶν πατρικίων προσηγορείας εἰς τὸ μὴ ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς, ἀλλ' εὐνοϊκῶς διακεῖσθαι, νομίζοντας πατέρας αὐτοὺς καὶ προσαγορεύοντας. id eſt, Romulus ex iis qui tum amplitudine generis, tum prudentia, tum etiam inſtituto vitæ clariores eſſent, centum deſignauit conſiliarios, eoſque Patritios nominauit. Eorum autem conuentum vniuerſum, Senatum appellauit: quem Græci γερουσίαν vocãt.

Senatoribus autem iccirco Patriciorum nomen eſt impoſitum, vel quòd ingenuorum liberorum patres eſſent: vel potius quòd ipſi demonſtrare patres ſuos poſſent, quippe qui nobili genere orti omnes eſſent: vel etiam à patrocinio (ſic autem πατρωνείαν Latino verbo appellant: Patronos enim eos qui præſidium atque opem ferunt, nominabant.) Sed videamus, ne proximè ad Romuli mentem accedat is, qui per hanc appellationem exiſtimet illum hoc ſignificare, oportere primarios viros, & ciuitatis principes, paterno ſtudio inferiorem curam ſuſcipere: ſimulque plebem per hanc Patritiorum appellationem perducere, vt ne potentiorum honoribus indignentur: ſed erga eos bono animo ſint, quippe quos Patres & habeant, & appellent. Idem de Patritiis eodem libro: τοῖς γὰρ εὐπατρίδαις τὰ ὑποδήματα ἀρχῇ τῇ τε ἐπαλλαγῇ τῶν ἱμάντων, καὶ τῷ τύπῳ τοῦ γράμματος ἐκεκόσμητο, ἵν' ἐκ τούτων δοκοῖεν ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν τῶν κατ' ἀρχὰς βουλευσάντων γεγονέναι. τὸ γράμμα δὲ ῥῶ φασὶν εἶναι, ὃ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἑκατὸν ἐκείνων ἀνδρῶν δηλωτικὸν ὄν, ἢ τοῦ τῶν Ῥωμαίων κατάρχει ὀνόματος. id eſt, Patritiis enim vrbanos calceos, tum corrigiarum implicatione, tum literæ vnius forma inſignitos dederunt: vt ab illis centum viri qui à principio Senatores fuerunt, fluxiſſe viderentur. Literam autem R, fuiſſe aiunt: ſiue quod numerum illorum centumuirorum ſignificet (nam apud Græcos ῥῶ nota eſt numeri centenarii) ſiue quòd prima ſit litera, qua Romanorum nomen ſcribitur. Nunc qui ſenatores eſſent, quique in ſenatu dicendæ ſententiæ ius haberent, breuiter ex antiquorum auctoritatibus ordine expoſitis aperiendum eſt. Salluſt. in Catalin. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia inualidum erat, Reipublicæ conſultabant: hi vel ætate, vel curæ ſimilitudine Patres appellabantur. Liuius libro 1. Deinde quo plus virium in ſenatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus Regiis diminutum patrum numerum, primoribus equeſtris gradus lectis, ad trecentorum ſummam expleuit. traditumque inde fertur, vt in ſenatum vocarentur, qui patres, quique conſcripti eſſent. Conſcriptos videlicet in nouum ſenatum appellabant lectos. id mirum quantum profuit ad concordiam ciuitatis, iungendosque patribus plebis animos. Feſtus lib. 1. Patres dicuntur, qui ſunt patricii generis: Conſcripti, qui in ſenatu ſunt ſcriptis annotati. Allecti autem dicebantur apud Romanos, qui propter inopiã ex equeſtri ordine in ſenatorum ſunt numerum aſſumpti. Idem libro 14. Patres Senatores ideo appellati ſunt, quia agrorum partes attribuebant tenuioribus, ac ſi liberis propriis. Idem libro 15. Qui patres, quò l conſcripti vocati ſunt, in curiam, quo tempore Regibus vrbe expulſis, P. Valerius Cõſul propter inopiam patritiorum ex plebe allegit, in numerum ſenatorum centum & ſexaginta quatuor, vt expleret numerum trecentorum. Sic duo genera appellauere. Idem libro 17. Senatores à ſenectute dici, ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum: quorum conſilio Rempub. adminiſtrabat. Itaque etiam patres appellati ſunt, & nunc cùm ſenatores adeſſe iubentur, additur, Quibus in ſenatu ſententiam dicere licet. quia ij, qui poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum cepere, & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur ſenatores antè, quàm in ſenatoribus ſunt cenſi. Quibus ex verbis apparet, primùm eos demum ſenatores fuiſſe, qui à cenſoribus lecti in ſenatum eſſent, vt de ſumma Reip. ſententiam rogati loco & modo dicerent. Deinde fuiſſe etiam alios qui quamuis à cenſoribus lecti non fuiſſent, tamen pro iure magiſtratus quem aut tum gerebant, aut antè geſſerant, ſententiæ in ſenatu dicendæ ius habebant. De quibus verba Gellii ex lib. 3. cap. 18. ſubſcribam. Videturque, inquit, eos ſignificare, qui nondum à coss. in ſenatum lecti, ſenatores quidem non erant: ſed quia honoribus populi vſi quidem erant, in ſenatum veniebant, & ſententiæ ius habebant. nam & Curulib. magiſtratibus functi qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores non erant. Et quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias: ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque coss. quum ſenatores in Curiam vocant, ſeruandæ conſuetudinis cauſa tranſlatitio vtuntur, ſenatores quibus in ſenatu ſententiam dicere licet. hæc Gellius. Huius autem edicti mentionem Liuius facit in libro 23. Conſules inquit, edixerunt quoties ſenatum vocaſſent, vti ſenatores, quibusque in ſenatu [illegible]ere ſententiam liceret, ad portam Capœna[illegible]. Quo in libro, paulo ſuprà, ea quæ mo[illegible]iſſimè confirmat. Dictator, inquit [illegible]ſenatu, inde primum in demortuo[illegible] legit, qui poſt L. Æmilium & C. Flaminium [illegible]es Curulem magiſtratum cepiſſent, necdum i[illegible]m lecti eſſent, vt quiſq; eorum ſenator prim[illegible]eatus erat. Tum legit, qui Æediles, Tribuni & Prætores, Quæſtoreſve fuerant. Idem lib. 36. P. Cornelius cos. edixit, qui ſenatores eſſent, quibusque in ſenatu ſententiam dicere liceret, quiq; minores magiſtratus eſſent, ne quis eorum ab vrbe abiret. Iam verò ſcire illud oportet, cùm olim quidem ſenatores à Cenſoribus ex ætate & rerum vſu prudentiaque legerentur, quemadmodum ſuperius dictum eſt; poſtea tamen ex cenſu legi conſueuiſſe. quã rem Plinius libro 14. deplorans: Poſteris, inquit, laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit. Poſtquam ſenator cenſu legi cœptus, Iudex fieri cenſu, magiſtratum ducemque nihil magis exornare quàm cenſus, peſſum iere vitę precia, &c. Seneca etiam lib. Declamar. 2. Senatorium ad gradum cenſus aſcendere facit. Cenſus Romanum equitem à plebe diſcernit. Cenſus in caſtris ordinem promouet. Cenſu in foro iudex legitur. Cenſus autem ſenatorius quantus fuerit, Suetonius in Auguſto his demonſtrat verbis: Senatorium cenſum ampliauit, ac pro octingentorum millium ſumma, duodecies HS. taxauit, ſuppleuitq; non habentibus.

Quibus de rebus ſenatus cognoſceret.
Cap. 2.

DIONYSIUS Halic. lib. 6. ſcribit, legem ſemper ab vrbe condita Romæ fuiſſe, vt Reſpublica omnis in poteſtate ſenatus eſſet, præter magiſtratuum creationem, legum lationem, & belli paciſve arbitrium. Itaque Polybius lib. 6. ærarium vectigaliaque omnia in eius manu fuiſſe, impendiaque de publico eiuſdem arbitratu facta eſſe teſtatur. Quæſtores enim ſine ſenatus auctoritate, præter ea quæ Conſules iuſſiſſent, ne minimum quidem cùm opus eſſet, in rem vllam ſumptum facere potuiſſe: grauiſſimis etiam & maximis ſumptibus, quos cenſores in luſtri quinquennalis apparatum faciebant, præfuiſſe: ab eodemque auctoritatem & facultatem illam his conceſſam fuiſſe. Iam verò maleficia & crimina per Italiam commiſſa, de quibus iudicium publicè fieri debebat, vt puta proditionis, coniurationis, veneficii, cædis atque inſidiarum, ad ſenatum referebantur, eiusque de his cognitio erat. Quòd ſi qua in Italia controuerſia dirimenda,

dirimenda, ſi publicè vel priuatim quiſpiam, vel ciuitas obiurganda, ſi cui auxilium, aut præſidium ferendum erat, de his omnibus curam ſenatus habebat. Eodemque modò ſi extra Italiam ad aliquos legatio mittenda erat, vel ad aliquid decidendum, vel ad fœdus faciendum, vel ad cohortandum, aut etiam imperandum, aut poſtremò ad res repetendas, aut ad bellum indicendum: hæc ſenatus ipſe curabat ac prouidebat. Præterea quid de legationibus exterarum gentium quæ in vrbem venerunt, agendum, quid eis reſpondendum, in ſenatus voluntate, atque arbitrio poſitum erat. Hæc Polybius: quæ tamen vbi de iudiciis loquitur, obſcura ſunt. non enim ſenatum de reb. capitalibus iudicaſſe legimus. Nam etſi Quæſitores ex ſenatoribus crearentur data opera, qui de crimine aliquo cum conſilio, hoc eſt adhibita iudicum aliquot eodem ex ordine decuria quærerent, re verò iudicata priuati eſſent: non tamen ſenatum idcirco iudicaſſe, ſed ſenatores tantum, dic[illegible]um eſt. Itaque poſterioribus temporib[illegible]ſenatores ſoli lege Cornelia iudicarent[illegible] Verrina 7. ſic loquitur, Quo confugient ſoci[illegible]plorabunt? ad ſenatum deuenient, qui [illegible]pplicium ſumat? non eſt vſitatum, no[illegible]orium. Verumtamen vt rem illam omnẽ p[illegible]ntelligamus, ſcire illud oportet, Primis temporibus iudicia penes ſolos Senatores fuiſſe: quemadmodum ex Polybio modò didicimus: nimirum vſque ad annum vrbis DCXXX. quo lex Sempronia lata eſt, vt iudicia in equeſtrem ordinem transferrentur: quæ ratio durauit ad annum vſque DCXLVII. quo lege Seruilia latum eſt, vt Equeſtria iudicia cum ordine ſenatorio ita communicarentur, vt minor tamen ſenatorum numerus eſſet. quod quidem vſque ad annũ DCLXII. obſeruatum eſt, quo Liuia lege ſancitum eſt, vt æqua ex parte iudicia penes ſenatum, & equeſtrem ordinem eſſent: vſquedum Plautia lex ferretur anno DCLXIIII. quæ nonnullos etiam ex plebe vnà cum ſenatoribus & equitibus admiſit. Pòſt verò iterum ad ſolum ordinem ſenatorium iudicia redierunt lata lege Cornelia, anno DCLXXIII. vt iudicia equeſtri òrdini adempta, ad ſolos ſenatores transferrentur. quod vſque ad legem Aureliam vſurpatum fuit, quæ anno DCLXXXIII. ſanxit, vti cum ſenatoribus & equites & Tribuni ærarii iudicarent. Sed hos Iulius Cæſar ſuſtulit, iudiciaque ad ſolos equites & ſenatores iterum reuocauit. Iam verò quòd ad reliqua Polybii pertinet, præclarus extat & ei conſentaneus Ciceronis locus in Vatiniana, his verbis: Eripueras ſenatui prouinciæ decernendæ poteſtatem, imperatoris deligendi iudicium, ærarii diſpenſationem: quæ nunquam ſibi populus Roman. appetiuit, qui nunquam hæc à ſummi conſilii gubernatione auferre conatus eſt. Item Quis legatos vnquam audiuit ſine S.C. &c. In ea verò pro Domo ſua ſummam eius ordinis poteſtatem his oſtendit verbis: Summum & populi Ro. populorumque & gentium omnium ac regum conſilium ſenatus. Porrò autem non minimam ſenatus poteſtatis partem illam fuiſſe conſtat, quòd & in comitiis maioribus, & in legibus ferendis, neceſſaria & cognitio, & auctoritas ſenatus eſſet: Liuius libro 1. Decreuerunt, inquit, vt cùm populus Regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierẽt. hodiéque in legibus magiſtratibusque rogandis vſurpatur idem ius vi ademptum: priuſquam populus ſuffragium ineat, in incertum comitiorum euentum patres auctores fiunt. Idem etiam lib. 8. ſcribit, à P. Philone Dictatore legem latam, vt legum quæ Comitiis centuriatis ferrentur, ante initum ſuffragium patres auctores fierent. Et Appianus libr. De bellis ciuilibus 1. legem à Sylla latam commemorat, vt nihil ad populum referretur, niſi quod antea confirmatum à Senatu fuiſſet: quemadmodum, inquit, antiqua lege iubebatur. Hæc cùm ita ſint, facile intellectu eſt, quàm ridiculè Tribonianus & in l. 2. De orig. iur. & in Inſtitut. ſcribat, cùm auctus eſſet populus Rom. in eum modum, vt difficile eſſet in vnum eum conuocari legis ſanciendæ cauſa: ſenatum vice populi conſultum eſſe. Non enim propter ciuium copiam populi poteſtas ad ſenatũ tranſlata eſt, ſed Cæſarum aſtutia & calliditate, qui in ſenatus augenda potentia, ſuæ ſeruiebant. Tacitus libro 1. Tum primum è campo Comitia ad patres tranſlata ſunt. nam ad eam diem etſi potiſſima principis arbitrio, quædam tamen ſtudiis tribuum fiebant: neque populus ademptum ius queſtus eſt, niſi inani rumore. Suetonius in Cæſare: Comitia cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus de cætero numero candidatorũ pro parte dimidia quos populus vellet, pronunciarentur; pro altera parte, quos ipſe dediſſet. Idem in Tiber. Neque tam paruum quicquam, neque tam magnum publici priuatiq; negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. Idem in Calig. Tentauit & Comitiorũ more reuocato ſuffragia populo reddere.

Per quos ſenatus more maiorum haberetur, & conſuleretur. Cap. 3.

PER quos autem ſenatus more maiorum haberi conſulique ſoleret, Gell. libro 14. ex Varrone his exponit verbis. Primum ibi, ponit, qui fuerint, per quos more maiorum Senatus haberi ſoleret, eoſque nominat, Dictatorem, Conſules, Prætores, Trib. ple. Interregem, Præfect. vrbis: neque alii præter hos, ius fuiſſe dixit facere Senatuſconſultum. Quotieſq; vſu veniſſet, vt omnes iſti magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, tum quo ſuprà ordine ſcripti eſſent, qui eorum prior aliis eſſet, ei potiſſimum Senatus conſulendi ius fuiſſe. Addit deinde, extraordinario iure Tribunos quoq; militares, qui pro conſulib. fuiſſent; item Decemuiros, quibus imperium conſulare tum eſſet: item Triumuiros reipublic. conſtituendæ cauſa creatos, ius conſulendi Senatum habuiſse. Vtrum autem Pręfectus vrbi Latinorum cauſa relictus ſenatum habere poſset, dubitatum, idem capite inſequenti tradit: quoniam ne ſenator quidem ſit, neque dicendę ſententiæ ius habeat. cũ ex ea ætate pręfectus fiat, quæ non ſit ſenatoria. Sed & Capitonem & Tuberonem contra Mutium ſenſiſse, Ius eſse Præfecto ſenatus habendi. Namq; & Tribunis pl. ſenatus habendi ius fuiſse: quanquam ſenatores ante Atinium plebiſcitum non eſsent.

Quo loco ſenatus haberetur. Cap. 4.

SENATVM alibi quàm in locis per augures conſecratis, quæ templa vocabantur, haberi non licuiſſe, Gell. libro 18. memoriæ prodidit; Senatuſconſultumque alioqui iuſtum non fuiſse. Propterea & in curia Hoſtilia, & in Pompeia, & pòſt in Iulia, cùm profana illa loca fuiſsent, templa eſse per augures cõſtituta, vt in iis Senatuſconſulta more maiorum iuſta fieri poſsent. Seruius in illud Æneid. lib. 11.

Alta intra limina cogit.

Quæritur, inquit, cur ad priuatam domum conuocetur Senatus, qui non niſi ad publica & auguratò condita loca conuenire conſueuit. Sed ſcimus domum Latini auguratò conditam, & eandem tam templum

fuiſſe, quàm curiam. namque in ſuperioribus legimus tectum auguſtum, id eſt augurio conditum. Item paulò poſt:

Hinc ſceptra accipere & primos attollere faſces,
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.

Meritò ergo ad domum Regis quaſi ad locum publicum conuocatur ſenatus. nam, vt ait in ſeptimo:

Tali intus templo diuûm patriaq; Latinus
Sede ſedens.

Idcirco etiam in Palatii atrio, quod auguratò conditum eſt, apud maiores conſulebatur Senatus: vbi etiam arietes immolabantur, quod (vt in ſeptimo diximus) Virgilius ad Latini transtulit domum. Multi dicunt peritè Virgilium nec templi nec curiæ hoc loco feciſſe commemorationem: ſed tantum dixiſſe, intra tecta regia: vt oſtenderet conſilium quod initur, non eſſe complendum: quia nec ritè eſt inchoatum. Ea enim quæ dicet Latinus, effectu carebunt. Hæc Seruius. Loca autem ea in quibus Senatus cogebatur, ſenacula vocabantur. Senaculũ, inquit Varro, ſupra Græcoſtaſin, vbi ædes Concordiæ & baſilica Opimia, ſenaculum vocatum, vbi Senatus aut ſeniores conſiſterent: dictum vt γερουσία apud Græcos. Feſtus lib. 17. Senacula tria fuiſſe Romæ in quibus ſenatus haberi ſolitus ſit, memoriæ prodidit Nicoſtratus in libro, qui inſcribitur de Senatu habendo, vnum vbi nunc eſt ædes Concordiæ, inter Capitolium, & forum: in quo ſolebant magiſtratus, vt dicit Titinnius, cum ſenioribus deliberare. alterum ad portam Capenam. tertium intra ædẽ Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Hæc ille. Animaduerti etiam magiſtratibus qui ad vrbem redibant, datum in eo templo Senatum fuiſſe. Liuius lib. 38. de P. Scipione loquens: Ipſe, inquit, decem nauibus Romam rediit: & Senatu extra vrbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit. Et libro 49. Lucius, inquit, Manlius proconſul ex Hiſpania redierat: cui poſtulanti ab ſenatu in æde Bellonæ triumphum, rerum geſtarum magnitudo impetrabilem faciebat, Memorabile eſt etiam quod Plinius libro 8. cap. 45. ſcribit cùm eſſet nunciatum bouem locutum (quod frequens in priſcorum prodigiis fuiſſe ait) Senatum ſub dio haberi ſolitum fuiſſe.

Quo tempore ſenatus haberetur.
Cap. 5.

PОrrò autem Senatus alius fuit legitimus, alius indictus. Legitimus dicebat, qui vel lege vel more certis ſemper diebus habebatur: Calendis, Nonis, Idibus, Sueton. in Auguſto, Sanxit ne plus quàm bis in menſe legitimus Senatus haberetur, ſcilicet Calendis, & Idibus: néve Septemb. Octobrive menſe vllos adeſſe alios neceſſe eſſet, quàm ſorte ductos. Indictus autem dicebatur, qui reliquis diebus menſis, qui modò comitiales non erant, Magiſtratuum vocatu cogebatur. Capitolinus in Gordiano: Non legitimo, ſed indicto Senatus die conſul iam domi conuentus, cum Prętoribus, Ædilibus, & Tribunis in curiam venit. Comitialibus autem diebus idcirco Senatus non indicebatur, ne ſenatores à ſuffragio ferendo auocarentur. Præterea Gellius lib. 14. docet, Senatuſconſultum nec ante exortum, nec poſt occaſum ſolem factum, ratum fuiſſe: opus etiam cenſorium feciſſe exiſtimatos per quos eo tempore S.C. factum eſſet. Seneca verò lib. de tranquill. vitæ 1. Maiores noſtri, inquit, nouam relationem pro horam decimam, in ſenatu fieri vetabant. Quin & menſem totum Februarium legationibus exterarum gentium audiendis attributum fuiſſe multis ex locis conſtat. Cic. ad Lentulum, Senatus haberi Februario toto nõ poteſt: niſi perfectis, aut reiectis legationibus. Idem ad Q. Fratrem lib. 2. Epiſt. 11. Et quod Gabinia lege ſanctum ſit ex Calend. Febr. vſq; ad Cal. Martias, Legatis Senatum quotidie dari.

Quomodo ſententiæ in Senatu & rogarentur & dicerentur. Cap. 6.

SEnatuſconſulta duobus modis fieri ſolita, Gell. lib. 14. ex Varrone docet: aut per diſceſſionem, ſi conſentiretur; aut ſi res dubia eſſet, per ſingulorum ſẽtẽtias exquiſitas. ſingulos autem debere conſuli, gradatim, incipiq; à conſulari gradu, ex quo gradu ſemper quidem antea primum rogari ſolitum qui princeps in ſenatum lectus eſſet. In S. Conſulto per diſceſſionem faciendo, moris erat (quemadmodum Feſtus lib. 15. ſcribit) vt præco diceret, Qui hoc cenſetis, illuc tranſite: qui alia omnia, in hanc partem. Ominis autẽ cauſa ſic præibat, ne diceret, Qui non cenſetis. Hinc illud Hirtii lib. 8. de bello Gall. Diſceſſionem faciente Marcello, Senatus frequens in alia omnia tranſiit. Sueton. in Tiberio: Cum S. C. per diſceſſionem fieret, tranſeuntem eum in alteram partem in qua pauciores erant ſecutus eſt nemo. Plinius autem in Epiſtolarum libro 8. conſuetudinem illam ſic explicat: Quid? lex non apertè docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis, cùm ita diſceſſionem fieri iubet? Qui hæc ſentitis, in hanc partem: qui alia omnia, illam partem ite quam ſentitis. Examina ſingula verba, & expende. Qui hæc cenſetis, hoc eſt, qui relegandos putatis; in hanc partem, id eſt, in eam in qua ſedet qui cenſuit relegandos. Ex quo manifeſtum eſt, non poſſe in eadem parte remanere eos qui interficiendos arbitrantur. Qui alia omnia: animaduertis, vt non contenta lex dicere Alia, addiderit, Omnia. num ergo dubium, Alia omnia ſentire eos qui occidunt, quam qui relegant? In illam partem ite, quã ſentitis. Nonne videtur ipſa lex eos qui diſſentiunt in contrariam partem vocare, cogere, impellere, num conſulere etiam, vbi quiſque remanere, quò tranſgredi debeat, non tantum ſolennibus verbis, ſed manu, geſtuq; demonſtrat? Hæc Plinius. Eodẽ autem illa quoque pertinent, quæ ex Gellii lib. 3. capit. 18. ſcribemus. Non pauci ſunt qui opinantur Pedarios Senatores appellatos qui ſententiam in Senatu non verbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irẽt. Quid igitur, cum s. c. per diſceſſionẽ fiebat: nónne vniuerſi ſenatores ſententiam pedibus ferebant? Feſtus lib. 1. Pedarium ſenatorem ſignificat Lucilius cùm ait, Agipes vocem mittere cœpit: quia ita appellatur quòd tacitus tranſeundo ad eum, cuius ſententiam probat, quid ſentiat indicat. Cicer. libro ad Attic. 1. Epiſtol. 18. Cùm eſt actum, neque animaduerſum eſt ad quos pertineret, & raptim in eam ſententiam Pedarii concurrerunt. Plinius libro Epiſt. 11. Sed cùm fieret diſceſſio, qui ſellis curulibus aſtiterãt, in Cornuti ſententiam ire cœperunt. tum illi qui ſe collegæ annumerari patiebantur, in diuerſum tranſierunt. Seneca lib. De vita beata 1. cap. 2. Cùm de beata vita agitur, non eſt quòd mihi illud diſceſſionum more reſpondeas, Hæc pars maior eſſe videtur. Hactenus de s. c. quod per diſceſſionem fieri dicebatur. Nunc de eo quod exquirendis ſingulorum ſententiis fiebat, breuiter explicandum eſt. Moris erat vt poſt Comitia conſularia, Conſules deſignati, primi ſententias rogarentur, & eorum is prior, qui priore loco declaratus eſſet, ante comitia verò, is qui è cenſoribus princeps Senatus lectus erat: ii deinde quos conſuli-

bus vi-

bus videbatũ: ita tamen vt ne prætorium Conſulari, Edilitium Prætorio, Tribunitium Ædilitio anteferrent: quemadmodum ex Salluſtio & Gellio intelligimus. Cicer. Philip. 5. Sed qui ordo in ſententiis rogandis ſeruari ſolet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. à Bruto igitur conſule deſignato more maiorum capiamus exordium. Memorabile autem eſt, quod Suetonius ſcribit in Iulio Cęſare, moris fuiſſe, vt quem ordinem rogandarum ſententiarũ Conſul Calen. Ianuariis tenuiſſet, eundem toto anno vſurparet. Poſt nouam affinitatem, inquit, Pompeium primum rogare ſententiam cœpiſſe: cùm Craſſus ſoleret, eſſetque conſuetudo vt quem ordinem interrogandi ſententias Conſul Calendis Ianuariis inſtituiſſet, eum toto anno conſeruaret. Cùm autem rogatus ſenator dicere ſententiam vellet, aſſurgebat, ſtansque dicebat. Cicer. ad Attic. 1. Locutus ita eſt in ſenatu, vt omnia illius ordinis conſulta γενικῶς laudaret: mihique vt aſſedit, dixit ſe putare, ſatis ab ſe etiam de iſtis rebus reſponſum. Stans autem non modò de ea re, de qua relatum fuiſſet, verumetiam quacunque de re volebat, & quamdiu volebat, dicendi poteſtatem habebat: quemadmodum Gellius teſtatur. Tacitus lib. 3. Decretum ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent, ne veſtis ſerica viros fœdaret: exceſſit Fronto, ac poſtulauit modum argento, ſupellectili, familiæ erat quippe adhuc frequens ſenatoribus, ſi quid è Repub. crederent, ſententiæ loco dicere. Idem lib. 13. De bello & pace, inquit, de vectigalibus & legibus quibusque aliis Romana continentur, ſuadere diſſuaderéve licebat patribus, quoties ius dicendæ ſententiæ accepiſſent, & quæ vellent expromere, relationemque in eo poſtulare. Gellius libro 4. cap. 10. C. Cæſar Conſul M. Catonem ſententiam rogauit: Cato rẽ quę conſulebatur, quoniã non è republica videbatur, perfici nolebat. Eius rei gratia ducendę, longa oratione vtebatur, eximebatq; dicendo diem. Erat enim ius Senatori, vt ſententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alius rei, & quod vellet. Cæſar Conſul viatorem vocauit: eumque cùm finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci iuſſit. Senatus conſurrexit, & proſequebatur Catonem in carcerem. Hac, inquit, inuidia facta, Cæſar deſtitit, & mitti Catonem iuſſit. Hanc autem hiſtoriam etiam Plutarchus in Catone commemorat.

Forma autem ſententiæ dicendæ quemadmodum ex Philippicis orationibus apparet, ferè hæc erat. Quòd verba facta ſunt de literis, &c. de ea re ita cenſeo. Neque verò prætereundum illud eſt, quod Pedianus docet in Milonianæ commentariis, cùm aliquis in dicenda ſententia duas pluresve res complexus eſſet, eæ ſi non omnes probarentur, poſtulari ſolitum à quouis ſedente, vt diuidat, id eſt, vt de rebus ſingulis referatur. De quo more multa Plinius in epiſtola ad Ariſtonem lib. Epiſtol. 8. Vbi ſcribit cùm in Senatum relatum eſſet de libertis Conſulis interfecti, & pars abſoluendos, pars relegandos, pars morte multandos cenſuiſſet, eum qui libertos relegandos, ſeruos ſupplicio afficiendos dixiſſet, coactum eſſe diuidere ſententiam; quoniam, inquit, duas res cõprehendebat. Eius rei etiam exemplum extat in epiſtol. Ciceronis ad Lentulum. Itaque, inquit, cùm ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, vt tres legati regem deducerent: ſecunda Hortenſii, vt tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, vt Pompeius reduceret: poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur, quatenus de religione dicebat: & rei quia iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt.

De numero ſenatorum ad S.C. faciendum neceſſario. Cap. 7.

SENATORES primum à Romulo centum, deinde à Bruto conſule ducentos creatos fuiſſe, ſuperius ex Liuio docuimus. eumq; trecentorum numerum ad vſque Gracchi Tribunatum duraſſe, patet ex Dione lib. 54. & Epitome Liuii 60. Vbi tamen quæ de aucto Senatorum numero leguntur, mihi planè obſcura ſunt: quemadmodum in lege Seruilia ſignificauimus. Ciceronis quidem tempore CDXV. reperio numerati, in eius primo ad Att. Epiſtolarum lib. Dio verò lib. 43 Cæſaris ætate ſcribit nongentos fuiſſe, & Suet. in Auguſto, poſt cædem Cęſaris amplius mille fuiſſe teſtatur. ſed Auguſtum ad modũ priſtinum degiſſe: qui modus quemadmodum intelligi debeat, mihi non ſatis conſtat. Dio namque lib. 54. ea de re ſcribens, ait eum in animo quidem habuiſſe, trecentos duntaxat ex antiquo more conſtituere: ſed offenſionis vitandæ cauſa, numerum ſexcentorum expleuiſſe: vt veriſimilius ſit, modum illum priſtinum à Suetonio, non antiquiſſimum, ſed qui ante corruptiſſima tempora fuerat, intellectum eſſe. Vtcunque ſit, illud conſtat, ſenatori qui nec aderat, aut cauſam, aut culpam fuiſſe, quemadmodum in Legibus Cicero loquitur, id eſt, aut legitimæ excuſationis eguiſſe, aut in culpa fuiſſe. nam vt idem ait, grauitatem res habet, cùm frequens ordo eſt. Culpa autem pignoribus capiendis coercebatur. Itaque cùm Antonius interminatus eſſet, ſe Ciceronis domum, qui in Senatum non venerat, publicis operis diſturbaturum: Quis vnquam, inquit, tanto damno Senatorem cõegit? aut quid eſt vltra pignus & multam? hoc eſt, extra multam, lege conſtitutam; quę dum ſoluatur, pignora capiuntur, quemadmodum in §. penult. Inſt. Qui ſatiſd. cog. legimus pignorib. captis coërceri tutores, qui non ſatiſdant. multam enim, redacta ex pignorum venditione pecunia, Quæſtores ærarii capiebãt. Cicero lib. de Orat. 3. An tu, cùm omnem auctoritatem vniuerſi ordinis pro pignore putares, eamq; in conſpectu populi Romani concideres, me his pignoribus exiſtimas poſſe terreri? non tibi illa ſunt cædenda, ſi Craſſum vis coërcere: hæc tibi eſt excidenda lingua, qua vel euulſa ſpiritu ipſo libidinem tuam libertas mea refutabit. Quo ex loco exiſtimare concidi, frangiq; pignora ſolita fuiſſe, ridiculum eſt. Cædere namq; veteres pro conſumere dicebant: vt Nonius demonſtrat ex illo Lucilii,

Lana, opus omne perit: ſqualor, tineæ omnia cædunt.

Quare cùm cædi pignora lex vetus dixiſſet, pro, ita capi vt auctione diſtraherentur, & conſumerentur, ludens Craſſus ancipiti ſignificatione vocabuli, ſic locutus eſt; ſimiliter vt Cicero in ea pro Sex. Roſcio, Neſcimus, per iſta tẽpora eoſdem ferè ſectores fuiſſe collorum, & bonorum? non enim ſectores bonorum ab eodem verbo, quo ſectores collorum appellatos eſſe, cuiuis perſpicuum eſt. Itaque idem in eodem libri tertii proœmio, paulò ſuperius ſic ſcripſit: non tulit ille, & grauiter exarſit, pignoribusq; ablatis Craſſum inſtituit coërcere. Et Gellius libr. 14. cap. 1. Prætor hæc de pignore quoq; capiendo diſſerit, déq; multa dicenda Senatori, qui cùm in Senatum venire deberet, nõ adeſſet. Atq; hæc quidem hactenus. Certum aũt Senatorum numerum ad S. C. faciẽdum neceſſarium fuiſſe, multis ex locis conſtat. Itaq; NVMERA SENATVM, dicere ſolebat quiuis Senator Conſuli, cùm impedimento volebat eſſe, quo minus fieret S. C. ſi tot non eſſent Senatores, quo numero liceret S. C. ſcribi, vt expectaretur, quod ex libr. 12. Sext. Pompeii didicimus. Verum qui numerus in o-

mnibus s.c. legitimus fuerit, conſiderandum eſt. Dio ſanè in fine libri LIIII. quadringentorum numerum prodidit. Nam de Auguſto loquens, ὁρῶν δὲ ὅτι οὐκ ἀεὶ συχνοὶ συνελέγοντο, ἐκέλευσε τὰ δόγματα τε αὐτῆς καὶ ἐν ἐλάττοσιν ἢ τετρακοσίοις γίγνεσθαι. οὐ γὰρ ἐξῆν τινὰ ἐκ τοῦ πρὶν ἄλλως κυροῦσθαι. Cùm videret Senatum non ſemper frequentem conueni-re, decreuit vt eius conſulta etiam à pauciorib. quàm quadringentis fierent. Prius enim non aliter, quàm eo numero conſtante rata eſſe poterant. Quod quidem tum de poſtremis temporibus, quibus vſque adeò Senatus creuerat, intelligendum eſt: tum de maioribus rebus, de quibus Senatus conſuleretur. Nam ſi ſuperiora ſpectemus, Liuius lib. 39. vbi de Bacchanalibus loquitur, ſcribit s. c. cautum fuiſſe, vt ſi quis tale ſacrum neceſſarium eſſe duceret, apud prætorem vrbanum profiteretur: Prætor Senatum conſuleret. ſi ei permiſſum eſſet, dum in Senatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret, cùm ne plus quinque ſacrificio intereſſent. Pedianus autem de re non ita magni momenti loquens, in Corneliana ſcribit, lege Cornelia cautum fuiſſe, ne quis in Senatu ſolueretur legibus, niſi ducenti adfuiſſent. Obſeruatum eſt etiam Prudentium trecentos tantùm prodere. Sic enim ſcribit:

Hic conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorum,
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quàm ſi,
Ter centum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum.

Quæ forma ſcribendi S.C. fuerit. Cap. 8.

IN Senatuſconſ. ſcribendis primum moris erat, vt ea res de qua rogatæ ſententiæ fuerant, ſummatim exponeretur Quòd M. Marcellus Conſul verba fecit de prouinciis D.E.R.I.C. vel, M. Pomponius Senatum conſuluit. Quòd verba facta ſunt de Philoſophis, & Rhetoribus, D.E.R.I.C. Quòd ſi quid Senatus conſulibus mandaret, Donatus in Adelph. Terentii ſcribit, addi ſolitum, Si eis videatur. Cuius rei exemplum video in Philip. Ciceronis IX. vtique C. Panſa, A. Hirtius coss. alter, ambóve, ſi eis videatur, Quæſtoribus vrbanis imperent, tametſi apud eundem eam interdum formulã prætermiſſam animaduerti. Quoniam autem s.c. intercedere Tribuni poterant, propterea moris erat, vt illa clauſula adderetur, Si quis huic s.c. interceſſerit, Senatui placere, auctoritatem perſcribi, & de ea re ad Senatum, populumq; referri. Deinde ſi quis interceſſiſſet, addebatur. Huic s.c. interceſſit Cælius. C. Panſa Tribunus pleb. Ac tum quidem non s.c. ſed auctoritas perſcripta dicebatur. quemadmodum Dio libro 55. his docet verbis: εἰ δὲ οὖν ποτε ἐκ συντυχίας τινὸς μὴ συλλεχθεῖεν, ὅσους ἡ χρεία ἑκάστοτε ἐκάλει, ἐβουλεύοντο μὲν καὶ ἡ γνώμη συνεγράφετο. οὐ μέντοι καὶ τέλος τι ὡς κεκυρωμένη ἐλάμβανεν, ἀλλ' αὐκτώριτας ἐγίγνετο, ὅπως φανερὸν τὸ βούλευμα ᾖ. τοιοῦτον γάρ τι ἡ δύναμις τοῦ ὀνόματος δηλοῖ. ἑλληνίσαι γὰρ αὐτὸ καθάπαξ ἀδύνατόν ἐστι. τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο καὶ εἴποτε ἐν τόπῳ τινὶ μὴ νενομισμένῳ, ἢ ἡμέρᾳ μὴ καθηκούσῃ, ἢ καὶ ἔξω νομίμου παραγγέλματος ὑπὸ σπουδῆς ἠθροίσθησαν, ἢ καὶ ἐναντιωθέντων τινῶν δημάρχων. τὸ μὲν δόγμα οὐκ ἠδυνήθη γενέσθαι, τὴν δὲ γνώμην σφῶν οὐχ ὑπέμενον ἀποκρυφθῆναι. Quòd ſi fortè vſuuenerit, vt non tam multi quàm opus erat, conuenirẽt, ſenatus quidem habebatur, decretumque perſcribebatur. non tamen quaſi ratum, effectũ habebat: ſed erat auctoritas vti Senatus ſententia nota ac teſtata eſſet. Tale enim quiddam vis huius verbi declarat, quod vno verbo Græcè exprimi non poteſt. Quod idem etiam obſeruatũ eſt, ſi quando in loco aliquo non legitimo, aut die non idoneo, aut non legitimo edicto, ſed ambitioſè Senatus coactus eſſet, aut nonnulli Tribuni pleb. interceſſiſſent. Tum enim s.c. fieri nõ poterat. quid tamẽ placuiſſet, teſtari reliqui volebant. Quibus verbis illa ſunt apud Ciceronem conſentanea: vt libro 1. ad Lentulum, De his rebus Senatus auctoritas grauiſſima interceſſerat: cùm Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Præterea illud animaduertimus, notari nominatim illum oportuiſſe, cuius in ſententiã s.c. eſſet factum. Cic. lib. ad Att. 4. Epiſt. 1. Factum eſt decretum in meam ſententiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rẽ ſuſciperet, lexq; ferretur. quo s.c. recitato, cùm concio more hoc inuſito & nouo plauſum, meo nomine recitãdo dediſſet, habui concionẽ. Huc etiam illud pertinet, quod Feſtus ſcribit, Ælium Gallum Iuriſc. Senatus decretũ à Conſulto ſic diſtinguere, vt id dicat particulam quandã eſſe Senatuſconſulti: vt cùm prouincia alicui decernitur, quod tamen ipſum Senatuſconſulti eſt. Scripto Senatuſconſulto, primum eorum omniũ nomina qui tum affuiſſent, adſcribi ſolebãt. Cælius ad Ciceronem, Senatuſconſultum factum auctoritatesque perſcriptæ pridie id. Octob. in æde Appollinis. Scribendo affuerũt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Cæcilius Q. F. &c. Cic. in procem. libri de Orat. 3. Et eundem, id quod in auctoritatib. perſcriptis extat, s.c. ſcribẽdo affuiſſe. Moris autem fuiſſe videtur, vt ad Conſulis pedes id fieret. Lampridius enim in Heliogabalo ſic ſcribit. Deinde vbi primum diem Senatus habuit, matrem ſuam in ſenatum vocari iuſſit: quæ cùm veniſſet, vocata ad Conſulum ſubſellia, ſcribendo affuit, id eſt Senatuſconſulti conficiendi teſtis.

Quæ faciendis S.C. impedimenta eſſent: & ſi fierent, vbi aſſeruarentur. Cap. 9.

SVMMA Senatus volũtas certis de cauſis interdum ſic impediebatur, vt fieri s.c. non poſſet. Primum impedimentum reperio, ſi legitimus Senatorum numerus nõ adeſſet: quo tempore cuiuis ſenatori dicere Conſuli licebat, NVMERA SENATVM: vt ſuperius docuimus. Alterum, cùm dies tolleretur, hoc eſt, cùm quis adusque ſolis occaſum orationem producebat: quo tempore s.c. fieri non poterat: vti ſuperius quoque demonſtrauimus, vbi de Catone diem eximente commemorauimus. eoq; ille quartæ Verrinæ locus pertinet: Eo die tranſigi nihil potuit, quòd & id temporis erat, & ille pater iſtius inuenerat homines, qui dicendo tempus conſumerent. Tertium, cùm quis Tribunus pl. moram interponebat: veluti cum Attilius noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit, quo tempore de Cicerone reuocando in Senatu agebatur. vt eſt in oratione pro Sextio. Quartum, cùm quis intercederet. nam (vt ſcribit Gellius lib. 14.) intercedendi ne s.c. fieret, ius fuit iis qui eadem poteſtate, qua ii qui s.c. facere vellent, maioréve eſſent. Memorabile autem eſt quod Valerius lib. 11. ſcribit, vetuſtis temporibus ius non fuiſſe Tribunis pleb. curiam intrare: ante valuas autem poſitis ſubſelliis decreta patrum examinaſſe: vt ſi quæ ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatuſconſultis T. literam ſubſcribi ſolitam. qua nota ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe. Iam, verò Liuius libr. 3. auctor eſt, anno ab V.C. CCCCIII. inſtitutum à Valerio & Horatio coss. fuiſſe, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles pleb. deferrentur: quæ

antè arbitrio Conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque. Poſtea tamen ad ærarium ea delata fuiſſe, & Cicero Philippica v. & Suetonius in Auguſto, & Tacitus lib. 3. teſtantur. Hactenus de Senatu. nunc ea s.c. quę tum in Iuriſconſultorum libris, tum apud antiquos ſcriptores maximè memorabilia exiſtimantur, literarum ordine breuiter ſtrictimque perſcribemus.

S. C. Æmilianum, de fideicommiſſariis libertatibus, factum eſt Æmilio Iunio, & Iulio Seu[illegible]ro coss. Vt ſi quis ex his qui fideicommiſſam libertatem ex quacunque cauſa deberent ſeruo, qui mortis tempore eius qui rogauit non fuerit, isq; adeſſe negabitur: Prætor cognoſcat. Et, ſi in ea cauſa eſſe videbitur, vt ſi præſens eſſet, manumittere cogi debere, id ita eſſe pronunciet. Cúmque ita eſſe pronunciaſſet, idem iuris ſit, quod eſſet ſi ita vt ex fideicommiſſo manumitti debuiſſet, manumiſſus eſſet. l. ſi eum ſeruum, 28. §. ſi quis. D. de fideicom. libert.

S. C. Apronianum de fideicommiſſariis hæreditatibus, factum eſt M. & L. Antoninis Imperatorib. Aproniano, Paulo coss. Anno DCCCCXXIII. Vt omnibus ciuitatibus quæ ſub imperio populi Romani ſunt reſtitui deberet & poſſet fideicommiſſa hæreditas. Sed & actiones in eas ex Trebelliano transferentur: quin & municipes ad eas admitterētur. ita tamen, vt his quibus reſtitueretur hæreditas, auctorem eligerent, & ad agendum & ad excipiendas actiones. l. omnib. 26. & l. ſeq. D. ad Trebell.

S. C. Articuleianum de libertatibus ſeruorum. factum eſt imperante Traiano, ipſo & Articuleio Pœto coss. Anno DCCCLIX. Vt quacunque in prouincia libertas ſeruo relicta teſtamento fuerit, Præſes eius prouinciæ de ea cognoſcat, quamuis hæres non ſit eius prouinciæ. l. non tantum, 51. §. 5. D. de fideicomm. libert.

S. C. Antonianum de haſtis Martiis in regia motis. Factum M. Antonio, A. Poſthumio coss. Anno DLIII. Quod C. Iulius L. F. Pontifex nunciauit, in ſacrario in regia haſtas Martias mouiſſe, de ea re ita cēſuerunt: Vt M. Antonius Conſul, hoſtiis maioribus Ioui & Marti procuraret: quod & ceteris diis quibus videretur placandis vti procuraſſet, ſatis habendum cenſuerunt. Si quid ſuccidaneis opus eſſet, Robigus accederet. Gell. lib. 4. cap. 6.

S. C. Carbonianum, de ſtatu liberorum: Vt ſi cui controuerſia fiat, an inter liberos ſit, & impubes ſit cauſa cognita perinde bonorum poſſeſſio detur, ac ſi nulla de ea re controuerſia eſſet: & iudicium in pubertatis tempus differtur. l. 1. & paſ. D. de Carbo. edic.

S. C. Claudianū, de nuptiis ſexagenarii. Vt qui maior ſexagenario minorem quinquagenaria vxorem duxerit, perinde habeatur, ac ſi minor ſexaginta annorum vxorem duxiſſet. Vlpia. cap. Inſt. XVI.

S. C. Caluitianum de nuptiis quinquagenarii: vt ſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, nihil ea res ad capiendas hæreditates & legatas dotes pertineat. Itaque mortua muliere dos caduca erit. Vlpian. cap. Inſt. XVI.

S. C. Claudianum de prouinciis conſularibus. Factum eſt L. Paulo, C. Marcello coss. Anno DCCIII. Quod M. Marcellus Conſul verba fecit de prouinciis conſularibus, de ea re ita cenſuerunt: Vt L. Paulus, C. Marcellus coss. cùm magiſtratum iniſſent a. d. ex Cal. Martiis quæ in ſuo magiſtratu futuræ eſſent, de conſularibus prouinciis ad ſenatum referrent, néve quid prius ex Calend. Martiis, néve quid coniunctim de ea re referretur à conſulibus, vtique eius rei cauſa per dies comitiales ſenatum haberent, S. Q. C. facerent. Et cùm de ea re ad ſenatum refertur à conſulib. eorum qui in trecentis iudicibus eſſent, ſex adducere liceret, ſi quid de ea re ad populū plebémve lato opus eſſet, vt Ser. Sulpitius, M. Marcellus coss. Prat. Tribuni pl. quibus eorum videretur, ad populū plebémve ferrent. quod ij non tuliſſent, vti quicunque deinceps eſſent ad populum plebémve ferrent. Cælius ad Cicer. Epiſt. lib. 8.

S. C. Claudianum de muliere ſeruo alieno cōiuncta. Vt ea mulier quæ ſe alieno ſeruo iūxerat, domino ſerui cum bonis ſuis omnibus addiceretur. l. 1. C. de ſen. Claud. toll. Vbi Iuſtin. ait, denunciationibus ſententia iudicum opus fuiſſe. Vlpia. autem cap. Inſtit. XI. Maxima capitis diminutio, inquit, dicitur, per quam ciuitas & libertas amittitur, veluti cùm mulier alterius ſeruo ſe iunxerit denunciante domino, & ancilla facta fuerit ex S. C. Claudiano. Quare autem hoc Claudianum S. C. vocetur, ſatis conſtituere non poſſum. nam Claudii Imp. nomine ſic appellatum dicere nulla ratio eſt: cùm ſatis conſtet Senatuſconſulta non ex Imperatorum, ſed ex Conſulum referentium nomine appellata fuiſſe. Locum igitur Cornelii Taciti conſiderans, in quo poſt expoſitam Senatuſconſulti ſententiam, ſcribit Pallantem, quem Claudii libertū, & apud illum gratia & auctoritate mirabili pręditum fuiſſe conſtat, editum ac nominatum à Claudio repertore huius relationis, ac propterea Prætoria inſignia, & centies quinquagies H-S. ea decreta fuiſſe: venio in opinionē, Claudianum ex illius liberti nomine appellatum eſſe. Verba Cornelii: Inter quę, inquit, refertur ad partes de pœna fœminarū, quæ ſeruis cōiungerentur, ſtatuiturq; vt ignaro domino ad id prolapſa in ſeruitutem ſui conſenſiſset: & qui nati eſſent, pro Libertis haberentur. Pallanti quem repertorem eius relationis ediderat Cæſar, Prætoria inſignia & centies quinquagies cenſuit Conſul deſignatus. His autem ex verbis ſcrupulus aliquis naſcitur cùm Vlpianus & Iuſtinianus non aliter eam ſeruituti addictam ſcribant: quàm ſi denunciante domino deſiſtere noluiſſet. Video autem Tranquillum in Veſpaſiano ſcribere, autorem illum ſenatui fuiſse decernendi, vt quæ ſe alieno ſeruo iunxiſset, ancilla haberetur. Vt ſuſpicari liceat, quod Claudii tempore inſtitutum erat, id Veſpaſiani auctoritate abſolutum fuiſse: & à Iuriſconſultis hoc totum ei Senatuſconſulto attributū: quod vetuſtius, & Claudii autoritate incœptum, Claudianum nominarunt.

S. C. Claudianum de quæſtione familiæ. cum S. C. Silaniano coniungitur ſub titul. De S. C. Silanian. & Claud. Vide S. C. Silanianum.

S. C. Daſumianum de libertatibus fideicommiſſariis. Vt ſi ex iuſta cauſa abſit, qui fideicommiſſam libertatem debet, & hoc pronūciatum fuerit, perinde libertas competat, atque ſi, vt oportet ex cauſa fideicommiſſi, manumiſsus eſset. Item, vt quicunq; fideicommiſsam libertatem ex quacunque cauſa debere pronunciatus fuerit, & eum cōſve abeſſe contigerit, perinde habeatur, atque ſi, vt oportet, ex cauſa fideicommiſſi manumiſsus eſſet. l. neque, 36. & l. non tantum ſi. §. Senatuſc. D. de fideic. libert.

S. C. Fannianum de Philoſophis & Rhetorib. Factum C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſsala Coſs. Anno DXCII. Quod M. Pomponius Prætor ſenatum conſuluit de Philoſophis & Rhetoribus. De ea re ita cenſuerunt, vt M. Pomponius Prætor animaduerteret curaretque vt ei è Repub. fideque ſua videretur, vti Romæ ne eſsent. Gellius lib. 15. cap 11.

S. C. Iunianum de libertatibus fideicommiſsariis: vt ſi hæres rogatus ſit non hæreditarium, ſed pro-

prium ſeruum manumittere, is ſeruus poſt pronunciationem, ad libertatem perueniat, ſiue ex iuſta cauſa dominus abſit, ſiue latitet, ſiue præſens non vult manumittere, ſiue etiam dominus eius ſerui emptor ſit. l. non tantum, 51. §. ſed ſi. D. de fideic. libert.

S. C. Iunianum de colluſione detegenda, factum Domitiano imperante, Cæſare & Ap. Iunio Sabino Coſs. Anno DCCCXXXIX. vt qui per domini & ſerui, aut patroni & liberti colluſionem factam probaſſet, vt vel ſeruus ad libertatem, vel libertus ad ingenuitatem proclamaret, liberque aut ingenuus pronunciaretur, is ſeruum quidem in poteſtate ac dominio ſuo, libertum autem in patronatu ſuo haberet. l. 1. D. de colluſ. deteg. l. 1. Cod. eod. l. adoptiuum. 8. D. de in ius vocan.

S. C. Iulianum de petitione hæreditatis, diſtractis rebus hæreditariis, dolo præterito, & fructibus. Factum Hadriani temporib. Q. Iulio Balbo, P. Iuuentio Celſo, T. Aufidio Frontone, Arrio Seueriano Coſs. Vt ſi antequam partes caducæ ex bonis defuncti fiſco peterentur, hi qui ſe hæredes exiſtimant, hæreditatem diſtraxerint, ne redactæ ex precio rerum venditarum pecuniæ vſuræ exigantur, idemque in ſimilibus cauſis ſeruetur. Item, vt à quibus hæreditas petita fuiſſet, ſi aduerſus eos iudicatum eſſet, ii precia quæ ad eos rerum ex hæreditate venditarum perueniſſent, & ſi eæ ante petitam hæreditatem deperiſſent, deminutæve fuiſſent, reſtituere deberent. Item, vt ii qui bona inuaſiſſent, cùm ſcirent ad ſe non pertinere, etiamſi ante litem conteſtatam fecerint, quo minus poſſiderent, perinde condemnarentur, quaſi poſſiderent: ii autem qui iuſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe pertinere exiſtimaſſent, vſque eò duntaxat, quo locupletiores ex ea re facti eſſent. Petita autem fiſco hæreditas ex eo tempore exiſtimaretur eſſe, quo primùm ſcierit quiſque eam à ſe peti: id eſt cùm primùm aut denunciatum eſſet ei, aut literis vel edicto euocatus eſſet. Vlpian. Litem veniunt, 20. D. de hæred. petit. apud quem PROOENVS, legendum FRONTO ARRIVS ex Faſtis Onuphrii Veronenſis intelligitur.

S.C. Largianum de bonis libertorum vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredes facti extraneis hæredibus eorum in bonis libertinorum præponerentur. Veluti, Lælius liberis ſuperſtitibus obiit. Thracius eius Libertus teſtamentum ſcripſit, ſibique extraneos quoſdam hęredes inſtituit. Senatus voluit, vt hæc hæreditas inſtitutis heredibus adimeretur, liberiſq; Lælii tribueretur, ſi modò à patre exhæredes facti non eſſent. Nam ſi eſſent, paterno iudicio indigni omni emolumento videbantur, quod patris cauſa vndecunq; proficiſci poterat. §. vlt. De ſucceſ. liber. l. 1. & paſ. C. de lat. lib. tol.

S.C. Libonianum de falſis. Factum, opinor, Hadriano imp. L. Nonio, M. Annio Libone Coſs. Anno DCCCXXC. Vt pœna legis Corneliæ de falſis teneatur, qui ob inſtruendam aduocationem, teſtimoniáve, pecuniam acceperit, pactúſve fuerit, ſocietatem coierit, ad obligationem innocentum qui ſibi eive qui in ſua poteſtate eſt, legatum fideicommiſſúmve aſcripſerit in teſtamento militis, aut etiam alterius: dummodo id ſignatum perfectúmque fuerit: qui hæres inſtitutus exhæredatione nominatim filii, vel aliarum perſonarum adſcripſerit, qui libertatem manu ſua ademerit ſeruo teſtatoris, & maximè cui à ſe legata vel fideicommiſſa data erant. Vt ſi ſeruus domini ſui iuſſu teſtamento codicilliſve libertatem ſibi adſcripſerit: ob eam rem quòd ipſius manu adſcriptũ eſt, minus liber ſit: ſed libertas ei ex fideicommiſſa cauſa præſtetur, ſi modò poſt eam ſcripturam manu ſua teſtator teſtamento, codicilliſve ſubſcripſerit. l. 1. & paſſ. D. de falſis.

S. C. Macedonianum de filiorum fam. ære alieno, Veſpaſiani, vt opinor, tempore factum eſt. Ne cui qui filiofa. mutuo pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis eius, cuius in poteſtate fuiſſet, actio petitióve daretur. vt ſcirent qui peſſimo exemplo fœnerarent, nullius poſſe filiifam. bonum nomen expectata patris morte fieri. l. 1. D. ad Maced. in qua duo obſcura ſunt: quo tempore ſit factum, & vtrum Macedo, qui S. C. cauſam dedit adoleſcens perditus fuerit, vt Theophilus exiſtimat: an fœnerator vetus ac nobilis, vt eruditi omnes putant. Quod ad priorem dubitationem attinet, conſtat legem Lætoriam antiquiſſimam fuiſſe, qua vetabatur, ne ob pecuniam minoribus viginti quinque annis creditam, ſiue ii filiifam. ſiue ſui iuris eſſent, ius diceretur. nam quod ad locum illum Terentii in Phormione pertinet, *Quaſi quiſquam crederet te viuo*: non ad vllam legem, ſed ad filiifamil. ius referendum puto. Iam verò Tacitus lib. 11. vbi de Claudio loquitur: Lege lata, inquit, ſæuitiam creditorum coërcuit, ne in morte parentum pecunia filiiſfa. fœnori darent. quo in loco MORTEM legendum puto, quaſi dixerit obligationem non præſentem, ſed in diem collatam in mortis tempus fuiſſe: hoc modo, Centum quæ tibi credidi, poſt patris mortem dare ſpondes? Suetonius autem in Veſpaſiani vita ſic ſcribit: Auctor, inquit, ſenatui fuit decernendi, ne filiorumfa. fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam eſſet: hoc eſt, ne poſt patris quidem mortem. quod Macedonianum eſſe S.C. planè videtur, quia Tacitus non de S.C. ſed de lege nominatim loquitur: veniòque in ſuſpicionem ea lege Claudia certas quaſdam cauſas exceptas fuiſſe: veluti ſtudiorum, & alias honeſtas ac neceſſarias. Macedonem autem cum exemplo peſſimo, maliſq; moribus, hoc eſt, contra bonos mores, pecuniam adoleſcentibus crederet, cauſam mutuationis non adſcripſiſſe, atque illud eſſe quod legimus INCERTIS NOMINIBVS: quod verbum eadem in re Cicero Verrina v. poſuit. Ex omni pecunia, inquit, quam aratoribus ſoluere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum ſpectatione, & collybo: deinde pro neſcio quo Cerario. Venio iam ad Macedonis nomen quod in epigrammatis Romanis reperio, pag. 80. in ſepulchro C. Modeſtii Macedonis. Quicunque autem is fuerit, arbitror eum verſuram facere ſolitum fuiſſe, vt poſt eam pecuniam adoleſcentibus quorum amicitia & conſuetudine vtebatur, crederet. nam omnino verba illa, ÆS ALIENVM ADHIBERET, ad eum qui crederet pertinere non poſſunt.

S.C. NERONIANVM de ſimulatis adoptionibus, Nerone Imp. factum eſt. Ne ſimulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vſurpandis quidem hæreditatibus prodeſſet. Percrebuerat enim ea tempeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis comitiis, aut ſortione prouinciarum plerique orbi aſciſcerent filios, præturaſque & prouincias, quòd inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu, quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia ſenatum adeunt, ius naturæ, liberos educandi, aduerſus fraudem & artes: & breuitatem adoptionis enumerant. Satis precii eſſe orbis, quòd multa ſecuritate nullis oneribus gratiam, honores, cuncta prompta & obuia haberent. Sibi promiſſa legum diu expectata in ludibrium verti, quando quis ſine ſolicitudine parẽs, ſine luctu orbus, longa patrum vota repentè adæquaret. Tacitus lib. 15.

S.C. Or-

S.C. Orphitianum de maternis hæreditatibus: factum eſt Marco & Commodo Imperatoribus, Orphitio & Rufo coſſ. Vt filius & filia quamuis patris in poteſtate ſint, ad bona matris inteſtatæ ante conſanguineos vocentur: ſiue mater ingenua ſit, ſiue libertina: item ſiue liberi legitimi ſint ſiue vulgò quæſiti. l. 1. & pen. D. ad Tertyllian. & Orfic. ſpurios tamen matri quæ illuſtris ſit, non ſuccedere, ſi modò extent ex iuſtis nuptiis procreati, Imp. ſcribit in l. pen. C. eod. Quin & illud intelligendum eſt, ex Imperatorum conſtitutionibus, nepotes & neptes ad auiæ inteſtatæ ſucceſſionem admiſſos, admiſſaſque eſſe. l. ſi defunctus 4. De legitimis hæred. in Cod. Theodoſ.

S.C. Pegaſianum de quarta fideicommiſſ. retinenda, factum Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione Coſſ. vt ei qui rogatus eſſet hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. quam ſi retinuiſſet, tum omnes actiones quæ in hæredes hæredibúſque dari ſolent, in eum, eique darentur. Is autem qui partem hæreditatis ex fideicommiſſo reciperet, legatarij partiarij loco eſſet; hæreditatiſque tum commoda, tum incommoda inter hæredem, & eum cui reliquæ partes eſſent reſtitutæ, communicarentur, interpoſitis ſtipulationibus ad exemplum partis & pro parte ſtipulationum. Sed ſi hæres ſcriptus hæreditatem adire recuſet, ob id quòd dicat ſibi eam ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam, poſtulatu eius cui reſtituere rogatus eſſet, iuſſu prætoris adiret, totamque reſtitueret, ita vt ei & in eum qui recipit hæreditatem, actiones dentur. Iuſtinianus ſub titul. De fideicom. hæredit. Vlpian. cap. Inſtitut. 25. Paulus lib. Sent. 4. cap. 3.

S.C. Plancianum de liberis agnoſcendis, & partu ſubiecto. Vti liceat mulieri, parentive in cuius poteſtate eſt, vel ei cui mandatum ab eis eſt, ſi ea ſe facto diuortio prægnantem putet, denunciare intra dies triginta poſt diuortium connumerandos ipſi marito, vel parenti cuius in poteſtate eſt, vel etiam domi eius ſi nullius eorum copia eſt. Et ſi maritus cui denunciatum erit, cuſtodes ad ventrem cuſtodiendum, inſpiciendumque non miſerit, neque conteſtato dixerit, eam ex ſe prægnantem non eſſe, vt ei id quod editum ſit, agnoſcere ſit neceſſe. l. 1. D. de liber. agnoſ.

S.C. Piſonianum de ſeruis obnoxiis venditis. Vt ſi ſeruus pœnæ propter necatum dominum obnoxius veniſſet, quandocunque animaduerſum in eum eſſet, venditor precium præſtaret: ne emptori iniuriam feciſſe videatur ſenatus. l. ſenatuſc. 8. de S.C. Silaniano.

S.C. Pernicianum de nuptiis. Vt qui intra ſexageſimum, vel quæ intra quinquageſimum annum neque liberos ſuſceperit, neque matrimonium contraxerit, licet ipſis legibus poſt hanc ætatem liberatus eſſet, perpetuis tamen pœnis teneatur. Vlpianus cap. Inſtit. 16.

S.C. Prætextatum appellamus, nobile illud in Papyrij prætextati honorem factum. Vti pueri prætextati deinceps cum patribus in curiam nõ introirent, præter vnum illum Papyrium: vtque ei puero poſtea prætextati cognomentum honoris gratia imponeretur. Nota eſt hiſtoria ex Macrobio lib. Saturn. 1. cap. 6. & Gellio lib. 1. cap. 23.

S.C. Rubrianum de fideicommiſſariis libertatibus, factum eſt temporib. Diui Traiani, Rubrio Gallo, & Cælio Hiſpone coſſ. anno DCCCLIX. Vt ſi hi à quibus libertatem præſtari oportet, euocati à Prætore adeſſe noluiſſent, dum hi neque infantés ſint, neque furioſi, neque ab hoſtibus capti, neque hi quos religio, aut honeſtior cauſſa, aut calamitas aliqua, vel maior res familiaris, aut capitis faméve periculum, aut ſimilis cauſſa moretur: ac ne pupilli quidem, qui tutorem non habent, aut eos habeant, quos earum quæ cauſſa detinet. Si cauſſa cognita Prætor pronunciaſſet, libertatem his deberi, eodem iure ſtatus ſeruaretur, ac ſi directò manumiſſi eſſent. l. cum vero, 26. §. ſubuentum, & l. neque, 36. l. ſi filius, 33. D. de fideicom. libert.

S.C. Sabinianum, de eo qui è tribus maribus arrogatus erat. Vt qui vnum è tribus alterius liberis maribus adoptaſſet, ei non minus quàm quadrantem hæreditatis ſuæ relinqueret. l. pen. §. quæ autem, C. de adopt. & §. ſed ea omnia, 14. vbi Theophil. De hæred. quæ ab inteſtato. Videtur etiam ex eodem S.C. manaſſe quod Iuſtinianus commemorat in l. vltim. C. de decurionibus: vt qui tres mares haberet, ſi vnũ ex iis qui Decurio eſſet, in Senatum maximum, id eſt Romanum, allegendum curaret, ei curiæ liberationem pateret.

S.C. Silanianum de quæſtione familiæ, Auguſti temporibus factum nonnullis videtur, Dolabella & Silano coſſ. anno DCCLXII. quibus idcirco aſſentiri vix poſſim, quia neque leges, neque ſenatuſconſulta ex cognominibus appellabantur: tametſi video & Piſonianum, & Neronianum eodem modo nominari. Vti de ſeruis eius qui domi ſuæ necatus erit, qui quidem ſub eodem tecto fuerint, neque opem ei tulerint, niſi qui impuberes fuerint, quæſtio habeatur: & conuicti ſummo ſupplicio afficiantur. Qui verò non ſub eodem tecto: ſed in eadem regione fuerint, non aliter puniantur, quàm ſi conſcij fuerint, vt quod ad cauſſam teſtamenti pertinens relictum erit ab eo qui occiſus eſſe dicitur, id ne quis ſciens dolo malo aperiendum, recitandum, deſcribendumque ante quæſtionem de ſeruis habitam curet. qui ſecus faxit, quod eo teſtamento ei relictum fuerit, publicetur. l. 1. & l. 13. & l. 14. D. ad S.C. Silanianum.

S.C. Statilianum vel Domitianum de quinquennij præſcriptione, Auguſti temporibus factum eſt, Tauro & Lepido Coſſ. Anno DCCLXIII. Vt in cognitione teſtamenti eius qui à familia ſua occiſus eſſe dicetur: ante habitam de familia quæſtionem aperti quinquennij tempus hæredibus conſtituatur. l. in cognitione, 13. D. ad S.C. Silanianum.

S.C. Summum, ſiue ſupremum appellatur, quod ſummis Reipublic. temporibus fieri ſolebat: de quo Liuius libro III. Tantum, inquit, terrorem Hernici incuſſere patribus, vt quæ forma ſenatuſconſulti vltimæ ſemper neceſſitatis habita eſt Poſtumio alteri cõſulum negocium daretur, videret ne quid Reſpublic. detrimenti caperet. Salluſtius in Catilinario, Itaque (quod plerunque in atroci negocio ſolet) ſenatus decreuit, darent operam Conſules, ne quid Reſpublic. detrimenti caperet. Ea poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxima permittitur, exercitũ parare, bellum gerere, coercere omnibus modis ſocios atque ciues, militiæque imperium atq; iudicium ſummum habere: aliter ſine populi iuſſu nulli earum rerum Conſuli ius eſt.

S.C. Trebellianum de actionibus à fideicommiſſariis in hæredes transferendis, factum eſt temporibus Neronis, octauo Calend. Septembr. Anneo Seneca, Trebellio Maximo Coſs. Anno DCCCX. Vt cùm æquiſſimum eſſet in omnibus fideicommiſſariis hæreditatibus ſi qua de his bonis iudicia penderent,

ex his eos ſubire, in quos ius fructusq; transferretur, potius quàm cuique periculoſam eſſe ſuam fidem: deinceps actiones quæ in hæredem, hæredibusque dari ſolent, eæ neque in eos, neque his darentur, qui fidei ſuæ commiſſum, ſicuti rogati eſſent, reſtituiſſent: ſed his & in eos quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum fuiſſet, quo magis in reliquum cõfirmentur ſupremæ defunctorum voluntates. Hęc Vlpianus l. 1. D. eod.

S. C. Turpillianum de accuſationibus deſertis. Factum fortaſſe Imp. Nerone, C. Silio, M. Turpilliano Coſſ. Anno DCCCX. Vt qui crimen publici iudicij detulit, & Cauſſa criminis ordinata, id eſt, inſcriptionibus depoſitis, & fideiuſſore de exercenda lite præſtito, eoque qui accuſatur, ſub cuſtodia officij facto, non impetrata abolitione ab executione criminis deſtitit: qui accuſatorem ſummiſit, aut inſtigauit, aut mandauit alicui, & inſtruxit eum ad accuſationẽ capitalem, deinde probationes, allegando excuſationes, qui chirographum ob accuſandum dedit, pactionémve aliquam interpoſuit, pœna quinque librarum auri multetur. l. 1. & paſſ. C. & D. ad Turpill. l. tertia, in fine, D. de præuaric.

S. C. Tertyllianum de liberorum hæreditatib. matri deferendis, D. Pio imperante factum eſt, Tertullo & Sacerdote Coſſ. Vt mater ingenua triũ liberorum ius habens, libertina quatuor ad liberorum inteſtatorum hæreditatem admittatur, ſiue ſui iuris, ſiue in patris poteſtate ſit, ita tamen vt ſi filiafam. ſit, parentis iuſſu hæreditatem adeat: deinde vt filio mortuo, ſui: filia mortua, liberi præferantur matri: vtrouis mortuo, pater, non etiam auus: item conſanguineus, ſiue ſolus ſit, ſiue cum eo ſoror, eidem præferantur: conſanguinea verò ſola pariter cum matre ſuccedat. l. 1. & 2. D. eod. & libro Inſtit. 3. titul. 3.

S. C. Tacitum cuiuſmodi fuerit, Capitolinus in Gordianis docet his verbis. Omnino exemplum Senatuſconſulti taciti non aliud eſt hodie quàm quod veſtra clementia conuocatis ad interiora maioribus ea diſponit quæ non ſunt omnibus publicanda: de quibus adiurare etiam ſoletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres neceſſitates publicæ repererunt, vt ſi fortè aliqua vis ab hoſtibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare conſilia, vel aliqua conſtituere quæ non prius oporteret dici quàm effici, vel ſi nollent ad amicos aliqua permanare, ſenatuſcõnſultum tacitum fieret: ita vt non ſcribæ, nõ ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, ſenatores exciperent, ſenatores omnium officia cenſualium ſcribarumque complerent, ne quid fortè proderetur.

S. C. Velleianum de mulierum interceſſionibus, factum eſt Marco Silano & Velleio Tutore Coſs. ne ius aduerſus mulieres diceretur, quæ fideiuſſionibus & mutationibus pro aliis interceſſiſſent: cùm eas virilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obſtringi, nõ ſit æquum. Ergo in veterem debitorem, aut in eum qui pro ſe conſtituiſſet mulierem ream, dabitur: magis enim ille, quàm creditor mulierem decepit. l. 1. & 2. D. eod.

S. C. Velleianum de aſſignatione libertorum, factum eſt Claudianis temporibus, Velleio Rufo, Oſteorio Scapula Coſs. Si quis duos pluréſve liberos iuſtis nuptiis quæſitos in poteſtate haberet, de liberto libertáve ſua ſignificaſſet, cuius ex liberis ſuis eum libertum, eámve libertam eſſe vellet: is eáve quandoq; is qui eum eámve manumiſit, inter viuos vel teſtamento in ciuitate eſſe deſiſſet, ſolus ei patronus, ſoláve patrona eſſet, perinde atque ſi ab eo eáve libertatem conſecutus conſecutáve eſt, neque ei liberi vlli eſſent: ceteris eius liberis qui manumiſit, perinde omnia iura ſeruentur, ac ſi nihil de eo liberto, eáve liberta is parens ſignificaſſet. l. 1. D. de aſſig. libert.

S. C. Vitraſianum de fideicom. libertatib. Factum opinor Veſpaſiano imperante, Sulpitio Galbo, Vitraſio Pollione Coſs. Vt patres ſeruorum quibus per fideicommiſſum libertas data eſt iuſto precio æſtimẽtur: atque ita ſeruus ab his qui rogati ſunt manumittatur: hi autem qui eos manumiſerunt, precij nomine perinde fratribus & cohęredibus ſuis obligati ſint, atque ſi ob eam rem ex iudicati cauſſa cum his agi poſſit. Nam antè ſi plures hæredes erant inſtituti, & inter eos qui fari non poterant, ſed non ipſe rogatus erat ſeruum manumittere: non oportebat intercidere libertatem ob hoc quod cohæredibus ſuis vendere eum infans non poſſit. l. cum quaſi, 30. §. ſi plures, D. de fideicom. libert.

S. C. Vigintiuirale, factum eſt Auguſto Imp. Tiberio & Varo Coſs. Anno DCCCLI. Vt viginti viri ex equitibus conſtituerentur, quorum deinceps nullus in ſenatum allegeretur, niſi quem etiam alium magiſtratum cuius ratione ſenator poſſet fieri, geſſiſſet. Hi viginti viri in locum XXVI. virorum ſucceſſerunt: quorum tres capitalibus iudiciis, alij tres pecuniæ ſignandæ præfecti ſunt: quatuor viis vrbis, decem iis iudiciis, quæ ad centum viros ſorte deferuntur. Vt quoniam nemo facilè Tribunatum plebis petebat, ſorte ex iis qui Quæſtores fuiſſent dum quadrageſimum annum attigiſſent, deligerentur. Dio lib. 54.

S. C. Voluſianum de coitione in litem: vt qui improbè in alienam litem coeunt, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius redactum fuerit, inter eos communicaretur, lege Iulia de vi priuata tenerentur. l. 6. D. ad leg. Iul. de vi priuat.

DE SENATV ET S. C. FINIS.

EIVSDEM

EIVSDEM AVCTORIS DESCRIPTIO EORVM IVRISCONSVLTORVM, QVI A POMPONIO SVB TITVLO de orig. iur. enumerantur.

S. Papyrivs Iuriſconſultus, Tarquinio Superbo regnante floruit. Is leges omnes à Regibus latas in ordinẽ redegit, vnumq́ue in librum coegit, qui liber iccirco Ius ciuile Papyrianum appellatus eſt. Pompon. l.2.§.1.&§.18. De orig. iur. Videtur is fuiſſe Papyrius quem Dionyſ. Halicarn. ſcribit primum Regem ſacrificulum creatum fuiſſe, quem Manium appellat. Superbum autem non Demarati filium, vt Pomponius: ſed nepotem, Liuius: pronepotem Dionyſius appellant.

Ap. Clavdivs, Decemuir Iuriſconſultus, Anno cccii. quo leges xii. tabularum conſcriptæ & cõſtitutæ fuerunt. Eius maximum in iis legibus conſcribendis conſilium extitiſſe, Pomponius tradit l.2.§.18. De orig. iur.

Hermodorvs Epheſius Iuriſconſultus, legum quæ à legatis Romanis ex Græciæ ciuitatibus allatæ ſunt, quum in Italia tum fortè exularet, interpres fuit. obeamq́ue cauſſam ſtatua ei in Comitio dicata eſt. Plin. lib. 34. cap. 5. & Pompon. l.2.§ 1. D. de orig. iur. vbi tamen Auctorem ſcribit, pro Adiutorem, ſocium, interpretẽ Strabo lib. 14. de Epheſiis commemorans, Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ. τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος. περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτος φησίν, ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι. οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον, φάντες, ἡμέων μηδεὶς ὀνήιστος ἔστω. εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων. δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. id eſt, In ea viri fuere memorabiles. è veteribus quidem Heraclitus cognomento Obſcurus, & Hermodorus. de quo ille ipſe loquens. Digni ſunt, inquit, omnes ad vnum Epheſij, quib. laqueo gula frangatur: qui Hermodorum virum inter ipſos vtilem exilio multarunt, dicentes: Nemo noſtrûm vtilis eſto: alioqui, alio in loco & apud alios ſit. Fertur etiam is leges quaſdam Romanis conſcripſiſſe.

Ap. Clavdivs Cæcus Iuriſconſultus, Cenſor fuit Sulpitio, Sempronio Coſſ. Anno ab V.C. cdxlix. Primus actiones, id eſt, formulas de vſurpationibus ſcripſit: ſcribæ ſuo Cn. Flauio ſuaſit, vt faſtorum tabulam exſcriberet, eamq́ue promulgaret. Plinius lib. 33. cap. 1. & Pompon. l.2.§.18. De orig. iur. Tribonianus autem in eadem l.§.5. ſcribit eum legis actiones propoſuiſſe, quarum librum ſurreptum poſtea Cn. Flauius populo tradiderit.

Cn. Flavivs, Cn. F. ſcriba, Iuriſconſultus, Sulpitio, Sempronio Coſs. Anno ab V. condita cdxlix. Is patre libertino, humili fortuna ortus, ceterùm callidus vir & facundus, Ædilis curulis fuit. ciuile ius repoſitum in penetralibus Pontificum euulgauit, faſtosq́ue circa forum in albo propoſuit: vt quando lege agi poſſet, ſciretur. Ob id munus Ædilis curulis & Tribunus plebis creatus eſt. Liuius lib. 9. extremo, Cicero pro Muræna, Gellius lib. 6. cap. 9. Plinius lib. 33. cap. 3. Pomponius l.2.§.5. De orig. iur.

P. Sempronivs Sophus Iuriſconſultus Coſ. cum P. Sulpitio Sauerrione, anno ab V. condita cdlix. Pomponius ſcribit in l.2.§.18. hunc à populo Roman. Sophum eſſe appellatum, nec quenquam ante hunc aut poſt hunc hoc nomine cognominatum eſſe. quum tamen plures in Conſulum tabulis hoc cognomine afficiantur, & conſtet Atilium, Lælium & Catonem Sapientes cognominatos fuiſſe.

T. Corvncanivs Iuriſconſultus, Conſul cum P. Valerio, Anno ab Vrbe condita, cdlxxii. Primus ius ciuile docere ac profiteri cœpit, quum priores id in latenti retinere cogitarent, ſolumq́ue conſultatoribus vacare. Pompon. l.2.§.18. De origine iur. Cicero in Bruto ſcribit ex Pontificum commentariis intelligi eum longè plurimum ingenio valuiſſe. Idem in lib. de Orat. 3. Pontificem Maximum eum fuiſſe tradit, ad eum, eiúſque ſimiles de omnibus diuinis atque humanis rebus referri ſolitum: eundem & in ſenatu, & apud populum, & in cauſſis amicorum, & domi, & militię conſilium ſuum fidemq́ue probaſſe. Eadem ferè in Epitome Liuiana xviii.

Q. Fabivs Iuriſconſultus, cuius ad Carthaginienſes legatio celebratur: Cornelio, Sempronio Coſs. Anno dxxxii. nam quum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, vna pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, vtram mallet referre Romam, vtramque ſuſtulit, & ait: Carthaginienſes petere debere vtram mallẽt accipere. Hæc Pomponius. Aliter tamen Gellius lib. 10. cap. 27. aliter etiam Polyb. lib. 3. Liuius lib. 21. & Appianus libro De bello Hiſpan.

Sex. Ælivs Paitus Catus Iuriſconſultus, Conſul fuit cum T. Quinctio Flaminio, Anno dlii. qui propter Iuris ciuilis ſcientiam ſic appellatus à ſummo poeta eſt, Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus: vt ait Cicero libro De Orat. 1. qui in Bruto hunc quoque ait iuris quidem ciuilis peritiſſimum, ſed etiam ad dicendum paratum: & Tuſcul. prima hunc eundem verſum profert. Varro autem in libro De ling. 6. Cata, inquit, acuta. Hoc enim verbo Sabini dicunt. quare Catus Ælius Sextus, nõ, vt aiunt, ſapiens: ſed acutus. Pomponius autem his verbis, Sextum Ælium etiam Ennius laudauit, & extat illius liber, qui

inſcribitur Tripartita: qui liber veluti cunabula iuris continet. Tripartita autem dicitur, quoniam lege XII. tabularum præpoſita, iungitur interpretatio, dein ſubtexitur legis actio. eiuſdem eſſe tres alij libri referuntur: quos tamen quidam negant eiuſdem eſſe. Plinius verò lib. 33. cap. 2. L. Pauli qui Perſeum deuicit generum ait fuiſſe. & quum legati Ætolorum in Conſulatu prandentem in fictilib. adiſſent, miſſa ab his vaſa argentea non accepiſſe, neque aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem quàm duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob virtutem donaſſet.

P. ÆLIVS PÆTVS Iuriſconſultus, Conſul fuit cum Cn. Cornelio, Anno DXLIX. apud Liuium lib. 32. & Pomponium. Plin. lib. 18. cap. 18. Plutarchum in Africano.

P. ACILIVS Iuriſconſultus. Cicero in Lælio: Scimus L. Acilium apud patres noſtros appellatum eſſe Sapientem, quia prudens eſſe in iure ciuili putabatur. Hunc quoque primum à populo ſapientem appellatum fuiſſe, Pomponius ſcribit. Meminit Cicero in Catone, libro De officiis 2. De diuin. 1. Epitome Liuiana 49. Nonnullis tamen in libris Atilius nominatur.

P. CORNELIVS Scipio Naſica Iuriſconſultus, Conſul fuit cum M. Glabrione, Anno DLIX. adoleſcens nondum Quæſtorius optimus in ciuitate iudicatus eſt, eidemque publice domus in ſacra via data, quo facilius conſuli poſſet. Liuius lib. 29. & Pompon. l. 2. §. 10. de Orig. iuris.

M. PORCIVS Cato, Iuriſconſ. Conſul fuit cum L. Valerio, anno DLV. Iuris ciuilis peritiſſimus fuit, vt Cicero ait libro De oratore primo: libros etiam de iure reliquit, vt ſcribit Pompon. d. l. 2. Eius res geſtas Plutarchus in vitis exponit, & Liuius lib. 33. & 34. ſed maximè lib. 39. ex quo elogium hoc Catonis noſtri quin deſcribam, facere non poſſum. In hoc viro tanta vis animi ingeniique fuit, vt quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus fuiſſe videretur. nulla ars neque priuatæ, neque publicæ rei gerendæ ei defuit. Vrbanas ruſticáſque res pariter callebat. ad ſummos honores alios ſcientia iuris, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit: huic verſatile ingenium ſic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnum diceres quodcunque ageret. in bello manu fortiſſimus, multiſque inſignibus clarus pugnis: idem poſteaquam ad magnos honores peruenit, ſummus imperator: idem in pace, ſi ius conſuleres, peritiſſimus: ſi cauſſa oranda eſſet, eloquentiſſimus. nec is tantum, cuius lingua viuo eo viguerit, monimentum eloquentiæ nullum extet, viuit imò, vigetque eloquentia eius, ſacrata ſcriptis omnis generis. Orationes & pro ſe multæ, & pro aliis, & in alios. nam non ſolùm accuſando, ſed etiam cauſam dicendo fatigauit inimicos, ſimultates nimio plures & exercuerunt eũ, & ipſe exercuit eas. nec facilè dixeris, vtrum magis preſſerit eum nobilitas, an ille agitauerit nobilitatem. Aſperi procul dubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberę fuit: ſed inuicti cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ, cõtemptor gratiæ, diuitiarum; in parſimonia, in patientia laboris periculique ferrei propè corporis animiq;: quem ne ſenectus quidem, quæ ſoluit omnia, fregerit: qui ſextum & octogeſimum annum agens, cauſam dixerit, ipſe pro ſe orauerit, ſcripſeritque: octogeſimo anno Ser. Galbam adduxerit in iudicium.

M. PORCIVS Cato Iuriſconſultus, Marci ſuperioris filius. Is Prætor deſignatus patre viuo mortuus eſt. Plurimos in iure ciuili libros reliquit. Gellius lib. 13. cap. 18. Pompon. De orig. iur. Cicero de Orat. ſecundo. Huius ea creditur fuiſſe regula, quæ Catoniana in noſtris libris appellatur lib. Digeſt. 34. vt legatum quod non valeret, ſi teſtamenti facti tempore teſtator deceſſiſſet; quandocunque is decedat, non valeat. Celebratur etiã eius de diuiduis & indiuiduis ſtipulationibus diſputatio, in l. 4. D. de verb. oblig. Citatur & à Iuſtin. lib. 1. Inſt. tit. de adopt. Paulo l. 44. Solut. mat. Vlpiano l. 10. De ædil. edict. Celſo l. 18. D. de verb. ſign.

P. MVTIVS Scæuola Iuriſconſultus, Conſul fuit cum L. Calpurnio, anno DCXVII. & Pontifex Maximus fuit, quo anno Tib. Gracchus interfectus eſt. Decem de iure libellos reliquit. Pomponius d. l. 2. Cicero de Orat. 2. & pro Cæcinna, De legib. 1. De nat. deor. 3. Pompon. l. vlt. De iur. immunit. Aſcon. Verrin. 2. Interiit eo morbo quem phthiriaſin appellant. Plutarchus in Sylla.

M. IVNIVS Brutus Iuriſconſultus, vir Prætorius fuit, ſeptemque, vt ait Pomponius, reliquit libros. Ceſar tamen apud Ciceronem lib. de Orat. 2. audiſſe ſe ait ex Scæuola quum diceret, tres duntaxat veros Bruti libros fuiſſe. In eodem libro Bruti in iure deſcribẽdo ratio improbatur, quòd hypotheſes nõ theſes exponeret. Eius meminit Cicero in Cluentiana, lib. Epiſt. fam. 7. Gellius lib. 18. cap. 7.

M. MANILIVS Iuriſconſultus, Conſul fuit cum L. Marcio Cenſorino, Anno DCI. Tres in iure reliquit libros, extabant etiam Pomponij ætate volumina inſcripta Manilij monumenta. Hunc Craſſus libro de Orator. tertio, ſcribit ſe vidiſſe tranſuerſo ambulantem foro: quod erat inſigne eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam. Conſulatus etiam in Bruto meminit. Gellius etiam Doctrinæ libro 18. cap. 7. Cicero eius librorum De mancipiis vendendis, De Orator. 1. Varro de Re ruſt. perſæpe.

P. RVTILIVS Rufus Iuriſconſultus, Conſul fuit cum M. Manilio, Anno DCXLV. M. Manilij, de quo diximus, diſcipulus, vt Pomponius teſtatur. Cicero in Bruto ſcribit eum magnum de iure reſpondendi munus ſuſtinuiſſe, eiúſque operam atque induſtriam propterea gratiorem fuiſſe. Memoratur eius iniuſta damnatio, quòd quum ambitus à Scauro accuſatus eſſet, noluerit ſuam cauſſam ornatius dici quàm ſimplex veritatis ratio poſtularet. qua de re libro De Orator. primo. in Bruto, De natur. deor. 3. De finibus 2. Tuſculan. 4. Officio. 2. pro Plancio, pro Balbo in Piſonem, pro Fonteio, pro Poſthumo, pro Cluentio. Valerius lib. 2.

PAVLVS VERGINIVS Iuriſconſultus. Hic apud Pomponium numeratur: corruptè, mea ſententia, quum iſto modo nominetur nemo. Paulus præterea Æmiliorum eſt cognomen. Quum autem Cicero in Bruto Scaurum Rutilio adiungat, Panætij diſcipulum & conuictorem in 3. de Oratore appellet, & Pomponius hoc loco Panætij auditores enumeret, haud ſcio an pro SCAVRVS VIGELLIVS, repoſuerit aliquis PAVLVS VERGINIVS.

Q. ÆLIVS Tubero L. Pauli nepos, P. Africani ſororis filius Iuriſconſultus, Triumuir agris, opinor, ex lege Sempronia diuidundis fuit. Hunc in Bruto Cicero Stoicum & doctiſſimum in diſputando fuiſſe ſcribit. Craſſus autem in libro de Orat. 3. Dies, inquit, & noctes virum ſumma virtute & prudentia videbamus philoſopho quum operam daret, Qu. Tuberonem. Pomponius autem Panætij auditorem appellat. vbi tamen PANSÆ deprauatè legitur: vt quod ſequitur QVI ET IPSE CONSVL. nam in Conſulum recen-

lum recenſione Tubero non nominatur hoc tempore. videnturque hęc verba potius ad Scaurum pertinere, Cicero in libro qui inſcriptus eſt, De iure ciuili in artem redigendo, verba hæc poſuit. Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. Hoc ex Gell. lib. 1. cap. 22. Hiſtoria de eo inſignis refertur à Cicerone in ea pro Muræna.

Sex. Pompeivs Iuriſconſultus, Cn. Pompeij Magni patruus fuit. Hic, vt ait in Bruto Cicero, præſtantiſſimum ingenium contulit ad ſummam iuris ciuilis, & ad perfectam Geometriæ & rerum Stoicarum ſcientiam. Hunc eundem in lib. de Orat. 3. Stoicum appellat, & lib. 1. eruditum hominem in philoſophia.

L. Cælivs Antipater Iuriſconſultus, ſcriptor, vt ait in Bruto Cicero, vt temporibus illis luculentus, fuit iuris valde peritus, multorum etiam, vt L. Craſſi, magiſter. Pomponius eum ſcribit maiorem eloquētiæ quàm ſcientiæ iuris operam dediſſe. nam ad hiſtoriam ſcribēdam animum appulit, cui maiorem quàm ſuperiores ſonum vocis addidit: vt ait Cicero libro de Orat. 2. & de Legib. 1.

P. Licinivs Craſſus Mutianus Iuriſconſultus, Conſul fuit cum L. Valerio, Anno dcxix. cognomento Diues, P. Mutij filius, & P. Mutij Scæuolæ Iuriſconſultorum frater germanus à P. Licinio Craſſo adoptatus, domi à patre & fratre ius ciuile didicit. in eo induſtriam conſtat ſummam fuiſſe, maximamque gratiam, quum & conſuleretur plurimum, & diceret. Eloquens etiam fuit. Hæc ex Ciceronis Bruto, & primo de Orat. Gellius autem libro primo, cap. 13. auctor eſt, Hiſtoricos pleroſque ſcripſiſſe, habuiſſe illum quinque rerum bonarum maxima & pręcipua: quòd eſſet ditiſſimus, quòd nobiliſſimus, quòd eloquentiſſimus, quòd iuriſconſultiſſimus, quòd Pontifex Maximus. Pomponius autem hunc ſcribit à Cicerone dici Iuriſconſultorum diſertiſſimum. falsò. nam de L. Craſſo M. Antonij æquali loquitur in Bruto his verbis, Vt eloquentium iuriſperitiſſimus Craſſus, iuriſperitorum eloquentiſſimus Scæuola putaretur. Meminit Velleius libro ſecundo, Cicero in Catone, ad Attic. lib. 5. Plinius 11. Valerius lib. 8. cap. 6. Epitome Liu. 59. Strabo lib. 13. Eutrop. lib. 4. Florus lib. 2. cap. 22.

Q. Mvtivs Scæuola Iuriſconſultus Conſul fuit cum L. Cæcilio, Anno dcxxxiii. Scæuolæ filius, Pontifex Maximus, item vt pater: iuriſconſultiſſimus, vt idem. Sic enim Cicero in libro de Legibus ſecundo ſcribit. Pomponius autem hunc ait primum ius ciuile conſtituiſſe, generatim in libros 18. redigendo. Cicero in Lælio tradit eum primum Augurem deinde Ædilem cum L. Craſſo fuiſſe: item libro Offic. ſecundo, & de Conſulatu, libro de Orat. 1. meminit. Appianus autem lib. ἐμφυλ. α. ſcribit eum C. Marij iuſſu occiſum in Tyberim proiectum eſſe: itemque Lucanus lib. 2. Velleius lib. 2. Florus lib. 3. cap. 23. Valerius lib. 9. & lib. 8. Cicero de Natura deor. 3.

C. Aqvilivs gallvs Iuriſconſultus Prætor, de ambitu quæſtionem exercuit, cùm eius collega Cicero eſſet: vt ipſe in Cluentiana teſtatur. Hunc Qu. Mutij Pont. Max. auditorem fuiſſe Pomponius tradit. Cicero autem in Bruto, Seruij Sulpitij præceptorem in iure, hominem acutum & exercitatum, prompta in agendo & in reſpondendo celeritate prędîtum fuiſſe. ab eo ipſo prolata eſt, de dolo malo formula, quam idem libro De natura Deor. 3. & de Offic. 3. euerriculum malitiarum omnium appellat. Eius extat laudatio in Orat. pro Cæcinna, his verbis: Hoc loco percommodè accidit, quòd non adeſt is qui paulo antè affuit, & adeſſe nobis frequenter in hac cauſa ſolet, vir ornatiſſimus C. Aquilius. Nam ipſo præſente, de virtute eius & prudentia timidius dicerē, quòd & ipſe pudore quodam afficeretur ex ſua laude, & me ſimilis ratio pudoris à præſentis laude tardaret. cuius auctoritati dictum eſt ab illa cauſſa concedi nimium non oportere. Vereor de tali viro ne plus dicam, quàm vos aut ſentiatis, aut apud vos commemorari velitis. Quapropter hoc dicam, nunquam eius auctoritatem nimium valere, cuius prudentiam pop. Roman. in cauendo, non in decipiendo perſpexerit: qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate ſeiunxerit: qui tot annos ingenium, laborem, fidem ſuam populo Rom. promptam expoſitamq; prębuerit: qui ita iuſtus & bonus vir eſt, vt natura nō diſciplina conſultus eſſe videatur: ita peritus ac prudens, vt ex iure ciuili, non ſcientia ſolum quædam, verumetiam bonitas nata videatur: cuius tantum eſt ingenium, ita prompta fides, vt quicquid inde hauriās, purum liquidumque te haurire ſentias. Eiuſdem iudicium ſingulare Valerius lib. 8. cap. 2. commemorat fuiſſe, rem tamen non aperit. Is eſt de quo Cicero in Topicis memoriæ prodidit: ſi quis ad eum quid tale retulerat, vt de facto quæreretur, ad Ciceronem, inquibat. ſignificans Iuriſconſultos non de facto, ſed de iure conſuli oportere.

L. Lvcilivs Balbus Iuriſconſ. L. Mutij auditor à Pomponio nominatur: à Cicerone autem in Bruto Seruij Sulpitij cùm C. Aquilio in iure præceptor. vbi hunc doctum & eruditum hominem appellat, & tum in agendo, tum in reſpondendo conſiderata tarditate præditum. Meminit idem libro ad Attic. 8. Sed qui in libris De Natura deorum diſputat Qu. Balbus, eſt huiuſce, vt videtur frater.

Sex. Papyrivs Iuriſconſultus, inter Seruij Sulpitij præceptores à Pomponio numeratur.

C. Ivventivs Iuriſconſultus à Pomponio inter Seruij Sulpitij præceptores numeratur. Cicero autem in Bruto T. Iuuentium Iuriſc. nominat: quem alium ab hoc fuiſſe ratio temporum declarat. Multis enim poſt hanc Seruij iuuentutem annis numeratur. In eodem genere, inquit, cauſſarum multum erat T. Iuuentius, nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus, ſed & callidus, & in càpiendo aduerſario verſutus, & præterea nec indoctus, & magna cum iuris ciuilis intelligentia.

Ser. Svlpitivs Iuriſconſul. Conſul fuit cum M. Marcello, Anno dccii. Hic præceptores adoleſcens habuit in iure, Aquilium, Balbum, Papyrium, & Iuuentium: vt Pomponius teſtatur, cuius hæc verba ſubſcribemus: Seruius cùm in cauſis orandis primum locū, aut pro certo poſt M. Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Quintum Mutium de re amici ſui perueniſſe. cúmque eum ſibi reſpondiſſe de iure, Seruius parum intellexiſſet, iterum Quintum interrogaſſe, & à Quinto Mutio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita obiurgatum eſſe à Quinto Mutio. Namque eum dixiſſe, turpe eſſe Patricio, & nobili, & cauſſas oranti, ius in quo verſaretur, ignorare. ea velut contumelia Seruius, tractatus operam dedit iuri ciuili: & plurimum eos de quibus locuti ſumus, audiit. Inſtitutus à Balbo Lucilio, inſtructus autem maximè à Gallo Aquilio, qui fuit Cercinnæ. Itaque libri complures eius extant Cercinnæ confecti. Hic cùm in legatione periſſet, ſtatuam ei pop. Rom. pro Roſtris poſuit hodieq; extat pro Roſtris Auguſti. huius volumina complura

extant. reliquit autem propè centum & octoginta libros. Cicero autem in Bruto, cum ſcribit eloquentiæ tantum aſſumpſiſſe, vt ius ciuile facilè tueri poſſet. Nec facilè, inquit, quem dixerim plus ſtudij, quàm illum & ad dicendum, & ad omnes bonarum artium diſciplinas adhibuiſſe. Item, Atque haud ſcio an par principibus eſſe potuiſſet, ſed fortaſſe maluit id quod eſt adeptus, longè omnium non eiuſdem modò ætatis, ſed eorum etiam qui fuiſſent, in iure ciuili eſſe princeps. Sic enim exiſtimo, iuris ciuilis magnum vſum & apud Scæuolam & apud multos fuiſſe, artem in hoc vno: quod nunquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ doceret rem vniuerſam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obſcuram explanare interpretando, ambiguam primùm videre, deinde diſtinguere, poſtremò habere regulam, qua vera & falſa indicarentur, & quæ quibus propoſitis eſſent, quæque non eſſent conſequentia. Hic enim attulit hanc artem, artium omnium maximam quaſi lucem ad ea quæ confusè ab aliis aut reſpondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis, ſed adiunxit etiam & literarum ſcientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex ſcriptis eius, quorum ſimilia nulla ſunt, facillimè perſpici poteſt. Cumque dicendi cauſſa duobus peritiſſimis operam dediſſet, L. Lucilio Balbo, C. Aquilio Gallo, Galli hominis acuti & exercitati promptam & paratam in agendo & in reſpondendo celeritatem ſubtilitate diligentiaque ſuperauit. Balbi docti & eruditi hominis in vtraque inconſideratam tarditatem vicit expediendis conficiendiſque rebus: ſic & habet quod vterque eorum habuit, & expleuit quod vtrique defuit. Hæc Cicero. Idem præterea in Muræniana oſtendit, Sulpitium Quæſturam Præturamque geſſiſſe: quæſtionemque peculatus ei in Prætura obtigiſſe. Aſconius autem in argumento Milonianę ſcribit eum Anno DCCI. v. Calend. Martias, menſe intercalario interregem factum, vt Cn. Pompeium ſolum conſulem crearet: anno verò inſequenti ipſe cum M. Marcello Conſul, vt diximus, factus eſt. Cumque oppreſſa à Iulio Cæſare ciuitate Athenas ſe contuliſſet, tandemque ab illo reſtitutus, Græciæque præfectus fuiſſet, Romam reuerſus eſt, legatúſque à Senatu ad M. Antonium Triumuirum, qui Mutinæ D. Brutum obſidebat, miſſus: vt eum à perditis conſiliis ad ſanitatem pacemque reuocaret. Qua in legatione interiit, vt ex eius legatione apud Ciceronem intelligitur, quæ Philippica IX legitur. Meminit idem libro Epiſt. fam. 7. ad Attic. 5. Gellius lib. 2. cap. 10. & lib. 6. cap. 8.

P. ALFENVS Varus Iuriſconſultus, Conſul fuit cum P. Vinutio, Anno DCCLIIII. vt Pomponius ſignificat, qui Seruij Sulpitij diſcipulum, hunc fuiſſe adſcribit, plurimumque ex ipſius auditoribus auctoritatis habuiſſe. Gellius quoque lib. 6. cap. 5. eiuſdem diſcipulum appellat, eiúſque librum Digeſtorum trigeſimumquartum, & Collectaneorum ſecundum citat. Et eodem pertinet l. cum ſcriptum, 6. D. de dot. releg. Horatius Serm. 1.

—vt Alfenus Vafer omni
Abiecto inſtrumento artis, clauſaq; taberna
Sutor erat.

Vbi Acron: Vrbane, inquit, Alfenū Vafrum Cremonenſem deridet, qui abiecta ſutrina, quam in municipio ſuo exercuerat, Romam venit: magiſtroque vſus Sulpitio iuriſconſulto, ad tantam peruenit ſcientiam, vt & conſulatum gereret, & publico funere efferretur. Aliter. Alfenus ſutoris filius, qui ita iuris ſtudio intendit, vt beneficio artis huius latum clauum ſumeret, & ad conſularem conſurgeret dignitatem. ſunt qui dicant hunc Cremonenſem fuiſſe. Vafer autem, aſtutus, cordatus. Antiqui etiam pro bono hoc dicebant. Alfenum item alterum ab hoc Lampridius inter Alexandri Imp. conſiliarios numerat, Vlpiani, Pauli, Pomponij, aliorum multorum æqualem.

A. OFILIVS Iuriſconſultus Seruij Sulpitij auditor numeratur à Pomponio, qui eundem in equeſtri ordine permanſiſſe tradit: Cæſarique familiariſſimum fuiſſe, & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquiſſe. primumque de legibus Viceſimæ conſcripſiſſe, item de iuriſdictione, eundem edictum prætoris diligenter compoſuiſſe. Huius Ofilij vxor ea fuiſſe videtur Clodia, quam Plinius lib. 7. cap. 48. centum & quindecim annos vixiſſe, quindecies autem enixam eſſe tradit. Meminit Cicero libro Epiſt. fam. 7. & 16. Ad Attic. 13.

T. CÆSIVS Iuriſconſultus Seruij Sulpitij auditor numeratur à Pomponio. Apud Ciceronem, Marcum & Sextum Cæſium reperio. ſed nihil ad noſtrum.

AVFIDIVS Tucca Iuriſconſultus Seruij Sulpitij auditor numeratur à Pomponio. Cicero. T. Aufidij in Bruto meminit, qui vixit ad ſummam ſenectutem, eratque & bonus vir & innocens. ſed dicebat parum. Fuit & T. Aufidius Aſiæ prætor: in Orat. pro Flacco.

AVFIDIVS Namuſa Iuriſconſ. Ser. Sulpitij auditor numeratur à Pomponio, traditurque condiſcipulorum ſuorum ſcripta in centum quadraginta libros digeſſiſſe.

FLAVIVS Priſcus Iuriſconſultus Seruij Sulpitij auditor numeratur à Pomponio.

C. ATEIVS Pacuuius Iuriſconſultus Seruij Sulpitij auditor à Pomponio numeratur.

LABEO Antiſtius Cinna Iuriſconſult. Ser. Sulpitij auditor à Pomponio numeratur. Tribunus plebis fuit, Sylla & Pompeio Coſs. De quo Cicero in Bruto, Rabula, inquit ſanè probabilis: qui multos cùm tacuiſſet annos, neque contemni ſolum, ſed irrideri etiam ſolitus eſſet, in Tribunatu primùm contra C. Iulij illam Cōſulatus petitionem extraordinariam veram cauſſam agens eſt probatus. Itaque poſt Tribunatum primò multæ ad eum cauſſæ, deinde omnes, maximæ quæcunque erant, deferebantur. Hęc Cicero. Plutarchus autem & Oroſius, Appianus item & Velleius tradunt hunc cùm Pompeij ſocer eſſet, vt Syllanum à Marianis interfectum fuiſſe. Appianus autem libro bell. ciuil. quarto extremo factum eius memorabile prodit, quod ſubiiciam: Λαβεὼν δὲ ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ᾽ ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιωνύμου, βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐτάρκη σώματι περιορυξάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τοῖς θεράπουσιν ἐντειλάμενος ἐπέσκηψε τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς παισὶ περὶ ὧν ἐβούλετο, καὶ τὰ γράμματα φέρειν ἔδωκε τοῖς οἰκέταις. τὸν δὲ πιστότατον τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν, ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε. καὶ τῷδε μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο, Labeo verò doctrina & prudentia clarus, pater Labeonis qui propter iuris ciuilis peritiam hodieque celebratur, cùm foſſam in tabernaculo ſuo pro corporis ſui magnitudine fodiſſet, mandataque ſuis ſeruis

cæteris

cæteris de rebus dediſſet, vxori ac liberis vt voluit proſpexit, literáſque ſeruis ad eos dedit. Tum eorum fideliſſimum dextra prehendit, eumque circumegit, vt mos eſt Romanis manumittere, conuerſoque gladium tradidit, & iugulum præbuit. atq; huic quidem tabernaculum pro ſepulchro fuit.

PVBLICIVS Gellius Iuriſcon. Seruij Sulpitij auditor à Pomponio numeratur in libris Florentinis: corruptè. duarum namque familiarum hæc nomina ſunt. In vulgatis libris, Publius Cæcilius. Legendum opinor, Publicola Gellius, pro Pomponij & ipſius ætatis conſuetudine. vt ſit L. Gellius Publicola, de quo Cicero in Bruto, Non tam vendibilis orator, quàm vt neſcires quid ei deeſſet. nec enim erat indoctus, nec tardus ad excogitandum, nec Romanarum rerum immemor, & verbis ſolutus ſatis, ſed in magnos oratores inciderat eius ætas. multam tamen operam amicis & vtilem præbuit, atque ita diu vixit, vt multarum ætatum oratoribus implicaretur, multum etiam in cauſis verſaretur. Hunc Valer. Max. lib. 5. cap. 9. omnibus honoribus ad Cenſuram vſque functum fuiſſe tradit.

C. TREBATIVS Iuriſconſultus, eques R. Ciceronis familiariſſimus, ad quem extant ſcripta ab eodem Topica, & epiſtolæ complures, omnes propè feſtiuæ & iucundæ. Hunc Pomponius Cornelij Maximi auditorem fuiſſe tradit, compluréſque reliquiſſe libros, ſed qui parum frequententur. Eiuſdem autem tantam apud Auguſtum auctoritatem fuiſſe Iuſtinianus ſub titul. De codicillis, tradit, vt eius ſuaſu atque conſilio codicillorum vſum receperit. Extat etiam Horatij Satyra libro Sermonum II. ad Trebatium Iuriſconſultum, quem, niſi Porphyrionis me moueret auctoritas, vix hunc eundem fuiſſe putarem: cùm etiam Acron eum Iuriſperitum quendam nominet. Porphyrio verò ſcribit eum locum obtinuiſſe inter Poetas, & aliquot libros de iure ciuili compoſuiſſe, & de religione nouem. Citantur autem De religione libri eius à Macrob. lib. 3. cap. 4.

A. CASCELIVS Iuriſconſultus, Quæſtorius fuit: nec vltra, inquit Pomponius, proficere voluit, cùm illi etiam Auguſtus Conſulatum offerret. Quod autem apud eundem ſic legitur, Fuit Aulus Caſcelius, Quintus Mutius Voluſij auditor, denique in illius honorem teſtamento Publium Mutium nepotem eius reliquit hæredem: corruptum videtur. Primum enim QVINTI Mutij in ſecundo caſu poſtulat, quod ſtatim de P. Mutio eius nepote infert. At verò Voluſius non cognomen ſed nomen familiæ fuit. Plinius autem Volcatium nominat huiuſce præceptorem lib. 8. cap. 40. Remedium igitur aut ab antiquo libro, aut ab eruditiore aliquo expectemus. nunc illud quod Macrobius refert lib. 2. cap. 16. adiiciemus. Caſcelius Iuriſconſultus vrbanitatis. Quod autem de Furio & Caſcelio prædiatoribus Cicero pro Balbo, & Valerius Max. lib. 8. cap. 13. commemorant, quos Qu. Scæuolæ æquales faciunt, nihil ad hunc noſtrum pertinere conſtat. Huius autem noſtri ſcripta præter vnum librum Benedictorum, Pomponius ſuo tempore non extitiſſe affirmat. Benedicta autem facetas & acutas reſponſiones quales ſuperius protulimus, interpretamur.

Q. ÆLIVS Tubero Iuriſconſultus patricius, vt ait Pomponius, fuit, & à cauſis agẽdis ad ius ciuile trãſiit, maximè poſtquam Q. Ligarium accuſauit, nec obtinuit apud Caium Cæſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui cùm Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire: quo nomine eum accuſauit, & Cicero defendit. Tuberonem autẽ cùm dicit, patrem intelligit. Nam vt ex huius Oratore intelligitur, Q. Ligarius à C. Conſidio proconſule prouinciæ præfectus fuerat. Cùm autem Actius Varus in eam, pulſus à C. Cæſare veniſſet, Q. Tuberonem huiuſce patrem, cui ea prouincia obuenerat, portu prohibuit. De filio igitur illa Pompon. quibus hæc addit, Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici & priuati, & complures vtriusque operis libros reliquit. ſermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideo parum libri eius grati habentur. Meminit Cæſar lib. De bello ciuili I.

ATEIVS Capito Iuriſcõſultus quem Pomponius & Tacitus Conſulem fuiſſe produnt, vt valde mirer, Caſſiodorum, & Dionem ſcriptum habere Anno DCCLXIIII. C. Fonteium cum Germanico Cæſare. Hunc Tacitus principem in ciuitate locum ſtudiis ciuilibus aſſecutum tradit lib. 3. extremo. princip ǵque ac dominantibus obſequentiorem fuiſſe. Pomponius autem Ofilio præceptori operam dediſſe, inq; iis quæ ab eo acceperat perſeueraſſe. In eundem M. Pomponii Grammatici memorabile dictum celebratur ab auctore libelli De Grammaticis illuſtribus. Nam cùm Pomponium ex oratione reprehendiſſet, affirmante Ateio Capitone & eſſe illud Latinum, & ſi non eſſet, futurum certè iam inde: Mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes. Meminit Gellius libro 13. cap. 12. lib. 4. cap. 14. lib. 10. cap. 20. Macrob. lib. Satur. 7. cap. 13.

ANTISTIVS Labeo Iuriſconſ. ſuperioris filius, à Pomponio Trebatii diſcipulus fuiſſe traditur, conſulatumq́ue ſibi ab Auguſto delatum recuſaſſe: ſed pluſrimam ſtudiis operam dediſſe, totumque annum ita diuiſiſſe, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. itaque quadringenta volumina reliquiſſe, ex quibus plurima inter manus ſuo tempore verſabantur. Eundem præterea ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapientiæ operam dederat, plurima innouare inſtituiſſe. Hunc Tacitus lib. 3. extremo iuris ciuilis ſcientia Capitonem Ateium antecelluiſſe ſcribit, & incorrupta libertate, atq; icciro fama celebratiorem fuiſſe, Præturamq; eum geſſiſſe tantum: aditum enim ad conſulatum iniuria illi præcluſum fuiſſe. Lubet etiam locum Gellii ex lib. 13. cap. 12. de hoc noſtro ſubſcribere. In quadam epiſtola Atei Capitonis ſcriptum legimus, Labeonem Antiſtium legum atque morum populi Rom. iuriſq; ciuilis doctum apprimè fuiſſe. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia atque vecors: vſque eò, vt D. Auguſto iam principe, & Rempublic. obtinente, ratum tamen penſumq́ue nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctumq́ue eſſe in Rom. antiquitatibus legiſſet. Ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem à Trib. pleb. vocatus reſponderit, Cùm à muliere, inquit, quadam Tribuni plebis aduerſum eum miſiſſent, vt veniret, & mulieri reſponderet: iuſſit eum qui miſſus erat, redire, & Tribunis dicere ius eos non habere, neque ſe, neque alium quenquam vocandi: cùm moribus maiorum Trib pl. prehenſionem haberent, vocationem non haberent; poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe iubere, ſed vocandi abſentem ius non habere. Meminit idem lib. 20. cap. 1. De eodem Suetonius in Auguſto his verbis, Antiſtius Labeo, ſenatus lectione, cùm Triumuirum legeret Marcum Lepidum hoſtem olim eius, & tunc exultantem, interrogatus ab eo, an non eſſent alii dignio-

res, ſuum quemque iudicium habere reſpondit. Nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit.

MASVRIVS Sabinus, Iuriſconſultus, Ateio Capitoni ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, equeſtremque in ordinem iam natu grandem ac propè quinquagenarium receptum fuiſſe, & publicè primum de iure reſpondendo ſcripſiſſe. poſt eum enim hoc beneficium à Ti. Cæſare cepit. Huic, inquit idē, nec amplæ facultates fuerunt, ſed plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Citantur autem eius libri à Gellio & Macrobio multis locis.

COCCEIVS Nerua Iuriſconſultus Antiſtio Labeoni ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, Cæſarique Tiberio familiariſſimus fuiſſe: quod idem Tacitus libro quinto confirmat. Cùm enim libro quarto ſcripſiſſet, Cocceium Neruam, ſenatorem Cōſulatu functum, cui legum peritia, à Tiberio in Campaniā proficiſcente deductum eſſe, tum libro quinto: Nerua, inquit, continuus principis, omnis diuini humanique iuris ſciens, integro ſtatu, corpore inlæſo, moriendi conſilium cepit. Quod vt Tiberio cognitum, adſidere, cauſſas requirere, addere preces, fateri poſtremò graue conſcientiæ, graue famæ ſuæ, ſi proximus amicorum nullis moriendi rationibus vitam fugeret. aduerſatus ſermonem Nerua, abſtinentiam cibi coniunxit. ferebant gnari cogitationum eius quanto propius mala Reipublicæ viſeret, ira & metu, dum integer, dum intentatus, honeſtum finem voluiſſe.

COCCEIVS Nerua Iuriſconſultus, ſuperioris filius, traditur ab Vlpiano, Anno ætatis XVII. aut paulo grandior publicè de iure reſponſitaſſe. l. I. D. de poſtul.

C. CASSIVS Longinus, Iuriſconſultus, Maſurio Sabino ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, natúſque ex filia Tuberonis quæ fuit neptis Seruij Sulpitij: & ideo proauum ſuum Seru. Sulpitium appellaſſe. Conſulque fuiſſe cum Quartino temporibus Tiberij: ſed plurimum in ciuitate auctoritatis habuiſſe, euſque donec eum Cæſar ciuitate pelleret. expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano diem ſuum obiit. Hæc Pomponius. Tacitus autem libro duodecimo, ſcribit hunc imperante Claudio Syriæ præfuiſſe, eaque tempeſtate cæteris præcelluiſſe peritia legum. nam militares artes per otium ignotæ, induſtrióſque ac ignauos pax in æquo tenet. attamen quantum ſine bello dabatur, reuocare priſcum morem, exercere legiones, cura prouiſum, agere perinde ac ſi hoſtis ingrueret. ita dignum maioribus ſuis, & familia Caſſia ratus, per illas quoque gentes celebrata. Et libro decimoquarto, orationem eius commemorat, in Senatu habitam, cùm quæreretur, an vetere ex more familiam omnem Pedanij Secundi præfecti vrbis, quæ ſub eodem tecto fuerat, cùm ille à ſeruo vno interfectus fuiſſet, ad ſupplicium agi oporteret. qua oratione maiorum morem retinendum imitandúmque diſſeruit. At libro 16. Neronem miſſa ad Senatum oratione remouendum à Republic. Caſſium diſſeruiſſe, obieciſſéque Caſſio, quòd inter imaginem maiorum etiam C. Caſſij effigiem coluiſset, ita inſcriptam: DVCI PARTIVM. quod idem Suetonius in Nerone ſcriptum reliquit, adiicitq; eundem Caſſium tunc luminibus orbatum fuiſſe. nec ita multo poſt, Idem Nero appoſuit qui quaſi indices Lepidam Caſſij vxorem, Syllani amitam, inceſtum cum fratris filio, & diros ſacrorum ritus facere denunciarent. tumque Senatuſconſulto Caſſio exilia decernuntur, deportatúſque in inſulam Sardiniam.

CASSIVS Longinus Iuriſc. alter à ſuperiore, numeratur à Pomponio, qui ex equeſtri ordine ad Præturam peruenit.

PROCVLVS Iuriſconſult. à Pomponio traditur Neruæ patri ſucceſſiſſe, tantaque auctoritate fuiſſe, vt cùm acceptam à Labeone & Nerua quaſi ſectam acerrimè tueretur, qui in eam partem ſtudioſi ſe dabant, Proculeiani vocitati ſint. Quo tempore autem, quoque vitæ genere fuerit, non conſtat. Tacitus lib. 18. ſub Othone Proculum Prætorij præfectum nominat. Vlpianus autem in l. diui, D. de iure patron. non leuem iuris auctorem hunc appellat. Duos autem patrem ſcilicet & filium fuiſſe, confirmari ex l. & Proculo, 50. D. de legat. & fideicomm. 2. non poteſt. nam de patre ſuo Celſus, non Proculi perſpicuè loquitur.

CÆLIVS Sabinus Iuriſconſ. Caſſio Longino in iuris diſciplina ſucceſſiſſe traditur à Pomponio, plurimúmque Veſpaſiani temporibus potuiſſe. Cornelius autem Tacitus libro 17. ab Othone deſtinatum ei bimeſtrem Conſulatum cum Flauio Sabino ſcribit: à Calendis Maij ad Cal. Iulias. Eiuſdem Gellius lib. 7. cap. 4. meminit, quem ait ſcriptum reliquiſſe pileatos ſeruos venum ſolitos ire, quorum nomine venditor nihil præſtaret.

PEGASVS Iuriſconſ. Proculo in iuris ciuilis diſſenſione ſucceſſiſſe traditur à Pomponio: præfectuſque Vrbis Veſpaſiani temporibus fuiſse. Creditur is eſse Pegaſus quo Conſulatum cum Pruſione gerente s.c. factum eſt, quod vulgò Pegaſianum vocatur, vt ei qui rogatus eſset hæreditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atq; ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. vt Iuſtin. lib. Inſt. 3. ſub tit. De fideicommiſ. hæred. teſtatur. De hoc illud eſt Iuuenalis Satyra IIII.

Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus vrbi
Anne aliud tunc præfecti? quorum optimus atque
Interpres legum ſanctiſſimus.

PRISCVS Iauolenus Iuriſconſ. Cælio Sabino in iuris ciuilis diſſenſione ſucceſſiſse traditur à Pomponio. vixit autem Adriani & Antonini Pij temporibus. Capitolinus enim in huius vita ſcribit Iauolenum in iure conſtituendo magno huic Imperatori vſui fuiſse. Hunc Iulianus præceptorem ſuum fuiſse ſcribit in l. an apud ſe, 5. D. de manumiſ. vind. & in Africa & Syria cum imperio fuiſse, iuriſdictionem que exercuiſse teſtatur. Plinius autem ſecundus Epiſtolarum libro ſexto hiſtoriam de eo cōmemorat, quam propter iucunditatem adſcribere eſt melius. Mirificæ rei non interfuiſti, ne ego quidem, ſed me recens fabula excepit. Paſſienus Paulus, ſplendidus eques Romanus, & in primis eruditus, ſcripſit elegos: gentilitium hoc illi. eſt enim municeps Propertij, atque etiam inter maiores ſuos Propertium numerat. Is cùm recitaret, ita cœpit dicere, Priſce iubes? Ad hoc Iauolenus Priſcus, Ego verò non iubeo. Cogita qui riſus hominum, qui ioci, quòd eſt omnino Priſcus dubiæ ſanitatis. Intereſt tamen officiis, adhibetur conſiliis, atque etiam ius ciuile publicè reſpondet: quo magis, quod tunc fecit & ridiculum, & notabile fuit. Interim, Paulo aliena deliratio aliquantum frigoris attulit. Tam ſolicitè recitaturis prouidendum eſt, non ſolùm vt ſint ipſi ſani, verumetiam vt ſanos adhibeant.

CELSI duo Iuriſconſul. pater & filius, à Pomponio memorantur, Pegaſianamque ſectam ſecuti traduntur. Spartianus autem in Adriano de altero ſcribit his verbis: Cùm iudicaret, in conſilio habuit non

amicos

amicos ſuos, aut comites ſolùm, ſed Iuriſconſultos ac præcipuè Iulium Celſum, Sabinum, Iulianum, &c. Filium autem bis Conſulem fuiſſe Pomponius teſtatur. Eius autem reſponſum extat in l. pater 29. D. de legatis ſecundo, in quo patrem ſuum in conſilio Diui Veri Conſulis qui de fideicommiſſo ius dicebat, fuiſſe teſtatur. Hunc Iuuentiū Celſum fuiſſe lex proxima declarat.

PRISCVS Neratius Iuriſconſultus à Pomponio numeratur, traditurque Pegaſianam ſectam cum Iulio Celſo filio tenuiſſe, & cum eo Conſulatum geſſiſſe. Spartianus autem in Adriano de eo ſic ſcribit: Frequens ſanè opinio fuit Traiano id animi fuiſſe, vt Neratium Priſcum non Adrianum ſucceſſorem relinqueret, multis amicis in hoc conſentientibus, vſque eo vt Priſco aliquando dixerit: Commendo tibi prouincias, ſi quid mihi fatale contigerit. Item aliquanto poſt: Cùm Adrianus iudicaret, in conſilio ſuo habuit non amicos ſuos, aut comites ſolùm, ſed Iuriſconſultos, & præcipuè Iulium Celſum, Neratium Priſcum, alióſque quos tamen Senatus omnis probaſſet.

ABVRNIVS Valens Iuriſconſultus, nominatur à Pomponio, & Iauoleno Priſco in iuris ciuilis diſciplina ſucceſſiſſe. Capitolinus autem in Antonino Pio Saluium Valentem inter eos Iuriſconſultos numerat, quibus Antoninum Pium vſum tradit. vt hunc noſtrum Saluium Valentem Aburnium appellatum fuiſſe veriſimile ſit. Aburnius enim non Aburnus in Florentinis libris ſcriptum reperio.

TVSCIANVS Iuriſconſultus nominatur à Pomponio, & Iauoleno Priſco in Iuris ciuilis diſciplina ſucceſſiſſe traditur. Eius tamen nuſquam mentionem reperio, vereorque ne pro T. Metiano ſcriptum ſit Tuſciano. Nam T. Voluſium Metianum vna cum Valente Capitolinus in Antonino coniungit: cui Valenti Tuſcianum Pomponius ſocium attribuit.

SALVIVS Iulianus Iuriſconſultus nominatur à Pomponio, traditurque Pegaſianorum ſectam ſecutus fuiſſe. Hunc Didij Iuliani, qui poſt Pertinacem Imperium Rom. adeptus eſt, proauum fuiſſe, Spartianus ſcribit: quem adſcribit bis Conſulem, præfectum Vrbi, & Iuriſconſultum fuiſſe: quod magis, inquit, eum nobilem fecit. In Adriano verò idem ſcribit, Iulianum hunc ſemper ab eodem Imperatore in conſilio adhibitum fuiſſe cùm res iudicaret. Eutropius autem libro nono, huncipſum ſub eodem Imperatore Adriano perpetuum edictum compoſuiſſe ſcribit. quod ipſum Iuſtinianus confirmauit in l. 2. C. de vet. Iur. enucl. vbi Iulianum legum & edicti perpetui ſublimiſſimum conditorem appellat. Itemque in l. penult. C. de cond. indebit. vbi Saluium Iulianum ſublimiſſimum teſtem, ſummæque auctoritatis hominem, & Prætoriani edicti ordinatorem fuiſſe ſcribit. & in l. antequam, C. de vſufruct. ſummum Iuris ſcientiæ auctorem nominat. Ipſe autem in l. an apud ſe, 5. D. de manumiſſ. vindict. teſtatur ſe Iauoleni auditorem ac diſcipulum fuiſſe. Hactenus Pomponius.

VOLVSIVS Metianus Iuriſconſultus in Pandectarum libris celebratur, interque iuris auctores præcipuos numeratur. Eo conſiliario Antoninum Pium, magiſtro Antoninum Philoſophum vſos eſſe, Iulius Capitolinus tradit. Metianum item alterum, huius fortaſſe filium Lampridius Alexandri Imp. in conſilio cum Africano, Florentino, Pomponio, Paulo commemorat.

MARTIANVM Iuriſconſultum Lampridius inter Alexandri Imperat. conſiliarios numerat, & Vlpiani, Pauli, Pomponijque, aliorumque complurium æqualem facit.

L. CERVIDIVS Scæuola Iuriſconſultus, M. Antonini Philoſophi conſiliarius fuiſſe traditur à Iulio Capitolino: maximoque vſui ſuo Imperatori fuiſſe. Hunc inter principes & coryphæos Iuriſconſultorum numerat Modeſtinus in libro De excuſationib. Quin & Theodoſius Imper. libro Theodoſiani Codicis 4. ſub titul. De teſtam. l. 3. prudentiſſimum Iuriſconſultorum appellat.

ÆMILIVS Papinianus Iuriſconſultus præfectus Prætorio, Septimio Seuero imperante fuiſſe traditur à Spartiano, qui eum iuris aſylum, & doctrinæ legalis theſaurum, appellat. Item aliquanto pòſt Papinianum amiciſſimum fuiſſe Imperatori Seuero, & vt aliqui loquuntur, affinem etiam per ſecūdam vxorem, memoriæ traditur. & huic præcipuè vtrumq; filium à Seuero commendatum eumque cum Seuero profeſſum, ſub Scæuola & Seuero in adminiſtratione fiſci ſucceſſiſſe, atque ad hoc concordiam fratrum Antoninorum fouiſſe, egiſſe quinetiam ne occideretur, cùm iam de inſidiis eius Baſſianus quereretur, atque ideo vna cum his qui fautores fuerunt Getæ, à militibus, non ſolùm permittente, ſed etiam ſuadente Antonino occiſum. Multi dicunt, Baſſianum occiſo fratre illi mandaſſe, vt & in ſenatu per ſe & apud populum, facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, Non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri. Fertur etiam, Papinianum cùm raptus à militibus ad Palatium traheretur occidendus, prædiuinaſſe dicentem, ſtultiſſimum fore qui in ſuum ſubrogaretur locum, niſi appetitam crudeliter præfecturam vendicaret. Eius diſcipulos Lampridius in Alexandro numerat Pomponium, Alfenum, Africanum, Florentinum, Marcianum, Calliſtratum, Hermogenem, Venuleium, Tryphonium, Medianum, Celſum, Proculum Modeſtinum. Aſſeſſores autem eiuſdem Paulum & Vlpianum. Tryphoninus in l. reſcriptum, 12. D. de Diſtr. pign. de eo ita ſcribit: Reſcriptum eſt ab imperatore, libellos agente Papiniano: id eſt, cùm libellorum magiſter eſſet. Eundem Spartianus ab Antonino Caracalla qui fratrem interfecerat, quum ab illo factum hoc improbaretur, necari iuſſiſſe ſcribit. Papinianus, inquit, ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus. quo facto Imperator percuſſori dixit: Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. Eius hoc epitaphium in libro Antiquorum epigrammatum reperi, D. M. Æmylio Paulo Papiniano præfect. prætor. Iuriſconſ. qui vixit annis XXXVI. diebus X. M. IIII. Papinianus Hoſtilius Eugenia Gracilis turbato ordine in ſenio heu parentes fecerunt filio opt.

FABII Sabini Iuriſconſulti pater & filius memorantur. Filius à Lampridio Cato ſui temporis appellatur, & inter Alexandri Seueri conſiliarios cum Vlpiano, Paulo, aliiſque compluribus numeratur.

DOMITIVS Vlpianus Iuriſconſultus, Phœnice Syriæ vrbe natus, quemadmodum ipſe in l. 1. D. de cenſibus teſtatur, conſiliarius Alexandri Seueri, & magiſter ſcrinij, Papinianique præfecti Prætorio aſſeſſor cum Paulo fuiſſe traditur à Lampridio, magnoque in honore apud ſuum Imperatorem, & primum doctiſſimorū Iuriſperitorū, & principi fideliſſimum fuiſſe. neque vnquam Alexandrum ſolum niſi Vlpianum præfectum ſuum vidiſſe, & aſſeſſore ſemper ſuo, cauſſa iuſticiæ ſingularis. cùm autem alterum adhibuit, & Vlpianum rogari iuſſiſſe. Et aliquanto poſt:

Vlpianum, inquit, Alexander pro tutore habuit, primùm repugnante matre, deinde gratias agēte, quem ſæpe à militum ira obiectu purpuræ ſummè defendit: atq; ideo ſummus Imperator fuit, quòd eius conſiliis præcipuè Rempublic. rexit. Itaque idem Imperator in l.4. C. locat. præfectum prætorio & parentem ſuum appellat. & in l.4. C. de contrahend. ſtipul. reſcriptum ſuum ſic exorditur, Secundum reſpōſum Domitij Vlpiani præfecti annonæ, Iuriſconſulti, amici mei, ea quæ ſtipulata eſt, &c. Xiphilinus è Dione ſcribit, ei ab Alexandro Imperat. præfecturam Prætorianorum datam, cæteraque quæ ad Imperij adminiſtrationem pertinent, ei permiſiſſe. Cùm autem Vlpianus multa quæ non rectè à Sardanapalo facta erant emendaſſet, ipſum non multo poſt à Prætorianis, qui de nocte eum inuaſerunt, interfectum eſſe: quanquam in Palatium ad Imperatorem eiuſque matrem confugiſſet. Hunc eundem Modeſtinus in libro De excuſationibus, præſtantiſſimum, & cum Paulo ac Scæuola Iuriſconſultorum coryphæum ac principem appellat. Diocletianus autem in l. Diuo Marco, C. de quæſtio. prudentiſſimum. Iuſtinianus in l. vltim. C. de inſtit. & ſubſt. diſertiſſimum: in l. vn. §. ne autem, C. de cad. toll. ſummi ingenij virum.

IVLIVS Paulus Iuriſconſultus, conſiliarius Alexandri Seueri, & Papiniani præfecti prætorio aſſeſſor vnà cum Vlpiano fuiſſe traditur à Lampridio: qui eundem præfectum vel ab Heliogabalo, vel ab eodem Alexandro fuiſſe adſcribit. Etiam de aſſeſſione ſua mentionem facit in lege lecta, D. de rebus cred. Libros in iure ciuili tam multos ſcripſit, vt facilè in eo genere ſuperiores omnes vicerit.

HERENNEVS Modeſtinus, Vlpiani fuiſſe diſcipulus videtur. Hic enim ſic ſcribit in lege ſi quis, quinquageſima ſecunda, D. de furt. Si quis aſinum meum coegiſſet, furti non tenetur, niſi furandi animum habuit. quod & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo de Dalmatia conſulenti reſcripſi, &c. Gordiano Imperatore floruit, vt conſtat ex l.5. C. ad exhibend. vbi Imperator eum non contemnendæ auctoritatis iuriſconſultum vocat. Arcadius Chariſius in l. vlt. D. de mun. & honoribus, ſcribit eum & notando & diſputando bene & optima ratione quædam decreuiſſe.

IVRISCONSVLTORVM DESCRIPTIONIS FINIS.

EIVS-

EIVSDEM AVCTORIS, FORMVLARVM ANTIQVARVM RELIQVIÆ ALIQVOT, EX VETERVM monimentis collectæ.

FORMVLÆ, quæ & Actiones dicebantur, vt ſuo loco demõſtrauimus, erant ſolennium verborum conceptiones, quibus eadem in re populus Roman. vti conſueuerat. Vulgus hodie ſtilum, formulariumve appellat. Earum autem Iuriſconſultos principes & tanquam architectos fuiſſe, nemo neſcit. quare quas ex diuturna obſeruatione veterum ſcriptorum collegimus, hunc in locum referendas putauimus.

Abdicationis L. Manlij.

CVM SYLANVM filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & Rep. & domo mea indignum iudico, protinúſque è conſpectu meo abire iubeo. Ex Val. Max. lib. 5. cap. 8.

Abſolutionis in iudicio.

NIHIL MOROR. Liuius lib. 49. & 43. Nõ feciſſe videri. Cic. ad Attic. lib. 4.

Acceptilationis Aquilianæ.

QVICQVID TE mihi ex quacunque cauſſa dare facere oportet, vel oportebit, præſens, in diémve, aut ſub conditione: quarumque rerum mihi tecum actio, quæve aduerſus te petitio, vel aduerſus te perſecutio eſt, eritve: quódve tu mecum habes, tenes, poſſides, quanti quæq; earum rerum res erit, tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt A. Agerius: ſpopondit Numerius Negidius. Quod Numerius Negidius A. Agerio promiſit, ſpopónditve, id haberétne à ſe acceptum, Numerius Negidius A. Agerium rogauit: A. Agerius Numerio Negidio acceptum fecit. Ex Inſtitut. Iuſtin. lib. 3. tit. Quibus modis toll. oblig. Et D. lib. 46. De acceptilationibus.

Actionis in perſonam.

AIO TE MIHI DARE FACERE OPORTERE. Val. Probus. & Iuſtin §. ſic itaque, De actionibus.

Actionis furti adiuti.

OPE CONSILIO tuo furtum factum eſſe aio. Cicero De natura deor. lib. 3. & lib. 4. Inſtit.

Actionis in rem.

Petitor.

FVNDVS QVI EST in agro qui Sabinus vocatur, meus eſt. eum ego ex iure Quiritium meum eſſe aio. inde ibi ego te ex iure manu conſertum voco.

Is vnde petitur.

VNDE TV ME ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco.

Prætor.

VTRISQVE ſuperſtitibus iſtam viam dico: Inite viam.

Idem.

REDITE VIAM.

Petitor.

QVANDO te in iure conſpicio, poſtulo anne ſies auctor.

Is vnde petitur.

AVCTOR. Sed anne tu dicis, qua cauſſa vindicaueris. Hæc ex Oratione pro Muræna, pro Cæcina, & Val. Probo.

Actionis.

QVAM REM, ſiue litem dicere oportet Varro lib. De lingua 6. & Cicero pro Muræna.

Addictionis in diem.

ILLE fundus centum eſto tibi emptus: niſi ſi quis intra Calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat. l. prima, D. de in diem addict.

Annuli aurei in concione donandi.

QVANDOQVIDEM tu in prælio, in bello, in re militari mihi nunquam defuiſti, omnibúſque in periculis mecum verſatus es, ob haſce res hoc annulo aureo te dono. Hæc ferè ex Verrina orat. 5.

Anteſtandi.

OLIM qui anteſtabantur, auriculam contingebãt, hiſq; verbis loquebantur: LICET ANTESTARI? ſi ille reſponderet, LICET: iniectione manus aduerſarium ſuum in ius trahebat. Horatius Serm. 1. Satyr. 9. & in eundem Acron cum Porphyrio.

Arbitrij rei vxoriæ.

QVANTVM æquius melius ſit, dari. Cicero Officior. lib. 3. in Topic. pro Q. Roſcio. l. penult. D. ſol. matr. l. ſi cùm Cornelius, § 2. D. de ſolut.

Arbitrij fiduciæ.

VT INTER bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. Cicero in Topic. in Offic. lib. 3.

Arrogationis.

VELITIS, iubeatis Quirites, vti L. Valerius L. Titio tam iure legeque filius ſiet, quàm ſi ex eo patre matreque familias eius natus eſſet: vtique ei vitæ necisque in eum poteſtas ſiet, vti pariendo filio eſt: hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo. Ex Gellij lib. 5. cap. 19. Suſpicor autem legendum pro Pariendo, Parti endo, vt ſit, Endo pro In, vetuſtè. quam meam opinionem cùm iampridem in ſcholis noſtris indicaſſem, animaduerti poſteà à ſimiolis quibuſdam quaſi pro ſua editam & diuulgatam fuiſſe. Eam autem locus hic Orat. pro domo, perſpicuè confirmat: Credo enim, quanquam in illa adoptione legitimè factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, vt in te P. Fonteius vitæ necíſque poteſtatem haberet, vt in filio.

Aſſerendi in libertatem.

HVNC EGO hominem ex iure Quiritium liberali aſſero cauſſa manu. Terentius Adelph. Plautus Pœnulo, & Curcul. Donat. in Ter. vide, Liberali cauſſa.

Belli indicendi.

Legatus vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite velato (filum lanæ velamen eſt) AVDI IVPITER, inquit, audite fines (cuiuſcunque gentis ſunt, nominat) audiat fas. ego ſum publicus nuncius populi Romani: iuſtè pieq́ue legatus venio: verbiſque meis fides ſit. Peragit deinde poſtulata, inde louem teſtem facit: SI EGO iniuſtè, impieq́ue illos homines, illáſque res dedier populo Romano, mihíque expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe. Hæc, cùm fines ſupraſcandit, hæc quicunque ei primus vir obuius fuerit, hæc, portam ingrediens, hæc, forum ingreſſus, paucis verbis carminis, concipiendíque Iuriiurandi mutatis, peragit. ſi non deduntur quos expoſcit, diebus tribus & triginta (tot enim ſolennes ſunt,) peractis, bellum ita indicit: AVDI IVPITER, & tu Iuno, Quirine, diique omnes cœleſtes, voſq́ue terreſtres, voſque inferni audite. Ego vos teſtor, (populum illum, quicunque eſt, nominat) iniuſtum eſſe, neque ius perſoluere. ſed de iſtis rebus in patria maiores natu conſulemus, quo pacto ius noſtrum adipiſcamur. Cùm is nuncius Romam ad conſulendum redit, confeſtim rex his fermè verbis patres conſulebat: QVARVM rerum, litium, cauſarum condixit Paterpatratus populi Romani Quiritium, Patripatrato priſcorum Latinorum, hominibúſque priſcis Latinis, quas res nec dederunt, nec ſoluerunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolui oportuit: dic (inquit ei, quem primum ſententiam rogabat) quid cenſes? Tum ille: PVRO pioq́; duello quærendas cenſeo, itaque conſentio, conſciſcoq́ue. Inde ordine alij rogabantur. quandoque pars maior eorum qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat conſenſu fieri ſolitum: vt fecialis haſtam ferratam, aut ſanguineam præuſtam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præſentibus diceret, QVOD POPVLI priſcorum Latinorum, hominéſque priſci Latini aduerſus populum Rom. Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Roman. Quiritium bellum cum priſcis Latinis iuſſit eſſe, ſenatúſque populi Rom. Quiritium cenſuit, cõſenſit, conſciuit, vt bellum cum priſcis Latinis fieret: ob eam rem ego, populúſque Rom. populis priſcorum Latinorum, hominibúſque priſcis Latinis bellum indico, facióque. Id vbi dixiſſet, haſtam in fines eorum emittebat. Ex Liuij lib. 1.

Belli indicendi.

QVOD POPVLVS Hermundulus, hominéſque populi Hermunduli, aduerſus populum Romanum bellum fecere, deliqueréque: quódque populus Romanus, cum populo Hermundulo, hominibúſque Hermundulis bellum iuſſit: ob eam rem ego populúſque Romanus populo Hermundulo, hominibúſque Hermundulis bellum indico, facióque. Ex Gellij lib. 16. cap. 4.

Carminis Sibyllini.

QVANDOCVNQVE hoſtis alienigena terræ Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe. ſi mater Idæa Peſſinunte Romam aduecta eſſet. Ex Liuij lib. 29.

Carminis in ducendis nuptiis.

O Hymen Hymenæe Hymen, Hymen o Hymenæe.
Hymen o Hymenæe, Hymen adeſ, o Hymenæe.

Catullus duobus locis, Seruius Æneid. 1. Plautus in Caſina.

Cautionis de dolo malo.

VTI NE propter te fidemve tuam captus, fraudatúſve ſim. Cic. lib. De offic. 3.

Ceſſionis in iure.

In iure ceſſio fit hoc modo: Apud Magiſtratum populi Romani, vel apud Prætorem, vel apud Præſidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur, rem tenens ita vendicat: HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO. Deinde poſtea quàm hic vendicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit, an contrà vindicet: quo negante aut tacente, tunc ei qui vendicauerit eum addicit. idq́ue Legis actio vocabatur. Boetius in Topic. Cic. ex 2. comment. Caij.

Cinguli à Traiano Imp. præfecto præt. dati.

ACCIPITO hunc enſem, vt ſiquidem rectè, atque è Republ. imperauero, pro me: ſin ſecus, in me vtaris.

Coemptionis in matrimonio.

Vir in coemptione ſic ſtipulabatur: VISNE MVLIER mihi materfamilias eſſe? illa reſpondebat, VOLO. item mulier interrogabat, VISNE VIR mihi paterfamilias eſſe? ille reſpondebat, VOLO. itaque mulier viri conueniebat in manum: & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem. Hæc Boetius in Topic. ex Vlpian. Inſtit.

Coemptionis.

VBI TV Caius, & ego Caia. Plutarch. in Problemat. & Cic. pro Muræn.

Commeatus.

SI QVIS veſtrûm ſuos inuiſere vult, commeatum do: primo vere adſitis, edico. Liuius lib. 30.

Conlucandi luci.

Lucum conlucare Romano more ſic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito: SI DEVS, ſi dea es, cuius illud ſacrum eſt, vti tibi ius ſiet porco piaculo facere, illiuſce ſacri coercendi ergo. Harúmque rerum ergo, ſiue ego, ſiue quis iuſſu meo fecerit, vti id rectè factum ſiet. Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi, domo, familiæq́ue meæ, liberiſque meis. Harumce rerum ergô macte hoc porco piaculo immolando eſto. Ex Catone De re ruſt. cap. 139.

Conteſtandæ litis.

CONTESTARI litem dicuntur duo, aut plures aduerſarij: quòd ordinato iudicio vtraque pars dicere ſolet, Teſtes eſtote. Feſtus lib. 3.

Cretionis in hæreditatibus.

Cretio eſt certorum dierum ſpacium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem, nécne: velut, TITIVS HÆRES eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poteriſque: niſi ita creueris, exhæres eſto. Cernere, eſt verba cretionis dicere, ad hunc modum: Cum me Mæuius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo, cernóque. Ex Vlpiani Inſtit. cap. 22.

Decreti Trib. pl.

QVOD P. SCIPIO Africanus poſtulauit pro L. Scipione Aſiatico fratre, cùm contra leges, contraq́ue morem maiorum Tribun. plebis hominibus accitis per vim inauſpicatò ſententiam de eo tulerit, multamq́ue nullo exemplo irrogauerit, prædéſque eum ob eam rem dare cogat: aut ſi non det, in vincula duci iubeat: vt eum à collegæ vi prohibeamus, & quòd

contra

contrà collega poſtulauit, ne ſibi intercedamus, quò minus ſuapte poteſtate vti liceat: de ea re noſtrûm ſententia omnium data eſt: Si L. Cornelius Scipio Aſiaticus, collegæ arbitratu prædes dabit collegæ, ne eum in vincula ducat intercedemus: ſi eius arbitratu prædes non dabit, quo minus collega ſua poteſtate vtatur, non intercedemus.

Item:

CVM L. CORNELIVS Scipio Aſiaticus triumphans, hoſtium duces in carcerem coniectauerit, alienum videtur eſſe à dignitate Reipubl. in eum locum imperatorem Pop. Rom. duci, in quem locum ab eo coniecti ſunt duces hoſtium. Itaque L. Cornelium Scipionem Aſiaticum à collegæ vi prohibeo. Ex Gell. lib. 7. cap. 19.

Dedicationis ſpoliorum & templi, qua Romulus Sabinorum rege interfecto eſt vſus.

IVPITER Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico, ſedem opimis ſpoliis, quæ regibus ducibúſque hoſtium cæſis, me auctorem ſequentes poſteri ferent. Ex Liuij libro primo.

Dedicati ſigni à T. Quintio.

Iupiter, atque diui omnes hoc dederunt, vt T. Quintius dictator oppida nouem caperet. Ex Liuij libro ſexto.

Deditionis à fecialibus.

Quandoquidem hiſce homines, iniuſſu populi R. Quiritium fœdus ictum iri ſpoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerunt: ob eam rem, quo populus Rom. ſcelere impio ſit ſolutus, hoſce homines vobis dedo. Ex Liuij lib. 9.

Deditionis.

Rex interrogauit: ESTISNE vos legati oratoréſque miſſi à populo Collatino, vt vos populum Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos populum Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtenſilia, diuina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio. Ex Liuij libro primo.

Deferendi nominis.

Cùm in ius ventum eſſet, dicebat accuſator apud Prætorem reo, AIO TE SICVLOS SPOLIASSE. ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, vt victo: ſi negabatur, petebatur à magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio. Aſconius in Verrin. 2.

Deferendi nominis.

Conſul & dies. apud illum Prætorem vel Proconſulem L. Titius profeſſus eſt, ſe Mæuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quòd dicat eam cum C. Seio in ciuitate illa, domo illius, menſe illo, Conſulibus illis, adulterium commiſiſſe. Paulus l. 3. D. de accuſat.

Deuotionis vrbium & exercituum.

DIS PATER, ſiue Iouis, manes, ſiue quo alio nomine fas eſt nominare, vt omnes illam vrbem Carthaginem, exercitumque quem me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis, quique aduerſus legiones, exercitumque noſtrum arma telaque feret, vti vos eos exercitus, eos hoſtes eóſque homines, vrbes, agróſque eorum, & qui in his locis, regionibúſque, agris, vrbibúſque habitant, abducatis lumine ſupero princeps: exercitumque hoſtium, vrbes agróſque eorum, quos me ſentio dicere: Vti vos eas vrbes agróſque, capita, ætateſq; eorum deuotas, conſecratáſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maximè hoſtes deuoti, eóſque ego, vicarios pro me fide magiſtratuque meo, & pro popul. Rom. exercitibus, legionibúſque noſtris do, deuoueo: vt me, meamque fidem, imperiúmque, legiones, exercitumque noſtrum, qui in his rebus gerundis ſunt, bene ſaluos ſinatis eſſe. Si hæc ita faxitis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligam: Tunc quiſquis votum hoc faxit, vbi faxit, rectè factum eſt, ouibus atris tribus, Tellus mater, téque Iupiter obteſtor. Ex Macrobij libro 3. cap. 9.

Deuotionis qua Decius eſt vſus.

IANE, IVPITER, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, diui Nouenſiles, dij Indigetes, diui, quorum eſt poteſtas noſtrorum, hoſtiumque, diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque, vti populo R. Quiritium vim victoriámq; proſperetis: hoſtéſque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteq; afficiatis. Sicut verbis nuncupaui, ita pro Republ. Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Rom. Quiritium, legiones, auxiliáque hoſtium mecum diis Manibus, Tellurique deuoueo. Ex Liuij lib. 8.

Dimittendæ concionis à Trib. pl.

SI VOBIS VIDETVR DISCEDITE QVIRITES. Liuius lib. 2.

Dimittendi funeris.

Corona populi tamdiu ſtabat, reſpódens fletibus præficæ, id eſt, principi planctuum, quandiu conſumpto cadauere, & collectis cineribus, diceretur nouiſſimũ verbũ ILICET: quod ire licet ſignificat. vnde eſt,

—Dixitq; nouiſſima verba.

Seruius in libro Æneid. 6.

Dimittendi iudicij.

ACTVM EST, ILICET. Donatus in Phormion. Sic iudices de conſilio dimittebantur, ſuprema dicta, cùm præco pronunciaſſet, ACTVM EST, ILICET: id eſt, Ire licet.

Dimittendi iudicij.

Moris fuit veterum, cùm ſatis viſum eſſet fluxiſſe verborum, hanc ſibi neceſſitatem finiendæ orationis imponere, vt dicerent ad vltimũ, DIXI: quod etiam ab vtraque parte oratione conſumpta, vt in cõſilium dimitterentur, Prætor ſoleret pronunciare, DIXERVNT. Aſconius in II. Verrinam. Cic. tamen Verrina IIII. Præco, inquit, dixiſſe pronunciat.

Dimittendi Senatus.

NIHIL VOS MORAMVR P. C. Iul. Capitol. in Ant. Philoſoph.

Dimittendorum manium.

Dicebatur VALE, poſt tumuli peracta ſolẽnia Seruius Æneid. 6. Idem in lib. 3. Mortuis etiam dicitur. vt,

—Salue maxime Palla,
Æternumq; vale.

Item in eod.

—animamq; ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus.

hoc eſt, inquit Seruius, Dicimus more ſolemni, VALE.

Diuortij.

TVAS RES tibi habeto. Tuas res tibi agito. Ex l. 2. D. de diuortiis.

Donationis cauſſa mortis.

In donationibus quæ mortis cauſſa fiunt, hæc verborum ſolemnitas cuſtoditur: Illum agrum, aut illam domum me malo habere, quàm te: te, quàm hæredem meum. Hæc Anianus Pauli Sentent. interpres lib. Sent. II. cap. XXIII.

Duumuirorum qui de perduellione iudicent faciendorum.

DVVMVIRI perduellionem iudicent: ſi à Duumuiris prouocarit, prouocatione certato: ſi vincent,

caput obnubito: infelici arbori reſte ſuſpendito: verberato vel intra pœmerium, vel extra pomœrium. Ex Liuii lib. 1.

EDICTI ædilitii, vide in l. 1. & l. 38. D. de ædil. edict. & apud Gell. lib. 4. cap. 2.

Edicti Cenſorum de coercendis Rhetoribus.

RENVNCIATVM eſt nobis eſſe homines, qui nouum genus diſciplinæ inſtituerunt, ad quos iuuentus in ludum conueniat: eos ſibi nomen impoſuiſſe Latinos rhetoras. ibi homines adoleſcentulos dies totos deſidere. Maiores noſtri qui liberos ſuos diſcere, & quos in ludos itare vellent, inſtituerunt. Hæc noua, quæ præter conſuetudinem, ac morem maiorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & iis qui eos ludos habent, & iis qui eò venire conſueuerunt, viſum eſt faciendum, vt oſtenderemus noſtram ſententiam, nobis non placere. Ex Gellii lib. 15. cap. 11.

Edicti prætorii exempla paſſim in Pandectis extant.

Emancipationis.

Eſt autem emancipatio, imaginaria quædam venditio, quod ipſum ius proprium Romanorum eſt. Eaq; res ita agitur, adhibitis non minus quàm quinque teſtibus, ciuibus Romanis, puberibus & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur Libripens. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: HVNC ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio. Iſq; mihi emptus eſt hoc ære æneaque libra. Deinde ære percutit libram, idq; æs dat ei, à quo mancipium accipit, quaſi precii loco. Ex Caii lib. Inſtit. 1.

Euocationes deorum.

SI Deus, ſi dea es, cui populus, ciuitaſque Carthaginienſis eſt in tutela, teque maximè ille, qui vrbis huius, populique tutelam recepiſti, precor, venerórque, veniámque à vobis peto, vt vos populum ciuitatémque Carthaginienſium deſeratis: loca, templa, ſacra, vrbémque eorum relinquatis, abſque his abeatis: eique populo, ciuitatique metum, formidinem, obliuionem iniiciatis: proditique Romam ad me, meóſque veniatis: noſtráque vobis loca, templa, ſacra, vrbs acceptior, probatiórque ſit, mihi quoque, populóque Rom. militibúſque meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus intelligamúſque, ſi ita feceritis, voueo vobis templa, ludóſque facturum. Ex Macrobii libr. 3. capit. 9.

Exceptionis.

EXTRA QVAM ſi quid ita factum ſit, vti lege fieri licuit. l. 1. §. Labeo. D. de flu. EXTRA QVAM in reum capitis præiudicium fiat. lib. 2. De inuent. SI non vi, non clàm, non precariò feceris. l. ſi vitem. D. quod vi aut. SI in ea re nihil dolo malo actoris factum eſt. l. 2. D. de dol. except. SI in ea re qua de agitur præiudicium hæreditati non fiat. l. 1. D. famil. erciſc. SI in ea re nihil metus cauſa factum eſt. l. 4. §. vlt. De dol. except. SI non voluntate creditoris fundus veniit. l. ſicut. D. quib. mod. pig. Si non mihi mandatum ſit, vt à debitoribus peterem. l. itaque, 48. de procre. act.

Exercitus euocandi.

SI eſſet tumultus, qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium: & exinde proferens duo vexilla, vnum roſeum, quo pedites euocabat, alterum cæruleum, quo equites, dicebat: QVI vult ſaluam Remp. me ſequatur. Seruius in lib. Æneid. 8. Cicero poſt reditum in Senatu: Quid magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quod illo petente vos decreuiſtis, vt cuncti ex omni Italia qui Rempub. ſaluam vellent, ad me vnum hominem fractum & prope diſſipatum, reſtituendum & defendendum venirent? vt qua voce ter omnino poſt Romam conditam Conſul vſus eſſet pro vniuerſa Republ. apud eos ſolùm qui eius vocem exaudire poſſent. Idem pro C. Rabirio: Fit S. C. vt C. Marius, L. Valerius COSS. operam darent, vt imperium populi Rom. maieſtáſq; conſeruaretur. qui Rempub. ſaluam eſſe vellent, arma capere & ſe ſequi iubent.

Fideiubendi.

CENTVM QVÆ mihi Caius debet, eadem mihi date ſpondes? ſpondeo. Stichum aut decem fide tua iubes? iubeo. Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes? iubeo. Mille modios tritici fide tua eſſe iubes? iubeo. Si reus quadraginta non ſoluerit fide tua eſſe iubes? iubeo. Ex tract. De fideiuſſ. in Pandect.

Fiduciæ.

VT inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. Cicero de Offic. 3. & Epiſt. fam. 7. epiſt. 12.

Fœderis peragendi.

FECIALIS regem Tullum ita rogauit, Iubéſne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina, inquit, te rex poſco. Rex ait: Pura tollito. Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit: poſtea regé ita rogauit: Rex, faciſne me regium nuncium populi Romani Quiritium? Vaſa comitéſque meos? Rex reſpondit: Quod ſine fraude mea, populique Romani Quiritium fiat, facio. Dein Fecialis patrem patratum facit, qui legibus fœderis recitatis, AVDI, inquit, Iupiter, audi pater patrate populi Albani, audi tu populus Albanus: vt illa palàm prima poſtrema ex illis tabulis cerâve recitata ſunt ſine dolo malo, vtique ea hic hodie rectiſſimè intellecta ſunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. ſi prior defecerit, publico conſilio, dolo malo, tum Dieſpiter populum Roman. ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam: tantóque magis ferito, quantomagis potes polléſque. Quod vbi dixit, porcum ſaxo ſilice percuſſit. Ex Liuii lib. 1.

Fœderis cum Antiocho rege.

AMICITIA REGI Antiocho cum populo Romano his legibus & conditionibus eſto. Ne quem exercitum qui cum populo Romano ſociiſque bellum geſturus erit, Rex per fines regni ſui eorúmve qui ſub ditione eius erunt, tranſire ſinito. neu commeatu, neu qua alia ope iuuato. idem Romani ſociiq; Antiocho, & iis qui ſub imperio eius erunt, præſtent. Belli gerendi ius Antiocho ne eſto, cum iis qui inſulas colunt, néve in Europam tranſeundi. Excedito vrbibus, agris, vicis, caſtellis cis Taurinum montem vſque ad Tanaim amnem, & à valle Tauri, vſque ad iuga quà in Lycaoniam vergit. ne qua arma afferto ex iis oppidis, agris, caſtelliſque, quibus excedat. ſi qua extulit, quæ quoque oportebit, rectè reſtituito. ne militem, neu quem alium ex regno Eumenis recipito. Si qui earum vrbium ciues quæ regno abſcedunt, cum rege Antiocho, intráque fines eius regni ſunt, Apameam omnes ante diem certam redeant. Qui ex regno Antiochi apud Romanos ſocióſque ſunt, iis ius abeundi manendique eſto. Seruos, ſeu fugitiuos, ſeu bello captos, ſeu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis ſociiſque. Elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naues longas, armamentáque earum: néve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm XXX. remis agatur, habeto: néve monerem ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit: néve nauigato citra Calycandrum, néve Sarpedonem, promontoria: extrà quàm ſi qua nauis pecuniam, ſtipendium, aut legatos, aut obſides portabit.

portabit. Milites mercede conducendi ex iis gentibus, quæ ſub ditione populi Romani ſunt, Antiocho regi ius ne eſto: ne; voluntarios quidem recipiendi. Rhodiorum ſociorúmve quæ ædes ædificiáque intra fines regni Antiochi ſunt, quo iure ante bellum fuerunt, eo Rhodiorum ſociorúmve ſunto. Si quæ pecuniæ debentur, earum exactio eſto. Si quid ablatum eſt, id conquirendi, cognoſcendi, repetendíque ius item eſto. Si quas vrbes, quas tradi oportet, ii tenent, quibus Antiochus dedit, ex iis præſidia deducito: vtique rectè tradantur, curato. Argenti probi Attica talenta XII. millia dato intra XII. annos penſionibus æquis. talentum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderib. pendat: & tritici DXL. millia modium. Eumeni regi talenta CCCL. intra quinquennium dato: & pro frumento, quod æſtimatione fiat, talenta CXXVII. Obſides Rom. XX dato, & triennio mutato, néve minores octonum denum annorum, neu maiores quinum quadragenum. Si qui ſociorum populi Romani vltrò bellum inferrent Antiocho, vim vi arcendi ius eſto: dum ne quam vrbem aut b[illegible]lli iure teneat, aut in amicitiam accipiat. controuerſias inter ſe iure ac iudicio diſceptent, aut ſi vtriſque placebit, bello. Ex Liuii lib. 38.

Hæredis inſtituendi.

Hæres inſtitui rectè poteſt his verbis, TITIVS hæres, Titius hæres ſit, Titium hæredem eſſe iubeo. Illa autem inſtitutio, Hæredem inſtituo, Hæredem facio, pleriſque improbata eſt. Ex Vlpian. Inſtit. cap. 21.

Hæredis inſtituendi ac ſubſtituendi.

Hæredes ſcripti ſunt, velut, TITIVS hæres eſto. cernitóque in diebus proximis centum, quibus ſcieris poteriſque: niſi ita creueris, exhæres eſto: tunc Mæuius hæres eſto, cernitóque in diebus, & reliqua. Similiter & deinceps ſubſtitui poteſt. Ex Vlpiani Inſtit. cap. 22.

Indicendi compitalia.

DIE NONI POST Cal. Ianuar. Quiritibus compitalia erunt. Ex Macrobii lib. 1. cap. 4. & Gell. libr. 10. cap. 24.

Inlicii vocandi.

QVOD bonum, fortunatum, felixque ſalutareq; ſit p[illegible]pulo Rom. Quiritium, reique publicæ populi Rom. Quiritium, mihique collegæque meo, fidei, magiſtratuique noſtro: omnes Quirites, pedites, armatos, priuatóſque, curatores omnium tribuum, ſi quis pro ſe, ſiue pro altero dari rationem volet, voca inlicium huc ad me. Ex Varr. libr. De ling. 5. Liu. lib. 40.

Interceſſionis Tribunitiæ.

VETO. Liuius lib. 6.

Interdicti de bonis prodigi.

QVANDO TV BONA PATERNA auitáque nequitia tua diſperdis, liberóſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercióque interdico. Ex Paul. Sentent. libro 3. titul. 5. Locum autem ſic correximus, cùm antea legeretur, HABITA QVÆ. Noſtræ correctionis teſtes ſunt ante biennium clariſſimi viri Bonifacius Amerbachius, Paulus Manutius: ad quos de communibus ſtudiis, vt fit, ſcribens, ea de re mentionem inieci. Interfuit etiam correctioni Iacobus Calonius adoleſcens eruditiſſ. & mihi amiciſſimus. Pòſt eadem Iuriſconſulto doctiſſimo Iacobo Cuiacio in mentem venit. hoc tamen teſtari nunc operæprecium putaui, & ſimul conſiderandum, an pro EA RE, legendum potius eſſet ÆRE, COMMERCIÓQVE. vt intelligatur, ei omni negotio quod per æs & libram gerebatur, interdictum eſſe. Aliorum Interdictorum Prætoris, exempla in Pandectis obuia ſunt omnibus: libro Pandect. 43.

Interrogationis, qua Cenſores in ſolemni Iureiurando de vxoribus vtebantur.

ET TV EX ANIMI TVI SENTENTIA VXOREM habes? Ex Gellij libro 4. cap. 20. & libro De Orat. 2.

Iudicandi.

Vide poſterius, ſub formula SENTENTIÆ ferendæ.

Iudicis dandi.

L. OCTAVIVS IVDEX ESTO. Si apparet fundum Capenatem quo de agitur ex iure Quiritium, P. Seruilij eſſe, neque is fundus reſtituatur. Ex Verr. 4.

Iudicij recuperatorij.

SI PATERET EAM SE ET SVA Veneris eſſe dixiſſe. Cicero in Diuinat. Si pateret iugera eiuſmodi fundi eſſe plura, quàm colonus eſſet profeſſus, tum Xeno damnaretur. Si pateret aduerſus edictum feciſſe. Ex Verrina 5.

Si pateret HS. 1ↃↃↃ. dari oportere.

Ex Orat. pro Q. Roſcio.

Si apparet eum dare oportere. Ex §. ſic itaque, De actionibus.

Iudicij T. Manlij in filium.

QVANDOQVIDEM TV M. Manli neque imperium conſulare, neque maieſtatem patriam veritus, aduerſus edictum noſtrum, extra ordinem in hoſtem pugnaſti, & quãtum in te fuit, diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti: méque in eam neceſſitatem adduxiſti, vt aut Reipubl. mihi, aut mei, meorumque obliuiſcendum ſit: nos potius noſtro delicto plectemur, quàm Reſpubl. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre iuuentuti erimus. me quidem cùm ingenita charitas liberûm, tum ſpecimen iſtud virtutis, deceptum vana imagine decoris, in te mouet: ſed cùm aut morte tua ſancienda ſint Conſulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda: nec te quidem, ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt, recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem, culpa tua prolapſam, pœna reſtituas. I, lictor, deliga ad palum. Ex Liuij lib. 8.

Iudiciorum bonæ fidei.

QVANTVM EX BONA fide illum dare facere oportet. Cicero Offic. lib. III. in Topic.

Iuriſiurandi.

Maiorum diligentia hæc fuit Primùm iurare EX ANIMI SVI SENTENTIA, quenque voluerunt: deinde ita teneri SI SCIENS FALLERET: quòd inſcitia multa verſaretur in vita, Cicero lib. Academ. II. Idem lib. De offic. III. Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod EX ANIMI TVI SENTENTIA iuraueris ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt. Liuius lib. 32. Ex animi mei ſententia iuro, vt ego Rempubl. non deſeram, neque alium ciuem deſerere patiar. Idem lib. 43. Ex tui animi ſententia ex edicto C. Claudij, Ti. Sempronij Cenſorũ in prouinciam Macedoniam redibis, quod ſine dolo malo facere poteris?

Iuriſiurandi à P. Scipione concepti.

EX MEI ANIMI SENTENTIA iuro, vt ego Rempub. non deſeram, neque alium ciuem Romanum deſerere patiar. ſi ſciens fallo, tum me Iupiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam peſſimo leto afficias. Ex Liuij lib. 22.

Iuriſiurandi, à L. Bruto ob Lucretiam præſtiti.

PER HVNC caſtiſſimum ante regiam iniuriam ſanguinem iuro, vóſque dij teſtes facio, me L. Tarqui-

nium Superbum cum ſcelerata coniuge & omni liberorum ſtirpe, ferro, igni, quacunque dehinc vi poſſim, exacturum: nec illos, nec alium quenquam regnare Romæ paſſurum. Ex Liuii lib. 1.

Iuriſiurandi per Iouem lapidem.

SI SCIENS FALLO, tum me dieſpiter ſalua vrbe, arcéque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Feſtus lib. 10. Plaut. Aulularia. Cicer. Epiſt. famil. 7. Plutarch. in Sylla. Polybius autem lib. Hiſt. 3. rem ſic explicat, Ῥωμαίους δὲ διὰ λίθου ὀμνύειν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος, ἐπὶ δὲ τούτῳ τὸν Ἄρην καὶ τὸν Ἐνυάλιον. ἔστι δὲ τὸ διὰ λίθου, τοιοῦτον. λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια, περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει τάδε· εὐορκοῦντι μὲν ποιοῖν τ' ἀγαθά, εἰ δ' ἄλλως διανοηθείην τι ἢ πράξαιμι, πάντων τῶν ἄλλων σωζομένων ἐν ταῖς ἰδίαις πατρίσιν, ἐν τοῖς ἰδίοις νόμοις, ἐπὶ τῶν ἰδίων βίων ἱερῶν τάφων, ἐγὼ μόνος ἐκπέσοιμι οὕτως ὡς ὅδε λίθος νῦν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός.

Iuriſiurandi militaris.

IN MAGISRATV C. Lælii, C. F. Coſ. L. Cornelij P. F. Coſ. in exercitu, decemq́ue millia paſſuum propè, furtum non facies dolo malo, ſolus, neque cum pluribus, pluris nummi argentei in dies ſingulos. Extra haſtam, haſtile, ligna, pabulum, vtrem, follem, faculam, ſi quid ibi inueneris ſuſtulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit: vti tu, ad C. Lælium, C. F. COS. L've Cornelium P. F. COS. ſiue ad quem eorum iuſſerit, proferas, aut profitebere in triduo proximo, quicquid inueneris ſuſtulerisve dolo malo, aut domino ſuo, cuium id cenſebis eſſe, reddes, vti quod rectè factum eſſe voles. Deinde ita concipiebatur iuſiurandum, vt adeſſent, his additis exceptionibus, niſi harunce aliqua cauſa erit: funus familiare: feriæ vindemiales: calendæq́ue quæ non eius rei cauſa in eum diem collatæ ſint, quo is eo die minus ibi eſſet. morbus ſonticus, auſpiciúmve, quod ſine piaculo præterire non liceat, ſacrificiúmve anniuerſarium, quod rectè fieri non poſſet, niſi ipſus eo die ibi ſit, ius, hoſtiſve, ſtatus, condictúſve dies cum hoſte: ſi cui eorum harunce quæ cauſa erit, tum ſe poſtridie quàm per eas cauſas licebit eo die venturum, aditurúmque eum, qui eum pagum, vicum, oppidúmve delegerit. Ex Gell. lib. 16. cap. 4.

Legis ferendæ.

VELITIS iubeatis Quirites, &c. Ex Cicer. Orat. pro Domo.

QVICVNQVE poſt hanc legem. Ex Oratione pro Poſtumo, & l. 1. D. ad legem Falcid.

CONSVL (vel Prætor, vel qui populum rogarat) Populum iure rogauit, populusque iure ſciuit.

SI QVID ius nõ fuit rogari, eius ea lege nihilum rogatum. Ex Philip. 1. Valerio Probo, Feſto Pomp. Orat. pro Domo, pro Cæcinna, lib. Epiſt. ad Att. 3.

SI QVID contra alias leges, huius legis ergô latum ſit, ei qui hanc legem rogaſſit, impunè eſto. Cicer. lib. 3. ad Att.

Legis iubendæ, vel antiquandæ.

VTI ROGAS: vel ANTIQVO. moris erat vt populo in comitiis legum duæ tabellæ darentur, quarum in altera V. R. in altera A. ſcriptum erat. patet ex Cic. lib. de leg. 2. epiſt. ad Att. 1. Liuio & aliis.

Legis ſanciendæ.

NE PER ſaturam abrogari, derogatíve ius eſto. Feſtus.

Iuſſu mandatuq; legis militaris.

COS. IMP. TRIB. Miles, Tiro, Commilito armate, quiſquis es, manipulariéve Centurio, turmáve Legionarie hic ſiſtito, vexillum ſinito, arma deponito, nec citra hunc amnem Rubiconem ſigna, ductum exercitum, commeatumq́ue traducito. Si quis huiuſce iuſſionis ergô aduerſus pręcepta ierit feceritve, adiudicatus eſto hoſtis P. R. ac ſi contra patriam arma tulerit, penatéſque è ſacris penetralibus aſportauerit. S. P. Q. R.

SANCITO plebiſciti, S. ve Conſulti, Vltra hos fines arma ac ſigna proferre liceat nemini. Ex epigram. Romanis.

Legati teſtamentarii.

Legamus quatuor modis: per vindicationem, per damnationem, ſinendi modo, per præceptionem. Per vindicationem, his verbis legamus: DO, lego, capito, ſumito, ſiue habeto. Per damnationem his verbis: HÆRES meus damnas eſto dare, dato, facito, hæredem meum dare iubeo. Sinendi modò ita: Hæres meus damnas eſto ſinere, Lucium Titium ſumere illam rem, ſibique habere. Per præceptionem ſic: Lucius Titius illam rem præcipito. Ex Vlpiani Inſtit. capit. 24.

Libandi diis vini.

MACTVS hoc vino inferio eſto. Arnob. lib. contr. gent. VII. vide infrà, Sacrificii porcæ.

Literarum ab Impp. ad Senatum incolumi exercitu mittendarum.

SI VOS, & liberi veſtri valetis, bene eſt: ego & exercitus valemus. Dio Caſſ. in Adriano, & Cic. in epiſt. perſæpe aliique complures.

Luſtrandi agri.

MARS PATER te precor, quæſoque vti ſies volens propitius mihi, domo, familiæque noſtræ, quoius rei ergô agrum, terram, fundumq́ue meum ſuouitaurilia circumagi iuſſi. vti tu morbos, viſos, inuiſoſque, viduertatem, vaſtitudinemq́ue, calamitates, intemperiáſque prohibeſſis, defendas, auerruncéſque. vtique tu fruges, frumenta, vineta, virgultáque grandire, benéque euenire ſinas. paſtores, pecuáque ſalua ſeruaſſis, duiſq́ue bonam ſalutem valetudinémque mihi, domo, familiæq́ue noſtræ. Harunce rerum ergô, fundi, terræ agrique mei luſtrandi, luſtríque faciendi ergô ſicuti dixi macte hiſce ſuouitaurilibus lactentibus immolandis eſto. Mars pater eiuſdem rei ergô, macte hiſce ſuouitaurilibus lactentibus eſto. Item cultro facito ſtruem, & ferium vti adſiet. Inde obmoueto. Vbi porcum immolabis, agnum vitulúmque, ſic oportet. Eiúſque rei ergô macte hiſce ſuouitaurilibus immolandis eſto. nominare vetat Martem, neque agnum, vitulúmque. Si minus in omnes litabit, ſic verba concipito: Mars pater, ſi quid tibi in illiſce ſuouitaurilibus lactentibus, neque ſatisfactum eſt, te hiſce ſuouitaurilibus piaculo. Si vno, duobúsq; dubitauerit, ſic verba concipito: Mars pater, quod tibi illuc porco neque ſatiſfactum eſt, te hoc porco piaculo. Ex Catone De re ruſt. cap. 141.

Mancipii faciendi.

Vide Nexus faciendi formulam.

Manumittendi ſerui.

Manumitti ſeruus dicebatur, cùm dominus aut caput eius ſerui, aut aliud membrum tenens dicebat, Hunc hominem liberum eſſe volo: & emittebat eum è manu. Ex Feſti libr. 11. Extat etiam in Bibliotheca regia fragmentum indicis Latinogræci, in quo ſcriptum ita eſt: Βινδίκτα ἡ ῥάβδος, μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τὴν τῶν ἐλευθερουμένων κεφαλὴν

κεφαλλεὼ ἔπαρχον φάσκοντος: ΦΑΜΕΝ ΤΟΝ ΠΑΡΟΝΤΑ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΙΝΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΟΝ, ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΗΝ ΡΩΜΑΙΟΝ.

Matrimonii teſtificandi.

Cos. Aug. Pub. Claud. Quæſ. ær. Antoninam Volumniam virginem, volent. auſpi. è parent. ſuis coemit, c. IIII. fac. in do. dux. id eſt, Conſule Auguſto, P. Claudius Quæſtor ærarii Antoninam Volumniam virginem volentem, auſpicatò, è parentibus ſuis coemit, & quatuor facibus in domum duxit. Ex lapide Patauino.

Miſſionis ignominioſæ.

C. Auiene, quòd in Italia milites populi Romani contra Rempub. inſtigaſti, rapináſque per municipia feciſti, quódque mihi, Reique publicæ inutilis fuiſti, & pro militibus tuam familiam, iumentáque in naues impoſuiſti, tuáque opera militibúſque tempore neceſſario Reſpubl. caret, ob eas res ignominiæ cauſa ab exercitu meo te remoueo: hodiéque ex Africa abeſſe, & quantum potes, proficiſci iubeo. itémque te A. Fontei, quòd Tribunus militum ſeditioſus, malúſque ciuis fuiſti, ab exercitu dimitto. T. Alliene, M. Tiro, C. Cluſiane, cùm ordines in meo exercitu, beneficio non virtute conſecuti, ita vos geſſeritis, vt neque bello fortes, neque pace boni aut vtiles fueritis, & magis in ſeditione concitandiſque militibus aduerſariorum noſtrorum, Imperatoris quam pudoris modeſtiæque fueritis ſtudioſiores, indignos vos eſſe arbitror, qui in meo exercitu ordines ducatis: miſſoſque facio, & quantum poteſtis, abeſſe ex Africa iubeo. Ex Hircio.

Multæ in iudicio.

M. TERENTIO, quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei vnam ouem multam dico. Gell. lib. 11. cap. 1.

Nexus faciendi.

Mancipatio eſt imaginaria quædam venditio, quæ ſic agitur. adhibitis non minus quàm quinque teſtib. conciuibus R. puberibus, & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam tenebat, qui appellabatur Libripens. is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram. idque æs dat ei à quo mancipium accipit, quaſi precii loco. Boëtius in Topic. ex lib. 1. Inſtit. Caii.

Ominis nuptialis.

TALASIO. Liuius lib. 1. Vnam longè ante aliàs ſpecie inſignem à globo Talaſii cuiuſdam raptam ferũt: multiſque ſciſcitantibus, cuínam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talaſio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. Idem Seruius in lib. Æneid. 1.

Oraculi Delphici.

ROMANE, aquam Albanam caue lacu contineri, caue in mare manare ſuo flumine ſinas. emiſſam per agros rigabis, diſſipatámque riuis extingues. tum tu inſiſte audax hoſtium muris, memor, quam per tot annos obſides Vrbem, ex ea tibi his quæ nunc panduntur, factis victoriam datam. bello perfecto donũ amplum victor ad ea mea templa portato: ſacráque patria, quorum omiſſa cura eſt, inſtaurata, vt aſſolet, facito. Ex Liuii lib. 5.

Oraculi Delphici.

TVM, ſi faxitis Romani, veſtræ res meliores felicioréſque erunt: magis ex ſententia Reſpubl. veſtra vobis procedet: victoriáque duelli, popul. Rom. erit. Pythio Apollini, Republ. veſtra bene geſta ſeruatáque, lucris meritis donum mittitote: déque præda, manubiis, ſpoliiſque honorem habetote. Ex Liuii lib. 23.

Pactionis ob pacem cum Ætolis.

IMPERIVM maieſtatémque populi Rom. gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo. ne quem exercitum, qui aduerſus ſocios amicóſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito, néve vlla ope iuuato. hoſtes eoſdem habeto, quos populus R. armáque in eos ferto, bellúmque pariter gerito. perfugas, fugitiuos, captiuóſq; reddito Romanis ſociiſq; præterquam ſi qui capti, cùm domos rediſſent, iterum capti ſunt: aut ſi qui eo tempore ex iis capti ſunt, qui tum hoſtes erant Romanis, cùm inter præſidia Romana Ætoli eſſent. aliorum qui comparebunt, intra dies centum Corcyræorum magiſtratibus ſine dolo malo tradantur. qui non comparebunt, quando quiſque eorum primum inuentus fuerit, reddatur. Obſides XL. arbitratu Conſulis Romanis dato, ne minores XII. annorum, neu maiores XL. Obſes ne eſto Prætor, præfectus equitum, ſcriba publicus, neu quis qui antè obſes fuerit apud Romanos. Cephalenia extra pacis leges eſto. Ex Liuii lib. 38.

Precationis ob bellum Macedonicum.

QVAM rem Senatus populúſque R. de Rep. déque ineundo nouo bello in animo haberet, ea res vti populo Rom. ſociiſque ac nomini Latino bene ac feliciter eueniret: ſecundum rem diuinam, precationémque, vt de Rep. déque prouinciis ſenatum conſulerent. Ex Liuii lib. 31.

Precationis P. Scipionis.

DIVI Diuæque, inquit, qui maria terráſque colitis, vos precor quæſóque quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, póſtq; gerentur, ea mihi, populo plebíque Romanæ, ſociis nomíniq; Latino, qui populi Romani, quíque meam ſectam, imperium, auſpiciúmque terra, mari, amnibúſque ſequuntur, bene vertundo æquè vos omnia bene iuueritis: bonis auctibus auxitis: ſaluos incoluméſque victis perduellibus victores ſpoliis decoratos, triumphantéſq; mecum domos reduces ſiſtatis: inimicorum hoſtiúmq; vlciſcẽdorum copiam faxitis: quæque populus Carthaginienſis in ciuitatem noſtram facere molitus eſt, ea vt mihi populóque Romano in ciuitatem Carthaginienſium detis. Ex Liuii lib. 29.

Precationis qua in principio Pompæ Romani Imperatores triumphantes, in Vaticano vtebantur.

DI, NVTV, & imperio quorum nata & aucta eſt res Romana, eandem placati, propitiatíq; ſeruate.

In fine verò in Capitolium aſcendentes, hæc:

GRATIAS tibi Iupiter optume maxume, tibíque Iunoni reginæ, & cæteris huius cuſtodibus, habitatoribúſque Arcis Di lubens lætúſque ago, re Romana in hanc diem & horam per manus, quod voluiſtis, meas ſeruata, benè geſtáque: eandem & ſeruate, vt facitis, fouete, protegite propitiati, ſupplex oro. Ex Macrob. Saturn. lib. 1.

Precationis Herſiliæ.

NERIA Martis, te obſecro pacem dare, vt liceat nuptiis propriis & proſperis vti. quod de tui coniugis conſilio contigit, vti nos itidem integras raperent, vnde liberos ſibi & ſuis poſteris patriæ pararent. Ex Gellii lib. 13. cap. 21.

Precationis Conſularis, in Conſule renunciando.

QVOD bonum, fauſtum, felix fortunatúmque ſit, mihi Magiſtratuíque meo, populo plebíque Roma-

næ L. Licinium COS. renuncio. Cicer. pro Muræn.

Præconii in ſacrificiis.

HOC AGE. Plutarchus in Numa, & Coriolano. Fauete linguis. Cicer. 1. & 2. de Diuinat. Plinius lib. 28. capit. 2.

Præfandi omnibus in rebus.

Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatúmque ſit. Cic. lib. de Diuin. 1.

Poſtumos nepotes inſtituendi.

FILIVS MEVS hæres eſto. ſi filius meus me viuo moriatur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus moreretur, natus nata erit, hæredes ſunto. Scæuola ex C. Aquilio, l. Gallus, 29. De lib. & poſtum.

Regis ab Interrege rogandi.

QVOD bonum, fauſtum, felixque ſit. Quirites regem create. Ita patribus viſum eſt. patres deinde, ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, crearitis, auctores fient. Ex Liuii lib. 1.

Regis inaugurandi.

IVPITER pater, ſi eſt fas hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ eſſe, vti tua ſigna nobis certa acclaraſſint inter eos fines, quos feci. Ex Liuii lib. 1.

Relegandi.

ILLVM prouincia illa, inſulisque eis relego: excederéque debebit intra illum diem. Ex Vlpiano in l. 7. §. his qui, D. de interd. & releg.

Renuntiandi Conſulis deſignati ab ipſo Cos.

Quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque ſit, mihi magiſtratuique meo, populo plebique Romanæ, N.N. Conſulem renuntio. Ex Cicerone in Orat. pro Muræn.

Replicationis.

AVT SI mihi mandatum eſt, vt à te peterem. l. itaque, 48. De procurat.

AVT SI res iudicata non ſit. l. 24. De except. rei iudic.

AVT SI damnatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit. l. conſilio, 7. D. de curat. fur.

Repudii.

CONDITIONE tua non vtor. ex l. 11. D. de diuort. & repud.

Rogandi iudicis.

ITAQVE præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, ſi eum teneremus: QVÆ SALVA FIDE facere poſſit. Hæc rogatio ad ea pertinet, &c. Cic. lib. De Offic. 3.

Rogationis Atiliæ.

OMNES CAMPANI, Atellani, Calatini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionémque populi Romani Fuluio Proconſuli, quæque vnà ſecum dediderunt, agrum vrbémque, diuina humanaque vtenſiliáque, ſiue quid aliud dediderunt: de his rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites. Plebs ſic iuſſit: Quod Senatus maxima pars cenſeat, qui aſſidetis, id volumus iubemusque. Ex Liuii lib. 26.

Rogationis de Tribunitio magiſtratu.

SI TRIBVNOS PLEBIS DECEM rogabo, ſi quos minus hodie decem Tribunos plebis fecerint: hi tum, quos ſibi collegas cooptaſſint, ita illi legitimi eadē lege Tribuni plebei ſint, vt ibi quos hodie Trib. plebei feceritis. Ex Liuii lib. 3.

Salutationis matutinæ.

AVE. Veſpertinæ.

SALVE. Dio Caſſius in Adriano.

Salutationis patris Patriæ.

QVOD bonum, fauſtumque ſit tibi, domuique tuæ Cæſar Auguſte, Senatus te conſentiens cum populo Rom. conſalutat Patriæ patrem. Ea Valerius Meſſala vſus traditur à Sueton. in Auguſto.

Salutationis in epiſtolis.

Seneca libro Epiſt. 11. epiſt. 15. Mos antiquis fuit, vſque ad meam ſenatus ætatem, primis epiſtolæ verbis adiicere, Si vales, bene eſt: ego valeo. Rectè & nos dicimus, Si philoſophatis, bene eſt, &c.

Salutationis in epiſtolis Imp. re bene geſta.

Si vos liberiq; veſtri valetis, bene eſt. Ego quidem & exercitus, valemus. Xiphilinus in Adriano, & in epiſt. Cicer. paſſim.

Sacrificij porcæ præcidaneæ ante meſſem.

Priuſquam meſſem facies, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porcam fœminam, priuſquam haſce fruges condantur, far, triticum, ordeum, fabam, ſemen rapicium, thure, vino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Priuſquā porcam fœminam immolabis, Iano ſtruem commoueto ſic: IANE PATER, te hac ſtrue commouenda bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi liberiſque meis, domo familiæque meæ mactus hoc fercto. Ferctum Ioui moueto, & mactato ſic: IVPITER TE hoc ferctoobmouendo bonas preces precor, vti ſies volens propitius mihi liberiſque meis, domo familiæque meæ mactus hoc fercto. Poſtea Iano vinum dato ſic: IANE PATER, vti te ſtrue commouenda bonas preces bene precatus ſum, eiuſdem rei ergo macte vino inferiori eſto. Poſtea Ioui ſic: IVPITER MACTE ferctoeſto, macte vino inferiori eſto. Poſtea porcam præcidaneam immolato. Vbi exta proiecta erunt, ita Iano ſtruem commoueto, mactatoque item vti prius obmoueras. Ioui ferctum obmoueto, mactatoque vt prius feceras. Item Iano vinum dato, & Ioui vinum dato, ita vti prius datum fuit ob ſtruem obmouendam, & ferctum libandum. poſtea Cereri exta & vinum dato. Ex Catone De re ruſt. cap. 134. apud quem tamen MACTVS perpetuo legendum, locus ille ex libro Arnobij contra gentes VII. ſignificare videtur. Operæpretium eſt verba ipſa depromere, quibus cum vinum datur, vti ac ſupplicare conſuetudo eſt. Mactus hoc vino inferio eſto. Inferio, inquit Trebatius, verbum ea cauſſa eſt additum, eaque ratione profertur: ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis eſt conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum eſt, eſſe ſacrum incipiat, & ex vſibus eripiatur humanis.

S. Conſultorum à plebe comprobandorum.

QVOD SENATVS maxima pars iubeat, qui aſſidetis, id volumus, iubemúſque. Ex Liuij lib. 26.

S.C. quo quid Conſulibus mandatur.

DONATVS in Adelph. Terent. *Fac ſis Soſtrata.* SIS, inquit, honorificè additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronunciatur, ſuperbum ſit. deductum eſt autem à Senatuſcōſulti formula. vbi enim aliquid Senatus Conſulibus iniungit, addit: SI EIS VIDEATVR. Hæc ille. Et eſt hoc obſeruatum à Cicerone in illis s.c. quæ in Philippic. legimus. vt Philip. IX. Vtique C. Panſa, A. Hircius coss. alter, ambóve, ſi eis videbitur, Quæſtoribus vrbanis imperent, &c.

Senatuſconſ. ſcribendi.

QVID DE EA re fieri placeret, de ea re ita cenſuerunt. Cælius in Epiſt. fam. 7. alibi perſæpe.

Senatuſcon-

Senatuſconſulti ſummi.

VIDEANT CONSVLES ne quid Reſpublic. detrimenti accipiat. Salluſt. Catil. Cicer. in Catil. Liuius libr. 3. Tantúmque terrorem incuſſere patribus, vt (quæ forma Senatuſconſulti vltimæ ſemper neceſſitatis habita eſt) Poſtumio alteri conſulum negotium daretur: Videret, ne quid reſp. detrimenti caperet.

Sententiæ in perduellionis damnatum ferendæ.

I LICTOR, colliga man⁹, caput obnubito, infelici arbori reſte ſuſpendito. Cic. pro C. Rabirio, Liu. lib. 1. Gell. lib. 12. cap. 3.

Sententiæ in damnatos pronunciandæ.

LICTOR ADDE virgas, & in eum lege agito. Liuius lib. 36.

Sententiæ per tabellam ferendæ.

IN cauſis maioribus iudices in ciſtam tabellas coniiciebant ſuas, eáſque inſculptas literas habentes, A. abſolutionis, C. condemnationis: cùm de alicuius capite agebatur, N. L. ampliationis. his enim literis ſignificabant non liquere. Pedian. in Diuinat. De formula N. L. Cicero in Cluent.

Sententiæ in priuatis litibus pronunciandæ.

Cicero lib. De finibus 11. Priuatarum litium iudices ſumus. nihil enim poſſumus iudicare, niſi quod eſt noſtri iudicii. in quo fruſtra iudices ſolent, cùm ſententiam pronunciant, addere, SI QVID MEI IVDICII EST. Si enim non fuit eorum iudicii, nihilo magis, hoc non addito, illud eſt iudicatum, &c.

Sententiæ pronunciandæ.

CVM conſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, item ex illa ſpecie vigintiquinque debere: ideirco L. Titium Seio centum condemno. Ex L. 1. D. quæ ſent. ſin. appel. Item, Non liquet: ſiquando obſcura cauſa videbatur, priuati iudices id iurabant. Gell. lib. 14. cap. 2. & l. Pomponius, D. de re iud.

Sententiæ pronunciandæ.

FECISSE VIDERI. Cic. pro Cæcinna, Verrina 3. De finibus 2. & aliis locis innumeris. itémque alii complures.

Sponſionis.

QVOD à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſolutūtum ſpondeo. Ex Cic. Orat. Pro Qu. Roſcio.

Sponſionis in iudicio.

NI TE Apronius in Decumis ſocium eſſe dicat. Ex Verrina 5.

Sponſionis in arbitrio.

NI VIR BONVS ſit. Cic. lib. 3. Offic.

Stipulationis in emptione ſuum.

ILLASCE ſues ſanas eſſe, haberéque rectè licere, noxiſque præſtare, neque de pecore morboſo eſſe, ſpondéſne? Varr. lib. 2. cap. 4.

Stipulandi.

SPONDES? ſpondeo. promittis? promitto. fideiubes? fideiubeo. dabis? dabo. facies? faciam. Iuſtinianus §. 1. De verb. oblig.

Stipulationis in caprarum emptione.

ILLAS capras hodie rectè eſſe, & bibere poſſe, haberéque rectè licere, hæc ſpondéſne? Ex Varr. lib. De re ruſt. 2. cap. 3.

Stipulationis in ouium emptione.

Cùm emptor dixit, TANTI SVNT MIHI EMPTÆ? & ille reſpondit, SVNT, & expromiſit numos: emptor ſtipulatur priſca formula ſic: ILLASCE oues, qua de re agitur, ſanas rectè eſſe, vti pecus ouillum, quod rectè ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, ventre glabro: neque de pecore morboſo eſſe, habereque rectè licere. hæc ſic rectè fieri ſpondes? Ex Varr. lib. De re ruſt. 2. cap. 2.

Stipulationum in boum aut iuuencorum emptione.

Eos quum emimus domitos, ſtipulamur ſic. ILLOSCE boues ſanos eſſe, noxiſque præſtari? Cùm emimus indomitos, ſic: ILLOSCE iuuencos ſanos rectè, déque pecore ſano eſſe, noxiſque præſtari ſpondéſne? Varr. lib. 2. cap. 5.

Teſtamenti nuncupati.

Tabulas teſtamenti teſtator tenens ita dicit: HÆC VTI in his tabulis ceriſue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque vos Quirites teſtimonium præbitote. Ex Vlpiani Inſtitut. cap. 20.

Teſtimonii dicendi.

Maiorum hæc fuit diligentia. Voluerunt vt qui teſtimonium diceret, ARBITRARI ſe diceret, etiam quod ipſe vidiſſet. Cicer. Academic. 2. Idem pro Fonteio: Primùm illud verbum cōſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis ARBITROR, quo nos etiam tunc vtimur, cùm ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus, ex toto teſtimonio ſuſtulit.

Templi concipiendi.

Varro libr. De lingua Latin. 6. Concipitur templum verbis, non iiſdem vſquequaque. In arce ita: Teſtáq; meta ſunto, quoad ego eas relinquam nuncupauero. Olla vel arbor, quicquid eſt, quam me ſentio dixiſſe, templum tectúmque: ferto in ſiniſtrum. Olla vel arbor, quidquid eſt, quod me ſentio dixiſſe, templum tectúmque: ferto in dextrum. Interea concretione, conſpicione, cortumione, vtíque ea rectiſſime ſenſi.

Vaticinii Martiani.

AMNEM Troiugena Cannam Romane fuge, ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conſerere manus. ſed neque credes tu mihi, donec compleris ſanguine campum: multáque millia occiſa tua deferat amnis in pontum magnum ex terra frugifera, piſcibus atque auibus, feriſque quæ incolunt terras, iis fiat eſca caro tua. nam mihi ita Iupiter fatus eſt. Hoſtes Romani ſi expellere vultis, vomicámque quæ gentium venit longè, Apollini vouendos cenſeo ludos: qui quotannis comiter Apollini fiant, cùm populus dederit ex publico partem, priuati vti conferāt pro ſe ſuiſque. His ludis faciendis præerit Prætor hic, qui ius populo plebique dabit ſummum. Decemuiri Græco ritu hoſtiis ſacra faciant. hæc ſi rectè faxitis, gaudebitis ſemper, fiétque res veſtra melior. nam is diuus extinguet perduelles veſtros, qui veſtros campos paſcit placidè. Ex Liuii lib. 25.

Veſtalis à Pontif. Max. capiundæ.

SACERDOTEM Veſtalem, quæ ſacra faciat, quæ ius ſiet ſacerdotem Veſtalem facere, pro populo Ro. Quiritibus, vti quod optima lege fiat, ita te Amata capio. Ex Gellii lib. 1. cap. 12.

Voti ob bellum cum Rege Antiocho.

SI DVELLVM quod cum Antiocho rege ſumi populus iuſſit, id ex ſententia Senatus populíque Rom. confectum erit: tum tibi Iupiter populus Rom. ludos magnos, dies decem continuos faciet: donáque ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia quantam Senatus decreuerit, quiſquis magiſtratus eos ludos quādo vbique faxit, hi ludi rectè facti, donáque data rectè ſunto. Ex Liuii lib. 36.

Voti concipiendi.

TVO ductu, Pythice Apollo, tuóque numine inſtinctus pergo ad delendam vrbem Veios: tibiq; hinc decimā partem prædæ voueo. te ſimul Iuno Regina,

quæ nunc Veios colis, precor, vt nos victores in noſtram, tamque mox futuram vrbem ſequare: vbi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Ex Liuii lib. 5.

Voti de vere ſacro concipiendi.

Velitis iubeatiſne hoc ſic fieri? ſi res populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, ſicut velim eam, ſalua ſeruata erit hiſce duellis, datũ donum duit populus Romanus Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginienſi eſt, quéque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt: quod ver attulerit ex ſuillo, ouillo, caprino grege, quéque prophana erunt, Ioui fieri, ex qua die Senatus populusq; iuſſerit. qui faciet, quando volet, quáque lege volet, facito: quo modo faxit, probè factum eſto. ſi id moritur, quod fieri oportebit: prophanum eſto, neq; ſceluſ eſto. ſi quis rumpet, occidétve inſciens, ne fraus eſto. ſi quis clepſet, ne populo ſcelus eſto, néve cui cleptum erit, ſi atro die faxit inſciens, probè factum eſto. ſi nocte ſiue luce, ſi ſeruus ſiue liber faxit, probè factum eſto. ſi ante id ea Senatus populusque iuſſerit fieri, ac faxit, eo populus ſolutus, liber eſto. Eiuſdem rei cauſa ludi magni voti æris CCCXXXIII. millibus, triente: præterea bubus Ioui CCC. multis aliis diuis bubus albis, atque ceteris hoſtiis. Ex Liuii lib. 22.

Voti Pontificum.

PONTIFICVM VOTIS ANNVANT DII Romanæ reipublicæ arcanaque morbis præſidia Apollinis iuſſu ſumma veneratione ex hoc Palladis cypho ſacramenta libarunt annuant, quorum ritu Romano imperio regna ceſſere. Ex Antiquitatibus Romanis, cap. 13.

FINIS FORMVLARVM FORENSIVM VETERVM.

QVO TEMPORE ROMANORVM LEGES INTRODVCTÆ, AC RVRSVS OPPRESSÆ, TANDEMQVE *reſtitutæ ſint: Joanne Oldendorpio autore.*

VRBS Roma princeps orbis, quæ Dei deſtinatione optimas nobis viuendi leges dedit, condita fuit, anno mundi 4450. Ante Chriſtum natum annos fermè ſeptingentos. Vſa eſt initio monarchia, hoc eſt vnius dominatione: nõ tamen omnibus numeris abſoluta, quoniam ſcriptis carebat (quod opus eſſet) legibus. Imperarunt autem reges Vrbi magis, quàm orbi. Nam vix ad 15. vſque lapidem Romana extendebatur ditio, cum eiicerentur. Annos regnarunt 240. vel, vt alii tradunt, 242.

2 Exactis deinde regibus, experti ſunt Romani Ariſtocratiam, hoc eſt optimatium dominationem: & mixtim democratiam, id eſt, multitudinis imperium: quæ tamen mox priuatis commodis corrupta fuit ad oligarchiam. Creati ſunt enim duo Conſules annui ex patribus. Mox plebs tumultuans ſuos magiſtratus adiecit, anno ab vrbe condita 240. Mundi verò 4654. Et hic quidem ſtatus durauit vſque ad Iulium Cæſarem, annis ferè 464.

3 Interim cum publica pax & concordia ſine ſcriptis legibus retineri non poſſet, non multo tempore pòſt eiectos reges, ſecundum Pomponium, annis 20. adlatæ ſunt ex Græcia leges duodecim Tabularum. Anno poſt conditam vrbem 302.

4 Cum iam imperio ſingulari Iulii Cæſaris, Reſpublica Romana ad monarchiam rediiſſet, multiplicatis mirum in modum legibus, & à diuerſis ſcholarum autoribus in diſputationem plus æquo perductis, maioris videbatur negotii, leges tam immenſas componere, quàm fuerat olim deſcribere. ſic humana fragilitas in vtramque ſemper peccat partem: aut nihil, aut nimium facit, non curat medium. Iuſtinianus itaque Cæſar 79. omnia Romanorum ſcripta in vnum conſarcinauit, opus, quod inde Græcis Pandectas, Latinis Digeſta nuncupauit, vt vtriusque in commune obſeruantiam autoritate ſua promulgari oſtenderet. Vſus eſt ad hoc opera præcipuè Triboniani, hominis admodum gloriabundi. Anno Chriſti 529.

5 Non multis annis pòſt imperium Iuſtiniani, cum per bellicos inſultus continuos in Italiam leges Romanæ tantummodo oppreſſæ iacerent, regnantibus tum iniquiſſimis Langobardorum, aliarumque gentium conſtitutionibus: Wernherus quidam in Italia apud reginam Mechtildin, obſitos iam pulueribus in bibliothecis, Pandectarum libros in lucem reduxit. Hos Lotharius II. Dux Saxonum, Cæſar Germanicus 18. perpendens æquitatem iuxta & humanitatẽ Romanarum legum, iuſſit in Scholis atque iudiciis publicè tractari. Anno 1127.

6 Huius nouæ rei ſtudio (vt fieri ſolet) mirum in modum excitati ſunt cum Wernhero (quem Irnerium vocant) plerique alii, profertim Azo, vt illuſtratæ iuriſprudentiæ gloriam reportarent. Paulò pòſt Hugolinus, Martinus, Placentinus, Ioannes, Vldericus, gloſſas ſuas Pandectis adiecerunt, anno 1190. idque profectò infeliciter. Nam cum ſumma illo ſeculo eſſet linguarum inopia, non potuit fieri vt barbari perciperent Romanos.

7 Tandem ſucceſſit Accurſius, auditor Ioannis & Azonis, attingens Friderichi 2. imperium, anno 1226. is repetitis omnium prædictorum gloſſis & opinionibus, ſuas adiecit, mirabili quadã inconſtantia: ſicq; præclaram iuris diſciplinam imprudens corrupit. non enim fidem eius & ſcribendi conſilium arguo: ſed culpam dantis damnum imperitia, probare nemo poteſt ſanæ mentis: ipſe ſibi placens, gloſſemata ſua commendat in l. facta. §. ſi in danda. D. Ad ſenatuſconſ. Trebellianum. Et in Nouel. Vt propon. nomen imperat.

8 Poſtremò cum gloſſandi materiam viderent eſſe conſumptam, cœperunt commentandi functionem turmatim amplecti in totum ius Ciuile, aut verius in omnes gloſſas iuris Ciuilis. Non enim verba textus, ſed verba gloſſarum, & opiniones ſequuntur, ſicut pueri coruos. Ibi tum ſuperioris ſeculi altercationes, nouis (ſi diis placet) intellectibus multiplicatæ ſunt in infinitum. Et in primis commentatus eſt in Pandectas Dynus Muxellanus. Deinde Petrus de bella Pertica, Burgundus, & Iacobus de Arena, Parmenſis: quorum Bartolus ſæpe facit mentionem. Cynus item diſcipulus Dyni, anno 1300. Tum Iacob. de

Butriga-

Battigarijs, & Reinerus de foro Liuij, anno 1329. Mox Bart. ipſe, cui inter omnes illius ſeculi iuriſperitos principatum rectè tribuunt. Vixit ſub Henrico 7. Lucelburgenſi, Cæſare Germano 30. Cùm autem iudex eſſet maleficiorum, perturbatus quorundam calumnia, redijt ad ſtudia iuris in ſolitudine, ſecundo à ciuitate Bononienſi lapide, rurſuſque ad profitendum acceſſitus, moritur anno 355. Et medius fidius ſepulta cum eo fuit vera iuris cognitio. Negas? Audi rationem: ius vt ſciatur, & certum & finitum eſſe debet in foro. Sed hactenus ius in vſu neq; certum neque finitū fuit, ergo ius rectè intelligi nō potuit. Reſponde citra calumniam, ſi quid habes.

9 Hoc autem ſæculo prælucente Chriſti verbo, omnes bonæ artes in Germania noſtra primùm renatæ ſunt. Nam (quod ad iuris diſciplinam attinet) Pandectarum lectionem optima fide ac multo labore (vt Appellus quoq; vir magnæ eruditionis teſtatur) reſtituit nobis doctiſſimus Haloander, anno 1529. Cui profectò & Nurenburgenſi Reipublicæ, totus orbis Romanus nunquam parem referre poteſt gratiam, ſi magnitudinem beneficii rectè expendat. Atque ô vtinam Deus virum illum aliquanto diutius nobis commodare voluiſſet, ad reſtaurandam ęqui & boni noticiam. Proinde ſi reliquos eiuſdem farinæ anteſignanos videre volueris, adi clariſſimum D. Iacobum Spiegelium, qui in erudito ac incomparabilis vtilitatis Lexico ſuo, reſtitutis Romanis vocibus ex optimis quibuſque autoribus, neminem ſua laude voluit defraudatum, ipſe vel eo nomine laudatiſſimus. Hūc virum Germaniæ noſtrum optimum ciuem quidam Floridus Italus, cuius antea memini, amarulento admodū ſtylo inſectatus eſt. Verùm (ita me Deus amet) arenam ſpargens, ſeipſum fœdè cōmendat. Aut enim ingratiſſimus homo ille inuidet Rei[illegible]blicæ bonarū literarum & ciuilis diſciplinæ reſt[illegible]tam vtilitatem, tentans abſterrere omnes ab hac opera: aut certè ad agnatos eſt deducendus, vt qui communi ſenſu carēs, non videt rei literariæ maieſtatem, quæ nunc tandem ad nos redit; hominum quidem opera velut mercenaria, ſed diuino prorſus miraculo. Nam quòd Deus ſingulari clementia (quam nos tamen ægrè agnoſcimus) voluerit hoc ſeculum rurſus illuſtrari, nullo magis, pro mea ſimplicitate, moueor argumento, quàm quod palàm eſt, omnia bonarum artium dona puritati genuinæ nunc tandem reſtitui. Siquidem quando ex frequenti comitatu primatum, ſolemus magni alicuius principis præſtantiam æſtimare: quis ſanæ mentis negauerit in tam ſplendidis rebus diuinā verſari virtutem? intra illud,

Omnia cum Domino dona rediſſe ſuo.

Faceſſant itaque ineptiæ Floridi (vt parcè dicam) quem ne Italiæ quidem boni ciues probabunt ſic tumultuantem, & agnoſcamus Spiegelii aliorúmque præceptorum in nos beneficia. Tandem enim nihil reſtare video, quàm vt vnanimi conſenſu optimam iuris & æquitatis artem obuiis manibus amplectamur: cuius ductu vita hac mortali trāſacta, poſtremus ille dies apud tribunal Chriſti Iuſtiſſimum, lætos ſiſtat nos omnes.

F I N I S.